LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Accession 89317 *Class* C82 S v.26

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI,
G. ET L. DINDORFIORUM ALIORUMQUE PHILOLOGORUM
PARATA.

PARS XIX.

NICEPHORUS GREGORAS.

VOLUMEN II.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINA HISTORIA

GRAECE ET LATINE

CUM ANNOTATIONIBUS HIER. WOLFII, CAR. DUCANGII,
IO. BOIVINI ET CL. CAPPERONNERII.

CURA

LUDOVICI SCHOPENI.

VOLUMEN II.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΒ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER DUODECIMUS.

ARGUMENTUM.

Rerum gestarum narratio fusior promittitur. Earum cognitio quem lectoribus fructum allatura sit. Divinae iustitiae ratio et summa aequitas. Historia, saepius iam celebrata, rursum laudatur. Cum speculo confertur. Principibus maxime utilis. Naturae ipsi praecellens. Scriptoris mores informat. Animum varietate delectat. Huius partis initium unde repetendum (Cap. 1). *Cantacuzenus iuniorum principum saluti consulit. Alexii Apocauci perniciosa consilia, dotes eximiae, genus, fortuna, malae artes. Cantacuzenum hortatur ad capessenda imperii insignia. Eundem calumniatur. Imperatrix Anna tertio luctus die in palatium se recipit. Apocauco suadente Ioannes patriarcha codicillos profert a defuncto imperatore scriptos. Tutelam et imperii administrationem variis rationibus conatur sibi arrogare* (2). *Cantacuzenus respondet: administratam a se rempublicam etiam vivo imperatore; cum quo semper coniunctissime vixerit. Sua erga illum merita commemorat. Illius erga se benevolentiam et gratum animum praedicat. Imperii consortium cur eo superstite repudiaverit. Codicillos a patriarcha prolatos ad aliud tempus pertinuisse. Tutelam et imperii administrationem ipso iure penes se residere. Reliquum esse, ut filiae suae et iunioris imperatoris nuptiae perficiantur* (3). *Apocaucus et patriarcha imperatrici persuadent, ut omnem Cantacuzeno auctoritatem abroget. Prudentium coniecturae de Apocauco. Cantacuzeni potentia et moderatio. Apocauci vires infirmae. Animus perversus. Immoderata ambitio. Arx Epibatarum et alia castella ab eo exstructa, in quos usus.* (4). *Milites Cantacuzeno palam favent. In solenni sacramento mentionem eius faciunt. Unus stricto gladio in Apocaucum irruit. Imperatrix cum suis Cantacuzenum supplex orat. Eo conspecto tumultus sedatus. Oratio, qua ille adversariorum improbitatem notat, clementiam et constantiam suam commendat. Demosthenis dictum, a Gregora correctum. Cantacuzeni et Apocauci diversa instituta, diversi exitus, et inceptis convenientes. Cantacuzenus eo uno damnandus, quod pacem ecclesiae turbari permiserit* (5). *Apocaucus incepto non desistit. Cantacuzenum, de se optime meritum,*

89317

Digitized by Google

probo secundo: Premissa ita subsumo: Ignitum. Calidum. Quamvis enim ignitum non sit calidum, ut ferrum candens, tamen ignitum est calidum, quia, quod est ignitum, ignitum et proinde intrinsecum habet calidum. Ergo ignitum est calidum. Conclusio patet. Ignitum enim est calidum. Ergo ignitum est calidum. Probo primum: Ignitum est

tur. Plausu et laetis clamoribus excipitur a populo. Iacta in Cantacuzenum probra. Cantacuzenae haec audientis, idque e carcere, dolor et gravis morbus. Eiusdem obitus duodecimo post die, inter similes plebis acclamationes. Nocturna praesagia, quae eius mulieris calamitatem antecesserunt (13). *Cantacuzenum res adversae non frangunt. Eius nunciis contumeliose a Byzantiis illuditur. Monachorum interventu pacem petit, sed frustra. Ab Orestiadis primoribus vocatus eam urbem occupatum venit. Fluvii interiecti repentino auctu bis repulsus re infecta discedit. Eius prodigii ratio expenditur. Hostiles ultro citroque excursiones. Belli civilis mala. Eius cum bellis externis comparatio facta a Cantacuzeno. Huius fautores vana spe recreantur* (14). *Praecipuarum urbium praefecti Theodorus Synadenus et Guido Armenius. Huius ex Armenia migratio; uxores duae. Hostilis animus in Cantacuzenum affinem, cuius et bona diripit et amicos vexat. Sinistra auguria. Solis ac lunae defectus et colores. Arbores nive oppressae et ramis exutae* (15). *De educendis carcere ambobus imperatricis Irenes fratribus Byzantii et Cantacuzeniani certant. Irenes prudentia et aliae virtutes. Egregiam Cantacuzeno operam navat. Ut fratres ei conciliaverit. Cantacuzenus, Thessalonicae invadendae spe oblata per litteras Synadeni, Didymotichum uxori et Manueli Asani custodiendum committit. Polystylum instaurat et munit. Chreles Triballus perduellis; Strummitzae principatu potitus; Crali ipsi metuendus. A Romanis adulatur. Cantacuzenosuppetias venit, per Christopolitanas fauces transituro. Ducum et militum enumeratio* (16).

α'. Τὰ μὲν δὴ μέχρι τούτου πεπραγμένα πρὸ ἐτῶν ἐγγύς που ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ἐν λόγοις ἕνδεκα τῇ προτέρᾳ καθόσον ἐφικτὸν ἐπιτεμόντες ἡμεῖς ἀποδεδώκαμεν βίβλῳ. τὰ δ' ἑξῆς πλατύτερον ἤδη διέξιμεν, ἅτε ἐπιστατικώτερον τούτοις μάλιστα παρηκολουθηκότες. τῶν μὲν γὰρ πλείστων αὐτοὶ παρόντες αὐτήκοοί τε καὶ αὐτόπται γεγόναμεν. ἃ δὲ μὴ αὐτοὶ παρόντες τεθεάμεθα, καὶ ταῦτα δ' ἐξ αὐτῶν ἀκριβῶς ἡμῖν παρειληφέναι συμπέπτωκε τῶν πεπραχότων· ὡς μικρὸν ἢ μηδὲν ἧττω τῆς προτέρας εἶναι τὴν δευτέραν ἀντίληψιν. καὶ οἶμαί γε μάλιστα πάντων, ὁπόσα τοῖς ἐφεξῆς πέπρακται χρόνοις, ἐξεῖναι μανθάνειν τοῖς βουλομένοις ἐκ τῶν εἰρησομένων, μακρῷ τινι βέλτιον ἢ κατὰ πᾶσαν Στοὰν καὶ Ἀκαδημίαν Πλατωνικὴν, ὁπόσον ἀρετῆς πρὸς κακίαν ἐστὶ τὸ διάφορον, καὶ ὅσον αὖτη μὲν τοῖς μετιοῦσι παρέ-

A. M. 6849 Ind. 9 A. C. 1341 Imp. Io. Palaeol. 1 P. 353 V. 287 B P. 354

1. Quae hucusque annis retro centum fere et quinquaginta gesta sunt, ea undecim libris quam potuimus compendiosissime primo volumine tradidimus. Quae vero hinc sequuntur, illa ut longe diligentiori studio investigata fusius iam exponemus. Etenim pleraque ipsi per nos audivimus ac vidimus. Quorum autem ipsi spectatores non fuimus, ea ab iis qui gesserunt ita accurate accepimus, ut haec paulo aut nihilo minus quam illa explorata habeamus. Ego certe sic statuo; eiusmodi esse ea quae deinceps dicturus sum, ut ex iis magis quam ex aliis omnibus rebus, quae subsequutis temporibus gestae fuerunt, possit quilibet intelligere, atque id quidem multo melius quam ex totius Porticus Platonicaeque Academiae praeceptis, quantum intersit virtutem inter et vitium, quantumque iis, qui alterutri dediti

A. M. 6849 Ind. 9 χει τὸ χρήσιμον· ὅσον δ' ἐξ ἀντιπάλου τὸ σφαλερὸν ἐκείνη. κατὰ γὰρ ἀνάλυσιν ἐκ τοῦ τέλους εἰς ἀρχὴν ἀνιόντας, ἐκεῖθεν
B ἐξεῖναι, καθάπερ ἐν ἀσφαλεῖ τινι πίνακι τῷ χρόνῳ, τὸν ἑκατέρας σκοπουμένους καὶ ἀνιχνεύοντας δρόμον, ὡς διὰ στοιχείων οἱονεί τινων, τῶν ἄλλοτ' ἄλλως Εὐρίπου δίκην ἀχθέντων, τῆς προ- 5
νοίας ἐντεῦθεν εὐφυῶς ἀναγνῶναι τοὺς λόγους. (B.) Ὡς γὰρ ἐν ἀπείρῳ τῷ ζόφῳ, ὁποῖον ἄν ποτε καὶ νὺξ ἀφεγγὴς τῷ οἰκείῳ βάψασα μέλανι τὸν ἀέρα δρώη ἄν, ἀτέχνως τῶν ἀνθρωπίνων φέρεσθαι δοκούντων πραγμάτων, οὐδεὶς οὐδὲν τῶν ἁπάντων,
C οὐδ' εἰ καὶ κορυφῆς εἴη τριχὸς ἀμυδρότερον, τοὺς ὀφθαλμοὺς 10
διαφεῦγον εὕροι τῆς δίκης. μακρὰν γάρ τινα τὴν αὐτονομίαν καὶ τὸ ἀφετὸν ἐκ προοιμίων αὕτη χορηγοῦσα ταῖς τῶν δρᾷν ἐθε-
V. 288 λόντων ἄλλοτ' ἄλλαις αἱρέσεσί τε καὶ γνώμαις, καὶ ἅμα κατὰ τὸν τῆς ὑπερφυοῦς ἀγνοίας βυθὸν τὰ ἡμέτερα διακυβερνῶσα, στωθμοῖς ἔπειτα καὶ πλάστιγξιν ἀκριβέσι τὰ τῶν δρωμένων δί- 15
δωσι τέλη· ἵνα τοῖς ὀψιγόνοις οἷον αὐτοφυεῖς νομοθέται τὰ τῶν
D παρεληλυθότων ἔπαθλα γίγνοιτο. οὔτε γὰρ οἷς μοχθηρίᾳ γνώμης καὶ τρόπων ἡλικιώταις διαγέγονεν εἶναι, τὸ χαίρειν ἄκλαυστον ἀπολαύειν εἰς τέλος ἀφιέναι δοκεῖ· οὔτε οἷς κακοπραγεῖν ἐξεγένετο, ἀγέλαστον ἐᾷ παραμένειν καθάπαξ τὸ δάκνον. ἀλλὰ τοιούτους 20
δίδωσι γεωργῆσαι καρποὺς ἐν ἀμήτου καὶ ἅλωνος ὥρᾳ, οἵας ἑκατέρῳ συνέβη σπεῖραι τὰς αὔλακας. βουλοίμην δ' ἂν ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα θεωρεῖν ἀλήθειαν πρὸς ψεῦδος, καὶ δικαιοσύνην πρὸς ἀδι-

18. διαγέγονεν em. Boiv. pro ἰδίᾳ γέγονεν. 19. οὔτε οἷς cod. Vat., οὔθ' οἷς apogr. Parisin. 20. καθάπαξ add. cod. Vat.

sunt, salutaris illa, hoc vero perniciosum sit. Nam si ab extremo fine orsi ad prima usque initia redeamus, licebit inde (utriusque cursu in annalibus, tanquam in tabella minime fallaci, inspecto et per quaedam quasi vestigia Euripi more alternantia explorato) divinae providentiae consilia pulchre intelligere. (II.) In tantis enim rerum humanarum tenebris, quibus nec obscurissima nox pares habet, nihil queas deprehendere, ne minimo quidem capillo levius, quod divinae iustitiae oculos fugiat. Nimirum haec infinitam quandam libertatem et licentiam alias aliis hominum animis ac voluntatibus, quidquid ii moliantur, indulget. Eadem per immanis ignorantiae profundum res eorum gubernat: trutinae deinde ac lancibus severis rerum gestarum exitus tradit, ut eorum qui olim vixerint praemia, posteris proposita, legis cuiusdam nativae vim obtineant. Nec enim, quorum animus ac mores mali per omnem vitam fuerunt, iis sincero gaudio ad extremum frui permittere videtur divina iustitia: nec, quibus adversa contigerunt, eorum sinit luctum gaudii expertem permanere. Sed, ubi messis ac triturae tempus advenit, tales rependit utrisque fructus, qualem utrique sementem fecerint. Ego vero in unoquoque eventu veritatem cum mendacio, iustitiam cum iniustitia, humanitatem cum superbia ac fastu, pauper-

κίαν, καὶ πραότητα πρὸς ὑπερηφανίαν καὶ τῦφον, καὶ πενίαν A. C. 1341
πρὸς πλοῦτον, καὶ σιωπὴν εὐσχήμονα πρὸς χείλη δόλια καὶ γλῶτ- Imp. Io. Palaeol. 1
ταν μεγαλορρήμονά τε καὶ μακράν τινα ῥέουσαν τὴν ἀσχήμονα E
φλυαρίαν· καὶ δεῖξαι παρεξετάσας, οἵαν ἐπιφέρει τὴν στάθμην
τῆς δίκης ὁ ἀκοίμητος ὀφθαλμός. ῥᾷστα γὰρ ἂν ἐν τοιούτῳ τῆς
ἀρετῆς γυμνασίῳ ἅμα τε τῆς ἀληθείας ἡ φύσις ἐναργεστέραν
λαμβάνοι τὴν πῆξιν, καὶ ἅμα περιφανῶς ἡ κακία φαυλίζοιτο,
διὰ τὸ μὴ δ' ἡντιναοῦν ἀρετὴν ὡς πορρωτάτω κακίας ἀνανταγώ- F
νιστον τὸ παράπαν εἶναι διαβιῶναι. (Γ.) Ἔχειν γὰρ ἀεὶ καὶ γῆν
ἀντιφιλοτιμεῖσθαι πρὸς τὰ αἰθέρια, καὶ δεικνύειν, μὴ μόνοις
κλῆρον ἐξαίρετον εἶναι τοῖς οὐρανοῖς φωναῖς ἀφθόγγοις θεοῦ
διηγεῖσθαι δόξαν ἀεί, ἀλλ' ἐξ ἀντιῤῥόπου καὶ γῆν ἡλίῳ καὶ
ἀστράσιν ἀεὶ νέαν ἐξεῖναι διηγεῖσθαι δόξαν θεοῦ, καὶ τοῦ τοσού-
του χρήματος ὑπηρέτις ἡ ἱστορία καθίσταται χορηγὸς τοῖς ἀν-
θρώποις. ἧς ὁπόσον ἐστὶν ἐν βίῳ τὸ χρήσιμον, ἀνδρῶν τε τῶν P. 355
πάλαι τοῖς πλείστοις ἐστὶν εἰρημένον, καὶ ἡμῖν γε πολλάκις αὐ-
τοῖς ἐξ αὐτοσχεδίου τῆς γλώττης ὑμνῆσαι καθόσον ἐξῆν, καὶ
γράμμασι πολλαχῇ τοῖς ἡμετέροις ἐγκατασπεῖραι, κώλυμα ἥκιστα
πάντων ὄκνος οὐδεὶς ἐγεγόνει. αὕτη γὰρ ἀναγινώσκειν διδάσκει
καθάπερ βιβλίον τῶν αἰωνίων ἔργων τοὺς κύκλους· καὶ διὰ ταύ-
της οἱ πάλαι θανόντες ὁμιλοῦσι τοῖς ζῶσί τε καὶ ἀεὶ γιγνομένοις,
ὡς ἀεὶ παρόντες, καὶ τὰς οἰκείας ἕκαστοι διηγοῦνται πράξεις, B
καὶ εἴτι παρὰ τὸν βίον τῶν χρηστῶν καὶ μὴ πεπονθέναι γέγονέ
σφισιν, ἀναβίωσιν καινοτέραν δαιμονίως πως τῆς ἱστορίας δη-
μιουργούσης. αὕτη κακίαν ἀεὶ φαυλίζει δι' αἰῶνος ἐλέγχουσα,

tatem cum divitiis, linguam magnificam et futilibus verbis redundantem cum verecundo silentio velim conferre, idemque facta comparatione ostendere, quale adhibeat examen pervigil divinae iustitiae oculus. Facillime enim in eo quasi virtutis gymnasio et natura veritatis declarata stabilietur, et palam notata improbitas elevabitur: idque eo magis, quod nulla virtus a vitio aliquo aemulo longe posita sit. (III.) Nempe et terrae ipsi cum aetheriis rebus certare promptum est, et ostendere, non eam esse caelorum sortem propriam ac praecipuam, ut mutis vocibus Dei gloriam enarrent, sed et vicissim sibi datum esse, ut praedicet soli et astris novam semper Dei gloriam. Ac tantae quidem rei ministra Historia et largitrix hominibus constituta est. Cuius quanta esset in hac vita utilitas, cum ab antiquis plerisque declaratum est, tum a nobis ipsis saepenumero; quos nunquam id ipsum piguit sive ex tempore praedicare, sive scriptis nostris sparsim testatum relinquere. Historia enim est, quae veluti librum pervolutandas praebet vicissitudines et conversiones rerum omni aevo gestarum. Haec efficit, ut homines pridem mortui et vivis et novis quotidie hominibus intersint, quasi semper praesentes. Huius divina quadam virtute unusquisque redivivus et sua narrat facinora, et quidquid sibi dum viveret boni vel mali accidit. Haec est, quae deprimit semper et aeternum arguit improbi-

A. M. 6849 Ind. 9 καὶ ἀρετὴν ἀθανατίζουσα σκωλήκων οὐ δίδωσι στόμασι διαφθείρειν ὁμοίως τοῖς σώμασιν. αὕτη μαινομένων δίκην ὑπὸ τύχης καὶ τύφου ματαίου γαυρουμένους παρειληφυῖα τῶν ἀνθρώπων
C ἐνίους μετριωτέρους ἐργάζεται. τῶν γὰρ φθασάντων τὰ πάθη οἷόν τινα πέλεκυν ἐπισείουσα λανθάνει καθάπερ διδάσκαλος παραδυομένη πρὸς τὴν ψυχήν, καὶ ἠρέμα τάς τε φύσεις ἀμείβουσα διὰ τῆς τοιαύτης παιδείας καὶ τὰ ἤθη ῥυθμίζουσα, καὶ ἐξ ἀσυνέτων μὲν συνετοὺς, ἐξ ἀφρόνων δ' ἐργαζομένη φρονίμους· καὶ οὕτωσί πως ἐκ τοῦ θηριώδους πρὸς τὸ ἡμερώτερον ὅλας μεθαρμόζουσα πολιτείας. τοὺς μὲν γὰρ ἀγαθοὺς ἐξαίρουσα τοῖς
D ἐπαίνοις, τοὺς δὲ φαύλους ἐν κακότητος μοίρᾳ τιθεῖσα, ἐναργέστατον τοῖς ὀψιγόνοις γίνεται κάτοπτρον. ὡς γὰρ δι' ἐκείνου σαφεστέρας λαμβάνοντες τὰς ἐμφάσεις τῶν τοῦ προσώπου χρωμάτων τε καὶ σχημάτων οἱ πρὸς αὐτὸ βλέποντες ἐπανορθοῦσιν ὅσον ἐφικτὸν, οὕτω δήπου καὶ διὰ τῆς ἱστορίας τοῖς μετιοῦσιν ἐντίθεται σύνεσις, καὶ ἦθος ῥυθμίζεται ψυχῆς, καὶ ἀκόλαστον
V. 289 σχῆμα θυμοῦ καὶ φωνῆς καὶ διαίτης ἀμείβεταί τε καὶ ἀναπλάττε-
E εται πρὸς τὸ βέλτιον, καὶ λανθάνοντα φύσεως ἐλαττώματα καὶ συμπτώματα θεραπεύεται πάμπολλα. μᾶλλον δὲ καὶ κατόπτρου πολλῷ κραταιότερον τὸ τῆς ἱστορίας δείκνυται χρήσιμον. ἡ μὲν γὰρ μυρίας τε καὶ παντοδαπὰς τῶν ἄλλοτ' ἄλλως γινομένων καὶ ἀπογινομένων ἀνδρῶν ὑποδεικνῦσα πράξεις καὶ λόγους σαφεστέραν τὴν τοῦ βελτίονος ἐκ παραθέσεως ἔχει δεικνύειν ἐκλογήν τε

14. αὐτὸ em. Boiv. pro αὐτήν.

tatem. Haec est, quae immortalitati virtutem mandat, nec ut corpora ita illam a vermibus sinit absumi. Haec denique est, quae nacta homines quosdam fortuna fastuque inani elatos et furentibus proximos efficit moderatiores. Eorum enim, qui ante fuerunt, calamitates velut securim quandam intentans, sensim in animos obrepit, quasi magistra quaedam latens, eaque docendi ratione naturas paulatim mutat, mores informat, homines ex imprudentibus prudentes facit, cordatos ex vecordibus; et sic ferme a fera agrestique vita ad humanum civilemque cultum totas deducit respublicas. Quippe dum et bonos laudibus tollit, et improbis eum locum assignat, qui improbitati convenit, splendidissimum posteris speculum existit. Quemadmodum enim qui in speculum intuentur, ipsius ope certiorem assequuti cognitionem oris colorum ac lineamentorum, vultum quantum in se est fingunt et emendant, sic prorsus iis qui ad historiam accedunt intelligentia infunditur, eorum mores componuntur, animi, vocis, vitae prava mutatur conformatio restituiturque in melius; occulta denique naturae vitia et affectiones quamplurimae sanantur. Immo historia efficacioris longe utilitatis est, quam sit speculum. Illa enim infinitas et plane diversas actiones sermonesque hominum, qui alii alias nati sunt ac decesserunt, ob oculos sic ponit, ut certiorem melioris consilii delectum et cognitionem ipsa collatione facile

καὶ μάθησιν. τὸ δὲ κάτοπτρον, μονομέρη μὲν τὴν ἔμφασιν, A. C. 1341
συμφυᾶ δὲ τὴν τοῦ ἑνορῶντος φίλαυτον ἔχον ἕξιν, ῥᾳδίως τε Imp. Io. Palaeol. 1
ἐξαπατᾷ καὶ τῆς ἀληθοῦς ἐξίστησι διδασκαλίας. βασιλεῦσιν οὖν F
καὶ ἄρχουσι πολλοῦ τίνος ἄξιον ἂν ἡ ἱστορία γίγνοιτο χρῆμα, παραινοῦσα μὴ μέγα φρονεῖν, μήδ' ἐπὶ τῇ παρούσῃ τύχῃ θαρροῦντας πρὸς τὸ βιαιότερόν τε καὶ τυραννικώτερον ἐξάγειν τὸν P. 356
τρόπον, ἀλλ' ἀεὶ τὸν βασιλεῖ φυλάττειν μόνον προσήκοντα. ὁ μὲν γὰρ γνώμης αὐθαδείαις δημαγωγούμενος καὶ ὀχλοκρατούμενος ἄγεται μᾶλλον ἢ ἄγει, καὶ δοκῶν ἄρχειν ἐλαθε πρῶτος αὐτὸς ὑπὸ τῶν τῆς κακίας εἰδῶν τυραννούμενος. ὁ δὲ τὰς τῆς ἡγεμονίας ἡνίας δικαίως τοῖς ἄρχουσι νόμοις ἑκουσίῳ γνώμῃ διδοὺς, καὶ ὥσπερ μεθόριον ὑπηκόων καὶ νόμων ἑστὼς, ἐπίσης ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι κατὰ τὸν ἥμερον καὶ ἀνθρώπῳ πρέ- B
ποντα βούλεται τρόπον, πρὸς ἀκριβῆ τινα ζῆλον καὶ μίμησιν ἑαυτὸν προβαλλόμενος τοῖς ὁρῶσιν, ἔμψυχον τῷ ὄντι νόμον καὶ ἄγαλμα ζῶν ἀρετῆς καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς σύμβολον ἐκ τοῦ μᾶλλον ἑαυτοῦ πρῶτον, ἢ τοῦ τῶν ἄλλων ἄρχειν, σαφῶς παρεχόμενος. μηδὲν γὰρ τῶν ἐν βίῳ μόνιμον εἶναι καὶ βέβαιον, μηδὲ τὰς κρηπῖδας ἐπ' ἀσφαλοῦς ἑστάναι τῆς τύχης παιδευόμενος ἐκ τῆς ἱστορίας, δέδιε καὶ βραχεῖαν καιροῦ ῥοπὴν, ῥᾷστα δυναμένην ἀνατρέπειν ἅπαντα, καθάπερ οἱ τοὺς κύβους ἐν τῷ παί- C
ζειν ἀναῤῥίπτοντες. οὕτω καὶ φύσεως αὐτῆς ὑπέρτερον ἡ ἱστορία περιφανῶς ἐπεφύκει. ἡ μὲν γὰρ τοῦ εἶναι μόνον κυρία γίνεται·

exhibeat. Speculum vero, unam simplicemque imaginem capiens et illum, qui se ipsos contemplantibus a natura insitus est, amorem sui participans, haud difficulter fallit, et recedit saepe a veri declaratione. Regibus itaque et principibus magno aestimanda est historia: quae ne elatioris animi sint admonet, neve prosperis in praesentia rebus freti mores suos ad vim tyrannicamque ingenium deflectant, sed cum vitae servent tenorem, qui solus principes decet. Qui enim animi impotentia quoquoversum abripitur, cupiditatibus quasi turbulentae multitudini mancipatus, non tam regit quam regitur; et quanquam imperantis speciem gerit, tamen ipse magis quam caeteri tyrannico vitiorum imperio tacite opprimitur. Qui vero rerum habenas iustae legum potestati moderandas tradit sua sponte, ac veluti confinium quoddam leges inter et subditos stat medius, is aeque et imperare studet et parere, quatenus civile est et hominem decet: is intuentibus se ipsum diligenter aemulandum atque imitandum proponit, vivam revera legem et spirantem imaginem virtutis: is denique dignitatis insigne eo vere sibi vindicat, quod et magis et prius sibi imperet quam caeteris. Nihil quippe in vita stabile ac firmum esse, nec solido fundamento niti fortunam, ab historia edoctus vel minimam temporis inclinationem extimescit, quae omnia tam facile potest subvertere, quam talos ii qui ludendo jaciunt. Atque adeo naturae ipsi praestat evidenter historia. Nam penes illam est

A. M. 6849 Ind. 9 ἡ δὲ καὶ τὸ εὖ εἶναι προστίθησιν· ὃ τοσοῦτον ἐκείνου βέλτιον, ὅσον τό γε βλέπειν τοῦ μὴ βλέπειν. (Δ.) Τὰ δὴ τοιαῦτα τῶν τῆς
D ἱστορίας χρησίμων κἀμὲ πρὸς τὸ γράφειν ὅσα ἐπὶ τῶν ἡμετέρων γέγονε χρόνων παρέπεισε, καὶ διηγήματα προστιθέναι τοῖς φιλοκάλοις ἀνδράσι μεγάλα τε καὶ σπουδαίας ἀκοῆς ἄξια, καὶ μεγά- 5
λην δυνάμενα σύνεσιν ἐντιθέναι τοῖς ὅσοι πραγμάτων ἀεὶ καινοτέρων ἐμπειρίαν συνάγειν ποθοῦσι. φέρει γάρ πως οὐχ ἧττον κἀμοὶ τὸ πρᾶγμα χάριν τινὰ πρὸς ἦθους ῥυθμὸν καὶ ἡδονὴν οὐ μικράν, μετιόντι συχνότερον ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα τῶν διηγημά-
E των πολυειδῆ καὶ ποικίλα· καθάπερ τοῖς πλέουσι νῦν μὲν πελά- 10
γεσιν ἔστιν ἐντυγχάνειν, νῦν δ' ἐκ πελαγῶν ἐς νήσους καὶ ἐπίνεια μετιέναι, καὶ πολυειδέσιν ἐμφιλοχωρεῖν ἐμπορίαις, καὶ παντα-
χόθεν καρποῦσθαι μακρὰν τὴν ὠφέλειαν. (Ε.) Ἐπεὶ δ' ἱκανῶς ἡμῖν τὰ μέχρι καὶ ἐς τὴν τελευτὴν Ἀνδρονίκου τοῦ νέου λέλεκται βασιλέως, καίριον ἂν εἴη, τούτοις συνάψαντας διεξοδικώτερον 15
F ἀφηγεῖσθαι τὰ ἐφεξῆς. ἐπανακτέον τοίνυν τὸν λόγον εἰς ἁρμονίαν, μάλα γέ τοι τῷ τῆς ἱστορίας ὅλῳ προσήκουσαν σώματι.

P. 357 V. 290 β'. Τοῦ γάρ τοι βασιλέως τὰ λοίσθια πνέοντος ἔτι παρὰ τὴν τῶν Ὁδηγῶν μονὴν τῆς πανάγνου θεομήτορος, τὸν ἐκείνου παρειληφὼς υἱὸν Ἰωάννην ὁ μέγας δομέστικος ὁ Καντακουζηνός, 20 ἔννατον τῆς ἡλικίας ἔτος ἀμείβοντα, καὶ σύν γε αὐτῷ τὸν μετ' αὐτὸν ἀδελφὸν Μιχαὴλ τὸν δεσπότην, ἔτους ὄντα τετάρτου,

efficere ut simus; haec bene ut simus praeterea tribuit. Quae res tanto illi alteri praestat, quanto videre melius est quam haud videre. (IV.) Haec et talia, in quibus historiae utilitas posita est, impulere me, ut et ipse litteris mandarem ea omnia, quae temporibus nostris acciderunt, et ad ea quae iam narrata sunt alia adderem in gratiam hominum curiosorum, magna scilicet et auditu dignissima, aptaque admodum erudiendis iis, qui novorum exemplorum cognitionem comparare usque sibi cupiunt. Affert autem et mihi nihilo minus ea res fructum aliquem peculiarem, quatenus ad mores componendos prodest: item voluptatem haud parvam, dum crebro me ab aliis ad alia rerum genera multa et diversa commemoranda transfero. Quod et navigantibus usu venit, quibus modo occurrit pelagus, modo ex pelago insulae adeuntur et portus, et immorari variis locis placet multiplicis mercaturae gratia; ita ut regio nulla sit, ex qua illi magna emolumenta non colligant. (V.) At quoniam de iis rebus, quae ad iunioris usque Andronici mortem gestae essent, satis a nobis dictum est, nunc ab re haud fuerit ea quae deinceps acciderunt narrare fusius, ac superioribus conjungere. Revocanda itaque oratio nostra ad continuam et aptam rerum seriem, qua nihil integro historiae corpori convenientius est.

2. Nondum imperator ultimum spiritum emiserat apud monasterium Hodegorum, castissimae Dei genitrici sacrum, cum Ioannem, eius filium, qui tum nonum aetatis annum excedebat, nec non minorem huius fratrem Michaëlem despotam, annos natum quatuor, Cantacuzenus secum assum-

πρὸς τὰ βασίλεια τὴν ταχίστην εἰσήνεγκέ τε καὶ τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτὸν δορυφορίαν συνέστησε, πᾶσαν τοῖς βασιλείοις ἀσφάλειαν πορισάμενος πανταχόθεν, δείσας μή τι πάθῃ τῶν ἀδοκήτων ἐξ ἀφανοῦς, οἷα πολλάκις ἐν τοῖς τοιούτοις συμβαίνει. A. C. 1341 Imp. Io. Palaeol. 1 B

(B.) Ἀλεξίῳ δὲ τῷ Ἀποκαύκῳ, ὃ πολλάκις ἐπιχειρήσαντι πέρας οὐκ ἦν τῆς μελέτης λαβεῖν, καὶ νῦν ἀμελεῖν οὐκ ἐνῆν αὐτοῦ. πολλάκις γὰρ εἰς ἐπίνοιαν ἐληλύθει, φονεύσας τὸν βασιλέα καὶ ἅμα αὐτῷ Καντακουζηνὸν, ἑτέρῳ παρασχεῖν τὸ βασίλειον περιζώσασθαι κράτος, ἢ τῷ θείῳ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνῳ τῷ δεσπότῃ, ἢ Συργιάννῃ τῷ πολυτροπωτάτῳ καὶ παραπλησίῳ τὴν σύνεσιν καὶ τὴν τῆς γνώμης ἐμβρίθειάν τε καὶ ὀξύτητα. δεινὸς γὰρ ὁμοίως ἐκείνῳ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς κατεπείγουσιν ἦν ἐπινοῆσαι τὰ τῇ χρείᾳ κατάλληλα καὶ πόρον ὀξὺς τοῖς ἀπόροις εὑρεῖν, ὀλίγα μὲν καθεύδων, τὰ πλεῖστα δ' ἐγρηγορὼς, καὶ σκεπτομένῳ τὰ μέγιστα ἐοικὼς καὶ περὶ μεγίστων, καὶ πλείονα καιρὸν ταῖς πράξεσιν ἢ τοῖς λόγοις ἀεὶ παρεχόμενος. εἰ δὲ καὶ πρὸς ἀλήθειαν ὁμοῦ καὶ δικαιοσύνην ἐχρῆτο τοῖς προτερήμασι, μέγα ἂν κλέος αὐτὸς τοῖς Ῥωμαίων ἐτύγχανε πράγμασιν ὤν. νῦν δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν Ἐπιδαύριον Στρατοκλέα αὐλητὴς μὲν ἦν ἀγαθὸς, ἄνθρωπος δ' οὐκ ἀγαθός. γένους γὰρ τῶν ἀδόξων ὑπάρχων ἐκ νέου καὶ πενίᾳ συντεθραμμένος νῦν μὲν τούτῳ, νῦν δ' ἐκείνῳ μισθοῦ διακονούμενος διετέλει τὸν χρόνον· κἀκ τῶν ἐλαχίστων μείζοσιν ἠρέμα τοῖς δεσπόταις ἀμοιβαδὸν χρώμενος, καὶ πᾶσιν ἀντιδοὺς τὰ χείριστα, προδότης σαφὴς καθιστάμενος, ἔλαθεν οὐκ οἶδα πῶς C D E

ptos quamprimum in palatium transtulit, idoneo satellitum praesidio munivit; omni denique ex parte imperatoriae domus securitati consuluit, veritus, ne quid inopinati subito accideret, ut illis temporibus fere fit. (II.) At Alexius Apocaucus non poterat id negligere, quod aggressus quidem saepe erat, ad exitum autem perducere nunquam potuerat. Is enim consilium ceperat haud semel de potestate imperatoria, ubi imperatorem cum Cantacuzeno occidisset, alteri deferenda, sive despotae Constantino, imperatoris patruo, sive Syrgianni, viro versutissimo, qui et ipse Apocauco intelligentia, gravi iudicio, acerrimoque ingenio proximus fuit. Erat enim Apocaucus, quemadmodum ille, rebus angustissimis solers id quod usui esset excogitare, et inde expedire se unde difficillimum esset. Somno utebatur parce, homo scilicet vigilantissimus, praeclara meditanti ac de maximis rebus deliberanti similis. Plus denique temporis agendo dabat quam dicendo. Quibus si eximiis sane dotibus ad veritatem iustitiamque usus foret, magnum ipse Romanorum rebus extitisset ornamentum. Enimvero, ut Epidaurius ille Stratocles, tibicen quidem erat bonus, vir autem bonus minime erat. Nam a pueritia, cum ignobilis foret genere et in paupertate educatus, locatis modo huic modo illi operis victitaverat; cumque ab minimis ad maiores sensim gradatimque dominos pervenisset, quos omnes pessime remuneravit, manifestus nempe eorum proditor, in ipsum quoque fur-

καὶ ἐς τὴν αὐτοκρατορικὴν οἰκίαν παρεισφθαρεὶς, ἐπ᾽ ὀλέθρῳ τῆς τῶν Ῥωμαίων, ὡς ἔοικε, τύχης καὶ εὐδοξίας. (Γ.) Τούτῳ τοίνυν ἤδη καιρὸν ἔχειν ἑαυτῷ περιθεῖναι τὸ βασίλειον κράτος νομίσαντι παντοίῳ τοῖς ἐπιχειρήμασι κατὰ τὸν Πρωτέα τὸν Φάριον ἐπῄει γίνεσθαι. καὶ νῦν μὲν περιὼν καὶ θωπεύων οὐ μάλα ἠμέλει Καντακουζηνὸν, συνωθῶν τὰ ἐρυθρὰ ὑποδήσασθαι ὑποδήματα· μηδὲ γὰρ εἶναι λέγων τὸ χρῆμα καινὸν, ἀνάγκην πολλάκις ἐπενεγκόντος τοῦ βασιλέως, τὴν πορφύραν λαμπρῶς ὑποδύντα συμβασιλεύειν, αὐτῷ μὲν περιόντι τῷ βίῳ, ἐκείνου δ᾽ εὐθὺς ἀπαλλάξαντος, Ἰωάννῃ τῷ υἱῷ καὶ νέῳ βασιλεῖ. εἶναι γὰρ διπλοῦν καὶ σφόδρα ἀναγκαῖον τῷ τοῦ βασιλέως ἐκ πολλοῦ σκοπῷ τὸ καλόν· ἵν᾽ ἅμα μὲν αὐτοῖς συνδιοικῶν τὰ τῆς βασιλείας εἴῃς πράγματα, ἅμα δ᾽ ἐπίκουρος γίνοιο κράτιστος τῆς τούτων ζωῆς. μηδὲ γὰρ ἔτι λείπεσθαι τὸν λάθρα τῇ βασιλείᾳ ἐφεδρεύοντα, τοῦ διαδεξομένου παρομαρτοῦντος ἐς προὔπτον αὐτίκα. (Δ.) Καὶ ἦν νῦν μὲν ταῦτα λέγων, νῦν δ᾽ ἐκεῖνα· νῦν δ᾽ ἀναστρέφων καὶ ἀφ᾽ ἑτέρου γινόμενος ἕτερος· καὶ ἅμα τῇ βασιλίδι τοὺς γένει καὶ δόξῃ προὔχοντας κατ᾽ αὐτοῦ διεγείρων, καὶ ἰσχυριζόμενος εἶναι τῷ Καντακουζηνῷ διὰ μελέτης σφόδρα κατεσπουδασμένης, ἔργον ποιησαμένῳ ξίφους ἐς τὴν ὑστεραίαν πάντας ἡμᾶς, ἑαυτὸν αὐτοκράτορα καταστήσασθαι βασιλέα. ταῦτα λέγων καὶ κατασκευαζόμενος ἀνέσεισε καὶ αὐτοὺς δὴ τοὺς καθ᾽ αἷμα τούτῳ προσήκοντας κατ᾽ αὐτοῦ· ὡς καὶ αὐτὴν Ἄνναν πεισθεῖσαν τὴν βασιλίδα μηδὲ τὰς

A. M. 6849
Ind. 9
P. 358

B

V. 291

C

D

tim palatium nescio qua arte irrepserat, in perniciem Romanae, ut videtur, et fortunae et gloriae. (III.) Ille itaque ratus asserendae sibi imperatoriae potestatis tempus iam adesse, omnes ire in formas machinationibus variis, sicut Pharius ille Proteus, constituit. Modo igitur Cantacuzenum sedulo circumibat et adulabatur, compellebatque ad induendum rubros calceos. Quippe rem haud novam fore, postquam imperator toties necessitatem imposuisset palam induendi purpuram, et una imperandi, secum quidem dum viveret; statim autem ubi e vivis excessisset, cum Ioanne filio suo eodemque iuniori imperatore: expediisse nimirum illud dupliciter, ac veteri imperatoris proposito pernecessarium fuisse; quo simul, o Cantacuzene, et illi te collegam in rerum administratione haberent, et vitae suae potentissimum defensorem. Nec enim exstiturum deinceps quenquam, qui imperio clanculum insidiaturus esset, si is statim ac palam socius asciscerētur, qui successor esset futurus. (IV.) Et modo quidem haec, modo illa dictitabat; et eodem rursus revolvebatur, et ex alio alius existebat. Tum ipse simul cum imperatrice in illum eos incitabat, qui genere et fortunae splendore eminebant, illud asserens: in eam curam Cantacuzenum enixe incumbere, ut, nobis omnibus crastina die contrucidatis, imperatorem se et rerum dominum constitueret. Haec cum diceret affirmaretque, eos etiam in illum commovit, quibuscum erat illi cognatio. Adeoque id imperatrici

ἐννέα πενθίμους ἡμέρας παρὰ τὸν τοῦ συζύγου τάφον ἀνύσαι δα- A. C. 1341
κρύουσαν, ἀλλὰ μετὰ τρίτην εὐθὺς ἀνιέναι πρὸς τὰ βασίλεια. Imp. Io. Palaeol. 1
(E.) Ἔνθα ὁ πατριάρχης Ἰωάννης, Ἀποκαύκῳ πειθόμενος,
ἀνέγνω βιβλίον ἐκ τοῦ κόλπου λαβών, συνθήκας περιέχον, ἃς ὁ E
βασιλεὺς αὐτῷ τε πατριάρχῃ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἐκ πολλοῦ
παρέθετο ἐπισκόποις, περί τε συζύγου καὶ παίδων αὐτοῦ, ὁπη-
νίκα μαχησόμενος ἀπῄει τῷ Συργιάννῃ πρὸς Θετταλίαν, ἁρπά-
ζειν ἤδη μετὰ τῆς τοῦ Κράλη συμμαχίας ἐπιχειροῦντι τὴν Ῥω-
μαίων ἡγεμονίαν. ταῦτα τοίνυν διεξελθὼν εἰς τὴν τῶν κοινῶν
πραγμάτων ἐπιτροπικὴν διοίκησιν εἰσάγειν ἑαυτὸν ἐπειρᾶτο. δί-
καιον γὰρ ἔφασκεν εἶναι καὶ σφόδρα τῶν ἀναγκαίων ἄλλως, κα- F
θάπερ σώματι ψυχὴν, οὕτω τῇ βασιλείᾳ τὴν ἐκκλησίαν συνῆ-
φθαι. μίαν γὰρ εἶναι σύστασιν καὶ ζωὴν ἀμφοτέρων τουτί. „ἐπεὶ
δὲ καὶ ταυτὶ τὰ τοῦ βασιλέως γράμματα τὴν σωτηρίαν ἐμοὶ τῆς
τε συζύγου καὶ τῶν υἱέων σαφῶς ἀνατίθησι, ποῦ δίκαιον (φησὶν)
ἐκείνων ἡμᾶς καταῤῥᾳθυμήσαντας ἀμελῆσαι τῶν συνθηκῶν, καὶ
οὑτωσί πως ἑκόντας συγχωρῆσαι, κλύδωνας ἀτεκμάρτους ἐπιχε- P. 359
θῆναι τοῖς τῶν Ῥωμαίων πράγμασιν, ὁποῖοι κἀν τοῖς ἀνωτέρω
γεγένηνται χρόνοις δι' ἀφέλειαν καὶ ῥᾳθυμίαν τοῦ τηνικαῦτα
πατριαρχεύοντος Ἀρσενίου; ἐγὼ τοίνυν ἀντιλήψομαι τῶν κοινῶν
ὁμοῦ τῇ βασιλίδι πραγμάτων· ἐγὼ καὶ τῆς τοῦ νέου βασιλέως
προστήσομαι σωτηρίας."

γ'. Ταῦτα παρὰ πᾶσαν ἀκηκοὼς προσδοκίαν ὁ Καντακουζηνὸς B
ἔλεξε τοιάδε. „Ἐμοὶ δ' οὐ τοιούτων ἐδόκει τὰ πράγματα δεῖσθαι
λόγων ἐν τῷ παρόντι, ζῶντος ἐμοῦ καὶ συμπαρόντος ὑμῖν, ὃς

Annae persuaserat, ut ad mariti tumulum plorans novendialem luctum non absolverit, sed post triduum statim in palatium se receperit. (V.) Ibi Ioannes patriarcha, suadente Apocauco, eductos sinu codicillos recitavit, quibus id continebatur, quod et patriarchae ipsi et consortibus episcopis imperator, coniugis et liberorum causa, iampridem mandaverat; tum scilicet cum in Thessaliam profectus est, ut Syrgiannem bello persequeretur, qui acceptis a Crale auxiliis Romanum imperium invadere iam instituerat. His ille recitatis in tutoriam rerum administrationem conabatur se intrudere. Iustum enim aiebat esse alioqui ac perquam necessarium, perinde ecclesiam imperio atque animam corpori esse coniunctam: utrumque enim hoc uno stare et vigere. „Cum vero et codicilli exstent imperatoris manu scripti, qui et coniugis et liberorum salutem mihi haud dubie committunt, quid (ait) iniquius quam socordia nostra mandata illa negligi, ac volentibus quodammodo nobis fluctus Romanae rei superinduci inopinatos, quales aetate superiori excitati sunt, Arsenii, qui tum patriarcha erat, simplicitate et ignavia? Ego igitur reipublicae administrationem cum Augusta suscipiam: ego et salutem defendam iunioris imperatoris."

3. His Cantacuzenus praeter omnem exspectationem auditis, „Mihi vero", inquit, „his sermonibus indigere res in praesenti haud videntur, su-

A. M. 6849 Ind. 9 καὶ τοῦ βασιλέως περιόντος τῶν κοινῶν πραγμάτων ἤμην διοι-
κητὴς σχεδὸν ἁπάντων καὶ ῥητῶν καὶ ἀποῤῥήτων κοινωνὸς
V. 292 ἐκείνῳ. ἴσασι δ' οὖν καὶ Ῥωμαίων οἱ πλείους, καὶ πρό γε πάντων
ἡ βασιλὶς αὕτη, ὡς τἄλλα μὲν πνέων ἤμην ἐκείνῳ ταὐτὰ, καὶ
C τῆς ἐκείνου γνώμης ἅπαντ' ἐξήρτητο τὰ ἡμέτερα, καὶ πάντ' 5
ἔδρων ἐγὼ προθύμως ὁπόσα ἐκείνῳ δεδογμένα ἦν, καὶ μηδὲν
αὖθις ὃ μὴ δεδογμένον ἦν ἐκείνῳ· τό γε μὴν τοῖς βασιλικοῖς ἐνδύ-
μασι κοσμηθέντα με συμβασιλεύειν αὐτῷ κατὰ τὴν ἐκείνου σπου-
δὴν καὶ βούλησιν, τοῦτο δ' οὐδαμῇ πρὸς βουλήσεως ἔμοιγε ἦν.
τὴν δ' αἰτίαν ἐν τοῖς τῆς ἐμῆς καρδίας θαλάμοις καθεύδειν ἀπόῤ- 10
D ῥητον ἐν τῷ παρόντι δίκαιον εἶναι νομίζω. ὅτι δὲ καὶ τὴν μετὰ
θάνατον αὐτοῦ διοίκησιν καὶ ἐπιτροπὴν τῶν βασιλικῶν καὶ δη-
μοσίων πραγμάτων ἐμοὶ παρέθετο πολλάκις, καὶ τὸ τοῦ υἱοῦ
καὶ βασιλέως Ἰωάννου τῇ ἐμῇ θυγατρὶ προεμνηστεύσατο κῆδος,
τά τε ἄλλα, καὶ διὰ τὸ μὴ κίνδυνόν τινα παρακύψαι, καὶ τοῖς 15
κοινοῖς καὶ καθόλου παρεισφθαρῆναι πράγμασι, μάρτυς ἀπαρέγ-
E γραπτος Ἄννα ἡ βασιλὶς αὕτη. (B.) Φαίην μὲν οὖν, ὡς ἰδιο-
τροπίαν τινὰ τῆς ἑαυτοῦ καλῆς ποιούμενος ἐκεῖνος γνώμης, τοιοῦ-
τος ἦν ἐμοί. φαίην δ' ἂν μᾶλλον, εἰ χρὴ τἀληθῆ λέγειν, ὡς
οὐδ' αὐτὸς οὐδαμῇ ποτε ἐνέλιπον πάντα δρῶν καὶ λέγων ὑπὲρ 20
τῆς αὐτοῦ ζωῆς, καὶ προτιμῶν ἀεὶ τῆς ἐμῆς καὶ προτιθεὶς τὴν
ἐκείνου. καὶ ἵνα τἄλλα πάντα παρέντες ἑνός που καὶ δυοῖν
P. 360 μνησθῶμεν· ἄρτι τοῦ βασιλέως καὶ πατρὸς Μιχαὴλ τελευτήσαν-

7. τό γε μὴν em. Boiv. pro τότε μήν.

perstite ac praesente me, qui vivo imperatore publicas res administrabam fere omnes; quicum ille dicenda pariter tacendaque omnia communicabat. Norunt certe et plerique Romanorum, et prae caeteris Augusta haec ipsa, ut reliquis in rebus idem omnino cum illo sentirem, et nostra omnia ab illius voluntate penderent; ut, quidquid illi visum esset, alacriter exsequi solerem, ac rursus nihil quod non illi visum esset: et tamen, cum is magnopere cuperet velletque me insignibus imperatoriis ornatum cum eo imperare, ab ea re omnino voluntatem meam abhorruisse. Cuius rei causam sub intimo pectore manere abditam rectius puto hoc tempore. Quod autem mihi res tam imperatorias quam publicas post mortem suam administrandas commendaverit saepenumero, Ioannique imperatori filio suo filiam meam destinaverit uxorem, tum ob alia, tum ne quid periculi suboriretur, atque in perniciem rei publicae totiusque imperii obreperet, testis est omni exceptione maior Anna haec imperatrix. (II.) Possim quidem illum dicere, cum in me talis foret, singularem quandam excellentis animi sui indolem re ipsa declarasse. Illud tamen affirmaverim potius, si verum oportet dicere, me vicissim haud destitisse unquam pro salute ipsius omnia facere ac dicere, vitaeque illius meam semper posthabuisse. Atque ut omissis caeteris unum aut alterum afferamus exemplum: recente adhuc imperatoris

τος, πρὸς ὁπόσην ἐμπέπτωκε θάλασσαν λογισμῶν, ἀκηκοὼς A. C. 1341
τῶν περὶ βασιλείας προτιθεμένων Ῥωμαίοις ὅρκων πρὸς τοῦ βα- Imp. Io. Palaeol. 1
σιλέως καὶ πάππου, καὶ ὁπόσα τὴν ἐκείνου ψυχὴν κατέκλυσαν ῥόθια λύπης, καὶ ὅπως πλὴν ἐμοῦ τῶν πάντων ἦν οὐδεὶς αὐτῷ παρήγορος τότε δεξιὸς καὶ ψυχῆς πιπτούσης βακτηρία καὶ κινδυνεύοντος φρονήματος ἀπόῤῥητον φάρμακον, καὶ οἷον ἀναψύξεως ζέφυρος, οὐκ οἶμαι δεῖν παρ' εἰδόσιν εἰς μῆκος ἐκτείνειν B
τὸν λόγον. ὅμως ἐπειδὴ, πρὶν Βυζάντιον ἁλῶναι, διαδρὰς τὸν ἐπηρτημένον κίνδυνον, ᾤχετο φυγὰς ἐς τὴν Θρᾴκην καὶ τὰ ἐν ταύτῃ φρούρια, καὶ ἔδει μὴ φίλου μόνον ἐκείνῳ πιστοῦ, ἀλλὰ καὶ χρημάτων καὶ δαπάνης παντοδαπῆς (πάντων γὰρ καθάπαξ ἦν ἐστερημένος πρό γε τῆς φυγῆς ὁμοῦ καὶ κατὰ τὴν φυγὴν ἐκεῖνος), οὐ μόνον πρὸς τὴν ἐνεστῶσαν ἐκείνῳ κεκένωκα χρείαν ἀφθόνως ἐγὼ, ὁπόσα μοι περιῆν ἐκ πατέρων καὶ προγόνων πάμπολλα C
χρήματα· ἀλλὰ καὶ πάσης ἔγωγε τῆς στρατιᾶς ὑπάρχων αὐτὸς ἡγεμὼν οἴκοθεν ἀεὶ χορηγῶν καὶ αὐτῇ διετέλουν τῶν μισθωμάτων ἀνενδεᾶ τὴν δαπάνην. ὁ γὰρ αὐτὴν προϊέμενος τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῆς ἐκείνου ψυχῆς, ἧς ὁ πᾶς οὐκ ἔστιν ἀντάξιος κόσμος καὶ τὰ τοῦ κόσμου χρήματα, σχολῇ γ' ἂν αὐτῶν ἐφεισάμην χρημάτων καὶ κτημάτων καὶ κτηνῶν ἁπάντων. (Γ.) Καὶ ἵνα τὰ D
τῶν ἐν μέσῳ κινδύνων συμπτώματα καὶ τοὺς τῶν μακρῶν ἐκείνων δρόμων καὶ περιδρόμων ἱδρῶτας κατὰ τὴν ἑπταετῆ περίοδον ἐκείνην παρέλθωμεν· ἐπειδὴ (δόξαν οὕτω θεῷ) τὴν βασιλίδα πόλιν ἑλὼν μόνος ἦν αὐτοκράτωρ αὐτὸς, τῶν ἐμῶν οὐκ ἐπελάθετο

morte, quem ille in cogitationum aestum inciderit, ubi sacramenta cognovisset, quae imperator avus Romanis detulerat, ad imperii successionem pertinentia; quot illius animum curarum fluctus inundarint; ut me excepto nemo omnium ipsi tunc affuerit dexter consolator, qui labentis animi velut adminiculum foret, ac vacillantem constantiam arcana ope sustentaret, et quasi zephyrus quidam recrearet, haud puto longiori oratione scientibus vobis commemorandum. At cum idem, vitato quod imminebat periculo, priusquam caperetur Byzantium, in Thraciam sitaque illic castella aufugisset, opusque tunc esset non amico fideli solum, sed et pecunia et infinito sumptu (omnibus enim rebus ille ante et post fugam plane destitutus erat), non modo in usum illius praesentem ea omnia liberaliter effudi, quae mihi in bonis erant quamplurima, a patribus maioribusque ad me transmissa, sed et toti exercitui, cuius eram ipse dux, de meo plenissimos stipendiorum sumptus perpetuo suppeditavi. Qui enim ipsam animam, qua nec totus orbis nec orbis totius opes bene permutentur, pro illius salute ultro effudissem, haudquaquam certe pecuniis aut possessionibus aut rei pecuariae pepercissem. (III.) Atque ut varios subsequutorum periculorum casus et in septenni illo curriculo sudatos tanta contentione cursus ac recursus omittamus; postquam Deo visum est, ut capta imperii sede solus rerum potiretur, non oblitus est ille meorum erga se amorum et ardentissimi stu-

A. M. 6849 Ind 9 πρὸς ἐκεῖνον ἐρώτων καὶ πόθων· ἀλλὰ πάντας ἔστρεφε καθ' ἑαυτὸν λογισμούς, ἀνερευνῶν ὅτι ἂν ἀποδοίη βραβεῖον ἄξιον ἐμοί. Ε καὶ ἐπεὶ μεῖζον ἄλλο τῆς βασιλείας οὐχ εὕρισκε, ταύτης, τὸν δεύτερον φάναι πλοῦν, κοινωνὸν ἑαυτῷ καὶ βασιλέα ποιεῖσθαι διὰ μάλα μακρᾶς ἐποιεῖτο σπουδῆς. ᾐδεῖτο γὰρ, πρῶτον μὲν, Δαρεῖον ἐκεῖνον τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, εἰ βάρβαρος μὲν V. 293 ἐκεῖνος ὢν, ὅμως διὰ τὴν τοῦ Ζωπύρου φιλίαν ὅλαις ὁρμαῖς τῆς ψυχῆς τὴν περιβόητον παραιτεῖσθαι διετείνετο Βαβυλῶνα F καὶ ἅμα αὐτῇ τὴν Χαλδαίων καὶ Μήδων ἀρχὴν, εἰ Ζώπυρον ὑγιᾶ πάντη θεάσαιτο· αὐτὸς δὲ παιδείας ἀνθρώπῳ πρεπούσης καὶ πατρίου βασιλείας τρόφιμος ὢν ἐκείνου πρὸς ἀμοιβὴν τῶν καλῶν ὀφθείη δεύτερος. ἔπειτα οὐ τοσοῦτον ἐμοῦ γε εἵνεκα τοιαῦτ' ἔφασκεν ἐμοὶ διδόναι βραβεῖα, ὅσον τῆς αὐτοῦ συστάσεως, καὶ ἅμα παίδων καὶ συζύγου, ζῶντός τε καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ. (Δ.) Ἐγὼ δ' ἀκήρατον ἐθέλων φυλάττειν τὸ τῆς P. 361 ἐμῆς πρὸς ἐκεῖνον φιλίας τερπνὸν, καὶ μὴ δοκεῖν δι' ἔρωτα δόξης ὅσα ἡμῖν ἐσπούδασται δρᾶν, οὐχ εἱλόμην οὐδὲν τῶν ἁπάντων, οὔτε μέτριον οὐδὲν, οὔθ' ὅσα τὴν τοῦ μείζονος ἔχει δόξαν λαβεῖν· ἀλλ' ἔμεινα τούτων ἁπάντων ἀθῶος ἄχρι καὶ εἰς δεῦρο. (Ε.) Ἃ δὲ νῦν ὁ πατριάρχης ἐπιτροπίας προτείνει γράμματα, τῆς τότε χρείας ἕνεκα τούτῳ γεγένηνται, καὶ οὐδαμῇ περαιτέρω. ἐδεδίει γὰρ ὁ βασιλεὺς, οἷα πολλὰ τὸ αὐτόματον παρὰ πᾶσαν B ἐπάγει τὴν προσδοκίαν, μὴ αὐτός τε κινδυνεύσῃ καὶ σύν γε αὐτῷ καὶ αὐτὸς ἐγὼ συμπαρὼν, ᾧ τὴν διαδοχὴν ἀεὶ παρετίθει τῆς βα-

dii: sed totum se animo atque cogitatione convertit ad investigandum praemium, quo me posset digne remunerari. Cumque nil imperatorio apice sublimius inveniret, in id enixe incubuit, ut saltem collegam me imperatoremque faceret. Nam primo quidem eum pudebat, postquam Darius ille rex Persarum, homo barbarus, Zopyrum sic amavisset, ut inclyta illa Babylone ac toto praeterea Chaldaeorum Medorumque imperio carere, Zopyrum autem videre omnibus membris sanum ardentissime optasset; pudebat, inquam, hominem humanioris disciplinae et paterni imperii alumnum, victum ab illo videri se in referenda gratia. Deinde addebat, haec mihi a se praemia persolvi non tam mei causa, quam ut stabilitatem suam tueretur, atque ut vivo mortuoque se liberis suis simul et coniugi consultum esset. (IV.) At ego, quam voluptatem percipiebam ex amore erga illum meo, eam mihi sinceram servare cupiens, nec quaecunque studio fecissem, gloriae et honoris videri cupiditate fecisse, nullum sive mediocre sive maius splendidiusque praemium accipere volui; sed iis omnibus vacuus et purus ad hodiernum usque diem permansi. (V.) Hi porro circa tutelam codicilli, quos patriarcha nunc profert, illius non ulterioris temporis causa scripti sunt. Verebatur scilicet imperator, qualia multa praeter omnem opinionem fortuitus casus invehit, ne et ipse periclitaretur, et ego quoque, illius comes et socius; cui ille et imperii et suarum omnium rerum succes-

σιλείας καὶ τῶν οἰκείων ἁπάντων. μηδὲ γὰρ εἶναι τῶν δυνατῶν, A. C. 1341
ἐν ἐκείνῳ τῷ ἀγῶνι τοῦ βασιλέως κινδυνεύοντος, ἐμὲ ζῶντα λεί- Imp. Io. Pa-
πεσθαι. οὕτω γὰρ ἀλλήλαις ἡμῶν αἱ ψυχαὶ συνεκέκραντο, ὡς laeol. 1
καὶ πάντας Ὀρέστας ὁμοῦ καὶ Πυλάδας περιφανῶς τῆς ἡμῶν
ἥττᾶσθαι συμπνοίας. εἰ γὰρ ἦν ἐφικτὸν, ἀπιόντος εἰς Θετταλίαν C
τοῦ βασιλέως, ἐν Βυζαντίῳ μένειν ἐμὲ, οὐκ ἂν ἐπισκόπων ἔδει
καὶ πατριάρχου καὶ συνθηκῶν περὶ τε γυναικὸς καὶ παίδων καὶ
βασιλικῶν πραγμάτων. ἀλλὰ τοῦ τηνικαῦτα καιροῦ πρὸς τὴν
τοιαύτην τὰ πράγματα περίστασιν συνελάσαντος, οὕτως ἐφ' ὡρι-
σμένῳ τὰ τῆς τοιαύτης ἐπιτροπῆς ἐκείνῳ συνεκλείετο τῷ χρόνῳ.
ὁ δὲ τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον ὥσπερ ἕρμαιον εἰς φιλαρχίαν, ὡς
ἔοικεν, εἰληφὼς εἰς μέσον ἄγει δημοσιεύων τὰ πάλαι τοῦ βασι- D
λέως γράμματα, μηδαμῇ τῇ παρούσῃ προσήκοντα χρείᾳ· ὡς
μηδὲ πολλῶν ἐμοὶ πρὸς ταῦτα δεῖσθαι τῶν λύγων, πρὸς ἕτερα
τῆς παρούσης χρείας τὰ πράγματα συνωθούσης. (ς'.) Ἐμοὶ γὰρ,
ἵνα τὸ προσῆκον πέρας τοῖς ἐμοῖς ἐπενέγκω λόγοις, τὰ αὐτὰ τῷ
θείῳ διεξιέναι λείπεται Παύλῳ· ὅτι τὸν δρόμον τετέλεκα, καὶ τὴν
πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέ-
φανος. ὃς ὑπὸ δυοῖν ὁριζόμενος τουτωνὶ, τῆς τε ἐπιτροπῆς καὶ E
διοικήσεώς φημι τῶν βασιλικῶν πραγμάτων καὶ τῆς τοῦ νέου
βασιλέως ἐπὶ τῇ ἐμῇ θυγατρὶ μνηστείας, ἡ μὲν ἐπιτροπὴ καὶ
διοίκησις τῶν βασιλικῶν πραγμάτων, κατὰ συνέχειαν ἐκεῖθεν ἀεὶ
διαβαίνουσα, πρόσεστιν ἔτι μοι. λοιπὸν δ' ἂν εἴη καὶ τὰ τῆς

sionem semper commendaverat; praesertim cum fieri haud posset, ut, si in discrimen adduceretur salus imperatoris, superstes ego ex eo bello evaderem. Tanta siquidem inter nos animorum erat coniunctio, ut Orestarum simul Pyladarumque omnium amicitiam concordia nostra longe superaret. Etenim si, imperatore in Thessaliam profecto, Byzantii remanere me licuisset, non episcopis certe opus fuisset, non patriarcha, non mandatis, quae coniugi et liberis et rebus imperatoriis consulerent. Sed ut illorum temporum conditio eo res adduxerat, ita certo ac definito illius ipsius temporis spatio eiusmodi tutela fuit circumscripta. Nunc vero ille imperatoris mortem in lucro ponit, nimirum regnandi avidus, atque in medium publicamque in lucem profert vetera quaedam imperatoris scripta, quae in praesenti nihil ad rem spectant Eoque fit, ut mihi adversus ea non opus sit longa oratione, cum ad alia me praesens necessitas compellat. (VI.) Mihi enim, ut orationi meae finem imponam convenientem, illud D. Pauli superest usurpandum. Cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo reposita est mihi corona iustitiae. Quae cum duabus rebus definiatur, tutela scilicet et administratione imperatoriorum negotiorum, item despondenda iuniori imperatori filia mea; tutela quidem et administratio imperii, perpetua inde usque et continua possessione ad me transierunt, et adhuc mihi incum-

A. M. 6849 Ind. 9 τῶν παίδων μνηστείας ἤδη τελεῖσθαι." Καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ σύλλογος ἐλήγέ τε καὶ διελύετο.

P. 362 V. 294 δ'. Ὁ δ' Ἀπόκαυκος, ἅμα τῷ πατριάρχῃ προσιὼν ἰδίᾳ τῇ βασιλίδι, μήτε μηδενὸς ἀκούειν ἀνέπειθε τῶν ἀπὸ τοῦ Καντακουζηνοῦ λεγομένων, καὶ ἅμα τῆς τῶν πραγμάτων ἐπιτροπῆς ἀπέχεσθαι τελέως παρακελεύεσθαι. μηδὲ γὰρ εἶναι χρείαν ἔτι τούτου, τῆς βασιλίδος ὁμοῦ τῷ υἱῷ δυναμένης πᾶσιν ἐπιστατεῖν πράγμασι, παραδυναστεύοντός τε καὶ παρασπίζοντος τοῦ πατριάρχου, κατὰ τὴν πάλαι δοθεῖσαν πρὸς βασιλέως ἐπιτροπείαν
B αὐτῷ. ταῦτα λέγων καὶ πείθων ἐλάνθανεν οἵους καὶ ὅσους τοὺς ἀγρίους τρέφει θῆρας τῶν λογισμῶν ὡς ἐν λόχμῃ τῇ ψυχῇ. διεζωγράφει δ' οὖν καὶ ὑπεσήμαινεν ἀμυδρῶς τοῖς συνετωτέροις τῶν λύγων αὐτοῦ καὶ σχημάτων τὸ ἀλλοπρόσαλλον, οἷον ἐκφήξει χειμῶνα κατὰ Ῥωμαίων ὁ ἄνθρωπος, προσειληφὼς τὸ δύνασθαι. (B.) Ὅσον μὲν γὰρ προσῆν Καντακουζηνῷ πανταχόθεν τὸ δύνα-
C σθαι, τοσοῦτον Ἀποκαύκῳ περιῆν ἀσθενείας· ὅσον δ' Ἀποκαύκῳ τὸ βούλεσθαι χείριστα δρᾶν, τοσοῦτον τῷ Καντακουζηνῷ τὸ μὴ βίαιον πράττειν μηδὲν ὁπωσοῦν κατὰ τῶν ὅσοι ξιφήρη χεῖρα τῇ τούτου ζωῇ καθοπλίζουσι. Καντακουζηνὸς γὰρ, παρὸν ἐκ τοῦ ῥᾴστου κακοὺς φωραθέντας αὐτοὺς καθελὼν, ἀπονητὶ τὸ τῆς αὐτοκρατορίας περιζώσασθαι σκῆπτρον, τοῦτο μὲν οὐ βεβούληται, ἀλλὰ τὴν αὐτῶν ἐκπλαγεὶς ἀγνωμοσύνην οἴκοι κα-
D τέμεινε σιωπῶν ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς που τὰς ἡμέρας. ὁ δ' Ἀπόκαυκος, πειρώμενος μὲν, οὐ δυνάμενος δὲ καθελεῖν Καντακουζηνὸν,

bunt: reliquum est, ut liberorum nostrorum coniunctio factis sponsalibus sanciatur." Post haec finito colloquio dimissi sunt ii qui convenerant.

4. At Apocaucus cum patriarcha ad Augustam privatim accedit persuadetque, ut nihil eorum quae a Cantacuzeno dicta sint audiat, simulque ut ei rerum administratione prorsus interdicat. Nec enim illo amplius opus esse; quandoquidem imperatrix ipsa cum filio posset rerum tractare gubernacula, collega ac defensore patriarcha, cui tutela iampridem ab imperatore delata fuisset. Haec cum diceret ac persuaderet, non declarabat quae et quot immania in animo consilia aleret, quasi in silva feras. Iis tamen qui intelligentiores erant inconstantia illa in dictis atque in persona retinenda adumbrabat saltem et leviter designabat, quas ille Romano imperio tempestates illaturus foret, ubi nactus esset potestatem. (II.) Quantum enim ubique poterat Cantacuzenus, tantum Apocauco deerat virium: quantumque Apocaucus ad pessima quaeque erat proclivis, tantum aberat Cantacuzenus ab ulla vi inferenda iis, qui manum in ipsum violentam armassent. Cum enim isti facillimum esset manifesti sceleris convictos opprimere, et imperatoriae dignitatis insignia nullo labore usurpare, id quidem facere noluit: sed eorum ingratum animum vehementer admiratus domi se continuit, alteroque aut tertio demum die silentium rupit. Apocaucus vero, conatus quidem, sed frustra, Cantacuzenum de medio tollere,

ὃν μόνον ἀντίπαλον κράτιστον εὗρισκε τοῖς αὐτοῦ δολεροῖς λο- A. C. 1341
γισμοῖς, ὅμως οὐκ ἔληγε τὰ ἑαυτοῦ διηνεκῶς ἐνεργῶν. ἐκστατι- Imp. Io. Pa-
κὸν γάρ τι χρῆμα διανοίας ὁμοίως πέφυκε πλοῦτος καὶ δόξα, laeol. 1
παρ' ἀξίαν τινὶ προσγενόμενα, καθάπερ ἡ μέθη. εἰς γὰρ δόξαν
καὶ περιφάνειαν ἐξ ἀσήμου γένους ἐληλυθὼς, συνεργοῦντος καὶ E
περιθάλποντος Καντακουζηνοῦ, καὶ πλοῦτον μάλα πολὺν καὶ
ὑπὲρ τὴν τύχην τὴν ἑαυτοῦ συναθροίσας, τοῦ καθήκοντος εὐθὺς
ἐξέστη φρονήματος, καὶ τυραννίδος ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς θαλάμοις
ἔκρυψεν ἔρωτας, καὶ πάντ' ἐκεῖθεν ἔπραττε, καὶ πάντα συνεισ-
ῆγεν ὅσα γεωργεῖ τῆς τοιαύτης κακίας τὴν βλάστην. (Γ.) Βοᾷ P. 363
δὲ καὶ αὐτὰ μονονουχὶ φωνὴν ἐκπέμποντα λαμπρὰν τὰ τῶν αὐτοῦ
γε οἰκιῶν οἰκοδομήματα, μέχρι νῦν τὴν ἐκείνου κακίαν ἐκτραγῳ-
δοῦντα· λέγω δὴ τὸ τῶν Ἐπιβατῶν φρούριον· ἔπειθ' ὅσα περὶ
τὸ τεῖχος τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων ἤγειρεν, οἷον ἀμφίβιον
καὶ γῇ καὶ θαλάσσῃ μεριζομένην ἔχοντα δίαιταν. πύλας γὰρ ἑκα-
τέρωθέν σφισιν ἐτίθετο πρός τε γῆν καὶ πρὸς θάλασσαν· ἵνα
διωκόμενον ἐκ θαλάττης ἤπειρος ὑποδέχοιτο, καὶ τοὐναντίον B
αὖθις φεύγοντα τὴν ἤπειρον ἡ συνοῦσα καὶ, οἷον εἰπεῖν, ναυλο-
χοῦσα τριήρης παρὰ τὴν οἰκίαν γίνοιτο παραπομπὸς ἐπ' ἀπί-
στου στοιχείου θαλάττης ἄχρι τῆς νήσου Πριγκίπου, ἢ ὅποι
τῆς τύχης ἄγοι τὸ πέρας αὐτόν. ἔστησε γὰρ κἀκεῖ, καὶ ὁπηδή- V. 295
ποτε καταφυγεῖν ἐβούλετο, φρούρια καὶ πύργους οὐρανομήκεις.
οὕτω μοχθηρὸς ἦν ὁ ἀνὴρ ἐξ ἀρχῆς, καὶ μελέτας ἔκρυπτεν ἐν τῇ C

18. φεύγοντα pro φεύγοντι positum esse observat Boiv.

quem solum eundemque potentissimum adversarium consiliis suis fraudulentis obstare comperiebat, suo tamen more agere non desinebat. Inest enim illud opibus pariter et honoribus, ut cui indigno obvenerint, eius mentem non secus atque ebrietas ex sua sede dimoveant. Namque hic, cum ad honores et fortunae splendorem pervenisset, magnaque opum quaesita vi suam excessisset sortem, decenti illico de statu animi declinavit, tyrannidisque arcanos amores altius pectori infixos fovit. Hinc ille nihil non fecit, nihil non conquisivit, quo eiusmodi malorum stirpem aleret. (III.) Id autem ipsae illae clamant emissa paene voce insanae substructionum moles, quae ad hodiernam usque diem illius improbitatem splendidissime declarant: Epibatarum seu nautarum intelligo castellum, et quaecunque ille circa urbis principis muros exstruxit, ancipitem quasi naturam habentia, terraeque ac mari divisa. Portas enim utrinque illis addiderat a mari et a terra; ut mari pulsum terra exciperet; et vicissim terra eiectum triremis illa familiaris, ac iuxta eius domum stans quasi in portu, per infidum elementum ad insulam Principis deduceret, aut quocunque illum fortunae exitus vocaturus foret. Nam et ibi, et quocunque se volebat recipere, castella caeloque eductas arces fundaverat. Adeo vir ille improbus ipso statim initio fuit: adeo malitiae ac doli plenas celabat animo cogitationes. Quanquam

A. M. 6849 Ind. 9 ψυχῇ κακίας καὶ δόλου μεστὰς, εἰ καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀπόνασθαί οἱ ἐξεγένετο, τοῦ θεοῦ ματαίαν πᾶσαν αὐτοῦ σπουδὴν καὶ μελέτην δεικνύντος, ὡς εἰρήσεται προϊοῦσιν ἡμῖν πλατύτερον.

D ε'. Τῆς δὲ φήμης ῥυείσης εἰς ἅπαν τὸ στρατιωτικὸν, καὶ ὅσοι τῶν συνετωτέρων ἐκ πασῶν παρῆσαν τῶν πόλεων, ὡς οἶκοι καθίσας ὁ Καντακουζηνὸς πάντων πραγμάτων ἀπέσχετο, πολὺς ἀνήπτετο θόρυβος κατά τε πατριάρχου καὶ Ἀποκαύκου, καὶ εἴ τινές που τῶν ἐν τέλει σφίσιν εἶεν ὁμόφρονες. εἶναι γὰρ τῶν ἀμηχάνων ἔφασκον, ἀφέντας τὸν πλουτοδότην καὶ κοινὸν τροφέα Καντακουζηνὸν, καὶ συστρατιώτην μᾶλλον ἢ στρατηγὸν, καὶ συν-
E ταλαιπωρεῖν εἰδότα κατά τε τὰς ὑπαίθρους καὶ χειμερίας στρατοπεδείας αὐτοῖς, ἕπεσθαι μεμηνόσιν ἀνδράσι, καὶ ὑπὸ φθόνου καὶ βασκανίας διεφθορύσιν, ἢ μᾶλλον ἀμαθέσι παντὸς ἀγαθοῦ, ὁπόσα πόλεις οἶδεν ὠφελεῖν, καὶ φοβεῖν ἐχθροὺς, καὶ βασιλικοῖς ἐπίδοσιν διδόναι πράγμασιν. ὥστε καὶ τοῦ θείου προτεθέντος
P. 364 εὐαγγελίου κατὰ τὸ πάλαι κρατῆσαν ἔθος, ὑπὲρ ἀσφαλείας καὶ πίστεως ὀμνύειν τῶν βασιλέων, αὐτοὶ καὶ τοῦ τῆς βασιλείας ἐπιτρόπου Καντακουζηνοῦ προσετίθεσαν τοὔνομα. ὅτε δὴ καὶ ἀντιλέγειν ἐπιχειροῦντι τῷ Ἀποκαύκῳ ἐπεπήδησέ τις ἐξαπίνης ξιφήρης, ἐκεῖνο τὸ Ὁμηρικὸν ἐπειπὼν, αἶψά τοι αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ τὸ ξίφος. ᾧ δὴ καὶ πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν συμφρονήσαντες θορύβου πολλοῦ καὶ βοῆς ἐνέπλησαν τὰ βασίλεια· ὡς περιδεεῖς γενομένους ἐκείνους ὁμοῦ τῇ βασιλίδι οἰκτροὺς ἱκέτας γε-

nullum inde fructum colligere ei contigit, eludente scilicet Deo consilia illius ac molitiones, ut fusius infra declarabimus.

5. Manante autem fama per totum exercitum, et ad eos omnes, qui ex quacunque urbe intelligentissimi aderant, sedentem domi Cantacuzenum ab rerum administratione prorsus se abstinere, tumultus ingens adversus et patriarcham et Apocaucum, et si qui ex ducibus consiliis eorum faverent, accenditur. Negabant enim fieri posse, ut Cantacuzenum quidem obliviscerentur, virum beneficentissimum, communem altorem et parentem, nec tam ducem quam commilitonem suum, qui secum sub dio mediaque hieme bellicos labores tolerare didicisset, homines autem sequerentur furiosos, invidia et obscuro odio contabescentes; homines omnis boni ignaros, quod aut urbibus prodesse, aut hostes terrere, aut res imperatorias posset in maius provehere. Admoto itaque, sicut veteri more receptum est, divino Evangelio, per quod iurarent defensuros se imperatorum vitam et fidem servaturos, addidere hi et Cantacuzeni nomen, imperii procuratoris. Cumque ad contradicendum aggrederetur Apocaucus, in eum statim quidam irruit stricto gladio, et illud Homericum adiecit,

obscuro ferrum hoc iam sanguine tinges.

Cui quidem militum multi assensi magno tumultu et clamore aulam impleverunt: ita ut Augusta et illi qui cum ea erant, metu exanimati, Cantacu-

νέσθαι Καντακουζηνοῦ. ὃς γε καὶ μηδὲν τῆς σφῶν ὑπολογισά- A. C. 1341
μενος κακογνωμοσύνης εἰς μέσον ἦκεν εὐθύς, καὶ ὁμοῦ τῷ Imp. Io. Pa-
ὀφθῆναι πρὸς γαλήνην ἐχώρει τὰ τοῦ θορύβου καὶ κλύδωνος B
ἐκείνου κύματα, καὶ εἰς εὐδίαν ὁ τοῦ χειμῶνος ἐκείνου γνόφος
μετωχετεύετο· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ τοιάδε ἐπὶ τῆς βα-
σιλίδος, καὶ ὅσοι παρῆσαν, ἐφθέγξατο. (B.) „Τὸ μὲν ἀνθρω-
πίνοις ἀπροσδοκήτως ἀνθρώπους ὄντας συμφοραῖς ἐντυγχάνειν,
καὶ πρὶν ἢ βουλεύσασθαι καὶ πρᾶξαι, πάσχειν τι τῶν δεινῶν,
οὐ τοσούτῳ φαίην ἂν ἐγὼ τῶν πασχόντων ὅσῳ τῶν δρώντων C
ὑπάρχειν τοὔγκλημα. τὸ δ' ἄλλοις ὀρύσσοντας βόθρον αὐτοὺς
simplicitate facillime decepta, et in sententiam suam adducta, cogitata omnia exsequebatur. Atque ille eodem tempore Cantacuzenum honorifice extra Byzantium prosequitur, postquam tremendis iuramentis praestitas ei cautiones firmavit, funestissima sibi imprecatus, si potissima sibi non futura essent, quaecunque ille ad imperii administrationem spectantia dici aut fieri vellet, nec iis esset repugnaturus, qui illum oppugnaturi forent: Apocaucum vero arcessit munitis sigillo imperatorio litteris, quae honores ei maximos et omnis culpae impunitatem pollicebantur. (IV.) Cantacuzeno itaque, cum excedens Byzantio ad urbes Thraciae proficisceretur, egressus castello Apocaucus occurrit, desiliensque ex equo adorat, atque ita honores ei imperatorios defert. Quos et ante hunc ei invito tribuebant alii omnes, qui cognatione eum contingebant, quique inter senatores lectissimi erant, ut et ii qui inferiorem gradum obtinebant: seu quod ille imperii procurator foret, seu quod ab eius arbitrio sceptrum pendere imperatorium viderent, ac suspicarentur, eum imperatoriis indutum insignibus conspectum iri postridie, si collibitum esset; omnes enim metu prostratos esse, eique perinde atque imperatori parere. (V.) Caeterum Apocaucus Selybriam usque eum prosequutus est, metu exanimis, et periculum ante pedes quasi positum intuens. Erant enim plurimi qui Cantacuzenum hortarentur, ut comprehenderet hominem, et vinctum deduceret Didymotichum. Non enim

ψαι ἐς Διδυμότειχον. οὐ γὰρ ἐλάνθανεν, ὅσον ἐγερεῖ τὸν τῶν A.C. 1341
πραγμάτων καπνὸν, ἐληλυθὼς ἐς Βυζάντιον. ταῦτ' ἄρα καὶ ὡς Imp. Io. Pa-
ἐκ συμφώνου πάντες ἠνάγκασαν, ἕως ἐν χεροῖν ἔχοι τὸ θήραμα, lacol. 1
τὴν οὖσαν γαλήνην τοῖς δημοσίοις διατηρῆσαι πράγμασιν. ὁ δὲ P. 376
τὸ φιλάνθρωπόν τε καὶ ἱλαρὸν ἥκιστα μεταθεῖναι βουλόμενος V. 305
παρεκρούετο τὴν ἐκείνων παραίνεσιν. πάντα γὰρ τῆς τοῦ θεοῦ
χειρὸς ἐξῆφθαι, καὶ πάντ' ἐκεῖθεν ἔλεγε διοικεῖσθαι, καὶ μὴ δύ-
νασθαι τελεσθῆναι μηδὲν, ὃ μὴ ἐκεῖθεν εἴη συνεγνωσμένον· μὴ δ'
αὖ εἶναι τῶν ἀδυνάτων μηδὲν, ὃ μὴ ἐκεῖθεν εἴη ἀπεγνωσμένον.

ι'. Οὕτω τοίνυν ἐκεῖθεν ἀπολυθεὶς ὁ Ἀπόκαυκος ὁμοῦ τε B
αὐτὸς ἦκεν ἐς τὸ Βυζάντιον, καὶ ὁ πατριάρχης ἰδὼν εὐθὺς με-
τεσκεύασεν ἑαυτοῦ καὶ δίαιταν, καὶ γλῶτταν, καὶ γνώμην, καὶ
ἦθος ἐξ ἱεροῦ πρὸς τὸ δημοτικώτερον· καὶ ἄρας ἐξ ἱεροῦ τὴν
σκηνὴν ἐν τοῖς βασιλείοις καθάπαξ ἐπήξατο. ἔνθα παννύχιός τε
καὶ πανημέριος ξύν γε τῷ Ἀποκαύκῳ καθήμενος ἐπὶ τῆς βασιλί-
δος τοῖς δόλοις οἷς ἐρράπτον ἐπὶ φθορᾷ συνηγόρει καὶ αὐτὸς
Καντακουζηνοῦ, καὶ ὅλων δημοσίων συγχύσεων ἀνώρυττε λαμ- C
πρὰς καὶ αὐτὸς τὰς πηγάς. καὶ ἦν τὸ μὲν σχῆμα τῆς βακτηρίας
καὶ τοῦ ἐνδύματος ἱερὸς ὁ ἀνήρ· τῇ δὲ γνώμῃ καὶ τοῖς ἔργοις
οὐδὲν νόμιμον. (B.) Καὶ πρῶτα μὲν ἑαυτὸν ἀντὶ βασιλέως κε-
χειροτόνηκεν αὐτοκράτορα· τὸν δ' Ἀπόκαυκον διοικητὴν καὶ ἀγο-
ρανόμον καὶ ἐπίτροπον Βυζαντίου τε καὶ τῶν ὑπὸ τὸ Βυζάντιον
πόλεων ἅμα καὶ νήσων πασῶν, καὶ ῥητῶν καὶ ἀποῤῥήτων δια- D
νομέα. καὶ ἐπὶ τούτοις δόγμα ἦν καὶ ψήφισμα κοινὸν ἐξ ἀμφοῖν,

obscurum erat, quantum ille in republica excitaturus esset incendium, statim atque Byzantium advenisset. Idcirco quasi ex composito omnes istum compellebant, quamdiu praedam in manibus haberet, ut praesentem reipublicae tranquillitatem conservaret. At ille, ne minimum quidem volens recedere ab illa sua humanitate mitique ingenio, eorum reiiciebat adhortationem. Omnia enim a manu Dei pendere, omnia ab illo dictitabat administrari, nec posse perfici quidquam, quod non illi esset comprobatum, et vicissim omnia posse perfici, quae ab illo non improbarentur.

10. Sic igitur dimissus inde Apocaucus Byzantium venit. Quem ubi vidit patriarcha, statim et vitam et linguam et sententiam et mores transtulit a sacris ad profana, temploque valere iusso, sedem in palatio semel stabilem fixit. Ibi totas noctes et dies cum Apocauco Augustae assidens dolis suffragabatur, quos illi in Cantacuzeni exitium nectebant, et publicarum turbarum fodiebat ipse quoque fontes luculentos. Ac vir ille baculo quidem et vestimento tenus sacerdotem sapiebat: animo autem et operibus eius nihil moderati inerat, nihil iusti. (II.) Primo itaque dominum se omnium rerum vice imperatoris instituit: Apocaucum vero administrum et aedilem et praefectum tam Byzantii, quam urbium insularumque omnium Byzantio subditarum; dicendorum denique ac tacendorum dispensatorem. Ad haec lege et communi decreto, horrendis iuramentis subnixo, inter ambos

A. M. 6850 Ind. 10 ὅρκοις ἐρηρεισμένον φρικώδεσι, μηδαμῇ ποτε Καντακουζηνὸν εἰσδέξασθαι, κἂν πᾶσαν ᾖ μετάνοιαν ἐνδεδειχὼς, κἂν ἀγγέλων μεσιτεύῃ τις ἐξ οὐρανοῦ. (Γ.) Ταῦτα ἀμφοτέρων ἐδόκει τἀπιτηδεύματα. ἦσαν δ' ὡς ἀληθῶς τῆς τοῦ Ἀποκαύκου δεινότητος. ὠνειροπόλησε γὰρ εὐθὺς (ὡς εἴρηται) βασιλείαν, ἧς ἐκ πολλοῦ σπερματικῶς ἐνεφύτευσεν ἴχνη τινὰ λογισμῶν τῇ ψυχῇ· κἀπειδὴ ταῖς τῶν πάλαι βίβλων ἱστορίαις ἐνδιατρίβων ἦν τὰ μάλιστα, ἐς μνήμην ἦκεν Ὀκταβίου Καίσαρος τοῦ Αὐγούστου, καὶ πρὸς P. 377 ἐκεῖνον λελῃθότως ἀνῆγε τὴν μίμησιν. καὶ γὰρ κἀκεῖνος, μετὰ τὸ καθελεῖν τὸν τῆς ἡγεμονίας ἔφεδρον Ἀντώνιον ἅμα Κλεοπάτρᾳ τῇ Αἰγυπτίᾳ, οὐκ ἄλλως ἐνόμισεν ἀνυπεύθυνος αὐτοκράτωρ τῆς ὅλης ἀρχῆς καταστῆναι, ἢ τὸ τῆς βουλῆς συγκλητικὸν ἀξίωμα συγκαθελών. ὅθεν συγχωρῶν ἐκείνοις τοὔλαττον ἐκαρποῦτο τὸ μεῖζον ἀεί. τὸ δὲ ἦν, αὐτοὺς μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ καθημένους τὰς B δίκας ταῖς πόλεσι διανέμειν, καὶ τάς γε τῶν ἐπιτρόπων ἀρχαιρεσίας, ὥσπερ ἀπὸ δίφρου καὶ δυνάμεως αὐθεντικῆς· αὐτὸν δὲ τῶν τε ἠπειρωτικῶν καὶ ναυτικῶν δυνάμεων ἔχοντα τὴν ἡγεμονίαν τοῖς ἔξω πολέμοις ἐνασχολεῖσθαι, καὶ διὰ τῆς ἑαυτοῦ V. 306 ταλαιπωρίας τὸ ἀταλαίπωρον πανταχόθεν οἷον ὑπηρετικῶς περιποιεῖν τῇ συγκλήτῳ καὶ τοῖς πολιτικοῖς πράγμασιν· οὐκ εἰδέναι δυναμένων ἐκείνων, ὡς ὁ τῶν στρατιωτικῶν δυνάμεων ἐγκρατὴς C ῥᾷστα τῶν ὅλων χειροῦται τὸ κράτος. (Δ.) Ταύτην οὖν ἐπιβούλως καὶ συνετῶς καὶ ὁ Ἀπόκαυκος ἐληλυθὼς τὴν ὁδὸν, καὶ τοὺς μὲν εὐγενεῖς ἅπαντας κατασκευασάμενος τὸ τῆς βουλῆς δῆ-

convenit, ne unquam reciperetur Cantacuzenus, quantumvis poenitentem se significaturus esset; ac ne quidem si aliquis de caelo Angelus interveniret. (III.) Ea videbantur utriusque esse instituta: revera autem isthaec ab Apocauci solertia proficiscebantur. Somniaverat enim statim, uti diximus, imperatoriam dignitatem, cuius pridem imagines quasdam ac velut semina animo infixerat. Et cum iam olim in veterum historiis versatissimus foret, in memoriam illi venerat Octavius Caesar Augustus, eumque imitandum sibi tacite proposuerat. Etenim ille sublato cum Cleopatra Aegyptia Antonio, insidiatore et imperii aemulo, non aliter putavit supremum omnium rerum dominum exstiturum se esse, quam si senatoriam Curiae dignitatem evertisset. Quamobrem minima auctoritatis parte senatoribus concessa, maxima ipse semper fruebatur. Id autem erat, ut ii quidem Romae sedentes iura urbibus darent, et magistratus tanquam e solio publicaque auctoritate legerent: ipse autem terrestribus ac navalibus copiis praefectus externis bellis occuparetur; et molestiis omnibus sibi uni susceptis, pararet undique, famuli instar, senatui ac reipublicae tranquillitatem: cum illi haud intelligerent, eum qui exercitibus praeesset, facillime posse usurpare dominatum omnium rerum. (IV.) Illam igitur viam Apocaucus insidiose et caute ipse quoque ingressus effecit, ut omnes nobiles muneri senatorio administrando

ϑεν διοικεῖν ἀξίωμα, αὐτὸν δ' ἐν ὑπηρέτου σχήματι, μετὰ τῶν στρατιωτικῶν δυνάμεων ταῖς ἔξω μαχαῖς προσταλαιπωρούμενον κατά τε γῆν καὶ ϑάλασσαν, ἅπαν περιποιεῖν αὐτοῖς τὸ ἀϑόρυβον, ἐλαϑεν ὑποχειρίους ἅπαντας οὕτωσὶ ποιησάμενος· αὐτοὺς μὲν τοὺς γένει καὶ δόξῃ προὔχοντας εἱρκταῖς τισι ζοφεραῖς ἐγκλείσας, καϑάπερ ταῖς μάνδραις οἱ βουκόλοι τὰ ϑρέμματα· τοὺς δ' ὑπερορίους τῆς πατρίου ποιούμενος πόλεως. τούς γε μὴν περὶ τὴν βασιλίδα πάντας καὶ πάσας χρήμασιν ἀδροτέροις περιελϑὼν ἦγεν ἤδη καὶ ἔφερεν οὐ μόνον τὴν βασιλίδα καϑάπερ ἀνδράποδον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν πατριάρχην, οὐ τοσοῦτον ταῖς ϑωπείαις ἐξαπατώμενον, ὅσον ὑποπτήσσοντα τὸ ἐκείνου δραστήριον. ὅϑεν οὐδὲν ἦν τῶν δρωμένων, ὃ μὴ τῆς αὐτοῦ βουλήσεως καὶ γλώττης ἤρτητο. (E.) Εἰς τοῦτο τοίνυν τύχης τῶν βασιλικῶν ξυνελϑόντων πραγμάτων, πάντ' ἐδρῶντο τὰ χαλεπώτατα. ὥσπερ γὰρ εἰ τὰς κλεῖς τῆς ἄνω βασιλείας ὁ πατριάρχης ἐκέκτητο ἐν χεροῖν, οὕτω βεβαίας ὑπισχνεῖτο τὰς αἰωνίους ἀντιδόσεις καὶ ἄϊδια τὰ τῶν πόνων ἔπαϑλα, εἰ Καντακουζηνὸν ἀνέλοι τις φαρμάκοις δηλητηρίοις, ἢ δολεραῖς τισιν ἐπιορκίαις καὶ γοητείαις δαιμονικαῖς, ἢ ὅτῳ ἂν δυνηϑείη τρόπῳ. ὁ δὲ τῶν τε ἐν Βυζαντίῳ καὶ πάσῃ πόλει τοῦ Καντακουζηνοῦ φίλων καὶ συγγενῶν τοὺς ἰσχύοντας ἐν Καροὺς ἐτίϑετο μοίρᾳ, καὶ βασιλικῶς ἐνσεσημασμένας ἐπιστολὰς διέπεμπε, τὸν μὲν Καντακουζηνὸν τῆς ἐπιτροπῆς τῶν βασιλικῶν καϑαιρούσας πραγμάτων καὶ ἀργὸν ἐν Διδυμοτείχῳ καϑῆσθαι

A. C. 1341 Imp. Io. Palaeol. 1

15. εἰ Boiv. pro εἰς.

vacarent, ipse autem exercitibus praeficeretur; quo scilicet velut famulus, externis bellis terra marique conflictatus, omni sollicitudine illos levaret. Ea ratione universos potestati suae nec opinantes subiecit; cum ipsos illos, qui genere et fortunae splendore eminebant, carceribus quibusdam obscuris includeret, quemadmodum stabulis pecora bubulci solent, alios autem patria urbe exulare cogeret. Iis certe omnibus, qui circa Augustam seu viri seu foeminae essent, multa pecunia circumventis, regebat iam possidebatque ut mancipium non Augustam solum, sed et ipsum patriarcham, non tam adulationibus deceptum, quam illius facinorosam strenuitatem veritum. Itaque nihil gerebatur, quod non ab illius et voluntate et voce penderet. (V.) Cum igitur in eum statum imperii administratio devenisset, summa cum acerbitate omnia agebantur. Nam patriarcha, quasi caelestis regni claves in manibus haberet, perpetuam mercedem et praemia laborum sempiterna affirmate pollicebatur ei, qui Cantacuzenum sustulisset, seu mortiferis venenis, seu arcanis devotionibus diabolicisque praestigiis, seu quocumque alio modo posset. Idem amicos cognatosque Cantacuzeni, quotquot seu Byzantii seu in aliis urbibus auctoritate pollebant, contemptissimos habebat, et litteras sigillo imperatorio obsignatas emittebat, quae Cantacuzeno quidem imperii administratione interdicerent, et sedere Didymotichi otiosum tanquam in

A. M. 6850 Ind. 10 P. 378 καθάπερ δεσμώτην διακελευομένας· τὸν δ' αὐτῷ προσανέχοντα στρατὸν τὴν ταχίστην ἐπανακάμψαι πρὸς τὸ Βυζάντιον.

B ια'. Οἱ μὲν οὖν ἐν Βυζαντίῳ λογάδες τῶν τοῦ Καντακουζηνοῦ φίλων καὶ συγγενῶν, καὶ σὺν αὐτοῖς ἔνιοι τῶν ἄλλως προσηκόντων, δείσαντες μὴ κατ' ἄνδρα συλλαμβανόμενοι τῆς ἑαυτῶν
V. 307 ἀνδρίας ἀνάξια πάθωσι, συναθροίζονταί τε πρὸς ἑνός τινος οἶκον καὶ κοινολογησάμενοι πρεσβεύονται πρός τε τὸν πατριάρχην καὶ τὸν Ἀπόκαυκον περὶ τοῦ μὴ παθεῖν τι τῶν φημιζομένων
C δεινῶν· μηδὲ γὰρ ἂν ἀνέξεσθαι παραλόγως οὕτωσί πως ἀγεννές τι πρὶν δρᾶσαι παθεῖν· τοὺς δ' ἀποκρίνασθαι μὲν οὐδὲν πρὸς αὐτούς· πέμψαντας δ' ἀνὰ πᾶν τὸ Βυζάντιον ἀνασεῖσαι τὸν ὄχλον διὰ τῶν δημάρχων, καὶ ἀναφλέξαι τὴν ἄλογον καὶ ἀταμίευτον τοῦ δήμου φορὰν κατ' αὐτῶν τόξοις, καὶ ξίφεσι, καὶ
D χειροπληθέσι χερμαδίοις τοῖς προστυχοῦσι. (B.) Τοῦτο δὴ παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα βλέποντες ἐκεῖνοι, τοῦ πλήθους ἤδη συρρέοντος ἐπ' αὐτοὺς κατὰ ποταμοὺς καὶ σμήνη μελισσῶν καὶ χειμέρια πελάγους κύματα, δραμόντες ἀνεμόχλευσαν μίαν εὐθὺς τῶν ἐκ πολλοῦ κεκλεισμένων τοῦ τείχους πυλῶν· κἀκεῖθεν ἐξιόντες ᾤχοντο ἅπαντες ἀβλαβεῖς, καὶ ὑπὲρ ἑξήκοντά που τὸν ἀριθμὸν
ὑπάρχοντες. τὴν μὲν οὖν ἑσπέραν ἐκείνην, καὶ ἅμα τὴν ἐφεξῆς
E ἡμέραν ἄχρι δείλης ὀψίας, ἐν ἑνί τινι χώρῳ τῶν τοῦ Βυζαντίου ηὐλίσαντο προαστείων, περιμένοντες ἴσως ἐκ Βυζαντίου πρᾴόν τινα καὶ πρὸς εἰρήνην βλέποντα λόγον. ἐπεὶ δὲ τήν τε τῶν οἰκιῶν αἰφνίδιον καθαίρεσιν σφῶν ἠκηκόεισαν, καὶ ἀπαγωγὴν καὶ δή-

carcere iuberent; exercitum autem, quem ille sibi habebat addictum, quam celerrime Byzantium regredi imperarent.

11. Amici itaque cognatique, quos Cantacuzenus lectissimos Byzantii habebat, et cum his nonnulli eorum qui alia necessitudine eum attingebant, metuentes, ne singuli comprehensi fortibus viris indigna paterentur, conveniunt in unius cuiusdam aedes. Ibi colloquuntur inter se, missaque ad patriarcham et Apocaucum legatione postulant, ne eorum malorum, quae fama iam nunciaverit, ullum sibi inferatur: nec enim eos esse se, qui citra ullam rationem indignum aliquid, antequam fecerint, passuri sint. At illi nil eis respondere: sed mandata per totum Byzantium mittere: plebem per tribunos incitare: caecum atque effraenem vulgi impetum incendere telis, gladiis, ac missilibus lapidibus. (II.) Quod cum isti praeter spem omnem intuerentur, multitudine torrentis instar, apumve examinis, aut hibernorum pelagi fluctuum, iam confluente, cucurrere ad unam ex murorum portis iampridem clausis, eaque statim reserata egressi omnes incolumes inde evaserunt, viri opinor plus quam sexaginta. Noctem itaque illam, ac diem sequentem ad vesperam usque, in suburbano quodam praedio manserunt; fortasse exspectantes, quoad benignus aliquis et pacis auctor nuncius ex Urbe afferretur. Postquam autem et domorum suarum subitam eversionem resciverunt, direptionemque et publicationem rei familiaris, omnia denique

μενσιν τῶν οἰκείων, καὶ πάντα δήπου τὰ τῶν ἐλπίδων ἐναντιώ- A. C. 1341
τατα, ἄραντες ἐκεῖθεν πλήρεσι ταῖς ἡνίαις ἀφικνοῦνται ἐς Δι- Imp. Io. Palaeol. 1
δυμότειχον, πλεῖστα τὸ παράλογον τῆς σφῶν αὐτῶν θαυμάζοντές τε καὶ ὀδυρόμενοι συμφορᾶς. ὡς δὲ ταῦτα ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι τὸν Καντακουζηνὸν, περιαλγῆσαί τε τὴν ψυχὴν καὶ δακρύων γενέσθαι ἐγγὺς, καὶ τρικυμίαν ἐξ ἀπορίας μακρὰν ἀναλαβεῖν λο- P. 379
γισμῶν, ἐκπληττόμενον τὴν ἀτοπίαν τοῦ πράγματος. (Γ.) Οὔπω τὸ πρῶτον ἠρέμησε κῦμα, καὶ δεύτερον ἀνερράγη τοῦ προτέρου πολλῷ χαλεπώτερον. ἦκε γάρ τις ἐς τὴν ὑστεραίαν ἀγγέλλων τήν τε τῆς μητρὸς ἄτιμον κάθειρξιν καὶ τὴν τῶν οἴκων αὐτῆς καθαίρεσιν, καὶ τὴν τῆς περιουσίας ἁπάσης δήμευσιν· καὶ ὡς πολ- B
λοὶ τῶν γνησίων, ἀνακρινόμενοι καθ' ἡμέραν καὶ ἀπαιτούμενοι τὰ ἐκείνης χρήματα, πᾶσαν ἰδέαν ὑπομένουσι πόνων. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, εἰ πρὸς τὴν τοιαύτην συμφορὰν οὐκ ἀπέρρηξε τὴν ψυχὴν, οὐδ' ἐξέστη τοὺς λογισμούς· ἐκεῖνος, ἀλλὰ πάνυ θαυμασιώτερον, πῶς παιδείαν εἶναι κυρίου ταῦτα ξυννενοηκὼς ἐπαπεδύσατο πρὸς τοὺς τῆς καρτερίας δούλους, καὶ διετέλεσε τοῖς ὅλοις δεινοῖς ὡς ἀδάμας ἐγκαρτερῶν. ὁ γὰρ καιρὸς ἄλλα ἐπ' ἄλ- C
λοις ἡμέρᾳ ἐφ' ἡμέρᾳ ἐπήντλει τὰ τῶν δεινῶν κύματα. (Δ.) Οὔπω συχναὶ παρῆλθον ἡμέραι, καὶ ἦκέ τις ἐκ Βυζαντίου φέρων αὐτῷ βασιλικῶς ἐνσεσημασμένα γράμματα, αὐτὸν μὲν οἴκοι καθήμενον ἠρεμεῖν ἐπιτάττοντα, καὶ μήδ' ὁτιοῦν ἐνεργεῖν τοῦ λοιποῦ τῶν βασιλικῶν· τοὺς δὲ στρατιώτας ἐς Βυζάντιον τὴν ταχίστην ἐπανιέναι. κἄπειτα ἐφοίτων ἕτεραι ἀγγελίαι, φάσκουσαι τὴν D

desperatissima, laxis inde habenis avehuntur, et Didymotichum perveniunt, mirantes plurimum et casus illius sui insolentiam conquerentes. Quae simul Cantacuzenus vidit atque audivit, dolorem animo cepit acerbissimum, nec longe a lacrymis abfuit, et rei novitate perculsus, maximos curarum aestus ex consilii inopia concepit. (III.) Nondum primus ille resederat fluctus, cum alter erupit multo violentior. Venit enim quidam postridie nuncians, matrem in carcerem indigne coniectam esse: domum eiusdem excisam: universas facultates publicatas: a multis necessariorum per omne tormentorum genus quotidie exprimi et exigi quas ea habuisset pecunias. Non mirum igitur, quod tali calamitate accepta vitam is non abruperit, nec mente emota sui ipsius compos esse desierit. Sed multo admirabilius, quod castigationem illam divinitus immissam intelligens cum fortissimis quibusque in certamen patientiae descenderit, et rebus quantumlibet adversis steterit adamantis instar firmissimus. Tempore enim procedente alii ex aliis calamitatum fluctus in dies superveniebant. (IV.) Non multi ex eo dies effluxerant, cum ecce quidam Byzantio veniens litteras affert sigillo imperatorio munitas, quibus ipse quidem domi sedere et ab imperii administratione in posterum penitus se abstinere, exercitus vero quam celerrime Byzantium redire iubebatur. Tum alii statim nuncii advolabant; adempta

A. M. 6850 Ind. 10 ἀφαίρεσιν καὶ διανομὴν τῶν αὐτοῦ χωρίων πρὸς βαναύσους ἀνθρώπους καὶ ἀγοραίους, καὶ ὅσοι τῶν συγκλύδων τὴν γλῶσσαν θρασεῖαν ἐξώπλισαν μάλιστα κατ' ἐκείνου. ἆθλα γὰρ καὶ βραβεῖα προὐτίθεντο μὴ τὰ ἐκείνου χωρία μόνα τοῖς ὅσοι πλείους καὶ μείζους ἐξήντλουν κατ' ἐκείνου τὰς λοιδορίας, ἀλλὰ καὶ τι-
V. 308 μαὶ καὶ δόξαι καὶ προβιβασμοὶ γερῶν, κἂν ἁλιεύς τις ἦν, κἂν
E ἀγροῦ καὶ σκαπάνης ἀπόζων ὁ πρὸς τοιαύτας ἐξασκῶν λοιδορίας τὴν γλῶτταν. (E.) Ταῦθ' ὁρῶν καὶ ἀκούων ἐκεῖνος νῦν μὲν ἐνεκαρτέρει τῇ συνήθει πραότητι, καὶ ταύτης τροφίμου καὶ ἡλικιώτιδος οὔσης προδότης ἐκ τοῦ ῥᾴστου γενέσθαι οὐκ εἶχε· νῦν δ' ἐσχίζετο τὴν διάνοιαν, καὶ τοὺς λογισμοὺς περί γε τὸ ποιητέον ἐταλαντεύετο. οὐ γὰρ ἑώρα τὴν ἡσυχίαν ἀκίνδυνον, οὔθ' ἑαυτῷ, οὔτε τῷ τοῦ βασιλέως υἱῷ Ἰωάννῃ τῷ Παλαιολόγῳ, οὔτε τοῖς
F εἰς αὐτὸν συνδραμοῦσιν εὐγενέσιν ἀνδράσιν ἐκ Βυζαντίου. ἤδη γὰρ κἀκεῖνοι πολὺν μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ τρέφοντες ἐξ ὧν ἐπεπόνθεισαν τὸν θυμὸν, δεδιότες δ' ἔτι μᾶλλον καὶ ἐς τὸ μέλλον περὶ τὸ ζῆν, προφανῆ τὴν σφαγὴν ἐπέσειον αὐτῷ, εἰ μὴ βασιλικῶς ὑπὸ σφῶν ἀναγορευθείη. αὐτοῦ γὰρ μὴ τοῦτο θελήσαντος, ἕτερον ἐξ αὐτῶν παρεσκευάσθαι πρὸς τοῦτο. μηδὲ γὰρ εἶναι τούτου χω-
P. 380 ρὶς εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων σωτηρίαν ἀνυσιμώτερον ἕτερον τῶν ἁπάντων πρᾶγμα καὶ διανόημα. (ς'.) Εἰς δὴ τοιούτους χειμῶνας θορύβων καὶ περιστάσεων ἐμπεπτωκότι τῷ Καντακουζηνῷ ὅμως οὐδ' οὕτως ἐνδοῦναι νενόμισται πρότερον δεῖν, πρὶν ἐς Βυζάντιον ἁπάσῃ πεπομφότι σπουδῇ πρὸς ἀνάμνησιν αὖθις

2. *συννηλύδων* coni. Boiv.

ei sua praedia, divisaque esse operariis et circumforaneis hominibus, ac si qui alii de colluvie plebeia audacem adversus eum linguam maxime exacuissent. Iis enim, qui plura et graviora in eum maledicta congessissent, mercedes proponebantur ac praemia; non solum praedia istius; sed et honores et dignitates, et aditus ad munera, etsi piscator esset, etsi merum rus ligonemque ipsum redoleret is, qui linguam in eiusmodi convitiis exercitatissimam haberet. (V.) Haec ille cum et videret et audiret, modo in lenitate sua constans perseverabat, eamque utpote alumnam et aequalem suam non poterat facile prodere: modo trahebat animum in diversa secumque expendebat, quidnam factu optimum foret. Quiescere enim nec tutum sibi videbat esse, nec imperatoris filio Ioanni Palaeologo, nec nobilitati, quae Byzantio egressa ad se confluxerat. Iam enim et nobiles illi, iram alentes animo gravissimam ob iniuriam qua affecti fuerant, ac magis adhuc de vita sua in futurum solliciti, mortem ei praesentem intentabant, nisi a se salutaretur imperator. Eo quippe detrectante, praesto ad eam rem futurum aliquem ex ipsis: neque vero aliud rei consiliive esse ad salutem Romanorum efficacius, quam quod meditarentur. (VI.) In talibus turbarum ac prementium undique negotiorum tempestatibus versabatur Cantacuzenus. Sed ne sic quidem cedendum existimavit, nisi legatis quam celerrime By-

Ἄνναν κομίσαι τὴν βασιλίδα τῶν τε τοῦ βασιλέως συνθηκῶν ἐκεί- A. C. 1341
νων, καὶ ὅσα θανόντος ἐκείνου πέπραχεν αὖτη ξύν γε τῶν ἀμφ' Imp. Io. Pa-
αὐτὴν εὐγενῶν ὁρκωμοτήρια, φόβου καὶ φρίκης μεστὰ, τῶν B
ὁμοίων ἐχόμενα καταστάσεων. ἀλλὰ καὶ οὕτω τοῦ πράγματος
γεγονότος ἤνυσται πλέον αὐτῷ γε οὐδέν, ἢ βλασφημίας καὶ
ὅλας ἁμάξας ὕβρεων ἐκεῖνον ἀλλάξασθαι τῆς πραότητος.

ιβ'. Ταῦτ' ἄρα καὶ βιασθεὶς τὰ τῆς βασιλείας περιζώννυται C
σύμβολα, οὐ τοῦτο βουλόμενος, ὡς ἔλεγεν, οὐδὲ προθεσμίαν
τινὰ πάλαι μελετηθεῖσαν ψυχῆς τελῶν. ἀλλ' ὥσπερ οἱ τὸν ἐκ με-
γάλου πελάγους ῥέοντα φεύγοντες κλύδωνα τοῖς λιμέσιν ὁρμίζειν
τὰς ὁλκάδας ἐπείγονται, οὕτω καὶ αὐτὸς, διαφυγεῖν οὐ δυνά-
μενος τὸν περιστάντα βίαιον κίνδυνον ἄλλως, ὡς εἰς λιμένα τινὰ
τὴν βασιλικὴν κατέφυγε πορφύραν· οἶμαι τοῦ θεοῦ περαίνοντος D
ἔργον πάλαι προωρισμένον, κἀκ βρέφους αὐτῷ συμβόλοις οὐ
πάνυ τυφλοῖς καὶ ἀσαφέσι προαναφωνούμενον, κἂν αὐτὸς ἐδει-
λία πρὸς τὴν ἐγχείρησιν, μυστήρια θεοῦ γινώσκειν οὐ μάλα δυ- V. 309
νάμενος. ἵνα δ' ἐκ πολλῶν ἑνίων μνησθῶμεν, πρῶτον μὲν ἦν ***.
(B.) Ἡμέρα δ' ἦν, καθ' ἣν τὰ τῆς βασιλείας περιεζώσατο σύμ- E
βολα, ἐν ᾗ τὰ τῆς μνήμης ἤγετο Δημητρίου τοῦ θείου μάρτυ-
ρος. προστάττει δ' ἀναγορεύεσθαι τελευταῖον τοῦτον ὁμοῦ τῇ P. 381
συζύγῳ βασιλικῶς, μετά γε τὴν τῆς βασιλίδος Ἄννης εὐφημίαν
καὶ τοῦ ταύτης υἱοῦ βασιλέως Ἰωάννου. ἐμέμνητο γὰρ ἀεὶ τῆς
τοῦ θανόντος βασιλέως φιλίας, καὶ τῶν ἐκείνου περὶ τῆς βασι-

17. In mg. apographi Par. annotatum, *λείπει τοὐλάχιστον στοιχεῖα ιγ.*

zantium missis imperatricem Annam prius commonefaceret mandatorum illorum imperatoris, omniumque pactionum, quas eo mortuo ad similem reipublicae statum constituendum spectantes, terribilibus tremendisque exsecrationibus ipsa firmaverat. Sed neque sic agendo plus effecit, quam ut plena convitiorum plaustra lenitatis suae praemia haberet.

12. Quamobrem coactus ille insignia induit imperatoria. Id autem (ut ipse aiebat) nec volens fecit, nec eo ut rem animo fixam et longo ante meditatam exsequeretur. Sed velut ii, qui fluctum fugiunt ab alto decurrentem, naves suas ad portum appellere omni festinatione properant, ita et ipse cum effugere aliter haud posset circumstantis periculi vim, ad purpuram imperatoriam tanquam ad portum confugit: Deo, opinor, pridem destinatum opus, et isti adhuc infanti non caecis aut obscuris signis praenunciatum, perficiente; quamvis hic aggredi reformidaret, impar videlicet perspiciendis divinae sapientiae arcanis. Atque ut quaedam ex multis commemoremus, primum quidem erat *** (II.) Qua autem die ille imperii insignia induit, eadem Divi Demetrii Martyris memoria celebrabatur. Iubet autem non prius renunciari se imperatorem cum coniuge, quam imperatrici Annae Ioannique imperatori eius filio sit acclamatum. Recordabatur enim semper defuncti imperatoris amicitiam, et illius de imperio mandata haud

A. M. 6850 Ind. 10 λείας συνθηκῶν ἐκλαθέσθαι οὐ μάλα ἐβούλετο· ἀλλ' ὡς ἐκεῖνον τοὺς ἐκείνου προὐτίθει. πύργον γὰρ ἔλεγεν ἑαυτὸν πρὸς ἐκείνου τοῦ βασιλέως ᾠκοδομῆσθαι πρὸς ἀσφάλειαν τῆς τοῦ παιδὸς βασι-
B λείας· παρὰ τοσοῦτον οὖν εἶναι τῷ παιδὶ τὰ τῆς ἀσφαλείας ἀκίνδυνά τε καὶ βεβαιότερα, παρόσον αὐτὸν ἰσχυρότερον. (Γ.) Ὅθεν καὶ μετὰ τρίτην αὖθις ἡμέραν ἤμειψε τὴν ἐσθῆτα, διὰ τὴν τοῦ θανόντος βασιλέως ἐντάφιον λύπην, ἐκ τῆς πορφύρας ἐς τὸ λευκὸν, ὡς εἴθιστο τοὺς βασιλέας περὶ τὰς λύπας ἀεὶ ποιεῖν· καὶ διήρκεσεν ἐκεῖθεν λευκοῖς ἐνδύμασι χρώμενος, ἕως καὶ τὴν βασι-
C λίδα πόλιν ἑλὼν αὐτοκράτωρ ἀναμφισβήτητος ἐγεγόνει τῆς ὅλης Ῥωμαίων ἀρχῆς. κἀμοὶ τὴν αἰτίαν διαποροῦντι τριῶν ἕνεκα ποιεῖν ἀπεκρίνατο τοῦτο· πρῶτον μὲν τῷ φίλῳ βασιλεῖ τελευτήσαντι δίκαιον ἐκτιννὺς ὀφλημα· δεύτερον διὰ τὴν κατύπιν ἐπιδραμοῦσαν τῆς μητρὸς τελευτήν· καὶ τρίτον, ἐπειδὴ τοὺς σὺν
D αὐτῷ μακρὸν ὑπομένοντας ἑώρα τὸν κίνδυνον μετὰ τῆς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείας, δεῖν ἔκρινε τὴν πολυτελῆ τῶν βασιλικῶν ἐνδυμάτων δαπάνην ἐκείνοις μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ ἀναλοῦν. ἀλλὰ γὰρ αὐτὸς μὲν ἐξαπίνης ἐντυχὼν βιαίῳ καὶ ἀνταγωνιστῇ τῷ καιρῷ καὶ τοῖς πράγμασιν οὕτω τὰ κατ' αὐτόν τε διῳκήσατο καὶ ταῖς τοῦ θανόντος βασιλέως συνθήκαις καθόσον ἐφικτὸν διετήρησε τὴν
E ἀιδῶ. (Δ.) Ἡ δ' ὁμόψυχος ξυνωρὶς ἐκείνη, ἀκούσασα τὴν τῶν βασιλικῶν παρασήμων ἐκείνου περιβολὴν, ἀνεπήδησέ τε ὑφ' ἡδονῆς καὶ, μεμηνότων ὥσπερ μιμησαμένη διάθεσιν, πρὸς τερα-

5. βεβαιότερα em. Boiv. pro ἀβεβαιότερα.

facile obliviscebatur. Immo ut illi, ita et ipsius necessariis primas tribuebat. Propugnaculum enim aiebat se ab imperatore aedificatum ad conservandum imperium eius filio; cui proinde tanto tutius ac stabilius futurum esset imperium, quanto ipse potentior esset exstiturus. (III.) Itaque et vestem, quae purpurea erat, in albam, propter aegritudinem ex defuncti imperatoris morte, post tertiam statim diem mutavit (qui mos ab imperatoribus semper observatus in luctu) et vestibus ab eo tempore albis constantissime usus est, donec regina urbe capta totius Romanae ditionis princeps nemine adversante evasit. Cuius rei causam sciscitanti mihi respondit, se id triplici de causa factitasse: primum quidem, ut defuncto imperatori amico suo iusta persolveret: deinde propter matris suae mortem, quae postmodum incidit: tertio denique, quod eos, qui secum erant, videret rerum necessariarum penuria laborantes, in maximis periculis versari, adeoque satius duceret magnificum vestis imperatoriae sumptum impendere in illorum usus, quam sibi reservare. Sed enim ipse, cum offendisset statim violenta adversaque tempora ac negotia, ita et suis rebus consuluit, et defuncti imperatoris mandata, qua maxima potuit reverentia, prosequutus est. (IV.) At unanimes illi ac paene gemelli, ubi istum accepere insignibus imperatoriis ornavisse se, exsiliunt prae voluptate, et furentium quasi ritum

τώδη βακχείαν ἐκίνει τὰ ἤθη. ἀφορμὴν γὰρ εἰληφυῖα τὸ πρᾶγμα, καὶ δικαίωμα μέγιστον εἰς τὸ φανερῶς ἀμύνεσθαι, καὶ τὰ πάλαι τῆς ψυχῆς ἀπόῤῥητα ἀῤῥωστήματα παῤῥησιαζομένη καὶ ἀκρατῶς ἐχούσῃ τῇ γλώττῃ ἐς τὰς τῶν ὅλων ἐπαντλεῖν ἀκοὰς, καὶ δικαιοῦν μὲν ἑαυτοὺς ὀρθῶς σκοπουμένους ἐκ πολλοῦ τὴν ἐκείνων δηλαδὴ κακίαν, ἐν σπαργάνοις ἔτι καὶ γάλαξι κυοφορουμένην (μάρτυρα γὰρ εἶναι καὶ κήρυκα διαπρύσιον τῶν προτέρων στοχασμῶν τὸ νῦν πεπραγμένον, πρὸς ἐντελῆ τινα προενεχθὲν τὸν τόκον ὀψέ) ἀνενδοιάστως ἤδη καὶ ἀπαρακαλύπτως πρὸς ἄσπονδον καὶ ἀκήρυκτον ἐκίνησε τὰ πράγματα μάχην. (E.) Καὶ ἦν ἰδεῖν εἰς δύο μοίρας σχισθὲν τὸ τῶν Ῥωμαίων γένος ἅπαν κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν· εἵς τε τὸ συνετὸν καὶ ἀσύνετον· εἵς τε τὸ πλούτῳ καὶ δόξῃ διαφέρον καὶ τὸ ἐνδεές· εἵς τε τὸ παιδείας εὐγενοῦς τρόφιμον καὶ τὸ πάσης παιδείας παντελῶς ὑπερόριον· εἵς τε τὸ ἔμφρον καὶ τεταγμένον καὶ τὸ ἄφρον καὶ στασιῶδες καὶ αἱμοχαρές· καὶ τὰ μὲν βελτίω πάντα πρὸς ἐκεῖνον μετερῥυηκότα· τὰ δὲ χείρω πάντα πρὸς τοὺς ἐν Βυζαντίῳ. οἱ γὰρ γένει καὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ τῶν πολλῶν ὑπερέχοντες, οἴκους ἀφέντες καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας, εἰς ἐκεῖνον ὅλῃ προθέσει ψυχῆς ἐῤῥύησαν, καὶ αὐτῶν δὴ τῶν φιλτάτων τὴν ὑπερόριον προελόμενοι δίαιταν, καὶ βέλτιον ἡγησάμενοι σὺν ἐκείνῳ δυστυχεῖν, ἢ μετὰ τούτων τρυφᾶν· οἶμαι τὸ τοῦ Ἀναχάρσιδος λέγοντες, ὡς κρεῖσσον ἕνα φίλον κεκτῆσθαι πολλῶν ἄξιον, ἢ πολλοὺς ἀξίους μη- A. C. 1341 Imp. Io. Palaeol. 1 F P. 382 V. 310 B

aemulantes ad bacchandum insolenter vertuntur. Eam enim occasionem nacti ac rationem palam obsistendi maximam, liberrimaque et incontinenti lingua omnium auribus obtrudendi morbum animi veterem atque arcanum, commendantique se, quod pridem istius improbitatem perspexissent, in cunis, in utero adhuc delitescentem et quasi lactentem (testem enim prioribus coniecturis ac praeconem vere vocalem accessisse id, quod novissime actum et in lucem perfecto partu tandem aliquando editum foret) iam nec dubie nec latenter implacabilis internecinique belli auctores existebant. (V.) Ac tunc scissum in duas partes videre erat per omnes et urbes et provincias omne Romanum genus, et hinc quidem sapientiores, inde insipientes stare: hinc homines opibus et dignitate eminentes, inde egenos: hinc liberalis disciplinae alumnos, inde alienos ab omni disciplina; hinc denique eos qui sani ac moderati essent, illinc eos qui insanirent seditionibusque et sanguine gauderent: et optimos quidem quosque isti suffragantes; pessimos autem omnes Byzantinis. Qui enim genere, opibus, et dignitate reliquos anteibant, ii relictis focis, coniugibus, liberis, ad istum omni studio convolabant, vitam iucundissimis rebus carituram eligentes, et cum isto pati iniqua satius ducentes, quam cum illis vivere delicate: illud, puto, Anacharsidis usurpantes, melius esse unum habere amicum multi aestimandum, quam nullius pretii multos. (VI.) Oc-

A. M. 6850 Ind. 10 δενός. (ς'.) Ὕλην τοίνυν εὑρόντες, ἣν πάλαι ποθοῦντες ἐτύγ-
C χανον, φακέλλους γραμμάτων διέπεμπον οἱ Βυζάντιοι πρόεδροι κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν καὶ πόλιν, ἀνάθεμα καὶ ἀφορισμοὺς περιέχοντα πάντων, ὅσοι φίλοι θέλουσιν εἶναι τοῦ Καντακουζηνοῦ· καὶ ἅμα πᾶν τό,τε δημοτικὸν ἐρεθίζοντα κατὰ τῶν πλουσίων καὶ τὸν βάναυσον ὄχλον κατὰ τῶν δόξῃ καὶ γένει προὐχόντων· ἵνα τῶν οὕτως ἐχόντων ἐκ μέσου γενομένων, εὐχερῶς
D αὐτοὶ τῆς ἀρχῆς ἐγκρατεῖς καταστῶσι, μηδὲν ὀθενοῦν ἀντίπαλον ὑφορώμενοι. καὶ μέντοι καὶ γέγονεν ἐντεῦθεν μεγίστη καὶ πολυειδὴς φθορὰ πανταχῆ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐν βραχεῖ πραγμάτων, οἵαν οὐδεὶς ἐν βραχεῖ παραστῆσαι δύναται λόγος. (Z.) Ὁ μὲν οὖν Καντακουζηνὸς οὐδὲν ἐπιδείξασθαι θάρσος ἐβούλετο, οὐδ' ἐπεχείρει πρὸς οὐδὲν τῶν ἁπάντων σπουδῆς ἄξιον, οἷα φιλοῦσι ποιεῖν οἱ τοιούτοις ἐγχειροῦντες καὶ πρὸς τοιαῦτα πελάγη συνελαθέντες·
E ἀλλ' ἔμενεν ἥσυχος μετὰ τῆς ἑπομένης αὐτῷ στρατιᾶς. εἶχε γὰρ ὁπλίτας, τῶν μὲν λίαν ἀρίστων καὶ ῥώμῃ σώματος καὶ ψυχῆς ἀνδρίᾳ καὶ πείρᾳ διαφερόντων, ἄχρι καὶ ἐς δισχιλίους ἱππέας· οἳ καὶ τὸ σὺν αὐτῷ θανεῖν πολλῷ τιμιώτερον ἦσαν ἡγούμενοι, ἢ πλὴν αὐτοῦ ζῆν ἄχρι μιᾶς τινος τῆς ἡμέρας. οἱ μὲν οὖν λογάδες
F τοιοῦτοι καὶ τοσοῦτοι τὸν ἀριθμὸν ἦσαν αὐτῷ· οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς ταττόμενοι δὶς τοσοῦτοι. (H.) Ἐκεῖνος μὲν οὖν διεπρεσβεύετο πρὸς τοὺς Βυζαντίους τὰ πρὸς εἰρήνην συχνά, καὶ τῶν βασιλικῶν τοῦ συζύγου τὴν βασιλίδα ἀνεμίμνησκε διαθηκῶν καὶ ἐντολῶν, ἃς ἐκεῖνος ἔτι ζῶν αὐτῇ διετίθετο, περί τε κήδους τοῦ νέου βασι-

casionem itaque nacti, quam expetebant pridem, praesules Byzantini per omnes et provincias et civitates fasciculos mittebant litterarum, anathema et interdicta continentium adversus eos, qui amici essent Cantacuzeno, simulque et plebem omnem in divites irritantium, et mercenariam multitudinem in eos qui dignitate et genere eminebant: ut sublatis de medio iis qui tales erant, facile ipsi rerum dominatum invaderent, nihil quacumque ex parte contrarium suspectumque habituri. Et certe maxima inde ac multiplex universae rei Romanae clades brevi exorta est, qualem paucis exprimere nulla possit oratio. (VII.) Cantacuzenus vero nulla re audacem se ostendere, nihil aggredi volebat, quod operae pretium esset, ut solent ii qui talia inceptant, et in eos rerum aestus compulsi sunt; sed quietus cum suo exercitu manebat. Habebat enim armatorum, eorum inquam qui longe fortissimi essent et robore tam animi quam corporis experientiaque praestarent, ad duo equitum millia; quibus multo praestabilius videbatur mori cum eo, quam sine eo vel unam tantum diem vivere. Tot itaque ac tales erant lecti milites. Qui autem secundum ab illis locum obtinerent, bis totidem erant. (VIII.) Iste igitur frequentes de pace legationes ad Byzantinos mittebat, et Augustam commonefaciebat supremae voluntatis et mandatorum imperatoris coniugis sui, quae ab illo adhuc vivente acce-

λέως καὶ ἐπιτροπῆς τοῦ Καντακουζηνοῦ ἄχρι τῆς πρεπούσης A. C. 1341
ἡλικίας τοῦ νέου. μηδὲ γὰρ χρῆναι πιστεύειν ἀλλοτρίοις συμβού- Imp. Io. Pa-
λοις, καὶ πάντα πρὸς τὴν οἰκείαν σπουδάζουσιν ἔφεσιν, καὶ ὅσα P. 383
τὴν ταχίστην ἀνατρέψαι δύνανται τὴν πάλαι κατάστασιν, καὶ
ὅλα συλλήβδην εἰπεῖν τὰ τῆς βασιλείας πράγματα. (Θ.) Ἡ δὲ
τοιαύτη τοῦ ἀνδρὸς ἡμερότης οὐκ ἐμάλαξε τοὺς Βυζαντίους· ἀλλὰ
τοὐναντίον ἐξέμηνε πρὸς ἀνυπέρβλητον θράσος τε καὶ ἀπόνοιαν.
οὐδὲ γὰρ διὰ φειδῶ τῶν ὁμοφύλων αἱμάτων ταῦτ' ἔφασκον φά-
σκειν ἐκεῖνον, ἀλλ' ὡς ἐν ἀπογνώσει τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς συνωσθέντα.
καὶ φανερῶς μὲν ὅπλα πολέμια κατ' ἐκείνου διηνεκῶς συγκροτοῦ- B
σιν, ἔκ τε θαλάττης ὁμοῦ καὶ ἠπείρου, ἥκιστά σφισιν ἐνῆν οὔτ'
ἠρεμεῖν, οὔτ' οὐδεμιᾶς λαθραίας φείδεσθαι μηχανῆς, ὅσαι τε
διὰ φαρμάκων καὶ γοητειῶν καὶ ὅσαι δι' αἵματος. (Ι.) Ἐκεῖνος
δ' εἰς θεὸν ὁλοσχερῶς ἀναθεὶς τὰς ἐλπίδας ἔμενεν ἡσυχῇ κατέ-
χων ἔτι τὰ ἑαυτοῦ κατὰ χώραν στρατόπεδα, καὶ ταῦτα πάνυ δι- C
ψῶντα μάχης καὶ σκύλων πολεμικῶν, καὶ πλείους ἔχοντα τοὺς
καλοῦντας τῶν οἰκητόρων τοῦ Βυζαντίου· ὥστε τοὺς πλείους
καταγνόντας αὐτοῦ ῥᾳθυμίαν καὶ γνώμης νωθρότητα, καὶ ἅμα
ὡς τὸ εἰκὸς ὑποπτεύσαντας κίνδυνον σφῶν τε αὐτῶν καὶ αὐτοῦ,
οἴχεσθαι ἀποδράντας ἐκεῖθεν ἐς Βυζαντίους. ἐπέλιπε γὰρ ἤδη καὶ
τὰ σιτία σφᾶς κατὰ πλῆθος, ἐς μόνον τὸ Διδυμοτείχου πολί-
χνιον συγκλεισθέντας μετὰ πολλῶν τῶν ὑποζυγίων. ἠναντιοῦτο V. 311
γὰρ αὐτοῖς τὰ τῆς τύχης ὁμοῦ καὶ τῆς ὥρας. ὅ, τε γὰρ χειμὼν, D

2. νέω cod. Reg.

pisset, de affinitate iunioris imperatoris ac de tutela Cantacuzeno deferenda, quoad idoneam aetatem pupillus attigisset; nec enim credendum esse extraneis consiliariis, qui omnia pro sua libidine alacriter susciperent, eaque maxime, quae veterem statum rerum et universum prorsus imperium possent evertere. (IX.) Ea viri humanitas animos Byzantiorum haud mollivit: sed e contrario ut audacia amentiaque ultra modum furerent effecit. Nec enim ea ab illo dici aiebant, quo parceret sanguini suorum civium, sed quia ad desperationem suae salutis esset compulsus. Et cum arma palam hostilia in illum terra simul et mari assidue conflarent, minimum illis otii supererat, nec ulli parcebant occultiori machinae, quae seu veneno, seu praestigiis, seu cruenta morte grassaretur. (X.) At ille spem unice in Deo ponens manebat etiamnum quietus, continebatque adhuc intra castra exercitum: qui tamen et pugnam et spolia hostilia vehementissime sitiebat, et a plurimis invitabatur civibus Byzantinis. Quo factum est, ut plerique eum desidiae et socordis ignaviae accusantes, simulque, ut verisimile est, rati periculum sibi et illi impendere, inde ad Byzantios transfugerint. Iam enim et cibi ipsos pro hominum multitudine deficiebant, solo Didymotichi oppidulo cum frequentibus iumentis inclusos. Adversa quippe utebantur et fortuna et tempestate. Namque et hiems, si alias unquam,

A. M. 6850 Ind. 10 εἴπερ ποτὲ, ἐγεγόνει βαρὺς καὶ πάνυ τοι σφόδρα συνεχὲς ἐπιφέρων τὸ βάρος· καὶ πρός γε τῶν γραμμάτων ὁπόσα πρός τε τὸν Κράλην Σερβίας καὶ Ἀλέξανδρον, τὸν τῶν Μυσῶν ἀρχηγὸν, καὶ πρὸς οἱουσδήποτε συμμαχίας ἕνεκα ἔπεμπε, πάντα ἡλίσκοντο πρὸς τῶν Βυζαντίων, φρουροῖς καὶ ἡμεροσκόποις διαλαβόντων τὰ κύκλῳ πρός τε γῆς καὶ θαλάττης.

E ιγ'. Ὁ γε μὴν πατριάρχης μείζονα τὴν δικαίωσιν τῆς βασιλικῆς ἐπιτροπῆς μηχανώμενος ἑαυτῷ ἔστεψε διὰ πάσης σπουδῆς

P. 384 Ἰωάννην τὸν παῖδα τοῦ βασιλέως, οὐ περιμείνας, διὰ τὸ λίχνον τῆς ἐφέσεως, οὔθ' ἡλικίαν αὐτοῦ, οὔτ' ἐπίσημον ἡμέραν τινὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ. ἐνάτῃ γὰρ ἐπὶ δέκα ἔτυχεν οὖσα τοῦ νοεμβρίου, ἐν ᾗ τὸ βασιλικὸν αὐτῷ περιτέθεικε στέφος, ἀξύμβολός τις φάναι καὶ μάλα ἀνέορτος, τό γε ἧκον εἰς αὐτήν. καίτοι τοῦτο ἐβούλετο μὲν περιφανέστερον ὁ Καντακουζηνὸς καταστῆσαι μετὰ τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον εὐθύς· ἐκώλυε δ' αὐτὸς ἐπιβούλως

B καὶ μάλα σὺν δόλῳ. (B.) Κατὰ μέντοι τὴν τοῦ δεκεμβρίου τετάρτην καὶ εἰκοστὴν, περὶ δειλὴν ὀψίαν, ὁπότε τὴν γενέθλιον πανήγυριν ἑορτάζομεν τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, ἀνεβίβασε τοῦτον καὶ τῷ τοῦ παλατίου Αἰθερίῳ οἰκίσκῳ· ὅθεν καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ βασιλεῖς εἰώθεισαν τὴν τοιαύτην ἡμέραν προκύπτειν, ἀθροιζομένου τοῦ πλήθους τῶν Βυζαντίων, καὶ παντὸς τοῦ στρατοῦ, καὶ ἀνυμνούντων αὐτοὺς εὐχαῖς τε καὶ εὐφημίαις παντοίαις κά-

C τωθεν, κατ' εἰκόνα τοῦ πάλαι θριάμβου Ῥωμαίων. ἦν δὲ νῦν ὁ τοῦ δήμου κάτωθεν ἐξηχούμενος κρότος καὶ θόρυβος οὐκ εὐ-

constantissime ingravescens, asperrima tum fuit: et praeterea quascumque ille litteras sive ad Cralem Serviae, sive ad Alexandrum Mysorum principem, sive ad alios quoslibet arcessendorum auxiliorum causa mittebat, omnes intercipiebantur a Byzantiis, qui cuncta circum a terra et a mari custodibus atque exploratoribus tenebant.

13. At patriarcha, quo videretur meliori iure tutelam imperatoriam sibi arrogasse, omni diligentia Ioannem defuncti imperatoris filium coronavit, non exspectata prae aviditate nec aetate illius, nec aliqua anni die insigniori. Nam is coronam imperatoriam illius capiti imposuit Novembris die XIX. quae dies ex se minime insignis aut solennis est. At id ipsum voluerat Cantacuzenus splendidiore apparatu celebrare post obitum statim imperatoris; sed hic insidiose et maximam per fraudem impedierat. (II.) Verum die Decembris XXIV. circa vesperam, cum solenne natalium Christi Salvatoris celebramus, eundem in Aetherea quoque palatii aedicula inauguravit; unde et ii, qui illum antecesserant, imperatores soliti erant eadem die prospectare Byzantiorum congregatam multitudinem totumque exercitum, qui et votis et omni laetarum acclamationum genere ex inferiori loco eos prosequebantur, ad veteris triumphi Romani exemplum. Erat autem plausus ac strepitus, quem tum ciebat infra populus, non mera ac simplex

φημίαν ἔχων τοῦ βασιλέως ἀκήρατόν τε καὶ ἀμιγῆ· ἀλλὰ συνεκέ- A. C. 1341
κρατο καὶ ταῖς κατὰ τοῦ Καντακουζηνοῦ καὶ ἅμα ταῖς τῆς μη- Imp. Io. Pa-
τρὸς αὐτοῦ λοιδορίαις, λίαν οὔσαις αἰσχραῖς καὶ οὐ πάνυ τοι laeol. 1
σώφρονος ἀκοῆς ἀξίαις, ὑποκάοντος τοῦ Ἀποκαύκου καὶ ἀνα-
φλέγοντος δωρεαῖς ἁδροτέραις καὶ ὑποσχέσεσι τὴν τοιαύτην τοῦ
πλήθους ὁρμήν. (Γ.) Καὶ ἦν αὐτήκοος τούτων ἁπάντων ἡ τοῦ D
Καντακουζηνοῦ μήτηρ, δεσμωτήριον οἰκοῦσα μεταξὺ τῆς βασι-
λείου αὐλῆς, ἔνθα τὸ ἄθροισμα τοῦ δήμου κατὰ ποταμοὺς
συνέῤῥει καὶ συνεκροτεῖτο. καὶ μέντοι καὶ τὴν καρδίαν σφόδρα V. 312
ἐπλήττετο, καὶ στεναγμοὺς ἐκ βάθους ἀνέπεμπεν, ὥσπερ κα-
πνοὺς θολερούς τε καὶ ὁμιχλώδεις, καὶ πολλὴν τὴν ἔνδον τῆς
ψυχῆς πικρίαν τοῖς παρακαθημένοις ἀγγέλλοντας. μεριζομένη E
γὰρ τὴν ψυχὴν πρός τε τὴν ἀφύρητον ἐκείνην τῶν λοιδοριῶν
ἀκοὴν καὶ ἀναλογιζομένη πρὸς τίνων ταῦτα δραματουργεῖται,
χθὲς καὶ πρώτριτα δούλου μοῖραν ἐχόντων πρὸς αὐτὴν, καὶ ἅμα
τὴν μνήμην ἀναφέρουσα ἐς τὰς ἐκ βρέφους τύχας καὶ τὸ τῆς ἡλι-
κιώτιδος εὐδαιμονίας ἄνθος ἄχρι γήρως παραμεῖναν ἀκήρατον καὶ
ἀκμάζον, καὶ παρατιθεῖσα ἐκεῖνα πάντως ταῖς νῦν ἀντιπάλοις καὶ F
ἀδοκήτοις τοῦ χρόνου φοραῖς, φέρειν οὐκ εἶχεν· ἀλλὰ πληγείσης
σφοδρῶς τὴν καρδίαν, εἰς νόσον ἐτράπη τὸ σῶμα βαρεῖαν καὶ
ὑπισχνουμένην ἔσεσθαί οἱ τοῦ βίου τὸ πέρας οὐκ εἰς μακράν.
(Δ.) Ἐπιστάσης τοιγαροῦν καὶ τῆς τῶν φώτων πανηγύρεως μετὰ A. C. 1342
δύο καὶ δέκα ἡμέρας, καὶ τοῦ μὲν βασιλέως ὁμοίως αὖθις προ- Imp. Io. Pa-
κύπτοντος ἄνωθεν, τοῦ δὲ δήμου κάτωθεν τὰς ὁμοίας εὐφημίας laeol. 1

sui erga imperatorem studii significatio; sed et convitia, tam in Cantacuzenum quam in illius matrem, admixta erant; foedissima illa certe, nec sobriis auribus digna: ventilante Apocauco et incendente maioribus largitionibus ac promissis impetum plebis. (III.) Ea vero omnia audiebat ipsa per se Cantacuzeni mater, quae tum intra aulam palatii carcerem habitabat; quo torrentis instar confluebat et glomerabatur collecta populi turba. Ac sane illius cor vehementissimo dolore pungebatur, gemitusque edebat altissimos, qui fumi instar turbidi ac nebulosi amaritudinem, quae plurima animo illius inerat, assidentibus indicabant. Partim enim convitiis illis intolerandis, quae audiebat, animum advertens, et a quibus istae tragoediae agerentur secum reputans, ab iis nempe, qui heri ac nudiustertius mancipiorum instar ei fuissent, partim memoriam repetens suae inde usque a pueritia fortunae felicitatisque illius sibi coaevae, cuius flos illibatus ac vigens ad senectutem usque permanserat, componensque ista omnia cum illis adversis atque inopinatis vicissitudinibus temporis, minime id ferre poterat. Corde itaque graviter vulnerato, corpus in difficilem morbum incidit, qui finem vitae haud longe abesse pollicebatur. (IV.) Cum itaque et Luminum solenne post duodecim dies advenisset, atque imperator itidem deorsum prospectaret, populus autem ex inferiori loco similibus et accla-

A. M. 6850 Ind. 10. P. 385 καὶ λοιδορίας αὖθις ἐπικροτούντων, ἔκειτο ἡ Καντακουζηνὴ νεκρὰ πρὸς τὸ δεσμωτήριον ἐῤῥιμμένη καὶ ἐπιλελησμένη, καὶ πάνυ τοι σφοδρῶς ἀπῳκισμένη τῆς πάλαι εὐδαιμονίας καὶ δόξης ἐκείνης. ἔφθη γὰρ μικρὸν πρὸ τῆς τῶν σαλπίγγων ἠχοῦς τὸ ζῆν ἀποῤῥήξασα. δείσασα γὰρ οἶμαι ἡ ψυχὴ, μὴ πρὸς τὴν τῶν ὁμοίων αὖθις ἐμπέσῃ λοιδοριῶν τρικυμίαν, συνεστάλη τε πρὸς ἑαυτὴν καὶ προαπερῥάγη τοῦ σώματος. τὸ δ' ὅπως συγκεχώρηκε ταῦτα γενέσθαι θεὸς, προϊόντες ἐροῦμεν πλατύτερον, στοχαζόμενοι καθόσον ἡμῖν ἐφικτόν. (Ε.) Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμε. μετὰ γὰρ τὴν τοῦ βασιλέως τελευτὴν, οὐ πολλῶν ἡμερῶν μεταξὺ γενομένων, οὐδὲ τῆς τῶν πραγμάτων οὔπω συγχύσεως εἰς φῶς ἐκραγείσης, ἀλλ' ἐν ᾠδῖσιν ἔτι καὶ μελέταις κυοφορουμένης, συνέβη καθ' ὕπνους τῇ τοῦ Καντακουζηνοῦ μητρὶ, τὸ ἱερὸν δοκεῖν ἀνὰ χεῖρας εὐαγγέλιον ἀληφυῖαν ἄλλο τῶν πάντων οὐδὲν γεγραμμένον ὁρᾷν, ἢ „αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου", καὶ τοῦτο χρυσοῖς τε καὶ πρὸς ἅπαν κάλλος ἠσκημένοις γράμμασιν ὁμοίως ἀεὶ πανταχῇ· διαπορεῖσθαί τε καθ' ἑαυτὴν, πῶς ἱερὸν εὐαγγέλιον ὂν μηδὲν μηδαμῇ τῶν εὐαγγελικῶν εἶχε ῥητῶν, ἀλλὰ μικρὰ τῶν τῷ θείῳ Δαβὶδ εἰρημένων. τοῦτο ἀφυπνισθεῖσα διηγεῖτο πρὸς ἐνίους τῶν φίλων· καίτοι θεῖον ἔφασκεν εἶναι χρησμῴδημα, καὶ πέρας προαναφωνεῖν τῶν καθ' αὑτὴν πραγμάτων εὐκλεές τε καὶ πάνυ χρηστόν. τὸ δ' ἦν οὐ τοιοῦτον· ὅμως ἔσχεν οὕτω ταυτί. (ς'.) Ἓν μὲν δὴ τοῦτο σημεῖον ἦν, ὃ προανεφώνησεν ἐξ ὕπνων καὶ νυκτῶν τὴν τῆς μεγάλης ταυτησὶ

mationibus et convitiis streperet, iacebat in carcere exanimis Cantacuzena, proiecta atque oblivioni tradita, et a pristina felicitate suoque illo splendore quam longissime ablegata. Etenim vitam paulo ante tubarum sonum abrupit. Verita quippe anima, ut opinor, ne in similem recideret convitiorum aestum, contraxit se in semet, et priusquam id eveniret, e corpore erupit. Quomodo autem haec fieri Deus permiserit, fusius infra declarabimus, quantum licebit nobis coniectare. (V.) Sed me illud paene praeteriit. Paucis diebus post imperatoris obitum elapsis, cum rerum perturbatio nondum in lucem erupisset, sed concepta tantummodo esset ac deliberata, Cantacuzeni mater visa est sibi in somnis, sumpto in manus sacrosancto Evangelio, nihil omnino videre in eo scriptum, praeter illa verba: „haec mutatio dextrae altissimi": idque aureis summaque elegantia exaratis litteris, a capite ad calcem ubique similiter: secumque agitare, quomodo liber ille, cum sacrum esset Evangelium, ne verbum quidem uspiam evangelicum exhiberet, sed paucula illa Davidis prophetae. Id cum experrecta esset, amicis quibusdam exposuit: et quidem divinum aiebat esse oraculum, ac praedici sibi gloriosos optimosque exitus rerum suarum. Id autem non tale erat. Tamen haec ita se habuerunt. (VI.) Unum quidem illud omen fuit, quo magnae illius et illustrissimae domus eversio in somnis

καὶ περιφανοῦς οἰκίας καθαίρεσιν. δεύτερον δ' ἐκ νυκτῶν μὲν A. C. 1342
καὶ αὐτὸ, μὴ ἐξ ὕπνου γε μὲν, ἀλλ' ἐξ ἐγρηγόρσεως φάντασμα Imp. Io. Palaeol. 1
θεαθὲν ἐναργῶς. εἰωθὸς γὰρ τοῖς εὐγενείᾳ καὶ δύξῃ μεγάλῃ συ- E
ζῶσι προσώποις, ἄχρι καὶ ἐς μέσας που νύκτας συνδιανυκτε-
ρεύειν τοῖς ὅσοι χρείας οἱασδηποτοῦν προσίασιν ἕνεκα, τῇ Καν-
τακουζηνῇ τοῦτο μάλιστα πάντων προσῆν, ἅτε καὶ μάλιστα πάν-
των δόξῃ καὶ περιφανείᾳ προεχούσῃ, καὶ βουλῶν καὶ ἀπορρήτων
προεστηκυίᾳ βασιλικῶν. τῆς δὴ τοιαύτης ἐχομένῃ καὶ νῦν συνη-
θείας, καὶ πόρρω νυκτῶν γενομένης τῆς ὁμιλίας, ἔδοξεν αὐτῇ, V. 313
στᾶσαν πρὸ τῶν θυρῶν ἀφ' ὑψηλοῦ τοῦ πύργου τῆς οἰκίας F
θεάσασθαί τε τὴν σελήνην ἀνίσχουσαν ἄρτι τοῦ ὁρίζοντος καὶ
τῆς ὥρας ἐκεῖθεν καταστοχάσασθαι. τὸ γὰρ περίγειον ἐκ περι-
στροφῆς τοῦ οἰκείου ἐπαναλαμβάνουσα κύκλου, καὶ ἐς τετράγω-
νον αὖθις τῷ ἡλίῳ καθισταμένη τὸ δεύτερον ἤδη σχηματισμὸν,
ἀκρονύκτους οὐ μάλα ἐβούλετο παρέχειν τῇ γῇ τὰς αὐγὰς, πρὶν
ἐς μέσην ἀφικέσθαι τὴν νύκτα τηνικαῦτα τὸν χρόνον. (Z.) Οὕτω P. 386
δὲ στάσεώς τε καὶ σκέψεως ἔχουσα, καὶ ἅμα φροντίδων οὖσα
τῶν μελλόντων πλήρης, ἔνοπλον ἱππέα τεθέαται, κάτωθέν τε
ἑστῶτα τοῦ πύργου καὶ τῷ δόρατι σημειούμενον τὸ τοῦ πύργου
μέγεθος· ὡς ἐκπλαγῆναί τε αὐτὴν τῷ αἰφνιδίῳ καὶ ἀπροσδοκήτῳ
τοῦ φάσματος καὶ συστραφεῖσαν ἐκπέμψαι τοὺς καθέξοντας τὸν
ἐν ἀωρίᾳ τοιαύτῃ τοιαῦτα μηχανώμενον, καὶ ἀκουσομένους, ὅτου
χάριν καὶ ὅθεν ἐκείνῳ ταῦτα δρᾷν προστεταγμένον εἴη. ἐπεὶ δὲ B
τὴν ταχίστην παλινδρομήσαντας φάναι μηδένα τῶν πάντων ἑωρα-

ac de nocte praenunciata est. Alterum vero et ipsum de nocte, non autem in somnis, sed vigilanti sese videndum obtulit, clarum manifestumque ostentum. Qui enim nobilibus et illustribus personis mos est, ut ad medias usque noctes cum iis pervigilent, a quibus quacumque de causa conveniuntur, is Cantacuzenae in primis erat, utpote quae dignitate supra omnes et splendore fortunae eminebat, consiliisque et arcanis imperatoriis praecrat. Qua consuetudine cum uteretur tunc quoque, et ad multam noctem colloquium esset productum, placuit ipsi pro foribus stare, et ab excelsa aedium turri lunam, quae tum supra horizontem recens exsurgebat, contemplari, ut inde quota esset hora coniiceret. Nam cum circuli sui perigeum conversa repeteret, et iam rursus in secunda quadratura esset ad solem, acronycham lucem non prius terrae praebebat illo tempore, quam ad mediam noctem perventum esset. (VII.) Cum in hunc modum Cantacuzena illic staret et specularetur, ac simul de futuris magnopere esset sollicita, armatum equitem videt infra stantem, ac magnitudinem turris hasta metientem. Eius rei subito et improviso adspectu territa convertit se retro, mittitque homines cum comprehensuros, qui tam alieno tempore talia moliretur, ac sciscitaturos, quorsum ea facere et a quibus ei esset imperatum. Cum autem ii celerrime regressi affirmarent, neminem a se conspectum, nec viam

A. M. 6850 Ind. 10 κέναι, μηδ' εἶναι πάροδον οὐδεμίαν, ὁπόθεν εἰσιτητά γε εἴη ξέ-
νοις καὶ ἱππόταις ἀνδράσι, τῶν θυρῶν ἁπασῶν κεκλεισμένων,
ἤδη καταπλαγῆναί τε αὐτὴν καὶ, πρὸς ἄλλας ἐννοίας ἀνενεγκοῦ-
σαν τὸ μάντευμα, λύπης πλησθῆναι καὶ δακρύων γενέσθαι ἐγγύς.

C ιδ'. Ἐγὼ δ' ἐκεῖσε ἐπάνειμι. τῷ Καντακουζηνῷ γὰρ οὔτε πρὸς τοσαῦτα τὴν ψυχὴν κατενηνέχθαι ῥόθια τῶν δεινῶν συν-
ηνέχθη, οὔτε πρὸς οὓς εὕρισκε συνεχῶς κατ' αὐτοῦ συσκευαζο-
μένους λαθραίας καὶ ἄλλοτ' ἄλλας ἐπιβουλὰς ἀπηγορευκέναι, ἀλλ'
ἑστάναι τῶν ἰδίων ὅρων ἐντὸς, ἀκλινεῖς τὰς πρὸς θεὸν ἐλπίδας
ὁμοίως ἀεὶ φυλάττοντι· καὶ γράφοντι μὲν ἀεὶ καὶ δεομένῳ λή-
γειν οὐκ ἦν οὐδαμῇ, κυρωθῆναι ὁπόσα περιὼν ὁ βασιλεὺς ἐνετέλ-
D λετο περί γε αὐτοῦ. ἀλλὰ τῶν Βυζαντίων οὐδ' ἄκροις τῶν λεγο-
μένων ἀκούειν θελόντων ὡσὶν, ὅτι μὴ καὶ τοὺς ἀγγέλους σὺν ἀτι-
μίᾳ καὶ κουρᾷ πομπεύοντων ἐπ' ἀγορᾶς καὶ δεσμοῖς καὶ εἱρ-
κταῖς συγκλειόντων, τῷ δὲ οὐ διὰ γλώττης ἐγένετο λοιδορεῖν
οὐδενὶ τῶν ἁπάντων. οὐ μὴν οὐδὲ τοὺς ἐν τῷ ὄρει τῷ Ἄθῳ δια-
πρέποντας ἀρετῇ καὶ ἀσκήσει μεσίτας εἰρήνης ἀπῃξίου γίνεσθαι.
E ἀλλὰ καὶ τούτων ἐλθόντων, ἄπρακτος ἔδοξεν ἡ σπουδή. τὰ μέν-
τοι χρήματα, καὶ εἴ τι κειμήλιον ἦν ἀμφοτέροις ἐκ πολλοῦ τεθη-
σαυρισμένον, πάντα ἀνάλωται πρός τε ἄλλα τῶν κοινῶν καὶ
πρὸς τὰς τῶν στρατιωτῶν χρείας. (B.) Κρύφα γε μὴν συχνοὶ
τῶν τῆς Ὀρεστιάδος προὐχόντων, ἑταιρείαν πεποιηκότες, συνέ-
θεντο περιελθόντι Καντακουζηνῷ τὰς πύλας ἀνοῖξαι, πρὶν αἰ-
P. 387 σθέσθαι τοὺς τυραννήσαντας δημότας, καὶ γράμματα ἔπεμψαν

ullam esse, qua advenis et equitibus pateret accessus (clausas quippe omnes portas), tum vero illa perculsa est, et illud praesagium aliter interpretata totam se tristitiae tradidit, nec longe a lacrymis abfuit.

14. At non Cantacuzeni animus (ego enim illuc redeo) tantis calamitatum fluctibus demersus est, nec insidiae illae perpetuae et alias aliae, quas in se clanculum strui comperiebat, effecere ut desponderet, sed intra suos limites stetit immotus, spesque in Deo defixas constantissime habuit, nec desiit unquam per litteras petere ac rogare, ut quaecumque imperator, dum viveret, de ipso mandavisset, confirmarentur. Cumque interim populus Byzantinus ne auribus quidem primoribus dicta acciperet, quin imo et nuncios ignominia affectos ac detonsos per forum traduceret vinculisque et carceribus coërceret: tamen huius lingua nemini convitiabatur. Sed nec homines illos, virtute ac disciplina praestantes, qui montem Atho incolerent, sequestros pacis recusabat. Atque illi quidem venerunt; sed nihil diligens eorum studium effecit. Porro et pecuniae, et si qua utrisque longo ante recondita supellex erat, tum in alios usus impendebantur, tum in ea quae militibus necessaria erant. (II.) At clam plerique Orestiadis primores conspiratione facta, constituerunt oberranti Cantacuzeno portas recludere, antequam plebeii, qui tyrannice dominabantur, eam rem perciperent:

ἤδη καλοῦντες αὐτὸν, τὴν ταχίστην ἐλθόντα λαβεῖν ἀπονητὶ A. C. 1342
τὴν πόλιν. καὶ ὃς εὐθὺς διαναστὰς τόν τε στρατὸν ὥπλισε καὶ Imp. Io. Palaeol. 1
τὸν Ἄγγελον Ἰωάννην, τὸ Παμφίλου πολίχνιον ὀχυρώσαντα ὡς V. 314
προσήκει, τάχιστα ἥκειν ἐπ' Ὀρεστιάδα διεμηνύσατο σὺν ἱπ-
πεῦσιν ἔγγιστα ὀγδοήκοντα. (Γ.) Καὶ δὴ συνεληλυθότων σφῶν
ἐπὶ τὰς ὄχθας τοῦ παραῤῥέοντος τῇ Ὀρεστιάδι ποταμοῦ, χειμὼν B
τηνικαῦτα ὥσπερ ἐξ αὐτομάτου γέγονε τῆς νυκτὸς ἐκείνης μάλα
πολύς· καὶ ὁ ποταμὸς ἐκεῖνος, ὥσπερ αἴσθησιν εἰληφὼς ἀπει-
λοῦντος θεοῦ, ἀγριαίνων ἦν καὶ σφόδρα πλημμύροντα συνε-
λαύνων ὑπὲρ τὰς ὄχθας τὰ ῥεύματα· ὥστε ἄπορον πρὸς διάβα-
σιν εἶναι τοῖς τοῦ Καντακουζηνοῦ στρατεύμασιν. ἡμέρας οὖν ἔγ-
γιστα διατετριφόσι περὶ αὐτὸν οὐκ ἀλίγας, οὐκ ἔληγεν ὁ χειμών· C
ἀλλ' ἦν ἑαυτῷ τὴν ὁμοίαν διηνεκῶς συντηρῶν ἀγριότητα. ἀπει-
ρηκότος δ' ὀψὲ καὶ ἀπαλλαγέντος ἐκεῖθεν, ὅτε χειμὼν ἐς τὴν
ὑστεραίαν ἐλώφα καὶ ὁ ποταμὸς ἠρέμα ἐκείνης ὑφεῖτο τῆς
ὕβρεώς τε καὶ ἀγριότητος. τῆς δὴ τοιαύτης πείρας δὶς ἤδη γε-
νομένης, καὶ τῶν ποταμίων ῥευμάτων αὖθις ἐς τὴν ὁμοίαν ἐκεί-
νην ἀναῤῥηγνυμένων ὑπερηφανίαν, ἔγνωσαν ὀψὲ, μὴ ἔκ τινος
τύχης, ἀλλ' ἐκ θειοτέρας προνοίας εἶναι τὸ ἐναντίωμα, ῥᾷστα D
μὲν τὰ πάντα μετασκευαζούσης ὅπη βούλοιτο, καὶ νῦν δ' ἀντι-
πραττούσης μάλα τοῖς τοῦ Καντακουζηνοῦ προφανῶς ἐγχειρήμα-
σιν· ὡς ἔπεσθαι καὶ τὴν τῶν στοιχείων εὐθὺς ἀγανάκτησιν πολλῷ
τῷ θυμῷ ῥέουσαν, ὥσπερ αἰσθανομένων ὀργιζομένου τοῦ δε-
σπότου, καὶ συνεπιλαμβανομένων, ὡς δούλοις εἰκὸς, καὶ δει-
κνύντων ἔμπρακτον τὴν πρὸς τὸν δεσπότην τιμὴν διὰ τῆς βλα-

et iam litteras ad eum miserant, hortantes ut quam celerrime adesset, urbem nullo labore capturus. Ille igitur motis confestim castris exercitum instruxit, Ioannique Angelo mandavit, ut munito prout par erat Pamphili oppidulo, quamprimum Orestiadem veniret cum equitibus proxime octoginta. (III.) Cum autem illi ad ripas fluvii Orestiadem praeterfluentis convenissent, tempestas violentissima per illam noctem quasi sponte coorta est; fluvius vero, ac si sensum haberet aliquem irati numinis, saevire ac multum supra ripas exundare coepit, ita ut Cantacuzeni copiae traiicere non possent. Itaque dies non pauci in proximo circa illum fluvium consumpti sunt, tempestate haud quiescente, sed eandem sibi violentiam perpetuo retinente. Tandem re desperata cum inde abiisset Cantacuzenus, postera die tempestas saevire desiit, et paulatim fluvius proterviam illam ac ferociam remisit. Facto bis periculo, cum flumen eodem iterum tumore exundasset, sero denique cognitum est, non casu aliquo eas moras obiectas, sed providentia divina: quae omnia facillime quocunque vellet traduceret, ac nunc obsisteret apertissime Cantacuzeni coeptis: atque inde fieri, ut et ipsa statim elementa magno irarum aestu ferventia indignarentur, quasi iratum dominum sentirent, eique quatenus famulos deceret obsecundarent,

A. M. 6850 πτούσης ὁρμῆς καὶ μάλα τοι σφόδρα βιαίας ἀνταποδόσεως.
Ind. 10 E (Δ.) Ἐπεκθέοντες δ' οὖν ἑκατέρωθεν ἐνίοτε, νῦν μὲν ἐκ Διδυμοτείχου τινὲς τῶν στρατιωτῶν, νῦν δ' ἐξ Ὀρεστιάδος καὶ τῶν πέριξ πολιχνίων, πολλὴν μὲν ἐκεῖθεν ἐνθάδε λείαν ἤλαυνον, πολλὴν δ' ἐντεῦθεν ἐκεῖσε· νίκην δὲ καὶ τέλος ἐπιθεῖναι τῇ σπουδῇ, οὐκ ἦν οὐδετέρῳ κατ' οὐδετέρου· ἀλλ' ἐδίωκον ἀνήνυτα. αἱ δὲ
F πόλεις ἐφθείροντο διηνεκῶς ὑφ' ἑαυτῶν ἠρέμα καὶ κατὰ μικρόν· καὶ ἦν, ὡς ἔοικε, βούλημα θεῖον καὶ ψῆφος ἄνωθεν κυρωθεῖσα, ἐκτριβῆναι καὶ γυμνωθῆναι τὰς πόλεις χρημάτων καὶ δόξης καὶ τάξεως ἐκ τῆς ἐμφυλίου ταυτησὶ στάσεως. (Ε.) Τῆς γε μὴν ἐμφυλίου μάχης καὶ ἀλλοφύλου τὸ ἑξαλλάττον καὶ ὑπερέχον ὁ Καντακουζηνὸς ἐξετάζων τὴν μὲν παροξυσμῷ καὶ πυρετῷ, τὴν
P. 388 δὲ θέρμῃ τε θέρους καὶ ψύξει χειμῶνος ἔλεγεν ἐοικέναι· καὶ εἶναι τὸ ὑπερέχον θατέρου πρὸς θάτερον μάλα πολύ. τὴν μὲν γὰρ ἔξωθεν ψύξιν εἶναι καὶ προσθήκαις ἐνδυμάτων ἰᾶσθαι καὶ πυρὸς εὐπορίᾳ· καὶ αὖ τὴν ἔξωθεν ἐπεισόδιον θέρμην ἐνδυμάτων τε ὑφαιρέσεσι καὶ ἀνέμων πνοαῖς· τοὺς δ' ἔνδοθεν τικτομένους πυρετοὺς ἐξ ἐγκάτων δύσμαχον εἶναι καὶ μάλα ἀνανταγώνιστον χρῆμα. (ϛ.) Οἱ δὲ διὰ τὸν Καντακουζηνὸν ἐξύριστοι καὶ δεσμῶ-
B ται, καὶ ὅσοι λελῃθότως ἐν ταῖς πόλεσι τὰ ἐκείνου διετέλουν φρονοῦντες, μετέωροι ταῖς ἐλπίσιν ἦσαν ἔαρος ἐπισείοντος, εὐμενῇ καταστήσεσθαί σφισι τὴν τύχην. ἀλλ' ἄρα ἦσαν μάταια τὰ τῶν ἐλπίδων. ὡς γὰρ ἐπὶ μανδραβόλου τὰ ἐκείνου διηνεκῶς ἐχώρει.

suamque erga illum observantiam re significarent, illo scilicet noxio impetu violentissimaque remuneratione. (IV.) Utrinque igitur interdum excurrentes, nunc aliqui ex Didymoticho milites, nunc ex Orestiade vicinisque oppidulis, multam inde huc praedam, multamque hinc illuc abigebant. Neutri autem poterant vincere, atque ita finem contentioni imponere: sed frustra quidem instabant sibi utrinque. Urbes autem perpetuo conficiebantur a se invicem sensim atque paulatim. Et erat (ut videtur) placitum Deo ac caelesti decreto sancitum, ut urbes attererentur, pecuniisque et honore et dignitatis gradu per civiles illos motus spoliarentur. (V.) Et Cantacuzenus quidem civile bellum cum externo comparans, expendensque, quantum alterum ab altero distaret et excederetur: civile quidem bellum frigori calorique febricitantium; bellum vero externum calori aestivo frigorique hiberno simile esse dictitabat: alterum nempe ex his ab altero multum excedi. Frigori enim hiemis, quod externum est, facile esse vestimentorum accessione atque ignis copia mederi; rursus calorem aestatis, utpote externum atque adventitium, subtractis vestimentis ac per ventorum flatus temperari posse: febres autem, utpote intrinsecus ex ipsis visceribus natas, rem esse indomitam atque ineluctabilem. (VI.) Ii porro, qui propter Cantacuzenum aut exulabant, aut in vinculis erant, quique in urbibus tacite illi favebant, ii inquam omnes, vere appetente, spe erigebantur benignioris in posterum fortunae. Sed erant vanae illorum spes. Illius enim res, ut vulgo aiunt de Mandrabola, quotidie in peius procedebant.

ιε'. Ἐπανακτέον δὲ βραχὺ τὴν διήγησιν, ἵνα σαφέστερα γέ- A. C. 1342
νοιτο τοῖς ἀκούουσι τὰ ἐξῆς. Θεσσαλονίκης μὲν γὰρ, καὶ τῶν Imp. Io. Palaeol. 1
πέριξ ἄχρι Στρυμόνος τοῦ ποταμοῦ πόλεων, ἦν ἐπίτροπος ὁ πρω- V. 315
τοστράτωρ Θεόδωρος ὁ Συναδηνός· τῆς δὲ τῶν Σερρῶν πόλεως, C
καὶ τῶν ἄχρι Χριστουπόλεως πολιχνίων, ὁ τοῦ θανόντος βασι-
λέως ἐξάδελφος, Γὴμ ὁ Ἀρμένιος· ὃς πρὸ τεττάρων καὶ εἴκοσιν
ἐτῶν μετάπεμπτος γεγονὼς ἐξ Ἀρμενίας εἰς Βυζάντιον ὑπὸ τῆς D
τοῦ πατρὸς ἀδελφῆς, τῆς βασιλίδος δηλαδὴ καὶ μητρὸς Ἀνδρο-
νίκου τοῦ βασιλέως, συνεζύγη τῇ τοῦ Καντακουζηνοῦ ἐξαδέλφῃ,
καὶ πολὺν αὐτῇ συνοικήσας χρόνον ἄπαις διέμεινε· θανούσης
δ' ἐκείνης, συνεζύγη τῇ τοῦ Συργιάννου θυγατρὶ, ἐξ ἧς καὶ παι-
δων ἐγεγόνει πατήρ. ἦν δ' ἀεὶ τῇ πατρίῳ τῶν Ἀρμενίων θρη-
σκείᾳ χρώμενος. (B.) Οὗτος οὖν ἔρμαιον τὴν τοῦ καιροῦ καὶ E
πραγμάτων σύγχυσιν εὑρηκὼς καὶ λημμάτων πρόφασιν κατέσχε
τὰ ἐκεῖ τοῦ Καντακουζηνοῦ χωρία τε καὶ τὰς προσόδους, καὶ
ζεύγη μυρία βοῶν, καὶ παντοίων ἄλλων ἀγέλας κτηνῶν, καὶ
πάντα ἐξαργυρώσας πλεῖστα χρημάτων ἐκαρποῦτο βαλάντια.
πάντας δὲ τοὺς ὑπὸ τὴν ἐπιτροπὴν αὐτοῦ πλουσίους αἰτίαις καθυ-
ποβάλλων, ὡς εἶεν ὁμόφρονες δήπου τῷ Καντακουζηνῷ, αὐτοὺς
μὲν ἐν φρουραῖς εἶχε· τὰς δὲ σφῶν οὐσίας ἤθροιζεν ὅλαις χερσὶν P. 389
αὐτὸς ἑαυτῷ. πάντα μὲν τοίνυν ὁπόσα ὁ χρόνος ἐκεῖνος ἔτεκε τὰ
δεινὰ, ῥᾴδιον οὐκ ἂν εἴη διεξιέναι. ἕνια δ' ἐν τοῖς λέγεσθαι μέλ-
λουσιν ἄλλα ἄλλοθι κατασπειρόντων ἡμῶν, ἐξέσται δήπου καὶ
τῶν λειπομένων ἐντεῦθεν τοῖς βουλομένοις καταστοχάζεσθαι.

15. Sed repetenda paulo altius rerum expositio, ut clariora auditoribus fiant, quae sequuntur. Etenim Thessalonicae et caeteris circum urbibus, ad Strymonem usque fluvium, praepositus erat Theodorus Synadenus protostrator: Serrhis vero, et omnibus Christopolin usque oppidis, defuncti imperatoris consobrinus Guido Armenius; qui quatuor et viginti ab hinc retro annis Byzantium arcessitus (arcessiverat autem eum patris sui soror, Augusta eadem et Andronici imperatoris mater) Cantacuzeni consobrinam uxorem duxit; et per tempus diuturnum, quo illam secum habuit, liberis caruit: mortua deinde illa Syrgannis filiam secum matrimonio iunxit, ex qua et liberos suscepit: in patria autem Armeniorum religione perseveravit. (II.) Is igitur temporum ac rerum perturbationem, quasi donum fortunae insperatum nactus et lucri faciendi occasionem, quidquid habebat illic praediorum ac vectigalium Cantacuzenus, detinebat, nec non infinita boum iuga, et alia cuiusquemodi pecora, conflatoque ex iis omnibus argento, maximam pecuniae vim comparaverat. Idem quotquot in provincia, cui praeerat, opulentissimi erant, eos in crimen adducebat, ut nimirum Cantacuzeno assentientes: atque ipsos quidem in custodiam dabat: eorum autem facultates plenis manibus sibi coacervabat. Sed calamitates, quas tempora illa pepererunt, facile haud sit omnes percensere. Quarumdam vero sparsim et subinde mentionem faciemus, ut quilibet facile inde possit cactera

A. M. 6850 Ind. 10 (Γ.) Προειληφέναι μέντοι καὶ προηγήσασθαι τῶν τοιούτων συν-
B επεπτώκει σημεῖα κακῶν τά τε ἄλλα καὶ ἐπισκότησιν ἡλίου καὶ ἅμα σελήνης πρό γε αὐτῆς μάλα τοι σφόδρα μεγίστην, περὶ ζώδιον ἓν ἀμφοτέρας φημὶ τὸν τοξότην· καὶ πρὶν ὅλον ἐξαμηνιαῖον ἐξήκειν χρόνον ἐς τἀκριβές, ἑτέραν αὖθις συνεπεπτώκει γε- 5
τέσθαι σελήνης ἔκλειψεν, περὶ τὸν ταῦρον γενομένου σαφῶς τοῦ ἡλίου, ἥττω μὲν ἐκείνης, δακτύλων δ' οὖν ιδ̄ καὶ αὐτήν. ἔκ τε οὖν τούτου, καὶ αὖ ἐκ τῶν περὶ τὰ τῶν φωστήρων πάθη φα-
C νέντων χρωμάτων, μεγάλων προαναφώνησις τοῖς βαθύτερον βλέπουσιν ἐγεγόνει δεινῶν. (Δ.) Δεύτερον δὲ, τὸ τῆς δενδροτομίας. 10
περὶ γὰρ τὸν ὑδροχόον, εὐθὺς μετὰ τὸν αἰγοκέρων, τοῦ ἡλίου γενομένου, νύκτωρ ἁπάσης ἀνέμων σιωπησάσης πνοῆς, κατερ-
ῥάγη πλῆθος χιόνος οὐ φορητόν· ὑφ' οὗ καταβαρυνθέντα τὰ τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων ἅπαντα δένδρα, καὶ ὅσα τῶν προα-
D στείων αὐτῆς, τοσαύτην τὴν πτῶσιν ὑπέστησαν, ὥσθ' ἡμέρας 15
γενομένης, καὶ τὸ νυκτερινὸν ἑρμηνευσάσης δεινὸν, ἰδεῖν ξένον θέαμα, κλάδου παντὸς ἀπωρφανισμένα τὰ μέσα τῶν δένδρων καὶ σκόλοψί τισιν ἐοικότα καὶ ξύλοις νεκροῖς.

V. 316 E ις'. Ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ τῆς βασιλίδος Εἰρήνης τῆς Καντακου-
ζηνῆς, καὶ τῶν δυοῖν αὐτῆς ἀδελφῶν, πολὺς ἡμῖν ἔσται προϊοῦ- 20
σιν ὁ λόγος, τὰ μέγιστα ταῖς παρούσαις συμβαλλομένων τύχαις τοῦ χρόνου καὶ ὑποθέσεσιν, ἐς τὸ πρότερον ἴχνος τοῦ λόγου φέρε ἐπανακάμψωμεν. εἶχε γὰρ δεσμίους αὐτοὺς τὸ πλησίον ὄρους Ῥο-

8. ἐκ τῶν] τῶν corr. Boiv. pro τοῦ.

coniectare. (III.) Horum certe malorum signa antecessere ac praevia extitere tum alia, tum eclipsis solis et lunae simul. Et haec quidem prior accidit longe maxima: utraque autem circa idem zodiaci signum, nempe Sagittarium. Necdum semestre totum penitus exierat, cum alia rursus accidit lunae eclipsis, sole Taurum evidenter ingresso; minor quidem haec quam illa; sed et ipsa quatuordecim saltem digitorum. Et hoc igitur, et colores qui circa luminarium defectionem visi sunt, magnarum calamitatum praesagia altius inspicientibus habita sunt. (IV.) Alterum item signum fuit arborum excidium. Statim enim post Capricornum, cum sol in Aquario esset, cilente omni ventorum flatu, effusa est noctu nivium copia non tolerabilis. Quo onere oppressae omnes principis urbis arbores, et quaecunque erant sub urbe, tantam dedere stragem, ut die orto ac nocturnam cladem indicante, novum obiiceretur oculis spectaculum; mediae videlicet arbores omnibus ramis orbatae, et palis quibusdam ac mortuis lignis similes.

16. Sed quoniam et de imperatrice Irene Cantacuzena, et de duobus illius fratribus, frequens a nobis habebitur mentio, eo quod illorum opera in praesenti temporum conditione propositoque argumento plurimum emicuit, illuc iam revertamur, unde nostra deflexit oratio. Tenebat eos iam-

δόπης φρούριον τῆς τῶν Αὐδήρων μονῆς ἐκ πολλοῦ, κελεύσει τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ νέου, ἐπ' ἐγκλήματι καθοσιώσεως. ἄρτι δὲ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ἐν Διδυμοτείχῳ τὰ ἐρυθρὰ ὑποδησαμένου πέδιλα, καὶ τῆς πολεμίας χειρὸς ἑκατέρωθεν παρασκευαζομένης, ἔρις ἐγένετο περὶ σφῶν, ὁποτέρῳ μέρει προτέρῳ γένοιτ' ἂν τῆς εἱρκτῆς ἐξελόντι συμμάχους ἔχειν κατὰ θατέρου κρατίστους. (B.) Πολλῶν τοιγαροῦν μεταξὺ γενομένων δρόμων καὶ λόγων, καὶ δεδιότων ἐκείνων, μὴ δεσμῶν ἀλλάξωνται δεσμὰ, κουφοτέρων ἴσως δεινότερα; καὶ μηδετέρῳ βεβαίως ἐχόντων μέρει θαρρεῖν, ἡ βασιλὶς Εἰρήνη, πολλὴν πλουτοῦσα τὴν σύνεσιν καὶ ἀγχίνοιαν καὶ τοσούτῳ νικῶσα τῇ τῶν φρενῶν ἐν ταῖς βουλαῖς ὀξύτητι, ὅσον ἐν γυναιξὶ τῷ κράτει τῆς γνώσεως καὶ τῇ τῶν ἠθῶν ἁρμονίᾳ, πάντα καλῶς τὴν ταχίστην διέθετο. φρόνημα γὰρ αὐτοφυές τε καὶ αὐτοχάλκευτον εἰπεῖν κεκτημένη ἔμπρακτον παρεῖχε τῷ συζύγῳ καὶ βασιλεῖ καὶ μεγίστην ἐν τοιαύταις γενομένῳ ταῖς περιστάσεσι τὴν ἐπικουρίαν· καὶ εἰ μὴ τὸ πᾶν αὐτῷ τῆς βασιλείας αὕτη κεχάρισται κράτος, ἀλλ' οὖν καὶ μάλα δήπου σφόδρα γε τὸ πλεῖστον μέρος· νῦν μὲν λόγοις ἐπαγωγοῖς ἀναζωπυροῦσα πεπτωκότα φρονήματα τῶν ἀμφὶ τὸν βασιλέα συγγενῶν καὶ φίλων ἀληθῶν· νῦν δ' ἀφθόνῳ χειρὶ τὸν ἐν ἐξορίᾳ συνέκδημον αὐτοῖς γεγονότα προϊεμένη πλοῦτον, ἢ μᾶλλον τὰ τῶν μεγάλων ἐκείνων πλούτων περιλειφθέντα λείψανα, καθὰ προϊοῦσιν ἡμῖν ἐναργέστερον πάντα λελέξεται· νῦν δ' οὖν ἁπάσῃ δραμοῦσα σπουδῇ, καὶ δι' ἑαυτῆς αὐτὴ βεβαίας παρασχομένη

A.C. 1342
Imp. Io. Palaeol. 1
P. 390
B
C
D

1. Ἀβδήρων coni. Boiv.

pridem vinctos proximum Rhodope monti castellum Auderorum monasterii, imperatoris Andronici iunioris iussu, ob crimen maiestatis. Statim vero atque Didymotichi Cantacuzenus imperator pedes purpura inclusit, cum utrinque instrueretur manus hostilis, certamen exstitit de iis, utra pars prior carcere ipsos educeret, maximo futuros adversus alteram auxilio. (II.) Multae itaque concursationes, multa colloquia intercesserunt. At cum illi verererentur, ne vincula vinculis mutarent, leviora fortasse gravioribus, nec tuto possent alterutri parti confidere, Irene Augusta, multo iudicio et solertia pollens, ac tantum in consultationibus sagacitate, quantum intelligentiae vi et morum elegantia caeteris mulieribus praestans, brevi omnia praeclare ordinavit. Prudentiam nempe insitam ac naturalem sortita, maritum imperatorem, quem eiusmodi discrimina circumstabant, efficaci maximoque iuvabat auxilio. Itaque ei si non totam auctoritatem imperatoriam, at sane eius longe maximam partem largita est. Ipsa quippe nunc blandioribus dictis labantes excitans animos eorum, quos imperator habebat secum cognatos et vere amicos; nunc larga manu opes effundens exilii socias, aut potius magnarum illarum opum reliquias (quae omnia planius postea a nobis explicabuntur), nunc omni saltem festinatione advolans, et per semet

A. M. 6850 Ind. 10 τοῖς ἀδελφοῖς τὰς ἐγγύας, τάχιστα ἐπανῆκε, μεθ' ἑαυτῆς αὐτοὺς τῷ συζύγῳ βασιλεῖ μάλα καθ' ὥραν προσαγαγοῦσα, γνησίους καὶ ἀσφαλεῖς ἐπικούρους. (Γ.) Ἐπεὶ δ' ἐκ Συναδηνοῦ, ὃς τηνικαῦτα Θεσσαλονίκης ἐπετρόπευε, γράμματα ἐφοίτα συχνὰ, διεγείροντα Ε τὴν ταχίστην αὐτὸν διαβάντα ἐς Μακεδονίαν ἐγκρατῆ Θεσσαλονίκης ἐκ τοῦ ῥᾴστου γενέσθαι· εἶναι γὰρ παρεσκευασμένον ἐξ ἐκείνου τουτὶ λαθραίαις σπουδαῖς ἐκ πολλοῦ· διὰ δὴ ταῦτα καὶ ἄσμενος, τὴν Διδυμοτείχου ἐπιτροπὴν παραδοὺς Εἰρήνῃ τῇ συζύγῳ καὶ βασιλίδι σὺν τἀδελφῷ Μανουὴλ τῷ Ἀσὰν, ἀφίκετ' εὐθὺς καὶ ὠχύρου τὸ φρούριον, ὃ Πολύστυλον ὀνομαζόμενον πάF λαι πρὸς θάλατταν νῦν αὐτὸς ἐξ οἰκείας δαπάνης συνεστήσατο V. 317 παρὰ τὰς τοῦ Νέστου ἐκβολάς· ὃς ποταμῶν τῶν ἐν Θράκῃ μέγιστος ἐκ τῶν τοῦ Αἵμου ὀρῶν ῥηγνύμενος ἀποπτύει τὸ ῥεῖθρον ἐς τὰ τοῦ Αἰγαίου πελάγους κράσπεδα. (Δ.) Ἄρτι δ' εἰς πέρας ἥκοντες τῆς οἰκοδομίας, ἀφικνεῖσθαι πλησίον ἤμελλε καὶ Χρέλης ὁ Τριβαλλός· ὃς πρὶν ὑφ' ἡγεμόνι τελῶν τῷ τῶν Τριβαλλῶν ῥηγὶ, δι' αἰτίας οἱασδήτινας τὰ δεσμὰ τῆς ὑποτωγῆς ῥήξας, οἰP. 391 κείαν κατέστησεν ἀρχὴν ἑαυτῷ Στρουμμίτζαν, ὑπερνέφελον φρούριον, καὶ ὁπόσα περὶ Στρυμόνα τὸν ποταμὸν ἄχρι καὶ ἐς Ἀμφίπολίν ἐστι χωρία. διὰ γὰρ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐμφύλιον στάσιν κολακευόμενος ὑπ' ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν, φοβερός τις καὶ πάντοι δυσεπιχείρητος τῷ Κράλῃ Σερβίας ἐγίνετο· καὶ ἦν οἱτωσί πως ἀπολαύων τοῦ χρόνου, κἀν τοῖς τῶν ἄλλων δυστυχήμασιν

15. ἥκοντος coni. Boiv.

ipsam firmas cautiones fratribus afferens, rediit quam celerrime, eos coniugi imperatori tempore opportunissimo secum adducens, sinceros et minime suspectos defensores. (III.) Cum autem Synadeni, qui tum Thessalonicae praeerat, frequentes litterae afferrentur, Cantacuzenum hortantes, ut quamprimum in Macedoniam transiret, Thessalonicam sub potestatem suam facili labore redacturus: esse enim illud iampridem a se occultis molitionibus praeparatum: ob eam causam, cum uxori suae Irenae imperatrici, et eius fratri Manueli Asani, Didymotichi praefecturam tradidisset, cupide statim proficiscitur, et castellum munit, quod Polystylum olim nuncupatum in maritima ora novissime ipse propriis sumptibus restituerat, iuxta Nesti ostia, qui maximus Thraciae fluvius ex Haemo monte erumpens undam in maris Aegaei littus evomit. (IV.) Vix ea aedificatio ad finem perducebatur, cum et Chreles Triballus prope affuturus fuit. Hic cum antea imperio Triballorum regis paruisset, nescio quas ob causas fidei vincula abruperat, et proprium sibi imperium fecerat; in Strummitzam nempe, castellum ad nubes usque eductum, et quaecumque circa Strymonem fluvium oppida Amphipolin usque sita sunt. Etenim propter civile Romanorum bellum, cum utraeque illum partes adularentur, formidandus Crali Serviae et expugnatu difficillimus evaserat. Sic illa temporum conditione fruebatur, fortunatus

αὐτὸς εὐτυχῶν, καὶ τῆς τῶν γειτόνων δυσπραγίας ἰδίαν εὐδαι- A. C. 1342
μονίαν καρπούμενος. συννοῶν δ' ὅμως ἔτι καὶ οὐ μάλα ἀνύπο- Imp. Io. Pa-
πτον τὴν εἰς τοὔμπροσθεν βασιλικὴν εὔκλειαν ποιούμενος τοῦ B laeol. 1
Καντακουζηνοῦ, φίλος εἶναι καὶ σύμμαχος αὐτῷ διετείνετο. ὅθεν
καὶ ἐπειδὴ μιμησάμενοι τοὺς ἐν Θερμοπύλαις τριακοσίους ἐκ τῆς
Σπάρτης, τὴν τοῦ Ξέρξου πάλαι παραφυλάττοντας δίοδον, προ-
κατειλήφεσαν οἱ τοῖς Βυζαντίοις προσκείμενοι τὰ περὶ τὴν Χρι-
στούπολιν στενὰ, καὶ σὺν ἐπιμελείᾳ μὴ πάνυ τοι ἐῤῥᾳθυμημένῃ
καθήμενοι παρεφύλαττον νύκτωρ ἅμα καὶ μεθ' ἡμέραν, ὡς ἄβα- C
τον ἐντεῦθεν τῷ βασιλικῷ τοῦ Καντακουζηνοῦ στρατῷ γίνεσθαι,
διαμηνυθεὶς καὶ ὁ Χρέλης ἧκε Χριστουπόλεως ἔγγιστα, χεῖρα
στρατιωτικὴν ἐπαγόμενος οὐ μικράν, συνεργήσων τε καὶ, τό γε
εἰς δύναμιν ἦκον, ῥᾳδίαν ποιήσων ὁπώσποτε τῷ βασιλεῖ τὴν ἐς
Θεσσαλονίκην πάροδον. (E.) Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, οἱ
μὲν ἐναπολειφθέντες ἦσαν ἐν Διδυμοτείχῳ μετὰ τῆς βασιλίδος D
Εἰρήνης καὶ τἀδελφοῦ Μανουὴλ τοῦ Ἀσὰν ἔνοπλοι στρατιῶ-
ται καὶ ἱππεῖς πλέον ἢ πεντακόσιοι· στρατηγοὶ δὲ δύο μὲν,
Μανουήλ τε ὁ Ταρχανειώτης, τῶν συγγενῶν ὑπάρχων τις τῷ
βασιλεῖ, καὶ Γεώργιος ὁ Φακρασῆς· καὶ μετ' αὐτοὺς ἕτεροι δύο.
ὧν ἁπάντων τὴν καρτερίαν, καὶ τὴν περὶ τὰς ἐνοπλίους μάχας
ἀνδρίαν καὶ ἐμπειρίαν, ἡ τῶν καθ' ἕκαστα πράξεων μαρτυρία
προϊόντος τοῦ λόγου δείξει σαφέστατα. οὓς γε μὴν ὁ βασιλεὺς E
ἑπομένους εἶχε, πρὸς ἣν ἀφηγεῖσθαι μέλλομεν ὑπερόριον ἐκστρα-
τείαν, ἦσαν πλὴν τῶν ὅσοι τόξοις ἅμα καὶ σφενδόναις καὶ τοιού-

in aliorum infortuniis, et ex vicinorum calamitate propriam felicitatem velut fructum percipiens. Idem tamen cum imperandi gloriam, quae Cantacuzeno posthac futura esset, cogitaret etiamnum, et non omnino suspectam habere desiisset, amicitiam illius ac societatem studiose ambiebat. Cum itaque Byzantinarum partium fautores, imitati trecentos illos Lacedaemonios, qui Thermopylas, qua transiturus erat Xerxes, olim defenderant, vicinas Christopoli angustias occupassent, nec omnino indiligenter custodirent, noctu simul atque interdiu affixi, ita ut imperatori Cantacuzeno aditus illac praeclusus foret, arcessitus et Chreles proxime Christopolin venit, manum militum non parvam adducens; operam videlicet suam collaturus, et pro virili effecturus, ut facilis esset imperatori ad urbem Thessalonicam transitus. (V.) Et haec quidem ita se habebant. Qui vero Didymotichi cum imperatrice Irene et eius fratre Manuele Asane relicti fuerant, tam pedites quam equites, supra quingentos erant: duces autem duo; Manuel nempe Tarchaniotes, qui cognatione iunctus erat imperatori, et Georgius Phacrases; et post eos alii duo. Quorum omnium constantiam, atque in praeliis fortitudinem et experientiam, singula rerum gestarum testimonia, procedente hac historia, luculenter ostendent. Quos vero secum habebat imperator comites ulterioris expeditionis, ii erant, praeter

A. M. 6850 Ind. 10 A. C. 1342 Imp. Io. Palaeol. 1

τοις ἐκηβόλοις ἐχρῶντο βέλεσι, τῶν μὲν λογάδων ἱππέων οὐχ ἧττους ἢ δισχίλιοι· τῶν δὲ συγγενῶν, καὶ τῶν ἄλλως εὐγενῶν ἀνδρῶν, καὶ ἅμα ὁπόσοι τῆς σφῶν θεραπείας ἦσαν, ἐς τὸ ἔγγιστα τῶν πεντακοσίων ἀνῆγον τὸν ἀριθμόν. ὧν ἔκκριτοι πάντων ὑπῆρχον μάλιστα οἵ τε δύο τοῦ βασιλέως υἱεῖς, Ματθαῖος καὶ Μανουήλ· καὶ μετ' αὐτοὺς ὅ,τε τῆς βασιλίδος Εἰρήνης ἀδελφὸς Ἰωάννης ὁ Ἀσὰν καὶ ὁ τοῦ βασιλέως πρωτεξάδελφος Ἰωάννης ὁ Ἄγγελος. ὧν ἁπάντων τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς μεγαλοψυχίαν, καὶ ὁπόσα χειρὸς καὶ γνώμης ἐνεδείξαντο μεγαλοφυοῦς ἔργα καὶ τρόπαια, ἐν τοῖς καθήκουσι τόποις προβαίνων ὁ λόγος δηλώσει καθ' ἕκαστα.

7. Verba ὁ Ἀσὰν καὶ ὁ τοῦ βασιλέως πρωτεξάδελφος Ἰωάννης add. cod. Vat. 8. ἐν add. Boiv.

illos qui arcubus et fundis ac talibus telis eminus ferientibus utebantur, lectorum quidem equitum non minus quam duo millia; cognati autem, aliique nobiles, et omne famulitium ipsorum, quingentorum proxime numerum explebant. Inter quos maxime eminebant primum duo imperatoris filii, Matthaeus et Manuel: deinde Irenes Augustae frater Ioannes Asan et imperatoris consobrinus Ioannes Angelus. Quorum omnium animum in periculis magnum et fortem, et res manu vel consilio praeclare gestas, et tropaea ipsa bellica, suo sigillatim loco infra declarabimus.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΓ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER DECIMUS TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Cantacuzenus Christopolitanas angustias ut evaserit. Circa Philippos castrametatur. Oblata ei auxilia a Chrele: quem suspectum amice excipit; mox dimittit. Rhentina in deditionem accepta, Thessalonicam ire cunctatur, suo more. Melenici castellum ei deditur. Parergon de occasione non negligenda. Item de Occasionis effigie. Synadenus et alii Cantacuzeno faventes, Thessalonica per seditionem pulsi, Gynaccocastrum se recipiunt. Guido Armeniacus Thessalonicenses armis adiuvat. Classis Byzantina, Apocauco duce, Thessalonicam appulsa. Cantacuzenus Gynaccocastrum usque progressus cum Synadeno colloquitur. Hic animum mutat et illi insidiatur (Cap. 1). *Synadeni insidiae deprehensae. Tumultus in castris. Cantacuzenus dispersos milites cogit. Acie instructa Apocaucum exspectat, suos quoque instruentem, at congredi non audentem. Pedetentim et composite recedit ad Triballos, exteris magis quam popularibus suis confisus. Ubinam pernoctarit. Legatos ab eo ad Cralem praemissos homo Triballus comprehendit et ad Apocaucum deducit. De Liberio Triballo; cur nuncius ad eum missus. Exercitum transeuntem rustici lacessunt. Liberius Cantacuzenum hospitio excipit. Hic hospiti vasa pretiosa dono dat. Generum eidem pollicetur Manuelem filium. Crali per litteras commendatus Scopiam venit, ad Axium flumen. Tolerabili hospitio contentus illic cum exercitu subsistit. Cralem postridie convenit. Mutuae salutationes. Dispar utriusque magnificentia* (2). *Quamdiu apud Triballos Cantacuzenus manserit. Quae et quam gravia milites perpessi sint. Quinam facilius mala toleraverint. Habitae in iis locis orationes quare omittantur. Conditiones Crali oblatae a Byzantiis, ut Cantacuzenum proderet. Venena ab iisdem clam summissa. Parergon de Mithridate. Insidiae variae. Omnes irritae. Quam ob causam Deus tot pericula averterit. Cantacuzenus, iniuriarum immemor, Augustae et pupilli dignitati ubique consulit. Lex ab eo imposita Ioanni Angelo, Aetolis et Thessalis imperatum misso. Patientiae diuturnae merces. Gregoras alienus ab omni affectu veritatis studium profitetur. Qualia seu*

laudare seu vituperare decreverit. Quid ostendere, quid persuadere lectoribus cupiat. Expeditio capta adversus Serrhas. Morbus Triballorum. Re infecta domum reditur (3). *Amurius media hieme Hellespontum traiicit, Cantacuzenum quaesiturus. Didymotichum usque progreditur. Irenen imperatricem non adit, ne dolorem conspectu augeat. Acre et vehemens amici desiderium verbis declarat. Mira in homine barbaro humanitas. Utri prima laus tribuenda, Cantacuzeno an Amurio. Quid amicitiam conciliet. Eius cum musico concentu comparatio. Amurius, de amico sollicitus, oblata ab Irene cibaria ac vestimenta repudiat. Eandem in summas angustias adductam solatur. Hieme exercitum infestante, domum redit. Manuelis Tarchaniotae elogium. Ut Cantacuzeno quaesito et invento Didymotichum reversus anxiae imperatrici gratissimus advenerit* (4). *Altera ad Serrhas Cantacuzeni expeditio irrita. Didymotichum usque transire cum non sinit Triballorum timiditas. Ad Cralem inoitus redit. Comitem secum ducit Ioannem Asanem, iussum Chreli tradere arcem Melenici. Legati Berrhoeenses, Crale iniquas conditiones proponente, cum Cantacuzeno clam agunt. Hic Berrhoeam ex pacto ingreditur. Cralis inconstantia. Melior ex eo Cantacuzeni fortuna. Triballus dolet se clusum. Pactionum memor bellum indicere non audet* (5). *Ioannes Angelus Berrhoeam ad Cantacuzenum venit, Thessaliae rebus praeclare administratis. Eius provinciae ante Angeli adventum status perturbatissimus. Catalanorum illic dominantium vires luxu debilitatae. Angelus, maxima Thessalici principatus parte recuperata, Aetolos, Locros et Acarnanas subegit. Annam rebellem cepit. Quibusdam ut occideret suadentibus, eam dare in custodiam maluit* (6). *Cantacuzenus Thessalonicam dolo aggressus: irrito conatu, discedit. Byzantiorum et Persarum classis numerosa ad Thessalonicensem portum appulsa. Dux classis Apocaucus: Cantacuzenum abeuntem persequitur. Fluvius traiectu difficilis. Triballorum duo millia in insidiis collocata. Imperator in magnas angustias adductus. Ut indicato tandem transitu salvus evaserit. Apocauci timiditas* (7). *Apocaucus viribus suis merito diffisus auxilium petit a Crale. Munit fluvii ostia, ne illac possit legatio ad Amurium mitti. Ex Cantacuzeno sciscitatur, quid de se ipse statuat. Cantacuzenus eum verbis castigat. Fabellam narrat de avi et aucupe. Sumptus aestimat, quorum magnitudine obrutum tandem adversarium succumbere necesse sit. Gratulatur sibi Thessalica auxilia in opportunum tempus reservata. Funestos exitus praedicit Apocauco, sive abituro, sive Thessalonicae mansuro. Minatur se Persica auxilia eius exemplo acciturum. Mala enumerat, quorum causam fuisse ait illius ambitionem. Animum durum et immitem exprobrat. Admonet divinae iustitiae, quae se manifestis indiciis prodat. Fugam denique iubet maturare. Cymba in mare clam deportata, legatos ad Amurium mittit* (8). *Apocauci responsum; cuius duae partes: prima, de mendacii crimine; altera, de arcessitis barbaris. Eius viri mos perversus. Ut tentata per exercitum urbe Berrhoea, ipse Thessalonicae manserit: arrogans idem et timidus. Sagittarium summittit, qui Cantacuzenum noctu occidat. Sagittarius ter frustra rem aggressus veniam petit ac dimittitur. Apocaucus pericula impendentia celeri fuga praevertitur, insciis Thessalonicensibus. Persae apud eos relicti foede et impune grassantur* (9). *Classis Persica, duce Amurio, multis navibus tempestate amissis, ad Euboeam primum, deinde prope Thessalonicam appellitur. Persae praedatum in Triballorum fines exeunt. Cantacuzenus, Berrhoeae urbis cura commissa Manuelis filio, indolis eximiae adolescenti, confert se ad Amurium. Thessalonicensium res valde angustae. Divitum et pauperum studia contraria. Tertia factio, duabus illis peior. Divites in proditionis crimen vocantur. Pauperes ambitiosi, qui et zelotae, in illos insurgunt. Plebem infimam sibi adiungunt. Vi, rapinis et caedibus grassantur. Divitum miserrima conditio. Eorundem spes irritae. Amurius*

urbem vi expugnandam censet. Cantacuzenus, Demetrium Martyrem receritus, mavult deditionem exspectare. Soluta obsidione, milites Amuriani alii domum redeunt, alii cum duce Cantacuzenum sequuntur. Quem Amurius partim ioco partim serio reprehendit. Uterque iunctis copiis urbes Thraciae sollicitatum eunt (10). *Gregoras non simplicem historiam scribit. Res toto orbe gestae quatenus ad Byzantinas pertineant. Byzantii urbis celebritas. De Basilio Trapezuntis imperatore. Ut huius uxor vidua pellicem Byzantium relegaverit. Ut novum sibi coniugem a patre Andronico iuniore petierit. Legationis morae. Mortuo inter haec Andronico, Cantacuzenus mulieris postulata neglexit. Familiae Comnenae ius praecipuum apud Trapezuntios. Ad eos regendos Michaël Comnenus Byzantio mittitur. Senatores Trapezuntini summam rerum sibi vindicant vano praetextu. Advenientem Comnenum honorifice excipiunt. Mox procul exportatum in custodiam includunt. Populo non probante, rempublicam administrant. Scholarii, illorum manibus elapsi, redeunt cum adolescente Michaëlis filio. Trapezuntem invadunt. Adversarios puniunt. Princeps iunior in luxum effusus Scholarios contemnit. Hi Michaëlem carcere eductum in solio collocant. Adolescens in custodiam datur. Scholariorum cum Michaële pactiones. Eorundem auctoritas maxima: principis nulla. Quam tamen integram postea recuperat* (11). *Rei frumentariae inopia Byzantium aliaeque urbes laborant. Eius mali causae duae. De Capha Genuensium colonia. Latini mercaturis dediti, praesertim Genuenses. Ut colonias in oris maritimis constituere soleant. Caphae urbis parva initia. Eiusdem incrementa et vires. Genuensium incolarum fastus. Scytham indigenam unus gladio interimit. Scytharum princeps irascitur. Latinos iubet sua urbe excedere. Contumaces obsidet. Contemnitur ab obsessis, et variis cladibus afficitur. Romanae urbes interim, solitis commeatibus interclusae, advecto ex Asia frumento sustentantur. Trapezuntii in Latinos accolas saeviunt* (12). *Bella et civiles motus per totum fere orbem. Divinae providentiae consilia. Spinula et Sertorius Genua exacti. Duces ex plebe creati. Aegypti imperium divisum, et fraternis discordiis debilitatum. Mauri in Hispaniam irrumpunt. Britanni in Galliam. Asiae principes, ex Scythis oriundi, inter se praeliantur. Latini foederati in piraticas Persarum naves classem armant. Ad Smyrnaeorum portum appellunt. Arcem capiunt. Minimum deinde promovent* (13).

α'. Λήγοντος δ' ἤδη τοῦ ἔαρος, ἅρας ὁ βασιλεὺς Καντα- A. M. 6850
κουζηνὸς ἐκ τῶν τοῦ Νέστου ποταμοῦ ἐκβολῶν, κἀξ εὐωνύμων Ind. 10
ἀφεὶς τοὺς τὰ στενὰ τῆς Χριστουπόλεως παραφυλάττοντας, διὰ A. C. 1342
τῆς ἄκρας τοῦ ὄρους τὰς οἰκείας διεβίβασε δυνάμεις· μακροτέρᾳ Imp. Io. Palaeol. 1
μὲν καὶ ἐπιπόνῳ χρησάμενος τῇ πορείᾳ διὰ τὰς δυσχωρίας τῶν P. 392
τε πετρῶν καὶ φαράγγων καὶ τῶν ἐκ τῆς λόχμης ἐκείνης δένδρων V. 318
καὶ ἀκανθῶν· διεβίβασε δ' οὖν, καὶ κατεστρατοπέδευσε περὶ B

1. Exeunte porro iam vere, Cantacuzenus imperator, ab Nesti fluvii ostiis profectus, relictisque ad laevam iis qui Christopolitanas fauces custodiebant, suas copias per ipsum verticem montis transmisit: longiori quidem ac difficili usus itinere propter iniquitatem locorum, quae et saxis aspera et confragosa erant et imminentis silvae arboribus dumisque obstruebantur; transmisit tamen, et castrametatus est circa Philipporum planitiem, ubi

A. M. 6850 Ind. 10 που τὰ ἱππήλατα τῶν Φιλίππων, ἔνθα πάλαι Βροῦτος καὶ Κάσσιος ἐπολέμησαν Ὀκταβίῳ Καίσαρι. (B.) Διαναπαύοντι δ' αὐτόθι τὴν στρατιὰν προσῆλθεν αὐτῷ καὶ ὁ Χρέλης, ἐγγνώμενος πάντα οἱ τὰ κατὰ βούλησιν ἄσμενος ἐκτελεῖν. ὁ δὲ φίλον μὲν ἔχειν αὐτὸν ἔλεγε βούλεσθαι· τῆς μέντοι συμμαχίας αὐτῆς χρείαν ἥκιστα ἔχειν ἐν τῷ παρόντι. ξυνενόει γὰρ αὐτὸν γλώττῃ μὲν ὁμολογεῖν αὐτῷ φιλίαν διὰ τὸν ἐνεστῶτα φόβον τῶν ὅπλων· τὴν δὲ γνώμην εἶναι μετέωρον καὶ καραδοκοῦντα σαφῆ καὶ αὐτοδίδακτα τῆς μάχης ὄψεσθαι τὰ τέλη. ὅθεν λόγοις καὶ αὐτὸς χρησάμενος πρὸς αὐτὸν φιλίαν μακρὰν ἐπαγγελλομένοις, ἐπὶ πολλαῖς τε δεξιωσάμενος ταῖς ἡμέραις, εἶτα ἀπέλυσε χαίροντά τε καὶ γείτονα χρηστὸν τοῦ λοιποῦ καὶ αὐτὸν ἐπαγγελλόμενον εἶναι. (Γ.) Αὐτὸς δὲ μικρὸν ἐκεῖθεν προβὰς εἷλε καθ' ὁμολογίαν φρούριον Ῥεντίναν καλούμενον. δέον δ' ὀλίγων ἐντὸς ἡμερῶν P. 393 ἀπιόντα περιστρατοπεδεῦσαι τὰ τῆς Θεσσαλονίκης τείχη, καὶ περικροτῆσαι τῷ πλήθει τῶν ὅπλων καὶ τῇ ῥώμῃ τῶν ἀνδρῶν, καὶ ἐπιῤῥῶσαι μὲν τὸν ταύτης ἐπιτροπεύοντα τέως Συναδηνὸν, καὶ ὅσοι τούτῳ ταὐτὰ σπουδάζοντες ἦσαν ὑπὲρ αὐτοῦ, καταπλῆξαι δ' ἐκ τοῦ αἰφνιδίου τοὺς τἀναντία κατ' αὐτοῦ φρονοῦντας· ὁ δ' ἡμέραν ἐξ ἡμέρας παρακρούμενος ἔτριβε τὸν χρόνον ἐνταῦθα καθήμενος, οὐ στρατιωτικὸν, ἀλλ' ἴδιον τρόπον αὐτοῦ καὶ B συνήθη κἀνταῦθα τελῶν. μηδὲ γὰρ ἐθέλων ὅλως ὁμόφυλον αἷμα V. 319 χεόμενον τοῖς οἰκείοις θεάσασθαι ὀφθαλμοῖς ἀναίμακτον ἐζήτει στῆσαι τρόπαιον. διὸ καὶ περιμένων ἐκάθητο τὴν τῶν Θεσσαλονι-

Brutus olim et Cassius cum Octavio Caesare praelium conseruerunt. (II.) Illic exercitum suum reficienti Chreles occurrit spondetque se, quidquid iste iusserit, lubenter exsequuturum. At hic amicum quidem habere eum velle se significat, non tamen eius auxilio sibi in praesentia opus esse ullatenus. Intelligebat enim, cum lingua quidem amicitiam profiteri ob instantis belli metum; animi autem dubium pendere; exspectantem videlicet, quoad certum exploratumque pugnae exitum intueretur. Quocirca verbis apud eum usus et ipse magnam profitentibus amicitiam, cum eum multos per dies comiter et benigne tractavisset, dimisit postea gaudentem, ac boni in posterum vicini officio functurum sese pollicentem. (III.) Ipse autem non longe inde progressus castellum, cui Rhentina nomen est, in deditionem accipit. Unde cum deberet discedere, atque intra paucissimos dies Thessalonicae moenia obsidere et tam armorum copia quam hominum robore circumvallare; ac Synadenum quidem illius urbis tunc praefectum, eosque qui cum illo sibi faverent, confirmare; eos vero, qui contra sentirent, ex improviso percellere: ipse nihilominus procrastinando quotidie tempus ibi terebat otiosus, non militarem, sed suum tum quoque usitatum morem retinens. Cum enim omnino nollet civium sanguinem effusum propriis videre oculis, tropaeum constituere incruentum meditabatur: sedebatque

κέων ἴσως διὰ φόβον ἑκούσιον καὶ ὑπόσπονδον προδοσίαν. μεταξὺ A. C. 1342
δ' ὅμως εἶλε καθ' ὁμολογίαν καὶ τὸ Μελενίκου πάνυ τοι ἐχυρὸν καὶ Imp. Io. Palaeol. 1
δύσμαχον φρούριον, Βυζαντίοις πάλαι προσκείμενον· καὶ τὸν
τῆς βασιλίδος Εἰρήνης ἀδελφὸν Ἰωάννην ἐπίτροπον αὐτοῦ κατα- C
λελοιπὼς διὰ μελέτης ἤδη πεποίηται τὰς δυνάμεις ἄγειν ἐπὶ
Θεσσαλονίκην. (Δ.) Ἀλλ' ἡ τοῦ χρόνου ταχίστη φορὰ βραδυ-
τῆτα πραγμάτων οὐκ οἶδε φιλεῖν. ἐμοὶ γὰρ τῶν ζωγράφων ἐκεί-
νους πολλάκις ἐπῄει θαυμάζειν, καὶ τῶν ἀνδριαντοποιῶν ὁπόσοι
τῆς χρονικῆς περιόδου τὸ τάχος μιμεῖσθαι διὰ τῆς τέχνης ἐθέλον-
τες ἄνδρα ποιοῦσιν ὀπισθοφάλακρον μὲν ὡς ἐπίπαν, οὐ πάνυ
δ' ἀναφαλαντίαν, ἀλλὰ μέτωπον προϊσχόμενον λάσιον καὶ κό- D
μην ἐκεῖθεν μακρὰν καθειμένον. τἄλλα γὰρ ὄντες σοφοὶ μόνης
λείπονται φωνῆς ἐνταῦθα· καὶ ταύτην δὴ ταῖς τῶν χρωμάτων
ἥκιστα μιμεῖσθαι δύνανται βαφαῖς· ὅθεν σιγῶσαν οὕτωσί πως
ἱστᾶσι νομοθεσίας εἰκόνα, καὶ ἀνεκλάλητον κήρυκα πᾶσιν ἀεὶ
διανέμουσιν, οἷς ἐῤῥᾳθυμημένον τὸν βίον ἀνύειν οὐκ ἔστιν αἰδῶς,
μονονουχὶ βοῶντες, ὡς κατόπιν ἰοῦσι τριχῶν οὐ παρέξει λαβὴν E
ὁ Καιρὸς, ἀλλ' ὄλισθον καὶ ἀποτυχίαν τοῦ ποθουμένου μακρὰν,
τῆς ἐμπροσθίας ἤδη τοῦ χρόνου λαβῆς παρεῤῥυηκυίας καὶ ὅλως
ἀπηγορευκυίας ἅπαν τὸ ἁμιλλώμενον. (Ε.) Κἀνταῦθα τοίνυν
οὕτωσὶ τῆς βραδυτῆτος ἐκείνης ἐκτεινομένης, ὑπωπτεύθη μὲν ὁ
Συναδηνὸς τὰ βασιλέως φρονῶν· ὑπωπτεύθησαν δ' οἱ περὶ αὐ-
τὸν ἅπαντες στρατιῶται, καὶ ὅσον τῆς Θεσσαλονίκης τὸ ἔκκρι- F

12. καθήμενον apogr. Par.

ideo exspectans, quoad Thessalonicenses dederent se sponte et ex pacto, metu fortasse compulsi. Interim tamen in deditionem accepit et Melenici validum prorsus atque expugnatu difficile castellum, Byzantinis pridem addictum: cui cum imperatricis Irenes fratrem Ioannem praepositum reliquisset, copias Thessalonicam versus ducere iam parabat. (IV.) Verum enimvero rapidissima temporis fuga cunctationi in rebus gerendis favere haud solet. Eoque admiratus sum saepenumero pictores ac statuarios illos, qui celerem convertentis sese temporis lapsum arte exprimere cum volunt, hominem effingunt, occipiti quidem ex omni parte glabro; nec omnino tamen calvo capite; sed frontem hirsutam et comas ex ea promissiores exhibentem. Nam et alibi cum excellant, hic ipsam vocem tantum non assequuntur, quam quia colorum fuco exprimere minime possunt, ideo mutam sic ferme legis imaginem proponunt, et praeconem tacitum perpetuo exhibent iis omnibus, quos vitam agere desidiosam non pudet; praedicantque clara paene voce, post terga euntibus non praebituram esse Occasionem capillos arripiendos, sed lubricum, et magnam a voto aberrationem, ubi anterior ansa semel elapsa fuerit, et id de quo certabatur omne iam prorsus denegaverit. (V.) Tum quoque igitur cum res longiori cunctatione dilata fuisset, incidit in suspicionem Synadenus fovendarum Cantacuzeni partium: inciderunt et omnes qui cum eo milites erant, et lectissimi quique Thessa-

A. M. 6850 Ind. 10 τον, καὶ κινεῖται κατ' αὐτῶν ὁ δῆμος ῥαγδαίως, καὶ γίνεται φόνος συχνὸς ἐξ ὁμοφύλων ξιφῶν ἐν εὐανδρούσῃ καὶ πολυανθρώπῳ πόλει. καὶ τάχ' ἂν αὐτός τε ἐφθείρετο ὁ Συναδηνὸς καὶ σύν γε αὐτῷ πάντες οἱ ταὐτὰ φρονοῦντες αὐτῷ, εἰ μὴ τῶν τῆς πόλεως μίαν καθελόντες πυλῶν εἰς τὸ πρὸ τῆς πόλεως καταπεφύγεσαν φρούριον, ὃ Γυναικόκαστρον μὲν πρὸς τῶν ἐγχωρίων
P. 394 καλεῖται, ἀπέχει δὲ Θεσσαλονίκης σταδίους διακοσίους. (ς'.) Καὶ ἦν τὸ τῆς ὥρας τηνικαῦτα περὶ τὰς τοῦ θέρους ἀρχάς. ἦκε δ' εὐθὺς ἐκ Σερρῶν καὶ ὁ Ἀρμένιος Γὼμ ἐς Θεσσαλονίκην, πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν στρατιωτικὴν, καὶ ἀνερρώννυεν ὅσον εἰκὸς τὸ τῆς πόλεως φρόνημα, κατενηνεγμένον ὑπὸ τῶν αὐτῇ περιστάντων κινδύνων. τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, κατέπλευσε καὶ ὁ ναυτικὸς ἐκ Βυζαντίου στόλος παρὰ τὸ τῶν Θεσσαλονικέων ἐπίνειον,
B ναύαρχον ἔχων Ἀλέξιον τὸν Ἀπόκαυκον καὶ πλέον ἢ πεντήκοντα τριηρῶν ὅπλα καὶ δύναμιν, ὥσπερ ἐξ αὐτομάτου συμπεπτωκότων οὕτωσὶ τῶν πραγμάτων ἐπ' εὐδαιμονίᾳ Θεσσαλονίκης. (Ζ.) Ἦρας δ' ἐκ τῆς στρατοπεδείας ἐκείνης ἤδη καὶ ὁ βασιλεὺς ἦκε παρὰ τὸ Γυναικόκαστρον, καὶ ἥνωται τῷ τε Συναδηνῷ καὶ τοῖς ἀμφ'
C αὐτὸν φυγάσι τῶν Θεσσαλονικέων στρατιωτῶν. κοινολογησαμένων δὲ πρὸς ἀλλήλους ὁπόσα εἰκὸς, ἐπειδὴ ἐμεμαθήκει τὸ τελευταῖον ὁ Συναδηνὸς, σκεύη μέν τινα χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ, λίθοις καὶ μαργάροις ὁμοῦ περιηνθισμένα, ἐπιφερόμενον τὸν βασιλέα, χρημάτων δ' οὐδὲν, ὁπόσα στρατιώταις εἰσὶν ἐφόδια πρόχειρα πρὸς διανομὴν καὶ λῆψιν τῶν ἐπιτηδείων, πρύμναν τε

lonicensium. In quos populo vehementissime concitato, magna fit civilibus gladiis caedes in florenti et frequentissima civitate. Atque ipse fortasse Synadenus occubuisset, et cum eo omnes qui iisdem partibus studebant, nisi una ex portis effracta in arcem confugissent, quae, ante urbem sita, Gynaecocastrum ab incolis nuncupatur et abest a Thessalonica ducentis stadiis. (VI.) Erat porro tunc initium fere aestatis. Statim vero et ipse Serrhis Thessalonicam venit Guido Armeniacus, magnas secum adducens copias, roboravitque, ut par erat, civium animos, quos pericula undique impendentia fregerant. Haec cum ita se haberent, appulit et Byzantina classis ad portum Thessalonicensem, duce Alexio Apocauco, triremium plus quam quinquaginta, armis copiisque instructa, rebus quasi sponte eo deductis ad Thessalonicae felicitatem. (VII.) Demum et ipse imperator, castris inde motis, ad Gynaecocastrum accessit, et Synadenum, eosque ex Thessalonicensibus militibus, qui circa illum fugitivi erant, convenit. Ibi cum inter se quantum par erat colloquuti essent, intellexit tandem Synadenus, vasa quidem aurea argenteaque nonnulla, lapillis circum ac gemmis distincta, portari ab imperatore; nihil autem earum pecuniarum, quae militibus parata sunt congiaria, ad distributionem perceptionemque rerum necessariarum. Quamobrem inhibuit illico, et sententiam mutavit, cum

ἐκρούσατο καὶ τὴν γνώμην εὐθὺς μετέθετο, ἐς ἀπόγνωσιν τὸν οἰ- A. C. 1342 Imp. Io. Palaeol. 1
κεῖον πίπτοντα βλέπων στρατὸν ὑπ᾽ ἐνδείας τῶν ἀναγκαίων, καὶ
ἅμα γραφαῖς καὶ χρημάτων καὶ τιμῶν ὑποσχέσεσιν ἐνδιδόντας, V. 320
ὁπόσαι λίθρα καὶ συχνὰ πρὸς τοῦ Ἀποκαύκου σφίσιν ἐπέμποντο. D
καὶ ἦν καιροφυλακῶν ἐξ ἐκείνου καὶ ὥραν ζητῶν, ἐν ᾗ ἂν ῥᾷστα
συνειληφὼς αὐτὸν δέσμιον παραδοίη τῷ Ἀποκαύκῳ. οὕτως ἀμ-
φιῤῥεπὴς καὶ ἄστατος ἦν τὴν γνώμην ἀεί.

β'. Θέρους μὲν οὖν ἐνειστήκει καιρὸς, καὶ ὁ Συναδηνὸς A. C. 1342 Imp. Io. Palaeol. 2
Θεόδωρος ἐπιβουλεύων πεφώραται· καὶ ἅμα θόρυβος ἀνὰ πᾶν
τὸ τοῦ βασιλέως στρατόπεδον ἦν, καὶ ὑποψίαι καὶ ἁρπαγαὶ κατ᾽ P. 395
ἀλλήλων καὶ δι᾽ ἀλλήλων, καὶ ἀτέκμαρτος ἀκοσμία. ἤδη γὰρ
καὶ ἡ τῆς τοῦ Ἀποκαύκου στρατιᾶς παρεδείκνυτο ἔφοδος. καὶ
τάχ᾽ ἂν πρόχειρος τοῦτο ἦν ἅδης τῷ βασιλεῖ τηνικαῦτα καὶ τε-
λευταῖος ἥλιος, εἰ μὴ τοῦ προφανοῦς αὐτὸν ὑπὲρ ἐλπίδα πᾶσαν
ὁ θεὸς ἐξείλετο κινδύνου. τοῦτον γὰρ ἐκ μέσης ψυχῆς ἐπικαλεσά- B
μενος, καὶ ἅμα θαῤῥεῖν ἑαυτῷ παρακαλεσάμενος, τὸ ἀνακλητι-
κὸν τὰς σάλπιγγας ἐκέλευσεν ἀνακρούσασθαι· καὶ συνέῤῥει τὸ
στρατιωτικὸν περὶ αὐτὸν εὐθὺς, ὅσοι μὴ δι᾽ ἀσθένειαν λωποδύ-
ταις ἄλλοι ἄλλοις ἐν τοσαύτῃ περιπεσόντες συγχύσει γυμνοὶ διε-
σπάρησαν ἄλλοι ἄλλοσε. (B.) Ἐπεί γε μὴν ὁ βασιλεὺς ἐθεᾶτο
περὶ αὐτὸν τῆς δυνάμεως τό,τε πλεῖστον καὶ βέλτιστον ἀθροι- C
ζόμενον, εἰς τάξεις διῄρει καὶ φάλαγγας, καὶ διέταττεν εἵς τε
τὸ δεξιὸν καὶ τὸ εὐώνυμον κέρας· τὰ μέσα τῆς φάλαγγος οὐ το-
σοῦτον εἰς βάθος, ὅσον εἰς μῆκος ἐκτείνων λεπτότερον, διὰ τὴν

videret proprios milites ex rerum omnium penuria in desperationem labi, et litteris simul pecuniarumque et honorum promissionibus corrumpi, quae ad eos clam et crebro ab Apocauco ventitabant. Eratque ex eo totus in aucupanda opportunitate quaerendoque tempore, quo illum facillime comprehensum Apocauco vinctum traderet. Adeo ille vacillabat semper animique erat inconstantis.

2. Aderat itaque aestivum tempus, cum Theodori Synadeni insidiae deprehensae sunt: simulque exstitere per totum imperatoris exercitum turbae, et suspiciones, et mutuae direptiones, et caeca rerum perturbatio. Iam enim et Apocauci copiarum significabatur adventus, et hic fortasse exitiabilis atque extremus imperatori dies fuisset, nisi eum ex evidenti periculo praeter spem omnem Deus exemisset. Quem ille ex intimo corde cum invocasset, seque ipse confidere iussisset, receptui tubas canere imperavit; et confluxere milites ad eum statim omnes, praeterquam ii qui in tanta trepidatione in latrones alii alios cum incidissent, ob imbecillitatem virium dispersi fuerant alii alio nudi. (II.) Itaque imperator maximam optimamque copiarum suarum partem circa se glomeratam videns, in ordines et cohortes dividit; in dextrum sinistrumque cornu distribuit; mediam phalangem non tam in profundum quam in longum et angustum extendit, pro-

A. M. 6350 Ind. 10 ὁλιγανδρίαν· καὶ τούτοις ἐπιστήσας στρατηγοὺς Ἰωάννην τὸν Ἄγγελον, καὶ ὅσοι αὐτῷ παραπλήσιοι τήν τε πολέμιον πεῖραν καὶ τὴν τοῦ γένους ἦσαν ἐγγύτητα, τὴν τῶν ἐναντίων ἵστατο περι-
D μένων ἔφοδον. ἀντιπαρετάττετο μὲν γὰρ ἐκ θατέρου καὶ ὁ Ἀπόκαυκος. εἰς χεῖρας δ' ὁμόσε ἰέναι σφίσιν οὐ μάλα ἐτόλμα, τοὺς περὶ τὸν βασιλέα βλέπων ὁπλίτας πολὺν τὸν ἐν τῇ μάχῃ θυμὸν πνέοντας καὶ ἅμα τὴν ψυχὴν ἐξ ἀπογνώσεως ἑτοίμως ἔχοντας ἀφιέναι. (Γ.) Ὅθεν ἠρέμα συστραφεὶς ἀπῄει συντεταγμένος τὴν ἐπὶ Τριβαλλοὺς ὁ βασιλεύς, τοῦ προδήλου κακοῦ τὸ ἀμφισβητού-
P. 396 μενον προελόμενος. τῶν γὰρ ἀλλοφύλων ἐνίοις ἴσμεν πολλάκις τὴν ἐκ περιστάσεως ἑκούσιον καταφυγὴν δυσωπητικωτέραν πως
V. 321 γινομένην πρὸς οἶκτον, νέμεσιν ἴσως δεδιόσι δήπου θειοτέραν καὶ ἀνθρωπίνην αἰδῶ· ἢ φύσιν ἀπόῤῥητον ἔχει τινὰ, πείθειν τοὺς πλείστους ὁπώσποτε δυναμένην, τοὺς προηυτυχηκότας οἰκτείρειν, ὅταν ὁ βίος αὐτοῖς ἐς τἀναντία χωρήσῃ, καὶ μὴ ἐν τῷ φθονουμένῳ τῆς τύχης ἀσαλεύτους ἔχῃ τὰς ἄβρὰς κρηπῖδας. τὸ
B δ' ὁμόφυλον, ἅπαξ τοῦ εἰκότος ἀποῤῥαγὲν, ἀνήκεστον ὡς τὰ πολλὰ καθίσταται πρὸς ὀργὴν καὶ χύσιν αἵματος συγγενοῦς. (Δ.) Σπουδῇ τοίνυν τὴν πρόσω διαβὰς πορείαν ἐκεῖ που περὶ τοὺς ὅρους, οὓς ἡ κακοπραγία Ῥωμαίων ἀφελομένη παρέσχετο Τριβαλλοῖς, τὴν νύκτα πᾶσαν ηὐλίσατο, ἐκεῖνο τὸ Λεωνίδου τοῦ Σπαρτιάτου, τοῦ ἐν Θερμοπύλαις, πρὸς τοὺς οἰκείους ἀντι-
C στρόφως φθεγξάμενος· „δεῦτε δειπνήσωμεν, ἵνα ἐν ᾅδου ἀριστή-

pter hominum paucitatem; duces iis praeficit Ioannem Angelum eosque omnes, qui proximi tum rei bellicae experientia, tum cognatione erant. Deinde hostium adventum immotus exspectat. Aciem enim ex adverso instruebat et Apocaucus: manum autem cum illis conserere non admodum audebat, cum videret eos, qui imperatorem armati circumstabant, bellico ardore plenos et eo redactos desperatione, ut ad effundendam animam parati essent. (III.) Paulatim itaque conversus imperator ad Triballos instructa acie sese recipiebat, malo evidenti praeferens malum incertum. Ad externas enim quasdam gentes qui in calamitate sponte sua confugerint, eorum conditionem plurimum scimus valuisse saepenumero ad misericordiam ex verecundia excitandam: cum illae nationes vererentur fortasse et divinam indignationem, et existimationem hominum, quae vim quandam arcanam habet persuadendi plerisque nescio quomodo, ut eorum, qui antea floruerint, misereantur; tum videlicet, cum relata est retro fortuna, nec gradum invidiae obnoxium immota tenuit, tenerrimis talis male fulta. Cives autem, ubi semel fas abruptum est, implacabiles ut plurimum existunt, in iram ac civium caedem effusi. (IV.) Celerrime itaque spatium interiectum cum transcurrisset, circa ferme illos fines, quos adversa fortuna ademptos Romanis ad Triballos transtulerat, per totam commoratus est noctem, illud Leonidae Spartani, qui ad Thermopylas pugnavit, apud familiares suos usurpans, converso verborum ordine. „Adeste hic coenemus, ut in Orco

σωμεν". τῇ γε μὴν ὑστεραίᾳ πέμπει τοὺς τὸν Κράλην Σερβίας A. C. 1342
τὴν ταχίστην διδάξοντας τῆς συμπεσούσης τύχης τὴν τραγῳδίαν Imp. Io. Palaeol. 2
καὶ πρὸς οἶκτον κινήσοντας ὅσον εἰκὸς, ἀναμνησθέντα τοῦ τῶν
ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀπίστου καὶ ἀβεβαίου· καὶ ὡς ἀδήλους
καὶ ἥκιστα ὡρισμένας ἔχει ταυτὶ τὰς ἐφόδους καθ' ὧν πορεύεται·
καὶ ὡς χρὴ περὶ τῶν κακοπραγούντων ὁπώσποτε βούλεσθαι τοὺς
εὐπραγοῦντας ἀεὶ τὰ προσηνῆ καὶ χρηστὰ, δεδιότας τοὺς ἀφα- D
νεῖς τοξότας τῆς τύχης καὶ τὰς τῶν ἄλλοτ' ἄλλως ἐρχομένων
συμφορῶν λαβυρίνθους, τῶν πραγμάτων ἀεὶ συμφυὲς τὸ ἀπροσ-
δόκητον πέρας μᾶλλον ἐχόντων, ἢ τὸ προσδοκώμενον, καὶ τὸ
ἀτυχὲς μᾶλλον ἢ τὸ ἐπιτυχές. ἀλλά τις τῶν ἄγχιστα Ῥωμαίοις
τὴν δίαιταν ποιουμένων ἐκεῖ Τριβαλλῶν, προλοχίσας τινὰς τῶν
οἰκείων παρὰ τὴν ὁδὸν, χειροῦται τοὺς πρέσβεις, καὶ σφᾶς τὴν E
ταχίστην κομίζει τῷ Ἀποκαύκῳ δῶρον ποθούμενον· καὶ στοργὴν
ὁμοῦ καὶ φιλοφροσύνην πολλὴν εὑρηκὼς διὰ τοῦτο μετατίθησιν
εὐθὺς καὶ σχῆμα καὶ δίαιταν ἐκεῖνος ἐκ Τριβαλλῶν ἐς τὰ τῶν
Ῥωμαίων ἤθη. (E.) Τούτου δ' οὕτως συνενεχθέντος, ἦν τις
τῶν ἐνδόξων Τριβαλλῶν, τῆς χώρας ἡγεμονεύων καὶ ἄκρας ἐκεί-
νης, Λιβέριος ὄνομα. τούτῳ φιλία τις ἦν ἐκ παλαιοῦ πρὸς βα- F
σιλέα· ἧς ὁ βασιλεὺς ἐπὶ καιροῦ νῦν εἰς ἀνάμνησιν ἰὼν ἔπεμψεν
εὐθὺς αὐτῷ δεξιὰν καὶ λόγους, ὁποίους καὶ ὅσους ἡ χρεία καὶ ὁ
καιρὸς ἀπῄτει· καὶ ἅμα συνταξάμενος ὥδευε τὴν ἐπὶ τὸν Κρά-
λην Σερβίας, ὁπλίτην τε ἐπαγόμενος τὸν οἰκεῖον στρατὸν, θεῷ

prandeamus." Ac postera quidem die mittit quamprimum ad Cralem Serviae, qui casus illius tragici certiorem eum faciant, ac misericordiam illi moveant, quatenus par est, rerum humanarum infidelitate et fragilissima conditione ei commemorata. Incertum quippe ac minime determinatum esse, ad quos vicissitudines illae sint perventurae; et oportere in miseros proclivem ac benignam esse eorum voluntatem, quorum res secundae sint: extimescendos nempe inopinatos fortunae ictus et alternantium casuum labyrinthos; cum id rebus semper a natura insit, ut exitum potius improvisum habeant, quam eum qui sit praevisus, et infelicem potius quam felicem. Sed unus ex iis Triballis, qui Romanis illic proximi degebant, cum in insidiis iuxta viam collocasset quosdam ex suis, legatos comprehendit, eosque ad Apocaucum quam celerrime deducit, desideratissimum munus. Quapropter magnam apud illum caritatem et humanitatem nactus, Triballorum habitu ac vivendi genere abdicato, statim se ad Romanum morem transfert. (V.) Is exitus legationis fuit. Erat autem apud Triballos vir quidam illustris, regioni illi et orae praefectus, nomine Liberius; quocum vetus Cantacuzeno amicitia erat. Eius iste tum opportune meminit, statimque hominem misit, qui dextram daret, et orationem haberet, qualem et quantam tempora illa poscebant. Simulque eo valere iusso, ad Cralem Serviae ire perrexit, armatum quidem secum adducens proprium exercitum,

A. M. 6850 Ind. 10 P. 397 δὲ καὶ ἀδήλοις ἐλπίσι τὰ κατ᾽ αὐτὸν ἐπιτρέψας. πολὺς γὰρ αὐτῷ πανταχόθεν ἐπήρτητο τοῦ συρφετώδους ὄχλου καὶ ἀγροικικοῦ, λάθρα καὶ λαμπρῶς ἐπιτιθεμένων ἄλλοθεν ἄλλων, κατὰ διαστήματά τε καὶ συστήματα, καὶ τὴν οὐραγίαν ἀκρωτηριάζειν πειρωμένων καὶ τῶν σκευοφόρων ἔνια διαρπάζειν. τὰ πλεῖστα γὰρ τολ- 5
μῶσι (φάναι) γίνεται δεινὰ,

Ὅταν δι᾽ ἐχθρᾶς ποὺς ἀμείβηται χθονός.

B (ς΄.) Ἀλλὰ πρὶν ἡμέρας ὅλης ὁδὸν ἀνύσαι, σπεύσας ὁ Λιβέριος ὑπήντησεν αὐτῷ παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ καὶ πάσῃ προθέσει δεξιωσάμενος τῆς ψυχῆς, καὶ ἐφ᾽ ἡμέραις συ- 10
χναῖς ξενίσας, ἀνέπαυσέ τε καὶ λόγοις ἀνέρρωσε φιλανθρωποτέροις, ἀθυμίας μακρᾶς ἐμβριθέσι ῥοθίοις περιαντλούμενον φρόνημα. ὅ γε μὴν βασιλεὺς τὸν ἐνόντα καὶ αὐτὸς ἀντιφιλοτιμούμενος τρόπον ἠμείβετό τε καὶ δαψιλέστερον ἐξ ὧν ἐπεφέρετο λι-
C θοκολλήτων σκευῶν αὐτῷ καὶ ἀργυρωμάτων ἀντεχαρίζετο, καὶ 15
V. 322 ἅμα τὸν υἱέα Μανουὴλ ἐπηγγέλλετο δώσειν ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρὸν, εἰ πάντα βοηθήσειε τρόπον αὐτῷ καὶ τὰ πρὸς τὸν Κράλην Σερβίας εὔοδα θείη, διαλλακτὴς αὐτὸς καταστάς. ὁ δὲ παρόντα θεώμενος ἤδη καὶ τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν, καὶ τῆς τε ἐπανθούσης τῷ ἤθει χάριτός τε καὶ ἀστειότητος καὶ ἅμα τῆς ἀγχινοίας 20
D θαυμάζων, ὅτι πολλῷ τινι μέτρῳ ταύτην ἐπλούτησε πρεσβυτέραν ἢ κατὰ τὴν τῆς ἡλικίας ἀκμὴν, σφόδρα τε ὑπερήσθη τῷ λόγῳ καὶ μάλα τοι ἄσμενος ὑπεδέχετό τε καὶ ἀντεπηγγέλλετο πάντα πάνυ προθύμως πράσσειν τὰ κατὰ γνώμην, καὶ εἰ δέοι

Deo autem et spei incertae suas res committens. Instabat enim illi omni ex parte frequens vilium et rusticanorum hominum colluvies, qui clam et aperte, hinc atque illinc, sparsim et confertim adoriebantur, et extremam aciem caedere ac sarcinas aliquas diripere conabantur. Etenim gravia multa (ut his verbis utar) audentibus occurrunt,

Hostile si quis in solum inferat pedem.

(VI.) Sed priusquam diei unius iter esset confectum, festinans Liberius obviam illi venit, manuque et voluntate et omni cordis affectu salutatum, ac diebus aliquot continuis hospitio exceptum, recreavit, et verbis humanioribus animum eius confirmavit, ingentis desperationis gravissimis fluctibus oppressum. At imperator magnificentia et ipse cum eo certans, ita ut poterat, par pari referebat, ac de gemmata illa argenteaque supellectili, quam secum gestabat, largius remunerabatur. Quin et filium suum Manuelem daturum se illi generum pollicitus est, si sibi omni modo succurreret, et aditum ad Cralem Serviae aperiret, ac reconciliatoris officio fungeretur. Hic vero praesentem iam intuens imperatoris filium, gratiamque et urbanitatem, quae in illius moribus elucebat, ac solertiam simul admiratus, qua ille seniliori quam pro illo aetatis flore cumulatissime instructus erat, id sibi promitti vehementer gavisus est, ac lubentissime consensit, vicissimque se, quaecumque ille desideraret, summa animi alacritate facturum pol-

κινδύνους μακρούς τε καὶ ὑπερβάλλον τὸ μέγεθος κεκτημένους A. C. 1342
ὑφίστασθαι. (Z.) Καὶ μὲν δὴ βεβαίοις καὶ ἀσφαλέσι τοῖς πρὸς Imp. Io. Palaeol. 2
τὸν Κράλην αὐτοῦ γράμμασιν ἐφοδιασθέντι, καὶ παραπομποὺς
τοὺς ἀποχρῶντας παρειληφότι, πεντεκαιδεκαταίῳ συμπέπτωκεν E
ἐς τὸ τῶν Σκοπίων ἀφικνεῖσθαι πολίχνιον· οὗ τῶν κρασπέδων
ἅπτεται παραῤῥέων ὁ ποταμὸς Ἄξιὸς, ἐξ ὀρῶν τῶν αὐτῶν τῷ
Στρυμόνι ῥηγνύμενος· ὃς οὐχ οὕτω μέγιστος ὢν ἐκ πηγῶν εὐθὺς,
ἀλλ' οὖν ἐς τὸ κάταντες ἰὼν, καὶ πλείστοις ἄλλοις ποταμοῖς καὶ
χειμάῤῥοις τὸ ῥεῦμα κοινούμενος, καὶ ἐς Βαρδάριον μετατιθέ-
μενος τοὔνομα, ἐνίοτε καὶ ναυσίπορος ἐνιαχοῦ καθίσταται. F
(H.) Ἐνταῦθα δὴ καταλύσασιν ἱκανός τις ἔδοξεν εἶναι ὁ χῶ-
ρος, ἀθυμίᾳ βαθείᾳ καὶ πόνῳ μακρῷ βεβαπτισμένον ξενίσαι
στρατὸν, εἰ καὶ ἥκιστα πάνυ τελέως, ἀλλ' οὖν οὐδὲ πάνυ τοι
ἧττον ἢ τελέως. εἰ γὰρ καὶ ἡδὺν τῷ πεινῶντι πάντα τινὰ ἄρτον
εἶναί φασιν, ἀλλ' οὖν καί σφισι τέως τό γε ἀλλοφύλοις ἄγεσθαι
νεύμασι, προσηνέσι δ' ὁπωσδηποτοῦν, ἡδύ τι καὶ φιλάνθρωπον P. 393
ἐνομίζετο. τὸ γὰρ ἐν ὄροις ὑπερορίοις ἀπηρτημένους τοσοῦτον,
καὶ τῶν οἰκείων ὄντας ἐκδήμους οὐ μάλα ἐθέλοντας, εὐσεβέσιν ἀν-
δράσι περιτυχεῖν, καὶ καταγωγίοις οἱοισδήτισι ξενισθῆναι, ὅμοιον
ἦν, ὥσπερ ἂν εἰ ἐκ ναυαγίου μεγάλου καὶ κλύδωνος ἀπροσδο-
κήτῳ προσεσχηκέναι συνέβη λιμένι τινί. τὸ γὰρ βοσκηματῶδες
ἦθος ἐκεῖνο καὶ ὄρειον, καὶ τὸ τῆς γλώττης καὶ γνώμης ἀπαί- B
δευτόν τε καὶ βάρβαρον, ἡ τῆς διαίτης εἰρηναία καὶ ἔνσπονδος

6. Ἄξὸς apogr. Par.

licitus est, etsi oporteret gravissima et longe maxima adire pericula. (VII.) Huius firma et certa commendatione, per litteras ad Cralem scriptas, quasi quodam viatico munitus imperator, et sufficienti comitum turba stipatus, decimo quinto post die ad Scopiorum oppidulum pervenit: cuius muros praeterlabitur Axius. Qui fluvius ab iisdem montibus erumpens, a quibus et Strymon, non ab ipsis quidem statim fontibus ita magnus est; sed per declive fluens, et suas cum aliis tam fluviis quam torrentibus multis undas communicans, proprio nomine in Bardarium mutato, aliquando et alicubi navigabilis existit. (VIII.) Ibi cum substitissent, locus idoneus visus est, in quo exercitus, maximo angore ac labore multo confectus, hospitio recrearetur, si non omnino bene, at saltem haud omnino male. Si enim dulcis est, ut aiunt, esurienti panis quilibet, et his quoque dulce tum habebatur atque humanum, quod nutibus regerentur, tametsi peregrinis, attamen quadamtenus mansuetis. Quod enim externo in solo tam longe a suis ablegati, et non sponte a patria extorres, in homines pios incidissent, et hospitiis exciperentur qualibuscunque, perinde erat ac si magno ex naufragio hibernoque fluctu ad portum appellere datum esset. Brutum scilicet illud ac montanum vivendi genus, et tam in lingua quam in ingenio rude quiddam ac barbarum, tegebatur foederati ac pacifici convictus bene-

A. M. 6850 Ind. 10 ἔκρυπτεν εὔνοια, μάλα τοι ἐν ἀνάγκης παραφανεῖσα καιρῷ, τὸ πάνυ βραχὺ τῆς εὐθυμίας πάνυ τοι πολλαπλάσιον δρῶντι περιφανῶς. (Θ.) Ἐνταῦθά γε μὴν κατὰ χώραν αὐθημερὸν καταλελυκότα τὸν βασιλέα ἐντυχεῖν ἐς τὰ ἐνδότερα τῶν Τριβαλλῶν μετὰ τὴν ὑστεραίαν τῷ Κράλῃ γεγένηται, καὶ ἀσπασμοὺς τοὺς
C προσήκοντας ἀλλήλοις ἀντιδοῦναι βασιλικῶς ἑκάτερον ἑκατέρῳ, καὶ χάρισι χάριτας, καὶ ὅσα εἰκὸς ἐν φιλοτιμίαις καὶ φιλοφροσύναις τοιαύταις ἀλλάξασθαι, εἰ καὶ μὴ ὁμοίως ἑκατέρωθεν μεγαλοπρεπέσιν. χαρίζεται μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς τῷ τε Κράλῃ καὶ τῇ συζύγῳ πολυτελῆ τινα κειμήλια τῶν αὐτοῦ θησαυρῶν· ἀντιδί-
D δωσι δ' ὁ Κράλης τῷ τε βασιλεῖ τὰ εἰκότα, καὶ ἅμα νομὰς, καὶ διαίτας, καὶ καταγώγια, καὶ ὅσα πρὸς τὸ ζῆν ἐστιν ἐπιτήδεια τῷ τοῦ βασιλέως στρατῷ, γλισχρῶς μὲν καὶ σμικροπρεπῶς, καὶ κατὰ τὸ σύντροφον ἔθος. ἔσχε δ' οὖν ὅμως οὕτω ταυτί.

E γ'. Καὶ ἦν ὁ καιρὸς τηνικαῦτα περὶ τὰς τοῦ Ὡρίωνος ἐπιτο-
V. 323 λάς· καὶ δεκαμηνιαῖον ἐνταυθοῖ τοῦ λοιποῦ συνελόντι φάναι τὸν πάντα διέτριψε χρόνον· ἐν ᾧ πολλῆς ὁ τούτου στρατὸς πεπείραται δυσχερείας, κατά τε τὴν δίαιταν, καὶ ὁπόσα δεῖ τοῖς ἐν ἀλλοτρίᾳ τὸν βίον ἀνύουσι γῇ. ἐνδείᾳ γὰρ πιεζόμενοι χρημάτων οἱ
P. 399 πλεῖστοι πάνθ' ὑφίσταντο τὰ χαλεπώτατα. ὅσοις μὲν οὖν ἄηθες τὸ πάσχειν ὑπῆρχε κακῶς, δυσκαρτέρητος ἦν ὁ τόπος· καὶ ὁ χειμὼν ἐκεῖνος τοῦ βίου συχνοὺς ἀπήνεγκεν. οἷς δὲ σύντροφον ἦν ἐκ πολλοῦ τὸ λιτὸν τῆς διαίτης, καὶ τό γε κατὰ τοὺς πάλαι Σπαρτιάτας ἐκείνους ἀρκεῖσθαι μάζῃ καὶ ὕδατι, καὶ προσταλαιπωρεῖ-

volentia, quae premente necessitate affulserat: quo tempore vel minima laetitia ita animum recreat, ut longe maxima videatur. (IX.) Illic ea die substitit ac diversatus est imperator. Postridie in interiorem progressus Triballiam Cralem convenit. Salutatio inter utrumque regio more facta. Munera etiam invicem oblata, et quaecunque in illis reverentiae atque amoris significationibus ultro citroque dari solent; non tamen pari utrinque magnificentia. Largitur enim imperator et Crali et eius coniugi sumptuosam quandam de thesauris suis supellectilem; reponit autem Crales et imperatori quod congrueret, et simul imperatoris exercitui pabula, et coenationes, et diversoria et quaecunque ad victum necessaria sunt: parce tamen et sordide, et suo more. Caeterum ita haec se habuerunt.

3. Erat autem illud anni tempus, quo Orion exoritur. Atque ut brevi complectar, decem ex eo omnino menses in iis locis consumpsit. Per id tempus maximis incommodis conflictatus est exercitus, tum in victu, tum in iis omnibus, quorum indigent ii, qui alieno in solo vitam degunt. Pecuniae enim penuria coacti plerique extrema quaeque perferebant. Quicunque igitur durioris vitae insolentes erant, iis locus vix tolerabilis videbatur; et hiems illa frequentes extulit. Qui vero tenui victu uti iampridem didicerant, et, ut Spartani illi veteres, pane et aqua contenti fue-

σθαι τοῖς ὅπλοις νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, τούτους οὐ μάλα A. C. 1342
ἐξέπληττεν ὅσα φέρει δεινὰ τὸ τῆς ἀλλοτρίας ἄηθες γῆς· ἀλλ' Imp. Io. Palacol. 2
ὃ τοὺς ἄλλους ἐποίει ταλαιπωρεῖν, σφίσι βίος ἦν ἀταλαίπωρος. B
οὕτω ῥᾴδιον ἡ συνήθεια καὶ κοῦφον καὶ οὐ σφόδρα ἐπίπονον·
ὥστε καὶ εἴ τις, ἐκ προθέσεως ἀγαθῆς ὡρμημένος, τὸν ἄριστον
ἕλοιτο βίον, ἀταλαίπωρον ἂν εἶναί οἱ εὐθὺς τοῦ λοιποῦ βίον τε
ἀνύειν ἀνώδυνον καὶ ἡδονὴν ἀθάνατον ἐν θνητῷ κτᾶσθαι σώ-
ματι. (B.) Ἐγὼ δ' ἐνταυθοῖ τῆς ἱστορίας γενόμενος ἐβουλό- C
μην λεπτομερεστέραν τινὰ ποιήσασθαι τὴν ἀφήγησιν, καὶ δημη-
γορίας ἐκθεῖναι τοῦ βασιλέως, ἅς τε πρὸς τὸν Κράλην πεποίηται
καὶ ἃς πρὸς τὸν οἰκεῖον στρατὸν ἐν καιροῖς τοῖς ἀνήκουσι, καὶ
ἃς πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνοι. δεῖν γὰρ ὡς τὰ πολλὰ καὶ πράξεσι λόγους
καὶ λόγοις πράξεις πανταχῇ παρεζεῦχθαι· μὴ μόνον ὅτι ψυχῆς
εἰκόνες ἀμφότερα καὶ τῆς ἐν αὐτῇ κατοικούσης γνώμης καὶ γνώ-
σεως αὐτάγγελοι κήρυκες, κἀντεῦθεν χρῆναι σαφεστέραν τὴν τῶν
ἱστορουμένων προσώπων καὶ πραγμάτων γίνεσθαι δήλωσιν διὰ D
τῶν τοιούτων· ἀλλὰ καὶ ὅτι σκιαγραφία τίς ἐστι τῶν πράξεων
ὁ λόγος· καὶ τούτων μὲν οὗτος ἡγεῖται· τούτου δ' αὖται κατόπιν
ἔρχονται. ἀλλ' ἐπειδήπερ ὁρῶμεν ἐνίους τῷ πλείονι μέρει τῆς συγ-
γραφῆς ἐν ταῖς δημηγορίαις καταχρωμένους, διὰ τὸ μάλιστα
πάντων ἐν ταύταις ἔχειν τὴν τῆς ῥητορικῆς ἐνδείκνυσθαι δύναμιν
καὶ τὸ τῆς σφῶν σοφίας φιλότιμον, ὡς συμβαίνειν ἐντεῦθεν τὸ
πάρεργον μεῖζον τοῦ ἔργου καθίστασθαι, τὴν μέσην ἡμεῖς βα- E
δίζειν ἐκρίναμεν δεῖν. ἐπανιτέον τοιγαροῦν ὁπόθεν εἰς ταῦτα ἐξέ-

9. δημηγορίας em. Boiv. pro δημηγορίαν.

rant, laboresque noctu et interdiu bellicos toleraverant, eos non ita frangebant mala illa, quae soli externi insolentia affert. Sed quae vita molestiarum plena aliis erat, iis molestiae expers videbatur. Adeo consuetudo ipsa pronum quiddam et leve est, et minime laboriosum. Quapropter si quis prudenti cogitatione inductus optimum vitae genus eligat, facile ei statim fuerit vitam laboris atque incommodi expertem de caetero agere, et voluptatem mortali in corpore parare sibi immortalem. (II.) Hac ego in parte historiae singula velim exponere minutius, easque referre orationes, quas imperator cum apud Cralem habuit, tum apud suum exercitum, prout occasio tulit; et eas etiam, quas illi cum eo. Convenit enim maxime, et factis dicta et dictis facta passim annecti; non solum quia utrumque illud animi imago latentisque in eo voluntatis et cogitationis genuinus veluti nuncius est; atque hinc existere oportet certiorem personarum et rerum, de quibus agitur, notitiam: verum etiam quia in dictis adumbratio quaedam factorum est: et illa quidem praeire, haec autem pone sequi solent. Sed quia videmus quosdam maxima operis parte abuti ad conciones, quod in eis maxime locus sit ostentandae dicendi facultati et eruditionis ambitioni; unde fit, ut ipsa re maius quandoque existat id, quod est extra rem; idcirco mediam nobis viam tenendam esse censuimus. Redeamus ita-

A. M. 6850 Ind. 10 V. 324 βημεν. (Γ.) Τοῦ γάρ τοι βασιλέως τῷ Κράλῃ συνόντος καὶ συνδιαιτωμένου, οὐκ ἦν ἀμελεῖν οὐδαμῇ Βυζαντίοις τῶν κατ' ἐκείνου ἐπιβουλῶν· ἀλλὰ δόλοις δόλους συνέῤῥαπτον, καὶ μυρίους ἀεὶ θανάτους ἐξήρτυον κατ' αὐτοῦ. πέμπουσι τοίνυν ἐς μὲν Γ τοὺμφανὲς πρέσβεις ἀπαγγελοῦντας περί τε κήδους ὅσα ἐξείη, καὶ δυοῖν αἱρέσεων προτεθεισῶν βασιλέως ἕνεκα, ὁποτέρᾳ προσθεῖναι βούλοιτο δηλοῦν, ἢ δέσμιον τουτονὶ μετὰ τῆς ζωῆς δηλαδὴ, ἢ τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀφελόντα τοῦ σώματος ἐν Βυζάντιον μηδὲν μελλήσαντα πέμπειν ὡς τάχιστα· ἥξειν τε γὰρ κατόπιν εὐθὺς αὐτῷ τήν τε θυγατέρα τῆς βασιλίδος, νύμφην ἐπὶ τῷ ἐκείνου P. 400 παιδὶ, καὶ ἅμα τὴν τῶν μέχρι Χριστουπόλεως ἐκεῖθεν χωρίων καὶ πόλεων ἔγγραφον κυριότητα· ὡς γίνεσθαι μίαν λοιπὸν ἀρχὴν αὐτῷ συνεχῆ τὴν ἐκ Δαλματίας καὶ Ἰλλυρίδος, καὶ ὅσα μεταξὺ τῶν πρὸς ἕω τοῦ Ἰονίου κόλπου ψαύει πλευρῶν, ἄχρι Φιλίππων καὶ Χριστουπόλεως. (Δ.) Καὶ τὰ μὲν τῆς πρεσβείας καὶ προφανῆ τοιαῦτ' ἦν. Β καὶ δυσκαρτέρητον, Μιθριδάτου τινὸς ἐδεῖτο σαφέστερον ἀριθμεῖν· ὃς τὴν ἐκ Παφλαγονίας ἔχων ἀρχὴν, ὁπόση διὰ Κολχίδος καὶ Λαζικῆς καὶ τῶν Καυκασίων ὀρῶν ἐρχομένη, καὶ παραλλάττουσα Τάναϊν καὶ Μαιῶτιν, διήκει μέχρι καὶ ἐς Σκύθας τοὺς ἑσπερίους, καὶ πολέμιον κτησάμενος τὴν πάλαι Ῥωμαίων ἀκμὴν, καὶ δεδιὼς μὴ ζῶν ἁλώσιμος τῇ Πομπηΐου γένηται χειρὶ καὶ τύχῃ,

que illuc, unde digressi sumus. (III.) Interim dum imperator apud Cralem commoratur et eius convictu utitur, nusquam Byzantii cessant struere illi insidias. Sed alios ex aliis dolos consuunt, et innumeras mortes conflant ei quotidie. Mittunt igitur palam quidem legatos, qui de affinitate quaecunque oportet significent petantque, ut, duabus de imperatore conditionibus oblatis, utram eligere malit declaret: seu vinctum illum vivumque tradere; seu illius caput corpore abscissum sine ulla cunctatione Byzantium quam celerrime mittere: venturam enim subinde imperatricis filiam istius filio despondendam uxorem, simulque omnium illinc usque Christopolin locorum urbiumque potestatem scriptis consignatam, ita ut unum deinceps et continuum ei futurum sit imperium a Dalmatia et Illyrico, et omni illo citeriore tractu, qui Ionici maris orientalem oram attingit, ad Philippos usque et Christopolin. (IV.) Ac talia quidem erant, quae per legationem et aperte agebantur. Quae vero clam venena mittebantur, crebra ac multiplicia, eaque pestem acrem atque difficilem celantia, ut singula percenserentur, opus esset Mithridate illo, qui cum a Paphlagonia usque posideret imperium, quod per Colchidem Lazicamque, et Caucaseos montes, ultra Tanaim et Maeotidem porrigebatur, et ad Scythas usque occiduos pertingebat, et infensas sibi fecisset vigentes tum Romanorum vires, timeretque ne vivus caperetur virtute ac fortuna Pompeii, venena omnia explora-

πάντων ἐπειρᾶτο φαρμάκων, καὶ πάντων ἐζήτει τὸ κράτιστον καὶ ταχύτατον εἰς τὴν χρειώδη τοῦ βίου ἀπαλλαγήν. ὃ τοίνυν ἐκεῖνος ἐτόλμα καθ' ἑαυτοῦ, τοῦτ' ἔδρων ἐπιεικῶς οἱ Βυζάντιοι κατὰ τοῦ βασιλέως, μήτε μηδενὸς τῶν δηλητηρίων φαρμάκων, μήτε μηδεμιᾶς φειδόμενοι τῶν ἐπιβουλῶν, ὁπόσαι τε τοῖς πάλαι εὕρηνται δεινοῖς τὴν κακίαν καὶ ὁπόσαι τοῖς νῦν διὰ τὴν τοιαύτην ἐπινενόηνται χρείαν. (E.) Θαυμάσαι δ' ἄν τις, ὅπως ἅπαντ' αὐτόθεν ἠλέγχετό τε καὶ ἄπρακτα ἦν, τοῦ θεοῦ τὸν ἄνδρα φυλάττοντος ἀπαθῆ καὶ πάντων ἀνώτερον· οὐκ οἶδ' ὁπότερον, εἴτε τὴν ἄδικον καταδίκην, ἣν οἱ Βυζάντιοι καθάπαξ ἐψηφίσαντο κατ' αὐτοῦ, καὶ ὧν ἐζημίωται πολυειδῶν καὶ ποικίλων χρημάτων, ἃ προσῆν ὑπὲρ ἀριθμὸν τουτωΐ, μακρόθυμον ὑπομονὴν ἀποχρῶσαν ἡγουμένου πρὸς βάσανον γνώμης, περὶ ἣν τὸ κριτήριον ἅπαν τῆς θείας ταλαντεύεται δίκης· εἴθ' ὅτι μάλιστα πάντων αὐτὸς ὑβριζόμενος οὔτε μὴν ἀνθύβριζεν ἐς τὸ παρὸν, οὔτ' εἰς τὸ μέλλον ἠπείλει, κότον ἴσως ἔχων ὄφρα τελέσσῃ· ἀλλ' ἐκήδετο μάλιστα τῆς τῶν ὑβριζόντων καὶ πολεμούντων σωτηρίας ἅπαντα τρόπον, καθόσα φιλία δίδωσιν ἀκραιφνής. (ς'.) Καὶ ἵν' ἐκ πολλῶν μέτρια παραθῶμεν ἐνταυθοῖ· τοσαύτην εἶχε τὴν τῶν κακῶν ἀμνηστίαν, ὥστ' ἐν τοσούτοις συνειλημμένος κινδύνοις, καὶ οἷον εἰπεῖν ἐν ᾅδου βεβυθισμένος γαστρὶ, μεμνῆσθαι τῷ ἱερεῖ παρεκελεύετο πρῶτον μὲν Ἄννης τῆς βασιλίδος ἐν ταῖς ἱεραῖς ὑμνῳδίαις, δεύτερον δὲ τοῦ ταύτης υἱέως, καὶ τρίτον αὐτοῦ

A. C. 1342 Imp. Io. Palaeol. 2

18. φιλία δίδωσιν ἀκραιφνής em. Boiv. pro φιλίᾳ δίδωσιν ἀκραιφνῆς.

verat, et omnium efficacissimum praesentissimumque paraverat, quo posset vitam, ubi necesse esset, abrumpere. Quod ille igitur in se ipsum ausus fuerat, id Byzantini sedulo et strenue in imperatorem moliebantur, nullis nec venenis nec insidiis parcentes, quascunque sive antiqui scelerum artifices invenissent, sive nostrae aetatis homines in eiusmodi usum excogitassent. (V.) Id vero miretur aliquis, quo pacto omnia statim deprehenderentur et irrita fierent, Deo hominem illaesum et his omnibus altiorem servante. Utrum statuam nescio: an iniustam sententiam, qua eum Byzantii condemnaverant, et multiplicis ac variae infinitaeque pecuniae mulctationem, summa cum patientia ab eo exceptam, censuerit Deus sufficere ad explorandam hominis mentem, circa quam totum divinae iustitiae versatur examen; an quod ille maximis contumeliis affectus nec ulcisceretur statim, nec in posterum minaretur ultionem (dolorem fortasse tacitum servans, donec expleret), sed eorum saluti in primis, qui ipsum iniuria afficiebant ac bello persequebantur, omni modo provideret, quantum sincera amicitia praestare potuisset. (VI.) Et ut de multis pauca quaedam hic subiiciamus, adeo iniuriarum erat immemor, ut periculis tot circumsessus, et in ipsis, ut ita dicam, Orci visceribus demersus, sacerdotem iusserit meminisse sacris in cantibus primum quidem Annae imperatricis, deinde

A. M. 6850 Ind. 10 μετὰ τῆς ὁμοζύγου βασιλίδος Εἰρήνης· καὶ ταῦτα ἐν ἀλλοτρίᾳ
ὧν δυναστείᾳ καὶ γῇ, καὶ μηδ' ἐλεύθερον ἀέρα δυνάμενος ἀνα-
P. 401 V. 325 πνεῖν. οὐ μόνον δ', ἀλλὰ καὶ ὅπουπερ ἂν ἀλλαχῇ πανταχῇ δι'
εὐφήμου τῆς μνήμης τὸ οἰκεῖον ἤλπιζεν ὄνομα δύνασθαι φέρε-
σθαι, κἀκεῖ προηγεῖσθαι τῆς βασιλίδος Ἄννης τοὔνομα καὶ πρός
γε τοῦ ταύτης υἱέως μεθ' ἁπάσης ἐκέλευε γνώμης καὶ προαιρέ-
σεως· ὥσπερ ἄρα καὶ πρὸς Αἰτωλούς τε καὶ Θετταλοὺς τὸν Ἄγγε-
λον ἀποστέλλοντι Ἰωάννῃ, ὥσθ' ἑκόντων ἄρχειν αὐτῶν, ὡς προϊόν-
τες ἐροῦμεν πλατύτερον, προὔργου γέγονε διακελεύεσθαί τε καὶ
B παραγγέλλειν τούτου γε εἵνεκα μάλιστα πάντων, καὶ μὴ πρότερον
μεθιέναι, πρὶν αὐτὸν τελεσιουργὰ τὰ τοιάδε πρὸ παντὸς ἐπαγγεί-
λασθαι δρᾷν παραγγέλματα. εἴσεται δὲ πάντως ἐς τὸ ἀκριβές,
ὃς ἂν ἐντύχῃ ζητήσας τῷ πρὸς αὐτὸν θεσπίσματι, ταῦτά τε καὶ
ὅσα τούτοις προστίθησιν ὅμοια, τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων πᾶσαν
νέμειν αἰδῶ καὶ εὐλάβειαν διὰ βίου κελεύων. (Z.) Τοῦθ' ἱκα-
C νὸν ἔγωγε μόνον καὶ ἀποχρῶν ἡγημαι, τῶν ἄλλων ὁπόσα τὴν
ὁμοίαν τοῦ ἤθους εὐγένειαν ἔχει σιωπωμένων, ἅπαντας πείθειν,
οἷς νοῦ καὶ φρονήσεως μέτεστιν ὁπωσοῦν, θειοτέρᾳ προνοίᾳ διοι-
κεῖσθαι τὰ πάντα, καὶ μηδαμῇ κατὰ τὸ αὐτόματον φέρεσθαι,
μηδ' ἀπὸ τύχης τινὸς, μήτε μηδὲν τῶν ἁπάντων ἕτερον, μήτε
τὴν τούτου πρὸς τὴν βασιλεύουσαν πόλιν ἀναίμακτον εἴσοδον
καὶ τὴν τῶν βασιλικῶν ἀντίληψιν θρόνων, οὕτω μακροὺς καὶ
D πολυειδεῖς καὶ θανάτου φάναι γείτονας νενικηκότι κινδύνους· ἀλλ'
αὐτῷ μὲν ἀμοιβὴν τῆς μακρᾶς καρτερίας, πᾶσι δ' αὖ ἐλπίδων

filii illius; tertio denique sui coniugisque suae Augustae Irenes; idque in aliena ditione ac terra cum esset, nec libero quidem spiritu frui posset: neque ibi solum, sed et quacunque praeterea suum nomen honorifici praeconii commendatione circumferri posse sperabat, illic Annae imperatricis et filii eius nomen praeire omni studio ac voluntate iubebat. Sic ad Aetolos Thessalosque Ioannem Angelum cum mitteret, illis volentibus praefuturum; quemadmodum infra dicemus fusius; nil ei fuit potius, quam ut iuberet praeciperetque illud maxime: nec prius eum dimisit, quam ille eiusmodi mandata re ipsa exequuturum se ante omnia promisisset. Atque haec quivis exploratissime percipiet, rescriptum ipsum nactus: neque haec solum, sed et quaecunque alia his similia addit, iubens eum, quamdiu victurus sit, Romanum imperium omni honore et reverentia colere. (VII.) Unum ego illud puto sufficere ac satis esse (caeteris omissis, quae generosam indolem pariter arguunt) ad persuadendum omnibus, qui mentis et prudentiae non sint omnino expertes, diviniori providentia omnia gubernari, non autem volvi temere; atque ut nihil aliud, ita nec illud casu factum fuisse, ut Cantacuzenus sine sanguine principem urbem intraret et solio imperatorio potiretur, periculis tantis et tam multiplicibus exantlatis, ipsoque, ut ita dicam, triumphato mortis limine: sed fuisse illud ipsi quidem Cantacuzeno diuturnae patientiae mercedem; aliis vero spei bonae confir-

ἔρεισμα χρηστῶν, οἷς ἡ γνώμη τὴν τῶν δεινῶν καρτερίαν πέρας A. C. 1342
εὐγενὲς ἐκδέξεσθαι ὑπισχνεῖται. (H.) Εἰ γὰρ πάντα καθ' ἕκαστα Imp. Io. Palaeol. 2
βουληθείημεν ἀφηγεῖσθαι, ὁπόσα πέπρακται μὲν ἐπίβουλα κατ' αὐτοῦ τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ὁπόσοι φιλίας ὑποκριταὶ, πάντων δ' ὑπέρτερος πρὸς τῆς ἄνωθεν ἦν τηρούμενος δεξιᾶς, δέδια μή τις φιλίας με γράψηται πρὸς τὸν ἄνδρα μακρᾶς τῶν ὅσοι γυμνάσιον ἕτεροι γλώττης ποιοῦνται τὴν τῶν ἔν γε τῷ παρόντι γινομένων συγγραφικὴν ἀφήγησιν ἡμῖν γε παραπλησίως. εἰ γάρ τις τῶν ἔξωθεν τοῦ τὰ τοιάδε συγγράφειν ἑστὼς γυμνασίου, καθάπερ τις Ἑλλανοδίκης καὶ ἀπαθὴς ἀθλοθέτης, ἐθέλοι σκοπεῖν, ὄψεται μὲν τοὺς ἄλλους ὀργῇ καὶ θυμῷ στρατηγουμένους καὶ γράφοντας παρὰ τοσοῦτον πάθους ἐκείνους οὐ μάλα ἐκτὸς, παρόσον ἀληθείας οὐδ' ὅλως ἔμεγε ἐκτός. (Θ.) Οὐ γὰρ λελείψεταί μοι τῶν πάντων ὥσπερ οὐδὲν τῶν ἐπαινουμένων, οὕτως οὐδὲ τῶν ψεγομένων οὐδὲν, εἴ τι καὶ τούτῳ σαφῶς ἀνθρώπῳ γε ὄντι ἡμάρτηται, εἴτε κατὰ γνώμην καὶ βούλησιν, εἴτε κατ' ἄγνοιαν, εἴτε καὶ τῆς τοῦ χρόνου τε καὶ τῶν ἀναγκαίων βιαζομένης πραγμάτων φορᾶς. πάντων γὰρ τούτων μόνα τὰ κατὰ γνώμην καὶ βούλησιν ἔχει τὸ κράτος τῶν ψόγων καὶ τῶν ἐπαίνων. ὅσα δὲ ῥεούσης τό γε δοκεῖν αὐτομάτως καὶ λόγων τῶν προσηκόντων τῆς τύχης ἐκτὸς, καὶ νῦν μὲν τὸ εὔδαιμον χορηγούσης τοῖς γινομένοις ὕλῃ δεξιᾷ καὶ δρόμοις ἀσχέτοις, νῦν δὲ τῆς εὐθείας ἀποπλανώσης, καὶ πρὸς κρημνοὺς ὁδηγουμένης ὁμοῦ καὶ σκοπέλους ἀτοπημάτων, καὶ πράγματα θρήνων μεστὰ καὶ δακρύων μακρῶν προ-

15. τούτῳ em. Boiv. pro τοῦτο.

mationem; iis videlicet, quibus mala fortiter tolerantibus animus suus gloriosum exitum spondet. (VIII.) Quod si omnia sigillatim percenseamus, quae et inimici et amicitiae simulatores insidiose adversus eum machinati sunt; quibus tamen omnibus altiorem eum praestitit divina ipsa dextra; verear, ne me studii erga illum nimii accuset aliquis ex iis qui linguam, uti nos, exercent in conscribenda temporum nostrorum historia. Enimvero si quis extra illam historicorum palaestram constitutus, tanquam agonotheta aliquis ac pugnae arbiter incorruptus, spectare velit, videbit certe alios irae animoque obsequi tanquam duci, atque ita scribere, ut quemadmodum ego non omnino absum a veritate, sic et ipsi ab omni prorsus affectu non sint alieni. (IX.) Mihi enim ut nihil eorum quae laudantur, ita nec eorum quae vituperantur quidquam omittetur, si quid ab isto utpote homine peccatum constet, sive consilio ac voluntate, sive per ignorantiam, sive temporum ac necessitatis vi cogente. Ex his quippe omnibus ea sola maxime laudanda aut vituperanda sunt, quae non sine consilio ac voluntate fiunt. Quae vero accidunt fluente, quantum quidem videtur, temere et citra legem certam fortuna (nempe haec modo felicitatem larga manu et profuse impertitur; modo a recta via aberrantes in praeceps agit atque in scopulos temeritatis, facessitque iis negotia luctus ac lacrymarum

A. M. 6850 Ind. 10 ξενούσης, οἷς κακοπραγεῖν πρὸς τῆς ἀγούσης τὰ πάντα προνοίας
B νενομοθέτηται, ταῦτα δ' οὔτ' ἂν αὐτὸς ἐπαινοίην ἐκών γε εἶναι, οὔθ' ὁλοσχερῶς ταῖς τῶν ψεγομένων ἔγωγε θείην μερίσιν. οὐ γὰρ πράξεις μᾶλλον αὐτὸς ὁμολογήσαιμι' ἂν ταῦτ' εἶναι τοῦ δρῶντος, ἢ φοράν τινα ἄλογον (ὡς γε εἴρηται) τύχης, ἢ εὐγνω- 5
μονούσης, ἢ χοίνικας συμφορῶν οὐ μάλα εὐμενῶς ἀπεμπολεῖν
V. 326 αἱρουμένης καθ' ὧν ἐπείγεται δυσμενῶς. ὡς γοῦν ἀστεφάνωτον,
ὃ μὴ κατὰ πρόθεσιν γνώμης εὐδοκιμεῖ, οὕτως ἀκατηγόρητον
C οἶομαι δεῖν, ὃ μὴ κατὰ προαίρεσιν ἀτυχεῖ. (I.) Δειχθέντος τοι-
γαροῦν, ὡς διὰ τὴν ἑκούσιόν τε καὶ ἀπὸ γνώμης ἐκείνην καρτε- 10
ρίαν, καὶ τὸ μὴ ἐθέλειν ἀμύνεσθαι τοὺς τότε λυποῦντας, οὐδὲ
μέχρι χειλέων ἄκρων, νηνεμίαν αὐτῷ τῶν κινδύνων κατέστησεν
ὁ δίκαιος ἄνωθεν ἀθλοθέτης ἐν τοσούτῳ χειμῶνι καὶ κλύδωνι τῶν
κακῶν, δειχθήσεται πάντως πλατύτερον κατὰ χώραν ἡμῖν γενο-
D μένοις, τοῦ λόγου προβαίνοντος, καὶ ὅπως ἐν ὑστέροις συμπέ- 15
πτωκε τούτῳ πάντα τἀναντιώτατα, τηρεῖν βουλομένοις τὸ τῆς
ἱστορίας ἀληθὲς ταυτησὶ, καὶ πεῖσαι τοὺς ταύτῃ συνεσομένους
τῷ χρόνῳ, καὶ κατ' ἐμπάθειαν ἠντιναοῦν μήτε τὰ ἐπαίνων καὶ
θαύματος τοῦ ἀνδρὸς, μήθ' ὅσα τῆς ἐναντίας ἐβλάστησε ῥίζης,
ἐξαίρειν τῷ λόγῳ νομίζειν ἡμᾶς τοῦ χρεὼν ὑψηλότερον· ἀλλ' 20
αὐτὴν ὡς ἔτυχεν ἔχουσα τὴν ἀλήθειαν ἀφηγουμένοις πιστεύειν,
E καὶ μίαν τινὰ τὴν ὠφέλειαν ἑκατέρωθεν πάντας καρποῦσθαι,
συνορῶντας εἰκός τε καὶ μάλα τοῖς σπέρμασιν ἁρμόττον κατόπιν
ἰὸν τὸ γεώργιον· οἷς μὲν ἐξ ἀγαθῆς προαιρέσεως ὁρμᾶσθαι ἐνῆν,

plena, quos esse infelices iussit omnipotentis providentiae decretum), quae inquam a fortuna sunt, ea ego nec laudaverim mea quidem sponte, neque omnino retulerim in eas res, quae vituperari debent. Ea enim non tam eius, qui agit, opera esse dixerim, quam temerarium quendam fortunae impetum, seu faventis, seu omni calamitatum genere saevientis adversus eos, quos hostili animo invadit. Quemadmodum igitur corona minime donandum illud puto, quod praeter sententiam praeclare acciderit, ita nec damnandum illud censeo, quod praeter voluntatem male successerit. (X.) Postquam itaque ostenderimus, patientia illa voluntaria ac deliberata, et eo quod ulcisci eos nollet qui tum molesti erant, factum esse, ut in tanta calamitatum tempestate tantisque fluctibus iustus ac caelestis praemiorum dispensator periculis depulsis tranquillum eum esse iuberet; ostendemus utique fusius suo loco, procedente hoc opere, quonam pacto adversissima ei omnia posthac acciderint, veritatem historicam retinere cupientes, ac persuadere iis, qui in hanc temporum partem inciderint, ne nos existiment quocunque affectu ductos supra modum dictis exaggerare ea, quae in illo homine vel laude et admiratione digna exstiterunt, vel ab radice contraria pullularunt: sed nobis veritatem, prout se habuit, exponentibus credant, et unam quandam utrinque omnes utilitatem percipiant, consentaneam videntes et congruentem seminibus segetem sequi; et iis, qui a bono pro-

ἀγαθόν· οἷς δ' ἐξ ἧς ἀντιβαίνει μοίρας τὰ χείρω καὶ μοχθηρῶς A. C. 1342
τὸ ἀδικοῦν ἀνθοπλίζεται πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας εὐθύτητα, τού- Imp. Io. Palaeol. 2
τοις δ' αὖ τοὐναντίον ἅπαν. ὅθεν δὴ καὶ ἐπανακτέον τὸν λόγον.
(*IA.*) Ὁ γάρ τοι βασιλεὺς, τριάκοντά που μόνας ἡμέρας ὡμι- F
ληκὼς τῷ Κράλῃ μετά γε τὴν εἰς αὐτὸν κάθοδον, τελευτῶντος A. M. 6851
ἤδη τοῦ θέρους ἐκείνου, καὶ ἀρχομένου τοῦ φθινοπώρου, καὶ Ind. 11
τῶν ἀμπέλων ἀκμαζουσῶν καὶ μονονουχὶ τοὺς τρυγητῆρας τραγῇ
τῇ γλώττῃ προκαλουμένων, ἦκε μετά τε τῶν οἰκείων δυνάμεων,
καὶ πρός γε μακρῷ πλειόνων τῶν ἐκ Σερβίας ὅπλων, ἐπὶ τὴν
πόλιν Σερρῶν, αἱρήσειν ἐλπίζων αὐτὴν ἀμαχητὶ, συλλαμβανόν- P. 403
των ἴσως ἔνδοθεν συχνῶν προδοτῶν, ὁπόσοι θερμότερον τούτῳ
προσέκειντο, καὶ μάλα ῥᾳδίαν τὴν εἴσοδον κρύφα γράφοντες
ἐπηγγέλλοντο. ἀλλὰ τοῦ θεοῦ κἀνταῦθα σαφῶς τοῖς τούτου βου-
λήμασιν ἀντιπράττοντος, ἄπρακτός τε ἦν ἡ σπουδὴ καὶ μά-
ταιος ὅχλος ἡ πᾶσα παρασκευή. πρὶν γὰρ αὐτὸν περιστρατοπε-
δεύσαντα τῇ πόλει πολεμίους χεῖρας ἐπενεγκεῖν, νόσημά τι θα-
νάσιμον ἐνσκήπτει τῷ στρατοπέδῳ τῶν Τριβαλλῶν· εἴτε τῆς τῶν B
σταφυλῶν ἀταμιεύτου καὶ ἀφειδοῦς βρώσεως, εἴτ' ἄλλης ἡγησα-
μένης αἰτίας, οὐκ οἶδ' ὁπότερον. πάσης οὖν ἀμηχανούσης καὶ
χειρὸς καὶ γνώμης ἰατρικῆς πρὸς τὸ πάθος, συχνοὶ καθ' ἡμέραν
ἑκάστην νεκροὶ κατωρύττοντο· καὶ ἐπειδὴ βραχυτάτων ἐντὸς
ἡμερῶν ὑπὲρ τοὺς χιλίους ὁ θάνατος ἐξήνεγκε τοῦ βίου, καὶ
πλείους ἐπὶ τούτοις ἐξάγειν ἠπείγετό τε καὶ ἐπηγγέλλετο, ἄραντες C

posito orsi fuerint, bona evenire; iis vero, qui unde peiora pugnant inceperint et ab ea parte, qua iniustitia armatur adversus rectum ac veritatem, iis inquam adversa omnia accidere. Sed et inde revocanda est oratio nostra. (XI.) Vix triginta dies cum Crale post adventum suum commoratus imperator, abeunte iam illa aestate autumnoque ineunte, vigentibus vitibus ac vindemiatores clara paene voce advocantibus, venit cum copiis et suis propriis, et ex Servia longe pluribus, ad Serrhas urbem, nullo labore captum iri eam a se sperans, conspirantibus intus fortasse proditoribus non paucis, iis videlicet, qui isti vehementius studebant, facillimumque ingressum missis clam litteris promittebant. Verum Deo illic quoque huius voluntati evidenter adversante, conatus ille irritus fuit, et inane impedimentum totus belli apparatus exstitit. Ante enim quam infesto exercitu propius admoto urbem circumsedisset, morbus quidam lethalis Triballorum castris infligitur: sive intemperans et immoderatus uvarum esus, sive alia quaecunque causa praecessisset. Utrum certe statuam nescio. Cum itaque nihil adversus hoc malum nec manus nec ingenium medicorum valeret, frequentes quotidie mortui defodiebantur. Quia igitur mors intra paucissimos dies sustulerat ex vita homines plus quam mille, ac plures praeterea efferre properabat minabaturque; motis quam celerrime castris re-

A. M. 6851 Ind. 11 τὴν ταχίστην ἐπανῆκον ἐκεῖθεν ἅπαντες, ἀπαγγέλλοντες τῷ Κράλῃ τὸ χωρὶς ἀνθρωπίνου πολέμου συμπεπτωκὸς δυστύχημα τῷ στρατῷ.

V. 327 D δ'. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, ἐπειδὴ καὶ ὁ τοῦ φθινοπώρου καιρὸς ἐξῆς ἐτελεύτα, καὶ ῥᾴδιον οὔπω μανθάνειν τοῖς φίλοις ἦν, ὅπως ἔχει τὰ βασιλέως, ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ συνδιαιτωμένου βαρβάροις καὶ ξένοις ἤθεσι, δέδειχε μὲν δὴ πρῶτος Ἀμοὺρ ὁ Πέρσης, ὁ Λυδῶν ἀρχηγὸς, ὅσον ἐν τοῖς καρδίας θαλάμοις

A. C. 1343 Imp. Io. Palaeol. 2 ἔθαλπε τὸν τοῦ βασιλέως ἔρωτα. χειμῶνος γὰρ ἤδη μεσοῦντος, καὶ θαλάσσης ὁμοῦ καὶ ἀέρος πολλὴν ἐχόντων τὴν ἀταξίαν καὶ

E σύγχυσιν, σὺν πολλῷ τῷ στρατῷ διαβὰς τὸν Ἑλλησποντίαν πορθμὸν ἐζήτει μάλα τὸν φίλον θερμῶς. καὶ ἐπειδὴ ῥᾴδιον οὐκ ἦν αὐτῷ μήτ' ὀφθαλμοῖς οἰκείοις ἐκεῖνον θεάσασθαι, μήτε μαθεῖν ἐν οἵαις τύχαις ἐκεῖνος τηνικαῦτ' ἦν· ἐκώλυε γὰρ τὸ πολὺ τοῦ ψύχους, καὶ ἅμα χιὼν τηνικαῦτα κατενεχθεῖσα κατὰ δαψιλὲς ἀπόρευτον ἐποίει καὶ ἄβατον τὴν ἐς ἐκεῖνον ὁδόν· ἐλθὼν

P. 404 ἡσυχῇ παρεστρατοπέδευσε περὶ τὰ τοῦ Διδυμοτείχου προάστεια, καὶ δουλικήν τινα πεπομφὼς ἐκεῖθεν Εἰρήνῃ τῇ βασιλίδι προσκύνησιν, αἴθριος διενυκτέρευέ τε καὶ διημέρευεν ἐγκαρτερῶν τῇ τῆς χειμερινῆς ὥρας ἐκείνης σκληρότητι, καὶ τὸν φίλον ἁπόντα ζητῶν, κἀκ μέσης ἀποκλαιόμενος τῆς ψυχῆς· καὶ πολλὰ πρὸς τῆς βασιλίδος καλούμενος εἰς ὄψιν ἐκείνῃ τὸ παράπαν ἐλθεῖν

B οὐκ ἠνείχετο. (B.) „Ποίοις γὰρ" ἔφασκεν „ὄμμασι βλέψω δακρύων δακρύουσαν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ, τοσοῦτον ἀποδημοῦντι χρόνον ἐν ἀλλοφύλων χερσὶ, καὶ ἥκιστα σαφῶς ἐγνωσμένῃ γῇ. αὐτός τε

diere inde omnes, Crali eam nunciaturi cladem, quae exercitui citra ullum ab hominibus bellum acciderat.

4. Haec cum ita se haberent, et ipsius autumni tempore mox exeunte, facile haud esset imperatoris amicis discere, quo loco illius res essent, convictum alieno in solo habentis cum hominibus, quorum barbari essent ac peregrini mores; ostendit primus Amurius ille Persa, Lydorum dux, quantum in intimo corde amorem imperatoris foveret. Media enim iam hieme, cum esset plurimum tum in mari tum in aëre perturbationis atque confusionis, magnis cum copiis traiecto Hellesponti freto, amicum suum anxie quaeritabat. Et quia ipsi facile non erat vel eum oculis suis intueri, vel discere, quae tum eius esset fortuna (nam vis frigoris obstabat, et praeterea effusae tum largius nives iter ad illum interçludebant atque invium efficiebant), tacite progressus circa Didymotichi suburbia castrametatus est, et servili quadam inde salutatione ad Irenen imperatricem missa, noctes diesque totos manebat sub dio, hibernae asperitatis patiens, et absentem amicum requirens, atque ex intimo pectore lacrymas ciens; saepiusque ab Augusta vocatus in illius venire conspectum haud sustinebat. (II.) „Quibus enim," aiebat, „intuebor oculis flens flentem propter absentiam imperatoris, in potestate exterarum gentium et ignotissimo in solo degentis. Enim-

γὰρ διαῤῥαγείην ἂν πρὸς τὰς παρούσας τύχας ἐκείνης ἰδών, καὶ A. C. 1343
τὰς περισχούσας τὴν βασιλικὴν οἰκίαν τραγῳδίας τε καὶ ἀδοκή- Imp. Io. Pa-
τους φεῦ συμφοράς· καὶ ἅμα αὐτὴν, ἀντὶ τοῦ παραμυθήσα- laeol. 2
σθαι, πρὸς μείζους ἀναφλέξω τοὺς θρήνους. οὐ θεωρίας οὖν ὁ
παρὼν καιρὸς οὐδὲ λόγων, ἀλλὰ δακρύων μακρῶν. ἐμβριθὲς γὰρ C
τὸ πάθος, καὶ δριμείας μὲν κομίζειν δοκεῖ μοι τὰς φλεγμονὰς,
δριμυτέρους δ' ἐπάγειν μου τῇ ψυχῇ τοὺς πρηστῆρας· ἐπεὶ τὸν
ἐντυπωθέντα μου τῇ καρδίᾳ κάλλιστον φίλον βλέπειν οὐκ ἔχω,
τοῖς βασιλικοῖς στρατοπέδοις περικυκλούμενόν τε καὶ ἐγκαλλωπι-
ζόμενον." (Γ.) Καὶ οὐκ ἔλεγε μὲν ταῦτα τῇ γλώττῃ, οὐκ ἔπασχε
δὲ τὴν ψυχήν. ἀλλὰ μακρῷ τινι μεῖζον τὸ πάθος ἔνδον αὐτοῦ D
τὴν ψυχὴν ἐπυρπόλει καὶ ἔκαιεν, ὡς ἐμφανέστερον πολλαχῇ
προϊοῦσαν δεῖξειν τὴν ἱστορίαν αὐτὸς ἰσχυρίζομαι. οὕτως οὐ
βάρβαρον ὁ βάρβαρος εἶχε τὸν τρόπον, ἀλλ' ἥμερον καὶ παιδείας
Ἑλληνικῆς τὸ παράπαν ἐχόμενον. ἡ γὰρ ὁμοιότης τῶν τρόπων, V. 328
εἰ μή τι πλέον, ἀλλ' οὖν Ὀρέσταις ὁμοῦ καὶ Πυλάδαις σαφῶς
εἰσποιεῖ· οἱ μὲν γὰρ ὁμόφυλοι, κἀξ αἱμάτων συγγενικῶν, καὶ
νόμων καὶ μαθημάτων μετεσχηκότες ὁμοῦ τῶν αὐτῶν· ὁ δὲ βάρ- E
βαρον ἔχων τὴν γένεσιν, καὶ βαρβάροις ἤθεσί τε καὶ νόμοις συν-
τεθραμμένος, καὶ ἀλλοφύλῳ χρώμενος φωνῇ καὶ γλώττῃ καὶ
διαίτῃ, καὶ πολλαῖς μὲν θαλάσσαις, πολλοῖς δ' ὄρεσί τε καὶ
φάραγξι Καντακουζηνοῦ διϊστάμενος, ἄμικτον εἶχε πάντη τὸν
βίον αὐτῷ καὶ ἀγνῶτα καὶ ἀλλόφυλον· φαίην δ' ἂν καὶ ἐν

16. σαφὲς coni. Boiv. 22. φάραγξι em. Boiv. pro φάλαγξι.

vero et ipse disrumpar, si praesentem illius fortunam intuear, tragoedias-
que illas et inopinatas heu calamitates, quae imperatoriam domum undique
circumstant. Et illam simul tantum aberit ut consoler, ut maiori luctu in-
cendam. Non igitur visitandi nunc tempus, sed uberrime flendi. Gravis
enim hic dolor, qui et acres admovere mihi stimulos et violentas animo meo
faces videtur subiicere; quoniam haud datur eum, cuius impressam gero
in corde imaginem, amicum intueri pulcherrimum, imperatoriis circum-
septum ornatumque exercitibus." (III.) Nec vero id lingua eius sic dice-
bat, ut animus non afficeretur. Sed multo maiori intus dolore pectus fla-
grabat atque incendebatur. Idque affirmare ausim pluribus exemplis decla-
ratum iri evidentius, procedente hac historia. Adeo non barbaros habebat
homo barbarus, sed humanos mores, et Graecam plane institutionem redo-
lentes. Morum enim similitudo, si nil amplius, at Orestas certe Pyladas-
que inter se conciliat: et erant quidem illi eadem gente oriundi et sanguine
cognato iuncti, iisdemque et legibus et disciplinis imbuti. Iste autem bar-
baris parentibus natus, moribus et legibus barbaris a pueritia institutus,
peregrino et sermone et victu cum uteretur, longo mari, multis et monti-
bus et vallibus profundis a Cantacuzeno divisus, vitam prorsus disiunctam
et illi ignotam agebat, qualem quivis alienigena: quin et pro hostili habi-

A. M. 6851 Ind. 11 ἐχθρῶν τεταγμένον μοίρᾳ· ὡς μακροῖς τισι διὰ ταῦτα τοῖς μέ-
F τροις τοντονὶ παρελαύνειν ἐκείνους εἰς λόγον φιλίας, καὶ πολὺ
τὸ ὑπερβάλλον τῆς θέρμης τὴν τούτου μᾶλλον κεκτῆσθαι σχέσιν,
ἢ τὴν ἐκείνων. (*Δ.*) Εἰ δέ τις Καντακουζηνῷ χαριζόμενος τὸ
πᾶν τῆς βελτίονος αἰτίας τουτωῖ φέρων ἀνατιθείη, ἀδικήσειεν
ἂν ἐς τὸ προφανὲς τὴν ἀλήθειαν. ἀμφοτέροις γὰρ εἴ τις τοντὶ
παρέχοιτο τἀγαθὸν, οὐδένα ἂν σχοίη, ὅστις καὶ μέμφεσθαι βού-
λοιτο. εἴ τις δ' ἐκείνου καθάπαξ τοῦτ' ἀφαιροίη τἀγαθὸν, ὅτι
P. 405 βάρβαρον ἔσχε τὸ γένος καὶ ἥκιστα συγγενὲς, οὐδένα ἂν οἶμαι
σχοίη τῶν πάντων, ὅστις οὐκ ἐπιεικῶς μέμψαιτο. τὴν γὰρ τῆς
ψυχῆς ὁμόνοιάν τε καὶ συγγένειαν οὐχὶ τὸ γένος, ἀλλ' ἡ τῆς
γνώμης δείκνυσι ταυτότης. ὡς γὰρ ἐν τοῖς μουσικοῖς ὀργάνοις,
ὅσα ἐν αὐλοῖς καὶ λύραις καὶ κιθάραις καὶ τυμπάνοις, οὐχ ἡ
τῶν τόπων ἐγγύτης τὴν τῆς ἁρμονίας δημιουργεῖ συμφωνίαν,
ἀλλ' ἡ τῆς φωνῆς ἐμμελὴς ὁμοιότης, κἂν ἀλλήλων πόρρω που
B τὴν τοπικὴν τύχωσιν ἔχοντα θέσιν τὰ τῆς φωνῆς τελεσιουργὰ,
οὕτω δὴ τὸ παραπλήσιον δείκνυται κἂν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυ-
χαῖς, κἂν ἀλλοφύλους ἔχοντες τύχωσι τὰς τοῦ γένους κρηπῖδας,
κἂν μυρίοις ὅροις γῆς καὶ θαλάττης ἀλλήλων ἀπέχωνται. (*Ε.*) Βε-
βαιότερα δ' ἔσται τοῖς εἰρημένοις ἐχέγγυα, ὁπόσα προϊόντι τῷ
λόγῳ λελέξεται περὶ τοῦ βαρβάρου τοῦδε τὸ γένος καὶ οὐ τὸν τρό-
πον ἀνδρός· οἷον δὴ κἀκεῖνο. πλεῖστα γὰρ τῆς βασιλίδος Εἰρή-
C νης ἐκ Διδυμοτείχου πεμπούσης, ὁπόσα εἰς τροφὴν ἐπιτήδεια, καὶ
ὅσα ἐν ἐνδύμασι, καὶ ὅσα νυκτερινῆς σκέπης ἀποπληροῦντα
χρείαν τὴν τοῦ χειμερίου ψύχους ἀπυσοβεῖν ἐδύναντο τηνικαῦτα

tam ausim dicere. Eoque fit, ut longo iste intervallo illos ratione amicitiae transierit, et eius magis quam illorum affectus ad summum fervoris gradum pervenerit. (IV.) Quod si quis Cantacuzeno blandiens in eum conferat quidquid melioris causae fuit, veritatem is manifesta iniuria afficiat. Ambobus sane si quis hanc tribuat laudem, carebit reprehensione. Si vero aliquis totam alteri eripiat, eo quod barbarus genere fuerit ac minime nobis affinis, neminem puto omnium fore, qui non illum merito reprehendat. Animorum quippe coniunctio et cognatio non ex genere aestimatur, sed ex eo quod utriusque eadem sit voluntas. Quemadmodum enim in instrumentis musicis, tibiis, lyris, citharis, ac tympanis, non locorum vicinitas musicum efficit concentum, sed sonorum modulata consensio, etsi locis disiuncta sint ea quae soni efficientia sunt, tantundem quoque deprehendere est et in hominum animis, etsi forte ex gentibus diversis generis sui originem ducant, etsi infinitis a se invicem distent terrae ac maris intervallis. (V.) Iis porro, quae dixi, fides deinde firmior constabit ex iis, quae procedente hoc opere dicentur de homine illo, genere quidem at non moribus barbaro; cuiusmodi est istud. Cum ex Didymoticho imperatrix Irene plurima ei mitteret, quae ad victum aut ad vestitum pertinerent, quaeve nocturnorum tegminum usum explerent, ac saevientem tum temporis

δριμύτητα, οὐδὲν οὐδαμῇ προσεδέξατο· ἀλλ' ἔφησεν εἶναι σα- A. C. 1343
φῶς τῶν ἀτοπωτάτων, ἐν ἀλλοτρίᾳ καὶ ὑπερορίῳ γῇ σκληρότητι Imp. Io. Palaeol. 2
πλείστῃ προστετηκότος τοῦ φίλου, διάγειν ἐν εὐπαθείαις αὐτόν.
καὶ εἰ μὲν ἐνῆν αἵμασι ψυχῆς βάψαντα σκηνὴν ἐν ταύτῃ με D
σκηνοβατεῖν, ἦν ἄν μοι τοῦτο παραμύθιον εὐγενὲς πρὸς ἔνδειξιν
τῆς ἐν καρδίᾳ φλογὸς καὶ τοῦ πρὸς τὸν φίλον ζῶντος πόθου.
ἐπεὶ δ' ἀσώματος ἡ ψυχὴ γενομένη κηλῖσιν αἱμάτων οὐκ ἀναπέ-
φυρται, οὐχ ὁρῶ τίς μηχανὴ βελτίων γένοιτ' ἂν ἐμοὶ τῶν περι-
σχουσῶν με νῦν ὀδυνῶν ἀπαλλάττουσα. (ς'.) Ἐλύπει γὰρ καὶ
κομιδῇ συνετάραττε μὴ μόνον τὸ τοῦ βασιλέως πάθος αὐτὸν,
ἀλλ' οὐχ ἧττον καὶ τὰ τῆς βασιλίδος δάκρυα, κατὰ τὰς πολι- E
πενθεῖς τρυγόνας θρηνούσης τε καὶ ἀνιωμένης μάλα πικρῶς περὶ
τοῦ συζύγου καὶ βασιλέως, καὶ σφόδρα ἀδημονούσης, καὶ ἅμα
πανταχόθεν ἐς βύθους ὠθουμένης μακρούς, τοῦ καθάπαξ καὶ
αὐτό γε τὸ ζῆν ἀπογνῶναι. οἵ τε γὰρ ἐκ Βυζαντίου πολέμιοι, μέ-
χρι προαυλίων Διδυμοτείχου συχνὰς τὰς ἐφόδους ποιούμενοι, μι-
κροῦ καὶ τειχήρεις ἐβιάζοντο τούτους καθῆσθαι· ὅ,τε λιμὸς
μετὰ τῶν συνεχῶν καὶ πολυπλόκων ἐπιβουλῶν χαλεπώτερος F
πολλῷ τῶν ἔξωθεν πολέμιος ἦν, ἅτε συνέστιος καὶ ὁμόστεγος V. 329
ὑπάρχων αὐτός· οἵ τε φρουροὶ καὶ ἡμεροσκόποι τῶν Βυζαντίων,
τὰ ἔνεδρά τε πάντα καὶ τὰς παρόδους διαλαχόντες, ἐμποδὼν ἐγί-
γνοντο μάλα γε ἐθελούσῃ δι' ὁτωνδήποτε λάθρα μανθάνειν περὶ
τοῦ βασιλέως. (Ζ.) Παρεμυθεῖτο τοίνυν τοιαύτης τύχης τρα- P. 406

hibernorum frigorum vim arcere possent, nihil unquam accepit; plane absurdum esse dictitans, dum amicus alieno in solo, patriis finibus procul, fortuna durissima conflictaretur, vivere se interea molliuscule. „At saltem (inquiebat) si liceret animae sanguine tingere tentorium, atque in eo me spectandum proponere, illustre hoc mihi solatium esset, quo flammam, quae ardet in corde, vivumque amici desiderium palam ostenderem. Quoniam autem anima, incorporea cum sit, nulla sanguinis labe respersa est, non video quanam praeterea meliori arte eos dolores, quibus nunc opprimor, possim levare." (VI.) Angebant enim eum ac vehementer conturbabant, non imperatoris duntaxat calamitas, sed et lacrymae imperatricis non minus. Nempe haec querularum turturum more lamentabatur et acerbissime moerebat ob absentiam coniugis imperatoris, de quo erat valde anxia. Tum eadem simul in maximis periculis versabatur, quae eam sic ex omni parte circumstabant, ut ipsius quoque vitae spem prorsus abiiceret. Nam et hostes ad ipsum usque Didymotichi limen Byzantio subinde excurrentes moenibus paene clausos sedere istos cogebant: et fames, cum insidiis continuis et multiplicibus coniuncta, externo hoste longe erat importunior, quippe domestica et contubernalis. Custodes praeterea ac speculatores Byzantini, omnes et latebras et viarum inter se partiti aditus, obstabant eidem, quo minus clam per quoscunque de imperatore sciscitaretur; id quod tamen valde cupiebat. (VII.) Solabatur itaque illam Amurius in talis fortunae

A. M. 6851 Ind. 11 γῳδίαις συνοῦσαν αὐτὴν, καὶ ὑπισχνεῖτο πάσῃ ψυχῆς προθυμίᾳ τὰ κατὰ γνώμην ἅπανθ' ὑπηρετεῖσθαι, κἂν δέῃ καὶ θάνατον ὑπομένειν αὐτόν. ἐπεὶ δ' ἡ φορὰ τοῦ χειμῶνος ἐκείνου νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἀεὶ πρὸς τὸ ἀκμαιότερον προὔκοπτε, καὶ ἀνέλπιστον τέως ἐτίθει τὸ τοῦ ἀέρος μειδίαμα, καὶ ἅμα πολλὴ καὶ συνεχής τις ἐπενέμετο φθορὰ τὸν Περσικὸν στρατὸν, ἣν ἡ τοῦ χειμῶνος ἔτικτεν ἀκμὴ καὶ πρός γε τῶν ἀναγκαίων ἡ ἀπορία, καὶ μήθ' ἑαυτῷ μήτε τοῖς φίλοις ἔν γε τῷ παρόντι βοηθεῖν αὐτῷ ῥᾴδιον ἦν, ἐμποδὼν ἱσταμένου τρόποις ἀπορρήτοις τοῦ θείου βουλήματος, οἵκαδε τὸν Ἑλλήσποντον διαβὰς ἐπανῄει. (H.) Τῆς δὴ τοιαύτης τοῦ Πέρσου σπουδῆς εἰς τοῦτο τέλους ἐληλυθυίας, δεύτερος ὁ τὰ πολέμια κράτιστος, καὶ τῶν ἐν Διδυμοτείχῳ καταλειφθέντων στρατηγῶν (ὡς εἰρήκειμεν) εἷς, Μανουὴλ ὁ Ταρχανειώτης, ὃς δὴ καθ' αἷμα προσήκων τῷ βασιλεῖ καὶ ἡρωϊκός τις ἦν ὁ ἀνὴρ, καὶ τὰ πάντα γενναῖος, καὶ χεῖρα καὶ γνώμην καὶ σώματος ἀναδρομὴν, καὶ πολλαῖς μὲν ἐναθλήσας μάχαις πολεμικαῖς, πολλαῖς δ' ἐγκαρτερήσας πληγαῖς, κράτιστος γέγονε τὰ ἐς πεῖραν πολεμικήν· δι' ἃ δὴ καὶ στρατηγὸς τῶν ἐν Διδυμοτείχῳ δυνάμεων πρὸς τοῦ βασιλέως καταλειφθεὶς ψυχή τις ἦν τοῖς ἐκεῖ τηνικαῦτα καὶ χρηστῶν ἐλπίδων θησαυρός· οὗτος οὖν μόνος θαῤῥήσας τέως ἐπὶ ζήτησιν ἐξῄει τοῦ βασιλέως, πεμφθεὶς ἐκ Διδυμοτείχου πρὸς τῆς βασιλίδος Εἰρήνης· οὐ γὰρ ἦν ἠρεμεῖν ἀγνοοῦσιν ὅποι τὸ τῆς βασιλείου τύχης τε καὶ συμφορᾶς εἰπεῖν τραγῳδικῆς ἐκχωρήκει πρᾶγμα· δι' ὃν πολλούς τε

tragoediis, promittebatque, exsequuturum se omni studio quidquid illi visum foret, etsi mors esset ipsa subeunda. Verum quia hiemis illius vis diu noctuque vehementius semper ingravescebat ac spem interim serenioris caeli intercludebat, simulque exercitum Persicum frequens et continua quaedam lues depascebatur, quam et saevissimum frigus pariebat, et ipsa quoque rerum ad victum necessariarum penuria; ac neque sibi neque amicis facile ille poterat in praesenti opitulari, obstante divina voluntate, arcanis nescio quibus rationibus, domum traiecto Hellesponto regressus est. (VIII.) Cum is fuisset exitus Persicae illius expeditionis; proximus Cantacuzeno rei bellicae gloria ex ducibus Didymotichi relictis unus (ut diximus) Manuel Tarchaniotes, imperatoris cognatus, vir heroibus similis ac per omnia strenuus; manu, consilio et corporis proceritate praestans; qui bellicis laboribus exercitatus, et multa vulnera constantissime perpessus, summam in re militari comparaverat experientiam, ideoque ab imperatore praefectus iis copiis, quae Didymotichi erant, animae cuiusdam instar ac velut bonae spei thesaurus iis esse videbatur: is, inquam, solus tum animo confisus quaesitum exivit imperatorem, Didymoticho emissus ab Irene imperatrice. Quiescere enim haud poterant, quamdiu ignoraturi essent, quo fortunae ac tragicae, ut ita dicam, calamitatis res imperatoris processissent: propter

ἀνηντλήκασι μόχθους καὶ βίας καὶ ἔτ' ἀντλεῖν ἔμελλον. διὰ δὴ A. C. 1343
δέος οὗτος τὴν εὐθεῖαν καταλιπὼν ἐπὶ τὰ εὐώνυμα ἀνοδίαις τε Imp. Io. Palaeol. 2
διετέλεσε χρώμενος καὶ πρὸς χωρία παραβαλλόμενος ὑψηλὰ καὶ E
δυσπόρευτα, ἕως ὑπερβαλὼν τὸ ὄρος τὸν Αἷμον ἔλαθεν εἰς τὴν
Τριβαλλῶν ἐκπεπτωκὼς γῆν ἀθῶος κακῶν. ἔνθα τὸν βασιλέα
ζητήσας τε καὶ εὑρών, καὶ ὅσα εἰκὸς ὡμιληκώς, τάχιστα ἐπανῆ-
κεν εἰς Διδυμότειχον, ἀγγελίας κομίζων τοῖς τε ἄλλοις καὶ μά-
λιστα πάντων Εἰρήνῃ τῇ βασιλίδι σφόδρα ἀληθεῖς καὶ ἀκαπη- F
λεύτους, καὶ δόξας ὥσπερ ὑφ' ἡλίῳ μάλα καομένοις ζέφυρός τις
ἀναψύξεως. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

ε'. Ἦρος δ' ἀρχομένου τὰς δυνάμεις αὖθις ἀναλαβὼν ὁ P. 407
βασιλεὺς ἦγεν ἐπὶ τὴν πόλιν Σερρῶν, καὶ ὅσα πέριξ εἰσὶ φρού- V. 330
ρια καὶ πυργώματα μέχρι Φιλίππων. κἀπειδὴ πεῖραν προσάγων
ἐν τοῖς ὁμοίοις ἦν ἀτυχήμασιν, ἐμποδὼν ὡς ἔοικεν ἱσταμένου
τοῦ θείου βουλήματος, ἔδοξεν αὐτῷ διαβαίνειν εἰ δύναιτο μέχρι
καὶ ἐς Διδυμότειχον, τοὺς μάλα ποθοῦντας ὀψόμενός τε καὶ
ὀφθησόμενος. ἐπεὶ δὲ τοῖς περὶ αὐτὸν ἐπικούροις τε καὶ συμμά-
χοις Τριβαλλοῖς, ἀκηκούσι πολλὴν εἶναι τὴν ἐφεδρεύουσαν τῶν B
ἐναντίων δύναμιν περὶ τὰ πρόσω στενὰ τῆς Χριστουπόλεως, ἀν-
θίστασθαι συνέβαινε πρὸς τὸ δόγμα διὰ δειλίαν καὶ δέος, καὶ
ἄλλως βλακικωτέροις οὖσι καὶ τὰς ὑπερορίους οὐ σφόδρα ἀγα-
πῶσιν ἐκστρατείας, ὀπίσω ἀπήλλαττεν αὖθις ἐς τὰς τῶν Τρι-
βαλλῶν νομὰς καὶ αὐτὸς, ἄκων τε καὶ μάλα πλείστους ἐπαγόμε-
νος κατὰ καρδίας τοὺς τῆς λύπης ἄνθρακας, διὰ τὸ μὴ κατὰ C

quem multos labores, multa gravia et iniqua exhauserant, et adhuc exhausturi erant. Relicto igitur ob metum recto tramite, sinistram versus per avia contendere arduisque ac difficilibus locis applicare se perrexit, donec Haemo monte superato, in Triballorum terram illaesus furtim delapsus est: quaesitumque imperatorem invenit, et cum eo, quantum par erat, colloquutus celerrime inde Didymotichum rediit, habens quae nunciaret tum aliis, tum omnium maxime imperatrici Irenae, vera admodum et minime fucata; ac talis adveniens, qualis iis qui nimio solis ardore torrentur Zephyri aura refrigeratrix. Et haec quidem ita se habuerunt.

5. Vere autem ineunte coactas iterum copias imperator duxit ad Serrhas urbem, et quaecunque circum occurrunt Philippos usque castella ac propugnacula. At ubi tentata res est pari infelicitate, obstante nimirum divino numine, visum est ipsi transire, si posset, Didymotichum usque, ut eos a quibus vehementissime desiderabatur videret, et ab iis videretur. Sed quia Triballi, quos secum habebat socios ac foederatos, audientes magnam esse hostium manum in insidiis collocatam apud Christopolitanas fauces, ultra ituris oppositas, eius voluntati obstiterunt timiditate ac metu; cum et alias ignaviores essent et longinquis expeditionibus non admodum gauderent; idcirco regressus est iterum in Triballorum fines, invitus quidem et plurimas doloris faces suo ipse cordi admovens, eo quod minime ei

A. M. 6851 Ind. 11 γνώμην δήπουθεν αὐτῷ τὰ πράγματα ἀπαντᾷν. πεποίηται μέντοι τὴν ἀναχώρησιν μέχρι καὶ ἐς πόλιν τὴν Στρουμμίτζαν, καὶ ὅσα ἐπέκεινα χωρία ἦν ἀναπεπταμένα τε καὶ ἱππήλατα· ἔνθα δὴ καὶ τὸν Κράλην Σερβίας τὰς ἐπαύλεις ποιεῖσθαι τέως συνέβαινεν. (B.) Εἷς δ' ἦν ἤδη τῶν αὐτῷ ἑπομένων καὶ ὁ Ἀσὰν Ἰωάννης. ὃ γὰρ πρὸ βραχέος ἐπιτροπεύων ἦν Μελενίκου φρούριον, ἐντο-
D λαῖς νῦν βασιλικαῖς τῷ Χρέλῃ παραδεδωκὼς πρὸς βασιλέα ἀφίκετο, καὶ διετέλει συνὼν αὐτῷ, συσκηνοῦντι τέως τῷ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμόνι. (Γ.) Ἔτυχε δ' ἀφιγμένη τηνικαῦτα κἀκ πόλεως Βερρόιας πρεσβεία τῷ Κράλῃ, λόγους περὶ ὧν ἀπῄτει κομίζουσα καὶ ζητοῦσα μαθεῖν ἀκριβῶς, ἃ κατὰ γνώμην ἐστίν. ἀπῄτει δ' ὑπήκοον τὴν πόλιν τούτῳ γενέσθαι καὶ ὑποχείριον, τῇ
E ἀκροπόλει φρουρὰν Τριβαλλῶν ἐμβαλόντι, πρὶν ἂν ἀκουσίων αὐτῶν πολέμου νόμοις ἐξανδραποδίσηταί τε καὶ διαρπάσῃ καὶ πόλιν καὶ οἰκίας ἅμα καὶ γυναιξὶ καὶ τέκνοις. τοῖς μέντοι πρεσβεύουσι καταπλαγεῖσι πρὸς τὴν τῶν λεγομένων ἐμβρίθειαν καὶ ἀποτομίαν ἔδοξε βέλτιον λάθρα κοινολογήσασθαι τῷ βασιλεῖ
P. 408 Καντακουζηνῷ, καὶ δοῦναι λαμπρὰς τὰς ἐγγύας, εἰ βούλοιτο τὴν ταχίστην λαθὼν παρεισελθεῖν καὶ λαβεῖν ἀπονητὶ τὴν πόλιν αὐτός. εἶναι γὰρ μανιώδους ψυχῆς καὶ γνώμης, αἱρεῖσθαι πρὸ τοῦ ἥμέρου τὸ βάρβαρον, καὶ προτιμᾶν τῆς ὁμοφύλου τὴν ἀλλόφυλόν τε καὶ νόθον ἡγεμονίαν. τούτων οὕτω συσκευασθέντων καὶ κυρωθέντων πρὶν αἰσθέσθαι τοὺς Τριβαλλοὺς, λόγοις ἀπα-
B τηλοῖς τισι μετεωρίσαντες τὴν τοῦ Κράλη διάνοιαν οἱ ἐκ Βερρόιας πρέσβεις ἐπ' οἴκου ἀνεχώρησαν, ἀπαγγέλλοντες τοῖς ἐν Βερ-

ex sententia res succedebant. Rediit tamen retro ad urbem usque Strummitzam, et quaecunque illac aperta atque equitabilia loca sunt; ubi et Crales Serviae tum forte diversabatur. (II.) Iam autem illum sequebatur et Ioannes quoque Asanes. Hic enim paulo ante praeerat Melenici castello. Mox cum illud imperatoris iussu Chreli tradidisset, contulerat se ad imperatorem, et ei, Triballorum regis contubernali, comes adhaerebat. (III.) Forte eo tempore advenerat ex urbe Berrhoea legatio, actura cum Crale de iis rebus, quae ab eo petebantur, et quidnam decrevisset sciscitatura diligenter. Petebat autem ille, ut urbem in sua potestate et manu haberet, ac Triballicum praesidium in arcem introduceret, antequam per vim et belli iure urbem, domos, mulieres liberosque in servitutem redigeret atque diriperet. At legatis, dictorum duritia et acerbitate perculsis, melius visum est clam cum Cantacuzeno imperatore colloqui, ac fidem ei suam omni cautione adstringere, si in urbem furtim et quam celerrime sese intromittere eamque ipse nullo labore capere vellet. Esse enim animi ac sententiae furentis, barbariem humanitati praeferre, gentilique externam et illegitimam potestatem. His ita compositis, ac priusquam Triballi perciperent constitutis, Cralis animo captiosis quibusdam verbis suspenso, legati Berrhoeenses domum reversi suis civibus renunciant et dura Cralis

ῥοίᾳ τήν τε τῶν τοῦ Κράλη λόγων βαρύτητα καὶ ἃς ἀναγκα- A. C. 1343
σθέντες αὐτοὶ συνθήκας αὐτοκρατορικὰς πεποίηνται πρὸς βασι- Imp. Io. Palaeol. 2
λέα, τοῦ καιροῦ σχεδιάσαντος τὴν τοιαύτην παραχρῆμα ἐπίνοιαν.
(Δ.) Βραχεῖαι μετὰ τοῦτο παρωχήκεσαν ἡμέραι, καὶ τὰς οἰκείας V. 331
ὁ βασιλεὺς δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐπὶ κυνηγέσια δὴθεν ἐξῄει, καὶ
περιπάτους ἀνέσεώς τινος καὶ ῥᾳστώνης βασιλικῆς. καὶ μὲν δὴ C
οὔπω τρεῖς ἐκεῖθεν ἡμέραι παρῆλθον, καὶ τὴν πορείαν ἐπιταχύ-
νας σφόδρα ἀταλαίπωρον εὗρε τὴν εἰς Βέῤῥοιαν εἴσοδον, σὺν
πάνυ πολλῇ τῇ προθυμίᾳ καὶ ἡδονῇ καὶ ὑπτίαις τὸ δὴ λεγόμε-
νον ὑποδεξαμένων τῶν Βερῥοιέων χερσί. τοῦτο γὰρ ἓν πρᾶγμα ὂν
ἀμφοτέροις ὠφελείας μακρᾶς καὶ γαλήνης ἅμα γέγονεν αἴτιον,
ἀπαλλαγεῖσι τῶν τοῦ Κράλη χειρῶν ἐν ταὐτῷ. θεοῦ δ' ἦν πάν- D
τως τὸ χρῆμα, τοῦ τὰ δυσχερῆ ποιοῦντος ῥᾴδια, καὶ τοὐναντίον
αὖ ὁπότε βούλοιτο, καὶ οἱστισιν ἐθέλοι τρόποις. (Ε.) Ἐπεὶ γὰρ
τεθέαταί τε καὶ ἔγνω σαφῶς τὸν βασιλέα περιφρονούμενόν τε καὶ
ὑβριζόμενον ὑφ' ὧν ἐν ἐλπίσιν ἔκειτο δοχῆς καὶ στοργῆς ἀξιοῦ-
σθαι, μετέθετό τε τὴν γνώμην εὐθὺς καὶ αὐτὸς καὶ δρασμὸν ἐκ
τῆς μνήμης γίνεσθαι ἐκών γε εἶναι ἐδίδου τῶν τε μελετηθέντων καὶ
κυρωθέντων ἐν τῷ ἀφανεῖ τῆς οἰκείας καρδίας βουλευτηρίῳ τοῦ E
ἐπιόντος χρόνου πρὸς ἀμοιβὴν δι' αὐτὸν ἀγαθῶν· καὶ πρὸς ἐπι-
βουλὰς τέως ἀπησχόλει τὸν νοῦν, καὶ ὅλος πρὸς Βυζαντίους ἦν
ὑποῤῥέων, καὶ πρὸς τὰς ἐκεῖθεν ῥέμα καθελκόμενος ὑποσχέσεις.
(ς'.) Ἀλλ' ὥσπερ πανταχοῦ τὰ τῆς ἀνθρωπίνης μελέτης ἡττώμενα
κεῖται τοῦ θείου βουλήματος, οὕτως ἐπικρατέστερα κἀνταῦθα νῦν

responsa, et pacta, quae cogente necessitate, cum id consilii ipsa res statim animo suggessisset, ipsi cum imperatore suapte auctoritate fecerant. (IV.) Pauci inde effluxerant dies, cum imperator suas copias secum ducens egreditur, venatum scilicet ambulatumque, regio quodam relaxationis otiique genere; necdum tribus ex eo diebus elapsis, accelerato itinere, facillimum ad Berrhoeam urbem aditum offendit, excipientibus eum maximo studio Berrhoeensibus ac supinis, ut aiunt, manibus. Eadem enim utrisque res magnam simul et utilitatem et tranquillitatem afferebat; quoniam eadem via utrique manibus Cralis elabebantur. Atque illud sane opus Dei erat, facilia exhibentis ea quae difficilia sunt, et contrarium quoties iuvat et quibus vult modis efficientis. (V.) Etenim Crales, cum videret exploratumque haberet, despici et contumeliose haberi imperatorem ab iis, a quibus speraverat se humane ac benigne exceptum iri, mutavit et ipse statim sententiam, atque e memoria excidere ultro passus est, quae propter illum bona procedente tempore vicissim sibi in posterum promiserat, et in arcana cordis curia decreverat: coepitque applicare animum ad parandas insidias totusque ad Byzantios vergere, ac promissis, quae illinc veniebant, paulatim allici. (VI.) Sed ut in omni re consilia humana divinae voluntati subiiciuntur, ita tum quoque illic vicere ea quae ab iis, quorum erat pericu-

A. M. 6851 Ind. 11 ἐγεγόνει, ἃ μηδ' ὅλως οὐδαμῇ προσεδοκᾶτο τοῖς κινδυνεύουσι, μηδ'
F ἐπὶ καρδίαν ἀνέβη θνητήν. τῷ μὲν γὰρ βασιλεῖ ἥδιστόν τι καὶ ἐλευθέριον ἀναπεπνευκέναι ἐπῆλθεν ὀψὲ, καὶ τῶν κατ' αὐτὸν πραγμάτων ἀρχὴν νομίσαι τουτὶ καὶ κατάστασιν πρώτην· τῷ δὲ τῶν Τριβαλλῶν ἀρχηγῷ δι' ὀργῆς ποιεῖσθαι τὸ συμβὰν, καὶ μεταμέλῳ μακρῷ τὴν ψυχὴν κατατήκειν, ὅτ' ἐν χεροῖν ἔχων μεθῆκεν ὑπ' ἀβουλίας τὸν μακρῶν θησαυρῶν γενησόμενον αἴτιον,
P. 409 κατά τε πλοῦτον ἀρχῆς ὁμοῦ καὶ χρημάτων καὶ ἀφοβίας τῶν ἐφεξῆς δαψίλειαν. (Z.) Ἐβούλετο μὲν οὖν πόλεμον ἄρασθαι κατ' αὐτοῦ, καὶ μάχης ἄρξαι περιφανοῦς. δεδιὼς δ' αὖ, μὴ πρὸς ἀθέτησιν πρῶτος χωρήσας αὐτὸς τῶν ὁμωμοσμένων ἀντιπράττοντι προφανῶς ἐντύχῃ τῷ θείῳ, κἀντεῦθεν ἥττης ἀγώνισμα γένηται μέγα καὶ ἅμα τῆς ἐξ ἀνθρώπων χλεύης κληροῦχος εὐθὺς,
B ἐπέσχεν ἔς γε τὸ παρὸν, σιγῶσι λογισμοῖς δαπανῶν τὴν ψυχήν. ἔφθη γὰρ ἑκατέρων μεταξὺ δι' ὅρκων βεβαιωθεῖσα συμφωνία, μηδέτερον μηδετέρῳ ποτὲ γίνεσθαι κώλυμα πρὸς εὐτυχίαν ἠντιναοῦν ἀπαλλαγεῖσιν ἀλλήλων, ἀλλ' ἐμμένειν τοῖς ἀσύλοις ὅροις ἀεὶ τῆς φιλίας, καὶ συγχωρεῖν ταῖς τῶν Βυζαντίων ὑπηκόοις πόλεσιν, ὅτῳ βούλοιντο προσχωρεῖν ὁπώσποτε, νῦν μὲν καθ' ὁμολογίαν, νῦν δ' ἐκ πολιορκίας ἑκατέρων ἄλλη ἄλλῳ, ἐμποδὼν
C οὐδενὸς οὐδενὶ καθεστῶτι. ταύτῃ τοι καὶ διὰ μυχῶν ἔκρυψε σιωπῆς τὸ συμβὰν οὐ μάλα ἐθέλων.

V. 332 D ς'. Ἐν δὴ τούτοις ἧκεν ἐκ Θετταλίας καὶ ὁ τοῦ βασιλέως

15. Ita corr. Boiv. pro βεβαιωθεῖσαι συμφωνίαι.

lum, nullatenus praevisa fuerant, nec humanam in mentem unquam venerant. Is quippe eventus fuit, ut imperator quidem suavissime ac libere tandem respiraret, illudque sibi rerum secundarum initium ac primum veluti fundamentum esse duceret: Triballorum autem rex illud factum irasceretur, ac poenitentia tabesceret, quod quem in manibus habuerat per imprudentiam dimisisset, magnorum emolumentorum occasionem futurum sibi, sive imperium et pecuniarios reditus augere, sive securitatem sibi in posterum plenam parare voluisset. (VII.) Bellum igitur volebat cum eo suscipere, atque aperto Marte eum invadere. Mox veritus, ne, si iuratum foedus prior ipse violaret, in numen infestum aperte incurreret, eoque cladis magnae exemplum fieret, risuque hominum statim exciperetur, continuit se in praesens, et tacitis cogitationibus animum consumpsit. Convenerat enim inter utrumque pactione iureiurando confirmata, ne unquam alter alteri obstaret, melioris cuiuscunque fortunae causa discedenti ab altero, sed ut intra inviolatos amicitiae fines maneretur semper, iisque urbibus, quae Byzantinae ditionis essent, liceret ad utrum vellent se adiungere quomodocunque, sive voluntaria deditione, sive postquam ab alterutro obsessae fuissent, ita ut alia alii cederet, neutro alteri obstante. Idcirco ille id quod acciderat silentio pressit non libens.

6. Interea ex Thessalia advenit et imperatoris consobrinus Ioannes

leverat, angusta re animum acribus stimulis urgente, ii turbarum et tumultuum novorum cupiditate fervebant, et oculorum malignitatem in divites intendebant, et furorem animi sui gestiebant exercere. (IV.) His ita bifariam divisis, etiam tertia quaedam factio accessit, plebis colluvies, quae de iure aut iniuria nihil quidquam audit; sed facile tanquam instrumentum a quolibet volente trahitur, quocunque animi praeit pervicacia, in perniciem eorum quibus invidetur. Neque enim eiusmodi homines suam libidinem dominam ferre possunt, neque constitutas ab antiquis leges; qui vitam in libris perpetuam habent, atque inde respublicas ordinando et pravorum affectuum motus corrigendo hominum felicitati semper consulunt: sed, veluti maris fluctus cuilibet vento saevienti facile obsequentes infelicia navigia ipsis cum hominibus mergunt, sic isti divitum domos funditus evertentes hostilem gladium in miserorum caput foede et impotenter sine ulla ratione incutiunt. (V.) Cum itaque fama recens conficta ad populum manasset, eos qui opibus et agris et re pecuaria abundarent, damnorum impatientes, decrevisse clam urbis portas imperatori Cantacuzeno aperire, ii pauperes, qui opum et gloriae appetentes erant, ex adverso insurrexerunt, et tam Ioannis Palaeologi imperatoris quam illius matris nomen in media urbe clare et aperte celebrarunt, iidemque se Zelotas nuncuparunt, specio-

χρηστοῖς τὴν τῆς κακίας ὑπόθεσιν περιπέττοντες, καὶ τὸν δῆμον A. C. 1343
εἰς συμμαχίαν ἐκάλουν, κερδῶν ἑτοίμων ἐλπίσι τοὺς σφῶν θυ- Imp. Io. Palaeol. 3
μοὺς παραθήγοντες. (ς'.) Οὕτω δὴ οὖν ὥσπερ βιαίου κατα- D
σκήψαντος πνεύματος εἰς τὴν πόλιν, θόρυβος ἀνὰ πάντας δη-
μότας ἐπεχωρίαζεν ἄτακτος, καὶ πάντες ἀθρόοι τῶν οἰκιῶν εὐθὺς
ἐξεχέοντο, καὶ τῶν ἔξωθεν πολεμίων αὐτοὶ πικρότεροι τοῖς πλου-
σίοις ἐγίνοντο, τόν τε ἐν ταῖς οἰκίαις πλοῦτον ἅρπαγμα λῃστρι-
κὸν καθιστάμενοι καὶ αὐτῶν ὅσοις ἐνετύγχανον ἀφειδῶς ἀπο- E
σφάττοντες, καὶ πολιτικῶν αἱμάτων κρατῆρας κενοῦντες ἐν ταῖς
πλατείαις τῆς πόλεως. τό γε μὴν ἔκκριτον, καὶ ὅσον τῆς πόλεως V. 342
ὄψις ὑπῆρχεν, εἰς τοῦτο κακοδαιμονίας ἠλάθη διά γε δὴ τὸ τῆς
οὐσίας εὐδαιμον. τούτων δ' οἱ μὲν θανάτου δίκην ἔδοσαν αὐ-
θημερὸν ταῖς τῆς δημοτικῆς παρανοίας ὁρμαῖς· ὧν δ' ἐν ὑπο-
ψίαις ἔτι τὸ τῆς τύχης ἔκειτο μέλλον (πλείους δ' εἶναι τῶν ἑα-
λωκότων συνέπιπτεν σφᾶς), τούτοις δ' ἐσκυθρωπακόσιν ἐνῆν οἰ- F
κουρεῖν, φυλαττομένοις ὡς τὰ πολλὰ τό γ' ἐν ἀγοραῖς καὶ θεά-
τροις παῤῥησιάζεσθαι. (Z.) Καὶ τάχ' ἂν ἐτεθνήκεσαν ὑπὸ δέους,
εἰ μή τινες ἐκ βασιλέως ἔξωθεν ἐλπίδες εἰσπορευόμεναί πως ἀνε-
ῤῥώννυόν τε πρὸς τὸ εὔψυχον καὶ τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς
πρὸς τὸ νῆφον ἀνεκαλοῦντο. μόναι γὰρ αὗται μοχθούντων ἐω-
ρῶντο τέρπουσα τηνικαῦτα κρηπὶς λογισμῶν, καὶ πρός γε, φρον- P. 422
τίδων εἰς ἀπόγνωσιν ὀλισθαίνειν κινδυνευουσῶν, πρᾶος φάναι
καί τινος ἀπόζων εὐθυμίας ζέφυρος. εἰ γὰρ καὶ τὸ ψεῦδος ὁμό-
στεγον ἐνίοτε φαίνονται κεκτημέναι, ἀλλ' οὖν τοιαῦτά πως εἰδω-

sis nempe nominibus malum propositum velantes, et plebem in auxilium advocarunt, parati emolumenti spe animum illius acuentes. (VI.) Cum igitur ita in urbem quasi vehemens quidam ventus impetum fecisset, tumultus per omnem civitatem vagabatur inordinatus, et cuncti frequentes domibus statim eiiciebantur, saeviebantque isti in divites crudelius quam ipse foris imminens hostis. Nam et opes, quae in domibus essent, latronum more diripiebant, et quoscunque divitum offendissent, eos foedissime iugulabant, et in urbis plateis civilem sanguinem large effuseque hauriebant. Lectissimi certe civium et quotquot erant in urbe conspectiores, in ea mala inciderunt, eo quod bonis abundarent. Ex his porro alii statim popularis insaniae impetu poenas dederunt. Quorum autem adhuc incertum erat quaenam futura esset fortuna (et ii quidem deprehensis plures erant), iis tristitiam vultu praeferentibus domi manendum erat, cavendumque, ne quid in foro aut theatris paulo audacius proloquerentur. (VII.) Atque illi prae metu fortassis exanimati essent, nisi eos spes quaedam foris ab imperatore advenientes ad confidendum erexissent, eorumque iudicium ad sanitatem revocassent. Eae enim solae iucundum videbantur eo tempore laborantis rationis adminiculum: atque hic lenis quasi Zephyrus eorum curas desperationi proximas levabat, et quendam veluti odorem securitatis spirabat. Etsi enim spes illae videntur aliquando socium habere mendacium, at ea

A. M. 6851 Ind. 11 λοποιεῖν ἐπεφύκεσαν ἀεὶ καὶ προτυποῦσθαι, καθάπερ ἐκ γειτόνων παριοῦσαι παρήγοροι πιπτούσαις ἐξ ἀθυμίας ψυχαῖς, τὰς
B τῆς ὀρέξεως φαντασίας συλλήπτορας ἔχουσαι. ἀλλὰ τὸ μὲν πάσχειν ἐκ διαδοχῆς συνεχῶς τοῖς ταλαιπώροις ἐλέλειπτο καὶ παρῆν· τὸ δὲ τῶν ἐλπίδων προμηθὲς σκιά τις ἦν ἡδονῆς καὶ δικτύοις συναγομένη πνοή· οἷς τὸ μὲν διαῤῥεῖν ἀθρόον ἔνεστι πάντως, τὸ δὲ μένειν ὅλως οὐκ ἔνεστι. (Η.) Τῷ μὲν γὰρ τῶν Περσῶν ἡγεμόνι περιστρατοπεδεύειν ἐδόκει τὴν πόλιν ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης, καὶ ὅλον τὸ τῆς πολιορκίας ἐπάγειν ἐκ τοῦ παραχρῆμα
C βίαιον, καὶ μὴ τρίβειν ἡσυχῇ καθημένους τὸν χρόνον, ἔργοις ἐνὸν τὰ τῆς μάχης ἐν βραχεῖ κρίνεσθαι τά τε ἄλλα καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ σύμμαχον συνέβαινε τῇ ἔξωθεν ἤδη γίνεσθαι πολιορκίᾳ καὶ τὴν ἔνδοθεν ἀναφλεγομένην τῶν οἰκητόρων στάσιν. τῷ δὲ βασιλεῖ τοῦτ' οὐδαμῇ συνεδόκει, τὸν μάρτυρα τιμῶντι Δημήτριον· καὶ ἄλλως δ' οὐκ ᾤετο χρῆναι τῆς ἰσχύος αὐτοῦ
D τὴν περιουσίαν ἐκ τῆς τῶν πολιορκουμένων φαίνεσθαι συμφορᾶς· ἀλλ' ἀπειρηκότας ὀψὲ τοὺς στασιαστὰς τῷ τε λιμῷ καὶ τῇ τῆς πολιορκίας ἀνάγκῃ καθ' ὁμολογίαν παραδώσειν σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν. (Θ.) Ἐπεὶ δὲ τριακονθημέρου παρῳχηκότος ἐνταῦθα χρόνου τὰ κατὰ γνώμην οὐκ εὔοδα ἑωρᾶτο, τὴν μὲν ἄλλην δύναμιν ἀφίησι διαπόντιον ὁ βάρβαρος οἴκαδε ἀπιέναι, τὸν ἀνάπλουν διὰ τῆς Θρᾳκώας κελεύσας παραλίου ποιεῖσθαι· δε-
E διὼς ἴσως μή πού τις ἔτι χρείας προϊοῦσιν ἀνάγκη τούτῳ προσγένηται σφῶν· ἑξακισχιλίους δ' ἀπολεξάμενος μόνους κατέσχε παρ'

semper illarum vis est, ut istiusmodi imagines offerant et proponant, ac tanquam consolatrices labanti ex desperatione animo adsint de propinquo, speciebus nempe iis quae appetitui insunt adiuvantibus. At interim miseris illis id relinquebatur, id supererat, ut eorum mala quasi per successionem continuarentur. Spes autem illae providentes nihil aliud erant, nisi voluptatis umbra quaedam et ventus coactus in retia; quorum ea est natura, ut statim perfluant omni ex parte, manere autem plena nequeant. (VIII.) Etenim Persarum quidem duci placebat, obsideri urbem tam a terra quam a mari, ac totis statim viribus oppugnationi incumbi, nec teri tempus nil agendo; quia, si ageretur, brevi poterat armis decerni; idque eo magis, quod adiutrix iam esset externae obsidionis ea quae intus accensa erat civium seditio. Imperatori autem minime id placebat, Martyrem colenti Demetrium. Alioqui vero haud putabat oportere, quantum robore praestaret, in obsessorum calamitate ostendere, sed seditiosos illos fame tandem et premente obsidione fractos ex pacto se atque urbem esse dedituros. (IX.) Postquam autem triginta diebus illic elapsis res ex sententia succedere haud videbantur, reliquas quidem vires mari impositas dux barbarus domum remittit iubetque, ut per maritimam Thraciae oram renavigent: veritus, ne procedente tempore aliqua necessitas incumberet, adeoque his opus foret. Delectu autem habito, sex duntaxat hominum millia penes se retinuit. Ea

ἑαυτῷ. οὗς ἐπαγόμενος ἐπ' ἀτελέστοις ἀπαίροντι συναπῆει ταῖς A. C. 1343
ἐλπίσι τῷ βασιλεῖ, πολλὰ μὲν κατειρωνευόμενος τῆς αὐτοῦ περὶ Imp. Io. Palaeol. 3
τὰ θεῖα δεισιδαιμονίας, πολλὰ δὲ μεμφόμενος, ὅτι μηδείς ποτ' οἰκτος αὐτὸν εἰσῄει τῶν τὰ δεινότατα πασχόντων δι' αὐτὸν ἐν τῇ πόλει· ἀλλ' οἰκτος οἰκτον ἀντέκρουσε μικροῦ τινος ἄξιος τὸν F
ξύν γε τῷ ὠφελίμῳ πολλήν τινα τὴν ἀνάγκην ἐπιφερόμενον· ὡς εἶναί φησι τελευτᾶν εἰς τὸ προφανὲς ἀφειδὲς τὴν τοῦ οἴκτου τοῦδε ἐπωνυμίαν, καὶ βραχεῖαν μέν τινα τὴν τοῦ λυσιτελοῦς παρεχομένην δόκησιν, μείζονα δὲ τὴν ζημίαν εἰς τοὐμφανὲς προξενοῦσαν.

(I.) Ἑβδομαῖοι μὲν οὖν ἰόντες ἐκεῖθεν τὰ περὶ Χριστούπολιν ἀπονητὶ διέβησαν στενά· κἀκεῖθεν αὖθις ὡς διὰ φιλίας πορευ- P. 423
μενοι τῶν ἐνταῦθα διϊσταμένων ἀπεπειρῶντο πόλεων. καὶ τὸ V. 343
μὲν φθινόπωρον ἐν τούτοις ἐτελεύτα. ὁ δὲ χειμὼν τοῦ συμφυοῦς A. M. 6852
λοιπὸν τὰς ἀκμὰς ἀνεχάλκευε ψύχους. Ind. 12

ια'. Ἡμεῖς δ' ἐπειδὴ μὴ μονοειδῆ τὴν ἱστορίαν ἐκθεῖναι B
προὐθέμεθα, μηδὲ μόνοις πᾶσαν ἀσχολίαν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς παρέχεσθαι πράγμασιν, ἀλλ' ἐνιαχοῦ καὶ παρεξιέναι, τῆς χρείας ὁπώσποτε συνελαυνούσης εἰς τὴν ἀνάγκην, εἰκὸς εἶναι κἀνταῦθα λοιπὸν ἡγούμεθα, τὸν τῆς προκειμένης εἱρμὸν ὑποθέσεως ἐς τὴν ὑστεραίαν ὑπερθεμένους, καθὰ καὶ πολλαχῇ πεποιήκαμεν πρότερον, ἐφ' ἕτερα καὶ τήμερον τρέψαι τὸν λόγον, κἀκείνων με- C
τρίως μνησθῆναι, ὁπόσα κατὰ τὸν αὐτὸν ἐν ἄλλοις ἔθνεσι πέπρακται χρόνον· ἃ δοκεῖ μέν πως ἀλλότρια διὰ τὸ τῶν τόπων ὑπερόριον· ἔστι δ' ὅμως καθ' ἕτερον τρόπον οἰκεῖα καὶ πάνυ

secum ducens imperatorem spe irrita migrantem comitatus est, multa in illius superstitiosum animum iocatus, multa etiam incusans, quod nulla eum subiisset miseratio illorum, qui in urbe propter eum extrema paterentur; sed misericordia quaedam parvi momenti repulisset eam, quae coniunctam cum utilitate gravem quandam necessitatem afferret. „Ita fit", aiebat ille, „ut in apertam demum crudelitatem evadat ea quae nominatur misericordia, ac postquam utilitatis opinionem brevem attulit, damnum evidenter maius importet." (X.) Inde igitur profecti septimo die Christopolitanas fauces nullo labore pertransierunt: atque illinc rursus quasi per foederatum solum euntes urbes ea in regione dissidentes sollicitabant. Atque autumnus quidem interea abiit. Hiems autem ex eo coepit ingeniti frigoris stimulos recudere.

11. Sed nos quoniam simplicem edere historiam haudquaquam instituimus, neque totam unis Romanorum rebus operam dare, verum et nonnunquam ultra excurrere, utcunque ipsa res in eam nos necessitatem adduxerit, opportunum hoc loco deinceps arbitramur, praesentis argumenti continua serie in crastinum dilata, ut alibi saepe etiam antea fecimus, nostram hodie orationem alio convertere, et ea omnia breviter commemorare, quae per idem tempus gesta sunt apud alias gentes: quae etsi, propter intervalla regionum, aliena videntur quodammodo, sunt tamen alia ratione affi-

A. M. 6852 Ind. 12 ταῖς Ῥωμαϊκαῖς ἀφηγήσεσι κοινωνοῦντα. ἡ γάρ τοι βασιλεύουσα πόλις αὕτη κοινὴ τῆς ὅλης εἰπεῖν οἰκουμένης ἐστὶν ἑστία καὶ κοινὸν πρυτανεῖον· καὶ χορηγεῖ μὲν δαψιλῶς πᾶσαν τοῖς ἅπασι
D χρείαν· γεωργοῦσι δ' αὐτῇ καθάπερ δεσποίνῃ πᾶσα γῆ τε καὶ θάλασσα καὶ πάντες ἄνεμοι· καὶ ὁρῶμεν πανταχόθεν τὴν σιτο- 5
πομπίαν ἰοῦσαν ἀφθόνως ἐνταῦθα χειμῶνος καὶ θέρους, ἠρός τε καὶ φθινοπώρου· καὶ νανστολοῦσιν εἰς ταύτην ὁλκάδες τε καὶ τριήρεις ἀεί, καρπῶν μὲν ἁπάντων ἄγουσαι γονὰς, τεχνῶν δὲ παντοδαπῶν ποικίλματα. πάντα γὰρ ὅσα πᾶσιν ἑκασταχοῦ γίνε-
ται ἀτερπῆ τοῖς κεκτημένοις εἶναι δοκεῖ πως, καὶ φρονεῖν οὐδὲν 10
P. 424 οὐδαμῇ γενναῖον δύνανται, πρὶν ἂν ἐς τὸ μέγα τοῦτο καὶ οἰκου-
μενικὸν τῆς πόλεως θέατρον περίβλεπτόν τινα ποιήσωνται τὴν ἐπίδειξιν. δι' ἃ δὴ καὶ ἡμεῖς τὰς τοιαύτας ἀναγκαζόμεθα ποιεῖ-
σθαι παρεκδρομὰς, ἵνα μὴ τὰ τῶν ἐνίοτε καὶ ἐνιαχόθεν συμβαι-
νόντων συμπτωμάτων αἴτια τῇ τε βασιλευούσῃ τῶν πόλεων καὶ 15
τοῖς ἐνταῦθα πράγμασι, μὴ προγινωσκόμενα τοῖς ἐντυγχάνειν
V. 344 τῇ ἱστορίᾳ μέλλουσι, δύσβατά πως καὶ φαραγγώδη φάναι τὰ
B μεταξὺ χωρία τοῦ λόγου δοκῇ καὶ μακρᾶς τινος εὐκρινείας δεόμενα. (B.) Καὶ μὲν δὴ λεκτέον ἡμῖν πρότερον, ὁπόσα Τρα-
πεζουντίοις κατὰ τοῦτον συνεπεπτώκει τὸν χρόνον. μετὰ γὰρ τὸν 20
Κομνηνὸν Ἀλέξιον, τὸν ἀδελφιδοῦν Ἀνδρονίκου τοῦ γηραιοῦ βα-
σιλέως Ῥωμαίων τοῦ Παλαιολόγου, Βασίλειος ὁ υἱὸς τὴν τῶν
Τραπεζουντίων ἡγεμονίαν διαδεξάμενος ἔγημε νόθον τοῦ νέου
C βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου θυγατέρα Εἰρήνην· ἣ

nia et Romanae historiae plane coniuncta. Ipsa quippe haec dominatrix civitas commune est totius paene dixerim orbis domicilium ac prytaneum. Nam et omnibus omnia, prout cuique usus est, abunde suppeditat; et illi tanquam dominae terra universa, mare, et omnes venti famulantur: videmusque illuc affluentem undique vim frumenti magnam, hieme, aestate, vere, et autumno; et ad eam urbem perpetuo navigare onerarias naves ac triremes, omnia fructuum genera et quarumlibet artium inventa apportantes. Quaecunque enim singulis in locis unusquisque habet, ea ingrata possessoribus esse quodammodo videntur, ac nihil generosi sapiunt, antequam in magno et universis gentibus exposito huiusce urbis theatro clarum aliquod sui spectaculum exhibuerint. Hinc fit, ut nos eiusmodi excursiones facere cogamur, ne si ea, quae causam praebuerunt cur aliquando et certis in locis quidpiam reginae urbi et huic imperio accideret, praecognita haud sint iis, qui in hanc historiam incident, ardua et ut ita dicam confragosa, et accurato iudicii examine indigere videantur interiecta narrationis intervalla. (II.) Ac primum quidem de iis rebus dicturi sumus, quae Trapezuntiis per illud tempus acciderunt. Alexio Comneno, Andronici senioris Palaeologi Romanorum imperatoris nepoti ex sorore, Basilius filius heres successit in Trapezuntis imperium. Is uxorem duxit Irenen, filiam iunioris Andronici Palaeologi spuriam, nec diu cum ea vixit, et sine liberis decessit. At haec

καὶ βραχύν τινα συμβεβιωκὼς χρόνον ἐτελεύτησεν ἄπαις. σχοῦσα A. C. 1343
δὲ τὴν ἡγεμονίαν αὐτὴ ὑπερόριον μὲν ἐς Βυζάντιον ἀπεστάλκει Imp. Io. Palaeol. 3
τὴν ἄνθρωπον, ᾗ πρὸς λαθραίαν ἐμίγνυτο κοίτην Βασίλειος,
ὁμοῦ τοῖς δυσὶ νηπίοις υἱέσιν· ἅμα τε ἐπρεσβεύετο καὶ δεύτε-
ρον ἄνδρα οἱ πεμφθῆναι τῶν παρὰ Βυζαντίοις γένει καὶ δόξῃ
προὐχόντων, ὃς ἂν πρὸς βουλήσεώς τε ᾖ τῷ βασιλεῖ καὶ πατρὶ
καὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ διατελέσῃ βούλησιν τὴν ἀρχὴν διοικῶν τῶν D
Τραπεζουντίων. οὔπω τοίνυν ἐξ Ἀκαρνάνων ἐπανεληλυθότα τὸν
βασιλέα εὑροῦσι τοῖς πρέσβεσιν ἔδοξε μείναντας κατὰ χώραν
πέμψαι τοὺς ἐροῦντας ἐκείνῳ τήν τε ἄφιξιν σφῶν καὶ τὸν τῆς
ἀφίξεως τρόπον. (Γ.) Ἐπεὶ δὲ τοῦ χρόνου χωροῦντος τῷ Βυ-
ζαντίῳ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπιδεδημηκὼς οὐκ εἰς μακρὰν μὲν αὐτὸς
ἐτεθνήκει, τὴν δὲ τῶν δημοσίων φροντίδα πραγμάτων γνώμῃ E
τῆς βασιλίδος Ἄννης Ἰωάννης ὁ Καντακουζηνὸς ἐτύγχανε διοι-
κῶν, μέγας ὢν ἔτι δομέστικος, πρὸς μὲν τῆς τῶν Τραπεζουν-
τίων ἡγεμονίδος Εἰρήνης τὴν ζήτησιν ἐπινεύειν οὐκ εἶχεν εὐθύς,
ἀλλ' ἐφ' ἑτέρας ἐτρέπετο σκέψεις. ὁρῶν γὰρ τὸ διερρωγὸς ἐπὶ
πολλὰ τῆς τῶν Τραπεζουντίων γνώμης συνῆκε, μὴ πρὸς ἁπάντων
εἶναι τὴν γνώμην αὐτῆς στεργομένην. νόμος γὰρ ἐκείνοις οἷον
ἄφυκτα δυνάμενος, μηδ' ὑπ' οὐδενὸς ἑκουσίοις τῶν ἁπάντων F
γενῶν ἄρχεσθαι βούλεσθαι, πλὴν τῶν ὅσοι τὸ γένος ἐκ Κομνηνῶν
κατίασιν ἔχοντες. διὰ δὴ ταῦτα καὶ τὴν ταύτης παρ' οὐδὲν θέ-
μενος αἴτησιν ἐπὶ τὴν ἐκείνων ἡγεμονίαν τὸν τοῦ προτετελευτη-
κότος Ἀλεξίου πέπομφεν ἀδελφὸν Μιχαὴλ τὸν Κομνηνόν, περί
που τὰ ἓξ καὶ πεντήκοντα ἔτη γενομένην ἔχοντα ἤδη τὴν ἡλικίαν.

rerum potita mulierem quidem illam, cum qua habuerat Basilius clandestinam consuetudinem, Byzantium exulatum miserat una cum duobus eius filiis infantibus; per legatos autem postulaverat, ut sibi alter maritus mitteretur, qui inter Byzantios genere et splendore fortunae emineret, et imperatori ac patri acceptus foret, Trapezuntisque imperium ex eius sententia pergeret administrare. Cum igitur legati nondum ex Acarnania reversum esse imperatorem comperissent, visum est iis subsistere, atque ad eum mittere qui suum adventum et adventus rationem nunciarent. (III.) Procedente tempore ipse imperator Byzantium advenit, nec multo post vita functus est: publicarum autem rerum curam, Annae imperatricis nutu, Ioannes Cantacuzenus, magnus tum quoque domesticus, sustinere ex eo coepit. Atque hic statim imperatricis Irenes petitioni annuere haud potuit; verum ad alias curas animum appulit. Cum enim Trapezuntiorum animos vacillare maxima ex parte animadverteret, non omnibus placere eius mulieris consilium intellexit. Lex quippe est apud eos paene inviolabilis, ne ab ullo cuiuscunque stirpis homine gubernari se ultro patiantur, nisi qui ab Comnenis oriundus sit. Quapropter illius postulatis pro nihilo habitis, rectorem illuc misit Alexii praemortui fratrem, Michaëlem Comnenum, qui sextum circiter et quinquagesimum aetatis annum iam attingebat. (IV.) In-

A. M. 6852 Ind. 12 P. 425 (Δ.) Τῶν γε μὴν ἐκεῖ συγκλητικῶν οἱ μάλιστα πάντων ἰσχύοντες διά τε δόξης ὄγκον καὶ πλούτου δύναμιν ἐφ' ἕτερον ἐτρέποντο βούλευμα. ἵνα γὰρ αὐτοῖς ἐπ' ἀδείας εἴη τῆς ἀρχῆς κατοχεῖσθαι καὶ ἄγειν καὶ φέρειν τἀκεῖ πράγματα ὅπη τὸ βουλόμενον ὑποτίθησιν, ἕν ἐκ τῶν νόθων Βασιλείου βρεφῶν προσεποιοῦντο ζητεῖν εἰς τὸ τῆς ἡγεμονίας πρόσχημα. ὅθεν εἰς τὸ τῆς Τραπε-
B ζοῦντος ἐπίνειον καταπεπλευκότα τὸν Κομνηνὸν θεασαμένοις τὰ μὲν βεβουλευμένα δρᾶν ἐς προὔπτον εὐθὺς οὐ μάλα ἐδόκει, ἵνα μὴ φωραθεῖσιν ἐμποδὼν ὁ δῆμος γένηται, σύμμαχον ἔχων καὶ τὴν ἄρτι συγκαταπεπλευκυῖαν τῷ Κομνηνῷ δυοῖν Λατινικῶν νεῶν δύναμιν· ἀλλ' ἐν τῷ αὐτίκα ξύν γε ταῖς ἀνηκούσαις τιμαῖς δεξάμενοι πρὸς τὸ ἐκεῖ ἀρχεῖον ἀνήγαγον. γενομένης δ' ἑσπέρας, αὐτὸν μὲν ὡς ἐν εἱρκτῇ τῷ παλατίῳ κατέκλεισαν· τῶν δ'
C αὐτῷ προσκειμένων ὄχλων, ὅσοι μὴ δρασμῷ διεσώθησαν ἐς τὰς τριήρεις, οἷς μὲν κατακεκόφθαι, οἷς δ' ἐς δεσμωτήριον παραπεπέμφθαι γεγένηται. αὐτὸν δ' αὖ ἐς τὴν ὑστεραίαν διαπόντιον
V. 345 τῷ ἐκτομίᾳ φρουρεῖν ἐπεπόμφεισαν, τῆς τῶν συγκλητικῶν μὲν ἐκείνων φατρίας ὑπάρχοντα καὶ αὐτὸν, ἔχοντα δὲ τὴν τῶν οὑτωσί πως ὠνομασμένων Λιμνίων τηνικαῦτα ἐπιτροπήν· ὧν διακοσίους
D ἐγγὺς διέχει σταδίους ἡ Τραπεζουντίων μητρόπολις. τούτων δ' οὕτω διαπεπραγμένων, ὑπὸ δυοῖν ἢ τριῶν διῳκεῖτο συγκλητικῶν τὰ ἐκεῖ πράγματα, πλημμελῶς μὲν καὶ λάθρα, τοῦ δήμου σφίσι λοιδορουμένου καὶ στάσιν ἐγείρειν διὰ μελέτης ἔχοντος· διῳκεῖτο δ' οὖν. (Ε.) Ἐπεὶ δὲ τοῖς τὸν κίνδυνον διαδρᾶσιν ἐκεῖνον

terim ii ex senatoribus, qui omnium maxime illic et dignitate et opibus pollebant, aliud consilii ceperunt. Ut enim impune summam potestatem ludibrio habere possent, ac res omnes ferre et agere pro libidine, infantem ex spuriis Basilii liberis unum expetere se simularunt, cui titulum imperii deferrent. Itaque cum ad portum Trapezuntis appulsam Comneni navim conspicati essent, ea quae decreta fuerant palam quidem et statim exsequi non placuit; ne, si deprehenderentur, populus impedimento esset, auxiliarem habiturus etiam illam manum, quae duabus Latinis navibus una cum Michaële Comneno advecta fuerat. Sed illum e vestigio (ut par erat) honorifice exceptum in palatium deducunt. Vespere autem eundem in aulam tanquam in carcerem includunt. Ex turba vero, qua erat stipatus, quicunque ad triremes sese haud recepere, ii partim caesi, partim in custodias dati. Ipsum Michaëlem postera die mari impositum Eunucho custodiendum mittunt, qui et ipse cum illis senatoribus societatem coiverat, et iis quos Limnios vocant tum temporis praeerat; qui locus Trapezunte distat ducentis fere stadiis. His ita perpetratis, a duobus ibi aut tribus senatoribus respublica administrabatur, perperam quidem et clanculum, populo ipsis convitiante et seditionem meditante; administrabatur tamen. (V.) Postquam vero ii qui ex hoc periculo salvi evaserant (erant autem ex fa-

(γένους δ' ἦσαν τῶν Σχολαρίων) ἐς Βυζάντιον ἐπανιέναι συνέβη, A. C. 1343
καθάπερ ἐκ πελάγους καὶ κλύδωνος ἐς λιμένα τινὰ καὶ γαλήνην, Imp. Io. Palaeol. 3
ἔργον ἦν ὅτῳ ἂν δυνηθεῖεν τοῖς διώκταις ἐκείνοις ἀμύνασθαι E
τρόπῳ. διὸ τὴν βασιλίδα Ἄνναν λόγοις καὶ ὑποσχέσεσιν ὑπελθόν-
τες παντοίοις ἔπεισαν δοῦναί σφισιν εἰς τὴν τῶν Τραπεζουν-
τίων ἡγεμονίαν τὸν τοῦ Κομνηνοῦ Μιχαὴλ υἱόν, εἰκοστὸν τηνι-
καῦτα τῆς ἡλικίας ἄγοντα χρόνον. μισθοῦ τοίνυν τρεῖς Λατινι-
κὰς εἰλημφότας τριήρεις, καὶ τοῦτον ἐμβεβληκότας, δεκαταίους
ἐς τὸν τῶν Τραπεζουντίων κατῆραι λιμένα συμπέπτωκεν. ἐπεὶ δὲ F
πρὸς ὅπλα ἐκεχωρήκεσαν ἔνδοθεν οἱ νεωτερίσαντες πρότερον,
στάσις ἐγεγόνει τοῦ δήμου κατ' αὐτῶν· καὶ ἅμα καὶ ἡ Λατίνων
ἔξωθεν ὁπλισαμένη δύναμις τάς τε πύλας τῆς πόλεως ἀνεμόχλευ-
σάν τε καὶ ξὺν οὐδενὶ πόνῳ τῶν τε ἀντιπάλων τάχιστα ἐγκρα-
τεῖς ἐγεγόνεισαν καὶ τῶν σφῶν οὐσιῶν ἔστιν ἃς διηρπάκεισαν.
(ε'.) Τῆς οὖν ἡγεμονίας οὕτως ἐς τὸν τοῦ Κομνηνοῦ παῖδα
περιελήλυθυίας, καὶ τῶν ἐς τοῦτο ἐσπουδακότων Σχολαρίων τὰ
μέγιστα ἤδη δυναμένων, τίσις τῶν τολμηθέντων πρὶν κατὰ σφῶν P. 426
ἐγένετο αὖτη. τῶν μὲν γὰρ αἰτίων οἱ πρῶτοι καὶ δόξῃ καὶ ἀξιώ-
ματι δύο κεφαλικήν τε ἔδοσαν τιμωρίαν καὶ τὰς οὐσίας ἀφῃ-
ρηνται. ὅσοι δ' ἐκείνων δευτέραν καὶ τρίτην εἶχον τὴν τάξιν, τού-
τοις δ' ὑπερόριον σχεῖν κατεψήφιστο δίαιταν διὰ βίου. (Z.) Ἀλλὰ
πρὶν ὅλους τρεῖς ἐξήκειν ἐνιαυτοὺς, τῆς ἀρχῆς καὶ ὁ νέος ἐκβέ- B
βληται ἡγεμών. ἐν γὰρ οὐδενὶ ποιησάμενος τὴν τῶν πρεσβυτέρων
ἐκείνων Σχολαρίων παραίνεσιν ἡλίξ ἥλικα ἔτερπε, καὶ νεωτερί-

3. τοὺς διώκτας ἐκείνους coni. Boiv.

milia Scholariorum) Byzantium reversi sunt, tanquam ex pelago et maris aestu in portum aliquem ac tranquillam stationem, in id unum incubuerunt, ut exactores illos quacunque possent ratione ulciscerentur. Annam itaque imperatricem dictis promissisque omnibus induxere, ut sibi Michaëlis Comneni filium, qui tum aetatis annum vigesimum agebat, Trapezuntis imperio praeficiendum daret. Tribus igitur Latinis triremibus mercede conductis, iuvenem imponunt ac decimo post die ad portum urbis Trapezuntis appellunt. Tum ad arma euntibus rerum novarum auctoribus, seditio adversus eos facta a populo. Simul foris adveniens Latinorum manus armata urbis portas perrumpunt, statimque et nullo labore potiuntur adversariorum; nonnulla etiam ex eorum bonis diripiunt. (VI.) Sic igitur devoluta ad Comneni filium potestate, cum Scholarii, qui id navaverant, plurimum iam auctoritate pollerent, ea quae superiori tempore in eos commissa fuerant, in hunc modum vindicata sunt. Inter coniuratos qui duo splendore fortunae et dignitate eminebant, capitis poenas expenderunt ac bonis spoliati sunt. Qui vero secundum ac tertium ab illis gradum obtinebant, ii omnes perpetuo exulare iussi. (VII.) Sed et ipse annis nondum totis tribus elapsis exturbatur solio novus princeps. Nihili enim factis seniorum Scholariorum consiliis, aequalis aequalibus gaudebat; atque ita iuveniliter

A. M. 6852 Ind. 12 ζων οὕτωσὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τρυφαῖς καὶ πότοις ἀδεέστερον ἐσχόλαζε, καὶ αὐλητρίσι καὶ ὀρχηστρίσι διετέλει συνασελγαίνων καὶ τοὺς ἡγεμονικοὺς θησαυροὺς τῶν Τραπεζουντίων ἀναλίσκων ἐν τοῖς τοιούτοις· ὡς ἀγανακτήσαντας τοὺς Σχολαρίους μεταπέμψασθαί τε τὸν πατέρα τοῦ νέου ἡγεμόνος ἐκ τῶν C Λιμνίων Μιχαὴλ τὸν Κομνηνὸν (ἔτυχε γὰρ καὶ ὁ κατέχων αὐτὸν ἐκτομίας ἐκεῖ προτετελευτηκὼς) καὶ αὐτὸν μὲν τοῖς ἡγεμονικοῖς ἐγκαθιδρύσασθαι θρόνοις, τὸν δὲ νεωτεριστὴν δέσμιον ἐς τὴν τῶν Βυζαντίων ἐκπέμψαι φρουράν. (H.) Τήν γε μὴν ἡγεμονίαν οὕτω διαζωσάμενος ὁ Κομνηνὸς Μιχαὴλ, ἣν πάλαι μὲν ὁ πατὴρ ἐκ διαδοχῆς εἶχε προγονικῆς, ἐκείνου δ' ἀπαλλάξαντος, Ἄλέξιος ὁ τούτου διεδέξατο ἀδελφὸς, καὶ μετ' ἐκεῖνον, ὥς γε D εἰρήκειμεν, διὰ τῶν μεταξὺ δυοῖν μειρακίων εἰς τοῦτον κατεληλυθέναι ξυνέδραμεν, ἐπέραινεν ἐφ' οἷς ὁμωμόκει. τὰ δὲ ἦν αἱ συμφωνίαι καὶ τὰ ὁρκωμοτήρια, ὅσα γε τοῖς Σχολαρίοις, αἰτίοις ὑπάρξασι τῆς ἡγεμονίας αὐτῷ καὶ δύναμιν τῶν ἄλλων συγκλητικῶν κεκτημένοις μείζω καὶ ἡγεμονικὴν, συνέθετο· σχῆμα μὲν αὐτὸς διασώζειν ἡγεμονίας· τῶν δ' ὅσα πράσσεσθαι μέλλοι πάν- E των εἶναι προβουλευτὰς καὶ διανομέας σφᾶς, καὶ ῥητῶν καὶ V. 346 ἀποῤῥήτων ἐπιγνώμονας καὶ βεβαιωτάς. (Θ.) Τοῦ δὲ χρόνου 20 ῥέοντος, ἐπειδὴ τὴν σφῶν αὐθάδειαν ὅ,τε δῆμος ἐμίσει καὶ τὸ σφισιν ἀντικείμενον τῶν ἀπολωλότων μέρος εἰς τὸ δύνασθαι ἤδη προὐχώρει, τὴν τοῦ δήμου πρὸς ἐκείνους ἀπέχθειαν ἔχον ἐπίκουρον, ἔριδές τε καὶ στάσεις ἀναφυόμεναι μεταξὺ πρὸς

lasciviens noctes diesque luxui et compotationibus licentius indulgebat; cum tibicinis et saltatricibus libidinabatur, ac Trapezuntiorum principum aerarium in eos usus exhauriebat. Hinc factum est, ut indignati Scholarii iunioris principis patrem Michaëlem Comnenum ab Limniis arcesserent (quippe et Eunuchus, a quo ille detinebatur, praemortuus erat) eumque in solio imperatorio collocarent; petulantem vero iuvenem in Byzantinam custodiam vinctum ablegarent. (VIII.) At Michaël Comnenus, accepta in hunc modum potestate (quae pridem ad ipsius patrem transmissa a maioribus fuerat, eo autem mortuo pervenerat ad Alexium fratrem; ac tandem ad istum, ut diximus, iuvenculis duobus interiectis, devoluta fuerat), ea quae iuraverat implevit; pactiones dico et sancita iureiurando cum Scholariis foedera, qui ut imperaret effecerant, et maiorem quam caeteri senatores summamque auctoritatem obtinebant. Convenerat porro, ut insignia quidem potestatis ipse retineret; eorum vero omnium, quae in posterum gerenda essent, ipsi praesides ac dispensatores forent, et rerum sive palam sive secreto agitandarum arbitri atque auctores. (IX.) Procedente autem tempore, quia et populus illorum oderat arrogantiam, et eorum qui perierant factio ipsis contraria potens iam evaserat, adiuvante populi in Scholarios odio, ortae inter utrosque rixae ac dissensiones in eam necessitatem eos adduxerunt, ut Mi-

ἀνάγκας ἦγον ἑκατέρους δεῖσθαι τῆς τοῦ Κομνηνοῦ Μιχαὴλ αὐτο- A. C. 1343
κρατορικῆς ἐξουσίας· κἀντεῦθεν ξυνέβαινεν αὐτὸν ἐν βεβαίῳ κα- Imp. Io. Pa-
τέχειν τὰ τῆς ἡγεμονίας σκῆπτρα, μηδενὸς ἐμποδὼν τῇ ἐξουσίᾳ F
τῶν κατὰ γνώμην καθισταμένου. καὶ ταῦτα μὲν τῇδέ πη ἔσχεν.

ιβ'. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ σπάνις ἐπίεζε σίτου Βυζαντίους P. 427
τε καὶ πλείστας τῶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ Ῥωμαϊκῶν πόλεων. τῶν γάρ
τοι Ῥωμαίων τοῖς ἐμφυλίοις περισπωμένων πολέμοις, συχνὰς
ποιούμενοι τὰς ἐφόδους οἱ ἐξ Ἀσίας ἀδεῶς μονήρεσι καὶ τριήρεσιν
ἐς τὴν Θρᾴκην περαιούμενοι Τοῦρκοι, καὶ μάλιστα ἐν ἀκμῇ τοῦ
σίτου, τάς τε χώρας ἐνεπίμπρασαν καὶ τὰ κτήνη ἤλαυνον, ἄν-
δρας τε καὶ γυναῖκας ἠνδραποδίζοντο, καὶ πάντ' ἐποίουν τὰ χα-
λεπώτατα· ὡς ἀοίκητόν τε καὶ ἀγεώργητον ἐντεῦθεν καταλειφθῆ- B
ναι τὴν γῆν. μία μὲν οὖν αὕτη πρόφασις Ῥωμαίοις γίνεται τοῦ
λιμοῦ. δευτέρα δὲ καὶ μείζων, ὅτι καὶ ἡ ἐκ τοῦ Εὐξείνου πόν-
του κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐνιαύσιος κατιοῦσα σιτοπομπία ἐξ αἰτίας
ἐπαύσατο τῇσδε καὶ αὕτη. (B.) Ἔστι Λατίνων τῶν ἐκ Γεν-
νούας ἄποικος πόλις, ἣ πρὸς τῶν ἐγχωρίων καλεῖται Καφᾶς,
καὶ τοῦ πρὸς τῇ Μαιώτιδι Βοσπόρου τριακοσίους καὶ χιλίους C
σταδίους διέχουσα, παρὰ τὰ εὐώνυμα τοῦ Εὐξείνου πόντου κει-
μένη πλευρά, εἴ τις πρὸς ἄρκτους ποιεῖσθαι τὸν ἀνάπλουν ἐθέλοι,
καὶ τόν τε βόρειον πόλον καὶ τὴν Ἑλίκην ἔχειν πρὸ ὀφθαλμῶν.
εἰωθὸς γὰρ τοῖς Λατίνοις, καὶ μάλιστα τοῖς ἐκ Γεννούας, ἐμ-
πορικῷ τὰ πλεῖστα καὶ θαλαττίῳ βίῳ προσταλαιπωρεῖσθαι, καὶ
τὰς τῶν χρημάτων προσόδους τῶν τε κοινῶν καὶ ἰδίων ἐντεῦθεν

chaëlis Comneni potestatem summam esse iis expediret. Eo factum est, ut iste imperatoriam auctoritatem firmam et stabilem haberet, neque ei deinceps quisquam obstaret, quo minus quidvis ex sententia facere posset. Atque haec ita ferme se habuerunt.

12. Eadem tempestate Byzantium et pleraeque in Thracia Romanorum urbes rei frumentariae inopia laborabant. Turci enim, dum civilibus bellis Romani distringebantur, frequentes ex Asia incursiones faciebant, et tam moneribus sive unius remorum ordinis navibus, quam triremibus impune in Thraciam advecti, vigentibus praesertim segetibus, agros incendebant, iumenta abigebant, viros mulieresque in servitutem redigebant, omnia denique acerbissima perpetrabant; sic ut agri deserti et inculti remanerent. Prima haec igitur ratio exstitit, cur fame Romani urgerentur. Altera autem et gravior, quod frumenta illa, quae solebant ab Euxino ponto quotannis commeare, haud venerant. Cuius quidem rei causa haec fuit. (II.) Fundata est a Latinis Genuensibus colonia, quam accolae Caphas nuncupant, distatque a Maeotico Bosporo MCCC stadiis, sita propter sinistrum Euxini ponti latus, si quis septentrionem versus navigare ac borealem polum et Helicen habere ob oculos velit. Cum enim omnes Latini, ac praesertim Genuenses, vitam ut plurimum agant mercaturae et navigationum laboribus vexatam, atque inde pecuniam cogant tam publicam quam privatam, com-

A. M. 6852 Ind. 12 πορίζεσθαι, δόγμα τοντὶ κοινὸν ἐκ πολλοῦ κατέστη καὶ ψήφισμα
D τῇ σφῶν πολιτείᾳ τὰ μέγιστα ὠφελοῦν, σπονδὰς καὶ φιλίας συν-
τίθεσθαι πρὸς τοὺς τῶν παραθαλασσίων πόλεων ἡγεμόνας, ὁπό-
σας λιμένες ἀγαθοὶ περικλύζουσί τε καὶ προσκλύζουσι, καὶ ἀνέ-
μων οὐ δεδίασι κλύδωνας. ἀναγκαζομένοις γὰρ ἐς τοὺς αὐτόθι
τόπους καταίρειν, καὶ τὰς ἐμπορικὰς χρείας διδόναι τε καὶ λαμ-
βάνειν, οὐ πρότερον ἔδοξε ῥᾴδιόν σφισιν εἶναι, πρὶν φίλους γέ-
νεσθαι, οἷς τῶν ὁρμητηρίων ἡγεμόσιν εἶναι συμπέπτωκε. φόρους
τοίνυν παρέχεσθαι ὑπισχνούμενοι, καθ' ὁπόσην καὶ οἵαν τὸ σύν-
V. 347 θημα γένοιτο ἑκατέρωθεν τάξιν, καὶ χρειωδῶν ἁπανταχόθεν
P. 428 ἁπάντων εἰσκομίζοντας προτιθέναι κατ' ἐξουσίαν ὠνεῖσθαι τοὺς
βουλομένους, καὶ οὕτως ἐπὶ ῥητοῖς τὸ συγκεχωρηκὸς δεχόμενοι
καταγώγια καὶ νομὰς ἐπαύλεων πρός τε ἑαυτῶν ἀνεγείρουσι κα-
θέδρας τε καὶ οἰκήσεις, καὶ ὅσα πρὸς ὑποδοχὴν ἀποχρῶντ' ἂν
εἴη τῶν ἀγωγίμων. (Γ.) Κατὰ δὴ τοῦτον τὸν τρόπον οὐ πολ-
λοῖς τισιν ἔτεσι πρότερον καὶ ἡ ῥηθεῖσα πόλις ᾠκίσθη τοῖς ἐκ
B Γεννούας Λατίνοις, προσεληλυθόσι πρότερον τῷ τῶν Σκυθῶν
ἡγεμόνι καὶ τὸ ἐνδύσιμον εἰληφόσιν ἐκεῖθεν. ἥκιστά γε μὴν ὡς
ἔχει τήμερον τείχους ὁμοῦ καὶ μεγέθους εὐθὺς ἔκτισται ἐξ ἀρχῆς,
ἀλλὰ τάφρῳ καὶ σκόλοψι βραχύν τινα χῶρον ὁρίσαντες ἀτείχι-
στον ᾤκουν αὐτόν· ἠρέμα δ' ἔπειτα καὶ κατὰ βραχὺ προϊόντος
τοῦ χρόνου λίθους ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης κομίζοντες οἰκίας
ἔς τε πλάτος καὶ μῆκος ᾠκοδόμουν, πρὸς πολὺν τὸν ἀέρα τὸν
C ὄροφον ἀναφέροντες· ὡς ἐν βραχεῖ τῷ χρόνῳ πλείονος ἢ κατὰ

11. τοῖς βουλομένοις coni. Boiv.

muni pridem scito ac decreto eorum reipublicae saluberrimo cautum est, ut foedera et amicitias iungant cum rectoribus earum urbium maritimarum, quascunque commodi et ab accessu ventorum securi portus circumfusis vel allabentibus maris fluctibus alluunt. Nam cum ad ea loca appellere mercesque illic dando accipiendoque mutare eos necesse sit, non prius id facile esse putaverunt, quam si amicos sibi facerent eos principes, quibus opportunae illae stationes propriae obtigissent. Ubi itaque promiserunt, vectigalia se soluturos, quanta et qualia utrinque convenerit, et ea quae usui sint, undecunque advecta, libere emendi copiam cuilibet facturos, atque ita certis legibus datam licentiam acceperunt, diversoria et tabernas aedificant, ubi sedere ipsi possint et habitare, et apothecas capiendis mercibus pares habere. (III.) In hunc modum et illa, quam diximus, urbs ante annos non multos fundata est a Latinis Genuensibus, postquam nempe Scytharum ducem convenissent, et facultatem ab eo accepissent. Non tamen et muris et magnitudine, ut nunc se habet, ita statim ab initio fundata est. Sed breve quoddam agri spatium fossa et vallo cum definiissent, habitavere illic absque muris. Pedetentim deinde et paulatim, procedente tempore, lapidibus terra ac mari convectis, in latum et longum aedificarunt, tecta ipsa in altum attollentes; sic ut furtim plus spatii quam sibi datum fuerat brevi tem-

τὸν δοθέντα κατὰ τὸ λεληθὸς δράξασθαι τόπου. προφάσει δ' οἰκιῶν πλειόνων ἔτι καὶ μειζόνων, τῆς χρείας δῆθεν τῶν εἰσκομιζομένων ἀναγκαζούσης καὶ τῶν πρὸς τὴν πρᾶσιν καὶ ἀγορὰν προτιθεμένων ὠνίων, εὐρυχωροτέρους ἐτίθεντο τοὺς τῶν σκολόπων τε καὶ τάφρων ἕλικας, καὶ τειχῶν ὑπετίθουν κρηπῖδας, μειζόνων ἐλπίδων ἐπαγγελίαν ἐχούσας· καὶ οὕτω σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ τιθέντες πόλιν ἐχυρῶς τοῦ τειχίσματος ἔχουσαν κατεστήσαντο· ὡς ἐν βεβαίῳ τὴν τῶν ἐνοικούντων ἀσφάλειαν ἤδη κεῖσθαι, καὶ μὴ εὐχερῶς ὑφ' ὁτωνδήποτε ἔχειν πολιορκεῖσθαι. (Δ.) Τῷ δὴ τοιούτῳ προτερήματι τοὺς Λατίνους ἐπαρθέντας πρὸς τὸ ὑπεροπτικώτερον αὖξειν συνέβαινε τὴν σφῶν αὐτῶν συγγενῆ τῆς αὐθαδείας κηλῖδα· ὡς ἐκ τοῦ μείζονος ἤδη καὶ τοῖς κατὰ συνήθειαν προσιοῦσι Σκύθαις τὰς ἀποκρίσεις διδόναι. ἄρτι τοίνυν θρασύτερον λόγον ἀποδοὺς ἑνί τινι τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ Σκυθῶν τις τῶν τὰ ὤνια κεκτημένων Λατίνων μύωπι πέπληκται πρὸς τοῦ Σκύθου. ὁ δ' εὐθὺς ἀνεῖλε ξίφει τὸν παίσαντα· καὶ θόρυβος ἐντεῦθεν ἀνὰ τὴν ἀγορὰν διεσκέδασται πάνυ τοι πλεῖστος. (Ε.) Τοῦτο πρὸς ὦτα γενόμενον τῷ τῶν Σκυθῶν ἀρχηγῷ ὀργῆς ἐπεπράχει πλήρη καὶ θυμοῦ βαρβαρικοῦ μεστόν· περιφρόνησιν γὰρ ἑαυτοῦ τὴν μεγίστην εἶναι τὸ πρᾶγμα ᾠήθη, πρὸς μέσην αὐτοῦ τὴν ἡγεμονίαν καὶ ἐπικράτειαν γεγονός· καὶ πέμψας ἀπαλλάττεσθαι τοῦ οἰκείου τόπου τὴν ταχίστην ἐκέλευε τοὺς Λατίνους. οἱ δὲ πρὸς ὅπλα χωρήσαντες, καὶ τὴν πόλιν ἀσφαλισάμενοι, τραχέσι λόγοις καὶ ὑπερηφάνοις τοὺς πρέσβεις ἀπέπεμψαν. τοῦτο πρὸς ἐσχάτην ἐξέμηνε τὸν Σκύθην ὀργὴν ἔτι· καὶ μοῖραν

A. C. 1343 Imp. Io. Palaeol. 3

1. τόπου Boiv. pro τρόπου. 12. τοῖς Boiv. pro τῆς.

pore occupaverint. Plura vero et maiora aedificia exstruendi causa (quasi importatae sarcinae et res ad vendendum emendumque propositae exigerent atque cogerent) fossarum et vallorum ambitum latius porrexerunt, et ea iecerunt murorum fundamenta, quae maius aliquid pollicerentur: atque ita parvis parva incrementa addendo urbem munitionibus firmaverunt; ita ut iam in tuto esset habitantium salus, nec facile ab ullo obsideri possent. (IV.) Eo successu animi Latinorum sic elati sunt, ut arrogantia, quam illi labem ingenitam alioqui habent, maiorem in modum aucta, iam quasi superiore de loco Scythis de more adeuntibus responsa redderent. Itaque cum insolentius uni eorum Scytharum, qui in foro erant, respondisset unus ex Latinis mercatoribus, eum Scytha stimulo percutit. Ille eum, a quo percussus fuerat, gladio interimit. Tumultus inde plurimus forum pervagatur. (V.) Ea re audita Scytharum princeps ira percitus et spiritu barbarico plenus (nam maximo sui contemptu factum esse duxit, ut in medio suo imperio mediaque ditione facinus illud perpetraretur) ad Latinos mittit, qui iubeant facessere eos quamprimum ab illo loco, utpote suo. At illi ad arma eunt, munitaque urbe legatos aspere ac superbe alloquuti dimittunt. Id vero Scytham vehementissima ira denuo efferat. Scytharum itaque par-

A. M. 6852 Ind. 12 P. 429 ἀπολεξάμενος Σκυθικὴν, καὶ μάλα ἄλλην, οὐκ ἀνίει πέμπων ἄλλην ἐπ᾽ ἄλλῃ συχνὰ πρὸς πολιορκίαν αὐτῶν. (ς΄.) Ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι τὰς ἐπάλξεις ἔνδοθεν καταφράξαντες ἀνδράσι καὶ ὅπλοις καὶ πᾶσι μηχανήμασιν ἐκηβόλοις πολλὰ τῶν Σκυθικῶν κατεγέλων βελῶν. ἄλλως τε καὶ θαλαττοκρατοῦντες αὐτοὶ, καὶ τὴν τῶν ἐπιτηδείων ἀφθονίαν ἐκ θαλάσσης ἐσκομιζόμενοι, περὶ ἐλαχίστου τὰς τῶν Σκυθῶν ἐφόδους τε καὶ περιστρατοπεδεύσεις ἐτίθεντο· καὶ τό γε μεῖζον, ὅτι τριήρεσι πλείσταις περιπλέοντές τε B καὶ παραπλέοντες πᾶσαν τὴν τῶν Σκυθῶν παραλίαν δύο τὰ χαλεπώτατά σφισι προὐξένουν· ἓν μὲν, ὅτι μηδαμῇ καταίρειν τῶν φορτηγῶν ὁλκάδων οὐδ᾽ ἠντινοῦν συνεχώρουν ἀγορᾶς καὶ πράσεως ἕνεκα· ὃ σφόδρα ἐκείνους ἐλύπει, τό,τε περιττεῦον ἀνό- V. 348 νητον ἔχοντας καὶ τὸ ἐνδέον ἀνεπινόητον· δεύτερον δ᾽, ὅτι καὶ τῶν νεῶν ἐκπηδῶντες ἐνίοτε καὶ ἐνιαχοῦ πολλὴν ἐκ τῆς Σκυθικῆς κατῆγον τὴν λείαν ἐς τὰς τριήρεις· ὡς ἀντεστράφθαι τὰ τῆς C πολιορκίας καὶ πολιορκεῖσθαι μᾶλλον τοὺς Σκύθας δοκεῖν, ἢ πολιορκεῖν. (Ζ.) Ἐν δὴ τοῖς τοιούτοις μακροῦ μεταξὺ τριβομένου τοῦ χρόνου, σίτου τε σπάνει τὰς Ῥωμαίων πιέζεσθαι πόλεις καὶ ὅσα τῶν ταριχευτῶν ἐδωδίμων ἐκ τῆς Μαιώτιδος καὶ τῶν ἔγγιστα ποταμῶν συννηέχθη. ἔξεστι μέντοι θαυμάζειν, ὁπόσοις μὴ διασέσεισταί πως τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς, ὅπως ἀποκλεισθείσης οὕτωσὶ τῆς ἄνωθεν σιτοπομπίας, ἐμέλησεν εὐθὺς D τῇ προνοίᾳ σιτοπομπίας ἑτέρας ἀνεῳγέναι θύραν. Ἰωνία γὰρ καὶ Φρυγία καὶ πρός γε Βιθυνία, καὶ ὅσον ἐπέκεινα χῶρον

tem legit; tum aliam statim adiungit, nec cessat alios super alios mittere urbem obsessuros. (VI.) At hi munito introrsum vallo viris armisque, ac tormentis cuiusquemodi missilibus, Scythica tela prorsus irridebant. Ad haec, quia maris imperio potiebantur, et rerum necessariarum copiam omnem sibi inde comparabant, idcirco Scytharum impetum et circumstantes exercitus minimi faciebant: et quod maius est, triremibus quamplurimis totam Scytharum maritimam oram circum ac praeter vecti, duplicem illis molestiam eamque maximam exhibebant: primo quia nusquam appellere emendi ac vendendi causa patiebantur navem ullam onerariam; quod istos quidem valde angebat, quibus minime utile esset id, quo abundarent, ac minime parabile id, quo egerent: deinde quia navibus exsilientes aliquando et certis in locis multum praedae ex Scythia agebant in triremes; ita ut obsidionis ordo inverteretur et magis obsideri Scythae viderentur, quam obsidere. (VII.) In his cum esset multum tempus consumptum, coepere interim Romanae urbes laborare inopia frumenti et eorum cibariorum, quae sale condita ex Maeotide vicinisque fluviis afferuntur. Caeterum ii, quorum incolume iudicium est, mirari possint, quomodo interclusis iis, qui antea fuissent, commeatibus curaverit statim Providentia, ut via alia pateret frumento advehendo. Ionia enim et Phrygia, ac praeterea Bithynia, et agrorum

χεῖρες Περσικαὶ γεωργοῦσι, πολὺν ἐχορήγουν τηνικαῦτα τὸν σῖτον A. C. 1348
ταῖς πόλεσι, καὶ ψυχορραγούσας ἡ θεία πάλιν οὕτως ἀνέρρωσε Imp. Io. Palaeol. 3
χείρ. (H.) Τήν γε μὴν Λατινικὴν κατὰ Σκυθῶν ἐκείνην αὐθάδειαν εἰς νοῦν οἱ Τραπεζούντιοι βαλλόμενοι καὶ δείσαντες, μὴ E
καὶ κατ' αὐτῶν τι νεωτερίσωσιν ὅμοιον καὶ οἱ παρὰ σφᾶς προσοικοῦντες ὁμοίως Λατῖνοι, περιστάντες αἰφνίδιον τοὺς μὲν πλείους ἔργον ἀπέφηναν ξίφους· οἷς δὲ περιλειφθῆναι συμπέπτωκε, τούτοις δὲ ταπεινότερον κεχρῆσθαι Τραπεζουντίους διαγέγονε τοῦ λοιποῦ. καὶ ταῦτα μὲν τῇδέ πη ἔσχεν.

ιγ'. Ὥσπερ δὲ ψηφίσματος κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ P. 430
κοινοῦ τινος δόγματος ἐκ θεοῦ κατὰ πάσης ὁμοῦ κυρωθέντος τῆς οἰκουμένης, ἀρχάς τε καὶ ἐξουσίας, καὶ ὅσαι δημοκρατίαι καὶ ἀριστοκρατίαι, συγκεχύσθαι στασιασθείσας ἐφ' ἑαυτὰς καὶ πρὸς ἐμφυλίους ἀναρριπισθείσας μάχας, οὐδὲν οὐδαμῇ σχεδὸν ἐλλέλειπται μέρος, ὃ μὴ τοῦ τοιούτου παραπολελαύκει δεινοῦ, εἰ καὶ μὴ κατὰ τὸν ἴσον δήπουθεν τρόπον, ἔς γε τὸ μεῖζον καὶ ἧττον. κρίματα γὰρ εἶναι ταῦτα θεοῦ πάντας θνητοὺς λογισμοὺς B
ὑπερβαίνοντα, εἰ μή πού τις ἐξ εἰκασίας τινὸς στοχαζόμενος φάσκει παλαιωθεῖσαν κακίᾳ τὴν γῆν, καὶ δεισοποιοῖς τισι καπηλευθεῖσαν κηλῖσι, καθαρόν τε καὶ πάσης χαμερποῦς ἐμβριθείας ὑπέρτερον χαρίσασθαι βουληθέντος ταύτῃ πτερὸν, ἵν' ἐλευθέριον καὶ μετέωρον καὶ εἰρήνης ὀψέ ποτε ἀναπνεύσῃ τερπνότητα, εὐνομίας καὶ δικαιοσύνης ἀγομένη κανόσι καὶ στάθμαις. (B.) Καὶ C

8. ταπεινοτέροις coni. Boiv.

quidquid ultra eas provincias Persarum manibus colitur, multum frumenti urbibus tum suppeditarunt, quas semianimes in hunc modum rursus caelestis dextra erexit ac roboravit. (VIII.) Eam Latinorum contumaciam adversus Scythas cum Trapezuntii animo reputassent, vererenturque, ne in se simile aliquid inceptarent ii Latini, qui et ipsis pariter vicini habitabant, circumsistunt subito, ac plerosque gladiis concidunt. Qui vero superstites inde evasere, eos humiliores postea experti sunt Trapezuntii. Et haec quidem ita se habuerunt.

13. Quasi autem constitutum esset divinitus eo tempore, et generali numinis decreto sancitum adversus omnes pariter gentes, ut et imperia et potestates et omnes tam democratiae quam aristocratiae turbarentur, intestinis seditionibus agitatae ac bellorum civilium quasi flabellis ventilatae; nulla pars uspiam ferme relicta est, quae illam calamitatem, si non utique ex aequo, at plus minusve participaverit. Ea enim Dei decreta sunt, quae omnem humanam rationem supergrediuntur; nisi quis forte coniectura aliqua ductus Deum dicat voluisse vitiis inveteratis laboranti et maculis quibusdam penitus insidentibus corrupto orbi largiri puriorem et omni terrena mole altiorem pennam, ut liber excelsusque, et pacis recreatus amoenitate, aequitatisque et iustitiae praeceptis ac regulis obtemperans, tandem aliquando respiraret. (II.) Ac primo quidem Latini Genuenses Tuzum illum,

A. M. 6852 Ind. 12 πρῶτον μὲν οἱ ἐν Γεννούᾳ τῇ πόλει Λατῖνοι Τοῦζον ἐκεῖνον, ὃν εἰς δουκὸς ἀνήγαγον ἐκ μακέλλης ἀξίαν πρό γε δυοῖν τοῖν ἐνιαυτοῖν, συστάντες ἀρτίως ἐξήλασαν, ἐκπολεμωθέντων λάθρα κατ' αὐτοῦ πρὸς τῶν περὶ Σπίνουλαν καὶ Σερτώριον εὐγενῶν· οἳ τῆς ἐξουσίας ἐπειλημμένου Τούζου, τῆς πόλεως ἐξώσθησαν ἀγεννῶς, τῶν δημοτῶν ἅτε ἐπὶ μέγα δυνάμεως ἐληλυθυῖαν ἰδόντων τὴν V. 349 τούτων ἀρχὴν καὶ τυραννικώτερον ἤδη τῶν δημοσίων ἁπτομένην πραγμάτων. συγχωρηθέντες γὰρ αὖθις ἐντὸς γενέσθαι Γενούας μετριώτερον ἄγοντας βίον, τοῖς δὲ βραχὺ μετριάσασι τάχιστα παλινδρομεῖν ἐδόκει ἐς τὴν πρὶν ὑπερηφανίαν καὶ τὸν τυραννικὸν ἐκεῖνον τῦφον. ὅθεν συστάντων ἐπ' αὐτοὺς αὖθις τοῦ δήμου, τῆς πόλεως ἀγεννέστερον νῦν ἐξωθοῦνται· καὶ γίνεται δοὺξ ἕτερος, τῷ πρὶν παραπλήσιος, ἐξ εὐτελῶν καὶ αὐτὸς τὰς τύχας ἕλκων τοῦ γένους· ὡς ἂν ἐνθύμιον σύντροφον ἔχων ἀεὶ τὴν τοῦ γένους κηλῖδα καὶ τὰς ἐκ γενέσεως τύχας ἐν τῷ μετρίῳ καὶ προσηνεῖ τοῦ φρονήματος ἐρείδῃ τῶν λογισμῶν τὰς κρηπῖδας.

P. 431 (Γ.) Ἀλλὰ καὶ τοῦ τῶν Αἰγυπτίων μεταλλάξαντος ἡγεμόνος εἰς πολλὰ τὴν ἀρχὴν τοῖς παισὶ διελοῦσι στασιάζειν πολὺν πρὸς ἀλλήλους ἤδη χρόνον γεγένηται· ὡς καὶ τὰ τῶν Αἰγυπτίων ὑποῤῥεῖν καὶ ἐς τὸ ἀσθενέστερον ἐντεῦθεν ἀεὶ ξυνελαύνεσθαι πράγματα. (Δ.) Ναὶ μὴν καὶ οἱ περὶ τὸν Ἄτλαντα τὸν ἑσπέριον Λίβυές τε καὶ Μαυρουσίων οἱ πλείους, Ἀννίβαν ἐκεῖνον τὸν πάλαι τὸν Καρχηδόνιον μιμησάμενοι τέως, πλήθει μεγάλων δυνάμεων τὸν Γαδειραῖον διαπεραιούμενοι τράχηλον τοῖς μὲν Εὐρώπην οἰκοῦσι

20. καὶ add. Boiv.

quem ab ipso ligone ad Ducis dignitatem duobus ante annis evexerant, conspiratione facta mox eiiciunt, nobilibus videlicet in eum clam instigatis a Spinula et Sertorio; qui, Tuzo rerum potito, electi ex urbe per summam ignominiam fuerant, ob eam nempe causam, quia populus eorum dominatum pervenisse ad magnam potentiam et publicas res nimis iam tyrannice ab iis administrari videret. Porro illi ipsi in urbem rursus intromissi, ea lege ut modestius se gererent, mediocritate haud diu servata, ad pristinam statim superbiam suumque illum tyrannicum fastum recurrere maluerunt. Quapropter conspirante in eos rursum populo, maiore cum ignominia nunc quoque e civitate exiguntur, creaturque Dux alter, superiori similis, humili et ipse loco natus; ut is domesticam generis labem et natalium suorum conditionem animo reputans nihil cogitet, quod non moderatione et animi mansuetudine tanquam fundamento nitatur. (III.) Item ex quo Aegyptiorum princeps decessit, eius liberi imperium in multa partiti iampridem inter se discordant; eoque fit, ut Aegyptiorum res dilabantur atque inde ruant in peius. (IV.) Quin et ii Libyae populi, qui circa occiduum Atlantem habitant, et plerique Maurorum, veterem illum Hannibalem Carthaginiensem hac in re imitati, magnis cum copiis Gaditanum fretum traiecere;

γένεσι τῶν Ἰσπανῶν διὰ μάχης γίνονται, καὶ πολέμοις πολέμους A. C. 1343
συνάπτοντες ἐπὶ μείζους βαδίζουσι μάχας ἀεί. (E.) Καὶ Βρετ- Imp. Io. Pa-
τανοὶ δ' ὁμοίως, ναυτικαῖς δυνάμεσι διαβαίνοντες ἐς τὴν Κελτῶν lacol. 3
ἤπειρον, μεγάλους συγκροτοῦσι πολέμους. (ς'.) Ἔτι μὴν τὸ
Σκυθικὸν ἐκεῖνο γένος, οἳ τὴν Ἀσσυρίων καὶ Μήδων καὶ Περ- C
σῶν, καὶ ὅσα ἐπέκεινα τῶν ἐθνῶν, πάλαι πολὺν ἤδη χρόνον κα-
τέσχον γῆν καὶ τὸ τῆς αὐθεντίας ἅπαν ἐκείνων κράτος, νῦν εἰς
διαφόρους διαλυθέντες ἀρχὰς συχνὰ κατ' ἀλλήλων ὁπλίζονται,
κἀπὶ μέγα καπνοῦ καὶ φλογὸς ἐγερεῖν ἡ τούτων ἔρις ὑπισχνεῖται
τὸν ἐκ τῆς μάχης φόνον. (Z.) Ἄρτι δὲ καὶ συνδρομὴν τὰ τῶν D
διαφόρων Λατίνων ποιησάμενοι γένη κατὰ τῶν Περσικῶν ἐξῆ-
εσαν νεῶν, ὅσαι πειρατικόν τινα βίον καὶ λῃστρικὸν ἀναμετροῦν-
τες ληΐζονται τὰς ἐκείνων ὁλκάδας τε καὶ τριήρεις, ὅσαι κατ'
ἐμπορίαν ἀνιοῦσαί τε καὶ κατιοῦσαι τὴν θάλατταν ἅπασαν τὰς
ἐμπορικὰς κομίζονται χρείας. τῶν γε μὴν εἰρημένων νεῶν εἰς
ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἦν ὁ ἀριθμὸς ἀνιών. Κύπριοι δ' ἦσαν αὗται
καὶ Ῥόδιοι, Σαλαμίνιοί τε καὶ Οὐενετῶν, καὶ ὅσαι πρός τε Πάππα
καὶ Γεννούας συνῆεσαν. πᾶσαι δ' ὁμοῦ παρὰ τὸν τῆς Σμύρνης E
ἐξαίφνης καταπεπλευκνῖαι λιμένα εἷλον ἐξ ἐφόδου καὶ ὃ παρὰ
τὸν λιμένα φρούριον ἦν Περσικόν. καί σφισι μὲν ἦν κατὰ γνώ-
μην, ὡς ἐξ ἀσφαλοῦς ὁρμητηρίου συχνὰ ἐπεκθέουσιν ἐκεῖθεν
ἐς τὴν μεσόγειον ἀνωθεῖν ἐκ τῶν παραλίων ἠρέμα τὸ βάρβαρον
πᾶν. τά γε μὴν πράγματα ἥκιστα κατὰ γνώμην ἦν προχωροῦντα.

et nunc cum Hispanis Europam incolentibus praeliantur, atque alia ex aliis bella nectentes in maiora quotidie certamina descendunt. (V.) Britanni quoque similiter navalibus copiis in Galliam traiicientes bella conflant, eaque ingentia. (VI.) Ad haec Scytharum illud genus, quod Assyriorum, Medorum, Persarum et ulteriorum gentium ditionem iampridem occupavit et omne auctoritatis robur apud eosdem obtinet, nunc in multa imperia distracti, arma in se invicem quotidie movent; minaturque eorum discordia magnas caedes, magnum belli incendium, fumum videlicet et flammam late sparsurum. (VII.) Nuper denique concursu facto diversa Latinorum genera adversus Persarum naves processerunt; eorum inquam Persarum, qui piraticam et latronum vitam sequuti diripiunt onerarias illorum naves ac triremes; quotquot nempe mercandi causa per totum mare eundo ac redeundo venalia quaeque advehunt. Illorum porro, quos dixi, Latinorum classis navibus septem et viginti constabat: erantque illae Rhodiae, Cypriae, Salaminiae et Venetae; praeter eas, quae a Papa et a Genuensibus instructae convenerant. Eae cum ad portum Smyrnaeorum derepente omnes simul appulsae essent, primo impetu castellum Persicum ceperunt, quod est iuxta portum. Et ipsis quidem in animo erat inde, tanquam ab statione tutissima, crebras facere excursiones, ac paulatim ab ora maritima retro in mediterraneum compellere quidquid illic esset barbarorum. Res vero ipsae minime ex sententia succedebant.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΔ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER DECIMUS QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Cantacuzenus, cum Amurio Christopolitanas fauces transgressus, oppida sollicitare constituit. Perithorio frustra oppugnato, Didymotichum abit. Ibi se et suos reficit. Irenae uxori gratias agit ob res praeclare gestas. Eius mulieris strenuitas et solertia. Byzantii Amurio pecuniam offerunt, ut domum redeat. Hic, re cum Cantacuzeno communicata, pecuniam accipit. In Asiam traiicit, brevi rediturus (Cap. 1). *Terrae et maris agitatio violenta. Clades ex grandine: item ex terrae motu. De exundatione. De terrae motu iterum. Aerei Angeli caput inclinatum. Urbis simulacrum excussum e manu statuae imperatoriae. Quid ea res portendere visa sit. Templum S. Sophiae orientem versus dehiscit* (2). *Apocaucus, rebus suis diffisus, patriarcham et Ioannem Gabalam sibi mancipare statuit. Patriarchae familiam numerosam ornat et ditat. Ipsum, ut infulam, calceos et subscribendi morem mutet, hortatur. De Novae Romae privilegiis disserit: item de auctoritate patriarchali, quam ait maximam nunc esse. Patriarcha rubros calceos recusat. Cætera admittit; ambitiosus et imprudens. Sacerdotii et imperii diversae functiones. Utriusque potestatis habitus dispar. Altera alteram quatenus iuvet. Ioannes patriarcha se et imperium perdidit. Christum imitari pontifex debet. Laudata ab Alexandro Magno Diogenis modestia. Fructus ambitionis. Apocaucus Ioanni Gabalae filiam suam desponsurum se promittit; quid vicissim ab eo pactus. Rerum administrationem eidem committit. Ipse cum patriarcha et iuniore imperatore Perinthum abit. Scelus maximum meditatur. Annae imperatricis mens caeca. Spes inanes* (3). *Cantacuzenus Comotenam et Gratianopolin in deditionem accipit. Momitilae genus et varia fortuna. Ut per latrocinia metuendus evaserit. Societas ab eo inita cum Cantacuzeno. Viribus maiorem in modum auctis despoticae dignitatis insignia a Byzantiis oblata accipit. Cantacuzeno insidiatur. Hic vere novo Comotenorum urbe egressus apud Mosinopolin castrametatur. Obdormiscit amoenissimo in loco: ubi res visu et auditu mirabiles ei oblatae. Momitilas imparatum opprimere festinat. Cantacuzenus cum suis in ma-*

cit latronem, restat, ut fato fatum pugnet, et necessitas necessitati: pugnae autem illius fructus existit pernicies atque interitus naturae. Ruit itaque fati immutabilitas, et omnia a divina providentia administrantur, prout cuique solet contingere." (VII.) Haec et talia a nobis disputata homini Gallo os obstruxere, atque ille obmutescens excessit e concilio.

At non aequo animo tulit Atrides Agamemnon.

Quaedam enim veluti scintillae animum imperatricis tanquam stipulam pervasere; arcanamque iram servavit, donec scilicet tempore procedente expleret, quamvis linguae tunc temperaverit, vultumque hilarem, eorum qui aderant gratia, induerit. Nam vir ille et popularis erat ipsius, et eodem quo illa sermone utebatur; et ea, quae ille dixerat, isti optatissima erant et valde placentia; ac minime haec eas aures desideraverat, quae his refragarentur. Atqui haec ita se habuerunt, ac prima haec fuit occasio, quae meae illius tranquillitatis cursum interruperit, atque irarum in me semina animo imperatricis altius infixerit. Alteram ac postremam suo loco infra subiiciemus, ubi ea, quae intermedio tempore acciderunt, narraverimus. (VIII.) Haec vero, quae hactenus dicta sunt, sufficere puto duplici de causa: primum quia nos oratio nostra hodie retrahit ad argumentum magis necessarium, ad quod maxime et narratio ipsa et intentio prima operis dirigitur tanquam ad scopum: deinde quia, quum multi multa dixerint, et certatim de iisdem illis rebus quantum in se erat egerint, non puto eas ipsas

A. M. 6852 Ind. 12 μακρῶν οἶμαι ἂν ἔτι τῶν ἡμετέρων δεήσεσθαι λόγων· ἀλλ' ὡς ἐν προσθήκης μέρει, καὶ κριτικῆς τινος ψήφου, καὶ τουτωνὶ ξυνερῥυηκότων, εἰ καὶ βραχέα δοκεῖ πως, ἀλλ' οὖν τόν γε ἴσον δυνήσεσθαι τρόπον εἰς τὴν ἀληθείας ἐνάργειαν. διόπερ ἐκεῖσε ἐπανιτέον.

C Θ'. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Ἀπόκαυκος ἐς βυθοὺς πρὸς τοῦ Γαβαλᾶ κατενεχθῆναι δυστυχημάτων παρεκινδύνευσε μὲν, ἀνένηξε δ' οὖν καὶ ἐς τὴν πρὶν ἀφίκετο εὐδοξίαν, ὥς γε εἴρηται, δι' ὧν λοιπὸν αὐτὸν ἀμυνεῖται πάσας κεκίνηκε μηχανάς· ἕως, μὴ τὰ μείζω τῶν δεινῶν ὑποστῇ, δείσας αὐτὸς ἐς τὸν μέγιστον τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας κατεπεφεύγει νεών. ἔνθα μετὰ συχνόν τινα χρόνον, πολλὰς καὶ ποικίλας ἀκούων τὰς καθ' ἑαυτοῦ ἀπειλὰς, καὶ δείσας D αὖθις, μὴ κἀκεῖθεν ἀνάρπαστος ἐξαπίνης γενόμενος ἐς ταρτάρους καὶ ζόφους δεσμωτηρίων ῥιφῇ, κἀκεῖνο πιεῖν ἐγγένηται τουτωῒ τὸ ποτήριον, ὅπερ ἄλλοις αὐτὸς κεκέρακε πλείοσι, τὸ μο- V. 369 ναδικὸν ἐξ ἀνάγκης ὑπέδυ σχῆμα. φθάσας γὰρ αὐτὸς καταλέλυκε τὴν τοιαύτην ἄσυλον ἐκ πολλοῦ, τῶν προσφύγων ἀρχαίαν ἀσφάλειαν, ἐνδιδόντος καὶ αὐτοῦ τοῦ τὸν πατριαρχικὸν διέποντος θρό- E νον. διὸ καὶ αὐτοὶ πρὸς ἐσχάτας ἐνεπεπτώκεισαν ἀτιμίας καὶ περιαγωγὰς κακοδαίμονας, ὡς εἰρήσεται. τοῖς γὰρ τὰ θεῖα προφανῶς οὕτωσὶ περιφρονηταῖς εἰκὸς ἐν ἐσχάτοις τοιαύτας ἐπιέναι τίσεις, εἰς παιδαγωγίαν τοῦ βίου, δραστικώτερόν πως καταστέλλειν τὸ θηριῶδες τῆς τύχης ἰσχύουσαν. (B.) Ἀλλὰ γὰρ ἔαρος A. M. 6853 Ind. 13 ἐπιστάντος ἐν τούτοις, τὸν Ἑλλήσποντον μετὰ πολλῆς ὁ σατρά- A. C. 1345 Imp. Io. Palaeol. 4 P. 456

7. ἀνένηξε Boiv. pro ἀνένηψε.

longiorem iam a nobis orationem desiderare: sed ista accessionis aut iudicialis cuiusdam suffragii instar contributa, etsi exigua videantur, eandem tamen habitura vim ad veritatem declarandam.

9. Cum Apocaucus exitio prope demersus fuisset a Gabala, mox tamen emersisset, et in priorem gratiae et honoris locum restitutus esset, ut iam diximus, omnem deinceps, quo eum ulcisceretur, lapidem movit eo usque, donec veritus ille, ne extrema pateretur, in maximum S. Sophiae templum confugit. Ibi aliquamdiu commoratus multas ac varias minas cum audiret in se iactatas, ac rursus vereretur, ne inde subito abreptus in tartara et custodiarum tenebras coniiceretur, atque idem sibi poculum hauriendum esset, quod aliis ipse pluribus miscuerat, monasticum cogente necessitate habitum induit. Prior enim ipse sustulerat asylum illud longo ante, profugorum vetus praesidium, ipso quoque obsecundante patriarcha. Quam ob causam et ipsi in summas ignominias ac vicissitudines calamitosas inciderunt, ut postea dicetur. Qui enim divina tam aperte contemnunt, eos aequum est eiusmodi poenas tandem aliquando subire, ut humanum genus his exemplis erudiatur, quae efficaciorem quandam vim habent ad comprimendam fortunae ferociam. (II.) Sedenim cum interea ver advenisset, Amu-

πης Ἀμοὺρ τῆς Ἀσιανῆς δυνάμεως περαιωσάμενος ἦκεν ἐς Διδυ- A. C. 1345
μότειχον· κἀκεῖθεν αὖθις ἦκε μετὰ βασιλέως ἄχρι καὶ ἐς Βυζάν- Imp. Io. Palaeol. 4
τιον, θέας τε ἕνεκα καὶ πείρας εἰ δέοι. ἐπεί γε μὴν ἐληλύθει
κἀκ συμμέτρου τοῦ διαστήματος νῦν μὲν ἱστάμενος, νῦν δὲ
περιὼν ἐσκόπει καὶ συνεώρα, πολλή τις αὐτὸν συνέσχε κατά- I.
πληξις τοῦ τε μεγέθους τῆς πόλεως καὶ τοῦ τῶν τειχῶν ὕψους
καὶ κάλλους, ἔτι τε καὶ τῆς τῶν πέριξ τάφρων θαυμασίας οἰκο-
δομῆς, καὶ τῆς τῶν προτειχισμάτων στάσεώς τε καὶ τάξεως ἐθαύ-
μαζε δ' ἕτερον τρόπον, καὶ ὅπως οὐκ ἦν ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων, ὡς
εἴωθε ταῖς μεγάλαις τε καὶ πολυανθρώποις πόλεσι, πλῆθος ἀν-
δρῶν· ἀλλὰ πλὴν ὀλίγων ἔρημον ἐδόκει τὸ τεῖχος πολεμικῆς
ἁπάσης παρασκευῆς καὶ δυνάμεως. ὁ γὰρ Ἀπόκαυκος, μᾶλλον
τὴν ἔνδοθεν ὁρμὴν δεδιὼς τοῦ δημοτικοῦ πλήθους, ἢ τὴν τῶν C
ἔξωθεν πολεμίων ἔφοδον, ἄδειαν οὐκ ἐδίδου τοῖς βουλομένοις ἐπὶ
τὸ τεῖχος ἅπασιν ἀνιέναι, ἀλλ' οἷς μάλιστ' ἐθάρρει τῶν ὁπλιτῶν
καὶ ἱππέων. τούτων γὰρ τοὺς μὲν ἔνδον ἀΰπνους ἔστησε φύλακας
τῶν πυλῶν· τοὺς δὲ περιέναι διανυκτερεύοντας τά τε τείχη καὶ
πᾶσαν ἔνδον προσετετάχει τὴν πόλιν. (Γ.) Οὔπω τέτταρες ἡμέ- D
ραι παρεληλύθεσαν, καὶ ἅρας ὁ βασιλεὺς ἀπῄει μετὰ τοῦ Ἀμούρ,
κατα πολεμήσων τῷ Μομιτίλᾳ, πρὸς μέγα δυνάμεως κατὰ βραχὺ
προϊόντι καὶ χειρουμένῳ πόλεις καὶ χώρας Ῥωμαϊκὰς ἀεί. καὶ τὸ
ἔαρ ἐν τούτοις ἐτελεύτα. διαβάσης δὲ τὴν Ῥοδόπην τὸ ὄρος τῆς
τε Ῥωμαϊκῆς ὁμοῦ καὶ Περσικῆς δυνάμεως, ἐν παρασκευαῖς ὁ
Μομιτίλας ἦν τοῦ πολέμου. εἶχε γὰρ τέως πόλεις ὑφ' ἑαυτῷ Ξάν-

rius satrapa, traiecto magnis cum coipis Asiaticis Hellesponto Didymotichum venit, atque inde rursus cum imperatore Byzantium usque progressus est, et visendi studio, et urbis, si oporteret, sollicitandae causa. Cum itaque venisset, et iusto spatio interiecto, modo stans modo circumeundo, specularetur et oculis lustraret, maiorem in modum obstupescebat, tum urbis magnitudinem intuens, tum altitudinem murorum et pulchritudinem, tum admirabiles circumductarum fossarum substructiones, tum denique situm ipsum et ordinem propugnaculorum. Idem rursus admirabatur, quod in summis moenibus non appareret ea hominum frequentia, quae solet esse in urbibus magnis et magno civium numero refertis; sed paucis demptis, omni bellico apparatu omnique praesidio destitutus murus videretur. Nimirum Apocaucus, intestinos plebis motus magis veritus, quam externorum hostium impressionem, licentiam non dabat volenti cuique murum adscendere; sed iis duntaxat peditum equitumque, quibus maxime confidebat. Eorum enim alios intus portarum custodes constituerat, ut insomnes excubarent: aliis ut moenia noctu circumirent, nec non totam intus urbem perlustrarent, praeceperat. (III.) Nondum dies quatuor effluxerant, quum imperator castris motis profectus est cum Amurio, debellaturus Momitilam, qui ad magnam paulatim potentiam pervenerat, urbesque et terras Romanas quotidie invadebat. Atque inter haec ver abiit. Transgressis Rhodopen montem Romanis simul et Persicis viribus, coepit bellum apparare Momitilas. Habebat

A. M. 6853 Ind. 13 ϑειάν τε καὶ Περιθώριον, καὶ ὅσα ἐφ' ἑκάτερα καὶ μεταξὺ πολί-
E χνιά τε καὶ χωρία, καὶ στρατεύματα ἱππικὰ τεττάρων ἐπέκεινα
χιλιάδων. (Δ.) Θέρους δ' ἤδη μεσοῦντος, καὶ τῆς γῆς ἐν ἀκμαῖς
ὑπαρχούσης τοῦ σίτου, τὰς δυνάμεις ἀνειληφὼς ἁπάσας ὁ βασι-
λεὺς ἐγγύς που τοῦ Περιθορίου παρεστρατοπέδευσε, καὶ εἰς τά-
ξιν πολεμικὴν διεκόσμει τε καὶ συνέταττε σφᾶς. ἤδη δὲ καὶ ὁ Μο-
μιτίλας, ὁρμητήριον ὀχυρὸν ἑαυτοῦ τὸ Περιθώριον καταστησά-
F μενος, ἐξῄει πολλαῖς τε πεφραγμένος ταῖς δυνάμεσι καὶ πλείονι
ἐκτετυφωμένος τῷ θράσει. οὐδὲ γὰρ οὐδὲν οὔτε μικρὸν οὔτ' ἀγεν-
νὲς ὑπολογίζεσθαι ἦν αὐτῷ περὶ ἑαυτοῦ· ἀλλ' ὥσπερ ἐν χερσὶ
τὴν νίκην ἤδη καὶ πρὸ τῆς πείρας ἔχων τῶν πολεμίων, οὕτω μα-
κρῷ τῷ θράσει ῥέων ἐς μέσους ἤλαυνε τοὺς πολεμίους. (Ε.) Ὁ δὲ
P. 457 βασιλεὺς κατὰ μέτωπον τῶν πολεμίων ἑαυτὸν κατὰ τῶν Ῥωμαϊ-
κῶν δυνάμεων συνταξάμενος τὴν ἔφοδον καὶ τὸν δρόμιον ἐκαρ-
τέρει τοῦ Μομιτίλου. τὰς δὲ Περσικὰς δυνάμεις, πολλάς τινας
οὔσας, εἰς ἀκριβῆ περιήλασε κύκλον, ὡς ἐν μέσῳ, καθάπερ ἐν
V. 370 εἱρκτῇ καὶ δικτύῳ, συγκλεισθῆναι Μομιτίλαν μετὰ πάσης αὐτοῦ
τῆς δυνάμεως. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς τῶν σαλπίγγων τε καὶ τῶν τυμ-
πάνων κρότοις συνανεκίρνατο καὶ ἡ τοῖς βαρβάροις ἤθεσι τῶν
B Περσῶν περὶ τοὺς πολέμους ἡλικιῶτις κλαγγὴ, πολύς τε ἀνὰ
πάντα τὸν χῶρον ἐκεῖνον ὁ θόρυβος ἦν καὶ πολλὴν ἐξ ἀπροσδο-
κήτου τῷ Μομιτίλᾳ τὴν κατάπληξιν ἐνεποίει καὶ πρὸ τῆς πείρας,
καὶ τὸ γαῦρον ἐκεῖνο σφόδρα καὶ μετέωρον ἔθρανε φρόνημα.
(ς'.) Καὶ ἵνα τὰς ἐν μέσῳ τύχας καὶ ἀγχιστρόφους ἕλικας τοῦ
πολέμου παρέλθωμεν, τῶν ἵππων εὐθὺς ἀποβάντες οἱ πλείους

enim tunc in ditione sua urbes Xanthiam ac Perithorium, et quaecunque sive utrinque adiacent, sive interiecta sunt, municipia ac loca; et equitum ultra quatuor millia. (IV.) Media iam aestate, cum fruges maturae essent, imperator copiis omnibus secum assumptis castrametatus est iuxta Perithorium, suosque acie directa instruxit et ordinavit. Iam autem Momitilas, cum in urbe Perithorio praesidium sibi firmum constituisset, magna stipatus hominum manu et maioribus animis inflatus, prodierat. Nihil enim parvum, nihil humile de se sperare ei succurrebat; sed quasi victoriam iam, ante factum pugnae periculum, haberet prae manibus, medios in hostes ruit plenus audaciae. (V.) At imperator, adversus hostium frontem se et Romanas legiones cum collocasset, impetum atque incursionem Momitilae sustinebat. Persicas autem vires, quae numerosae erant, in orbem accurate undique explicuit, ut in medio, tanquam carcere aut retibus, Momitilas cum omni suo exercitu includeretur. Statim vero atque tubarum et tympanorum sono mista est illa barbaris Persarum moribus familiaris in bello vociferatio, plurimus per omnem illum locum tumultus exstitit, et Momitilam, antequam tentatum esset praelium, de improviso vehementer perculit, animumque illum elatum et insolentem fregit. (VI.) Atque ut eos casus, qui medii intercessere, et celeres alternantis pugnae conversiones

τῆς Περσικῆς δυνάμεως ἐν τόξοις ἅπαντες ἦσαν κατὰ κύκλον A. C. 1345
περιστάντες. οἱ δ' ἐν μέσῳ στρεφόμενοι, καθάπερ μονιοί τινες Imp. Io. Palaeol. 4
ἄγριοι, διακόψαι καὶ διαφυγεῖν τὴν τῶν Περσῶν οὐκ ἐδύναντο C
φάλαγγα. ἐνέκειντο γὰρ εὐθὺς οἱ τοῦ βασιλέως ἱππεῖς, νῦν μὲν
κατὰ μέτωπον ἀπαντῶντες, νῦν δὲ κατὰ νώτου συχνοῖς τοῖς δό-
ρασι παίοντες. καὶ ἐπειδὴ τὴν τοῦ Μομιτίλου πᾶσαν ἵππον ἐν
βραχεῖ παμπληθέσιν οἱ Πέρσαι περιπείραντες βέλεσι νεκρὰν ἐποιή-
σαντο, πεζοὶ λοιπὸν πρὸς πεζοὺς ἐμάχοντο καὶ ἐν χερσὶν ὁ πό- D
λεμος ἦν. καὶ συνελόντι φάναι, μηδένα τῆς Μομιτίλου φασὶ δυ-
νάμεως ἐν τοῖς ὅπλοις λελεῖφθαι, μηδὲ φυγάδα λαθόντα γενέ-
σθαι τινά· ἀλλ' αὐτόν τε ξίφους ἔργον Μομιτίλαν καὶ ἅμα
πᾶσαν ἄρδην αὐτοῦ γενέσθαι τὴν στρατιάν, πλὴν ὀλίγων, ὅσοι
ζῶντες ἑάλωσαν.

ι'. Τέτταρες μεταξὺ παρῆλθον ἡμέραι καὶ ὁ Ἀπόκαυκος ἐν P. 458
Βυζαντίῳ πρὸς τῶν δεσμίων, ἐντὸς τοῦ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον
παλαιοῦ παλατίου, μετὰ μεσημβρίαν ἤδη τῆς ἡλιακῆς γενομένης
ἀκτῖνος, ἔσφακταί τε καὶ αὐτὸς καὶ σκότους καὶ λήθης ὁ πολὺς
ἐκεῖνος ὑπῆλθε μυχοὺς ἐν βραχεῖ, μηδενὸς τῶν μακρῶν ὀχυρω-
μάτων ἐκείνων συναραμένου, περὶ ἃ μακράς τε ἀνηλώκει δαπά- B
νας καὶ περὶ ἃ τὸ πλεῖστον ἀπησχόλει τοῦ βίου. τὸ δ' ὅπως,
ἐρῶν ἔρχομαι τρανώτερον. (B.) Ἐπεὶ γὰρ εἰς μεγάλων πραγμά-
των θορύβους καὶ διοικήσεις ἐνέβαλεν ἑαυτὸν, καὶ πολλοὺς ἐκτή- V. 371
σατο, ὅσοι τε τὸ τῆς τύχης ἐβάσκαινον ὕψος καὶ ὅσοι παθόν-
τες κακῶς ὑπ' αὐτοῦ καιρὸν ἐζήτουν ἀμύνασθαι, δέους περιῆει

omittamus, plerique Persarum, cum ab equis desiluissent, circumstetere in orbem universi cum arcubus. Hi vero in medio aestuantes, tanquam apri aliqui feroces, perrumpere et effugere Persarum phalangem haud poterant. Instabant enim continuo imperatoris equites, modo a fronte occurrentes, modo densis a tergo hastis impellentes. Ubi omnem Momitilae equitatum brevi tempore innumeris confixum telis Persae deleverunt, conflixere exinde pedites cum peditibus, fuitque in ipsis iam manibus tota belli fortuna. Ut paucis absolvam, neminem ferunt ex Momitilae militibus superstitem in armis mansisse, neque eorum quemquam fuga clam evasisse, sed et ipsum trucidatum esse Momitilam, et omnem simul illius exercitum interneciono esse deletum, paucissimis, qui vivi capti fuerint, exceptis.

10. Elapsis ex eo diebus quatuor caesus et ipse Byzantii Apocaucus ab iis qui in vinculis erant, intra vetus palatium, quod ad orientem vergit, transgresso iam meridiem sole; noctisque et oblivionis penitissimos recessus subito intravit magnus ille et praepotens vir, neque ullum ei auxilio fuit magnorum illorum praesidiorum, in quae et immensos fecerat sumptus, et maximam vitae partem intentam habuerat. Id quomodo acciderit, protinus exponam apertius. (II.) Cum ille se in magnorum negotiorum tumultus atque administrationes intrusisset, et plurimos fecisset sibi infensos; quotquot nempe sive fortunae illius altiori invidebant, sive ab eo iniuria affecti

A. M. 6853 Ind. 13 νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν μεστός· ὡς πολλὴν μὲν διὰ ταῦτα περὶ
C αὐτὸν δορυφορίαν ἔχειν ὁπλιτῶν καὶ ἱππέων, ὁπότε τὰς τῆς πόλεως περιοδεύοι πλατείας, πολλαῖς δὲ καὶ τὴν οἰκίαν κατάφρακτον ἔχειν δυνάμεσιν, ὁπότ' οἴκοι καθῆσθαι χρεία τις εἴη τἀνδρί· καὶ τυραννίδος μελέτας ἐν καρδίᾳ τρέφειν μὲν ἐκ πολλοῦ, νῦν δὲ καὶ μάλα μάλιστα, ὅτε πάντας τοὺς δόξῃ καὶ γένει προῦ-
D χοντας εἶχε δεσμώτας, καὶ ἦν οὐδείς, ὃς ἀντᾶραι βλέφαρον ἦν αὐτῷ, ἀλλὰ πάντες ἐδεδίεσαν, ὥσπερ πάλαι Συρακούσιοι Διονύσιον τὸν Σικελίας τύραννον. (Γ.) Ὅθεν ὀχυρόν τινα πύργον τῶν ἔνδον τοῦ παλαιοῦ παλατίου ἀπολεξάμενος κατασκευάζειν
P. 459 ἐγνώκει πρὸς μάλα πολὺ τοῦ ἀέρος τὸ ὕψος ἀνάγοντα, καὶ οἰκίσκους ἐν αὐτῷ πολλοὺς μέν, χώρημα δ' ἕκαστον ἔχοντα μήκους ἅμα καὶ πλάτους οὐδὲν οὐργιᾶς μᾶλλον· τόν γε μὴν ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων περίδρομον οὐκ ἔσωθεν ἀλλ' ἔξωθεν εἶναι ἐληλαμένον· αἴτιον δ' ἵνα πάντας ὁπόσους ἐκεῖνος εἶχε δεσμώτας, καὶ
B ὅσους ἔξειν διὰ μελέτης εἶχε, συναγαγὼν καὶ συγκλείσας ἐντὸς μηδεμίαν ἀνεῳγμένην αὐτοῖς ἐάσῃ πύλην, δι' ἧς ἄν τις εἰσέλθοι τε καὶ ἐξέλθοι· ἀλλὰ λίθοις καὶ τιτάνῳ περιφράξας ἁπάσας ὥσπερ ἐν τάφῳ ζῶντας κατέχῃ. (Δ.) Ἐπεὶ δὲ τέλος εἶχε τὰ τῆς ξένης ἐκείνης οἰκοδομίας καὶ ἔδει τριῶν ἡμερῶν μεταξὺ τοὺς δεσμώτας ὁμοῦ συγκλεισθῆναι πάντας ἐντὸς, καθάπερ εἰς λήθης φρούριον ἢ κοινὸν πολυάνδριον, εἰς ἀπόγνωσιν ἦκον οἱ δέσμιοι προφανῆ τῆς παρούσης ζωῆς καὶ τοῦ κοινοῦ τοῖς πᾶσιν ἡλίου·

occasionem ulciscendi quaeritabant: diu noctuque timoris plenus oberrabat, atque eam ob causam multos circa se habebat stipatores, tam pedites, quam equites, quoties urbis plateas circumiret; magnis idem praesidiis munitae erant aedes illius, cum domi sedere eum aliqua necessitas cogebat. Ac tyrannidis quidem invadendae consilia alebat in corde iampridem; tum autem longe plurimum, cum eos omnes vinctos teneret, qui dignitate et genere praestabant, neque ullus esset, qui oculos contra attollere auderet, sed omnes extimescerent, ut olim Syracusani Dionysium, Siciliae tyrannum. (III.) Quapropter in veteri palatio munitam quandam turrim, prae caeteris delectam, decrevit ita exaedificare, ut in multam altitudinem eveheretur, cellulaeque inessent plurimae, paterent autem singulae, tam in longum quam in latum, non plus orgyia: crepido vero seu ambulatio illa, quae murorum fastigia ambit, non intus sed extrinsecus esset circumducta; eo scilicet, ut iis omnibus, quos ille aut vinctos tenebat, aut in vincula coniicere meditabatur, coactis intus atque conclusis, nullam patentem portam relinqueret, per quam aliquis introire aut egredi posset; sed lapidibus cunctas et gypso obstrueret, atque ita quasi vivos illos sepeliret. (IV.) Postquam itaque absolutum est aedificium illud novi generis, cum oporteret triduum intra eos, qui in vinculis erant, includi omnes simul, tanquam in arcem Oblivii, aut sepulchrum aliquod commune, incidere illi in apertam vitae praesentis communisque omnibus lucis desperationem, subiitque, abiecta sui ipsorum

καὶ σφῶν αὐτῶν ἀφειδήσασιν ἐπὶ τὸ παραβολώτερον τοὺς τῆς A. C. 1345
τύχης κύβους ἀναρρίπτειν ἐπῇει, καὶ πρὶν ζῶντας εἰς τὸν προκεί- Imp. Io. Pa-
μενον ἐμβληθῆναι τάφον, δυοῖν ἐργάσασθαι θάτερον· ἢ ξίφει C
τὸν τύραννον διαχρησαμένους τὴν τοῦ βίου σφίσιν αὐτοῖς ἐλευ-
θερίαν πορίσασθαι· ἢ τὸν ἀνδράσι πρέποντα θάνατον ἅπαξ ἐκτί-
σασι μακρῶν τοῦ λοιποῦ δεινῶν ἀπηλλάχθαι. εἰς τέτταρας μὲν
δὴ τῶν εὐγενεστέρων τὸ τοιοῦτον διαβεβηκὸς βούλευμα περαι-
τέρω προβαίνειν οὐκ ἐκρίθη δεῖν, ὡς μὴ ἔκπυστον φωραθείη γε- D
νόμενον. τὸ γάρ τοι προφανὲς τῶν ἐλπίδων ἀναμφισβητήτους
τινὰς ὑπετίθει τὰς ὑποσχέσεις, ἐπιχειρήσασιν ἧξειν ἅμα πάντας
συλλήπτορας τοὺς δεσμώτας, καὶ μὴ προμελητήσαντας, ἐς τὸ
κοινὸν τῆς ἐλευθερίας στάδιον. (E.) Εἰωθὸς οὖν Ἀποκαύκῳ συ-
χνότερον ἐνδημεῖν ἐκεῖ, καὶ μάλιστα νῦν ἐπιταχύνοντι πρὸς τοῦρ-
γον τοὺς τέκτονας· ἐπειδὴ καὶ ἡ τελευταία παρῆν ἡμέρα, καθ' E
ἣν εἰς πέρας ἔδει προενεχθῆναι τὸ βούλευμα, ἦκε μεθ' ὕπνον καὶ
τράπεζαν ὀψόμενος, τὴν τῆς ξένης εἱρκτῆς τελευταίαν οἰκοδο-
μίαν καὶ τὸν ἀνενδεᾶ τῆς ὅλης ἀπαρτισμὸν ὑποθέσεως. καὶ
ἐπειδὴ κατὰ τοὺς τῆς ἡμέρας ἐκείνης ὕπνους (ἑνδεκάτη δ' ἦν Ἰου-
νίου) θόρυβοί τινες ἐξ ὀνείρων ἀγρίων αὐτὸν ἐξεφόβησαν, οἷα
φιλεῖ πολλάκις ἐν τοῖς τοιούτοις προαναφωνεῖν τὸ δαιμόνιον, ὃ
μὲν αὐτῷ σωτηρίας εἶχεν ἐλπίδας, οὐ μεμελέτηκεν· ὃ δ' εἶχεν εἰς F
τοὺς ἐπηρτημένους αὐτῷ κινδύνους ὀξύτερα τὰ ἐφόδια, τοῦτο δὴ
καὶ βέλτιον εἰς σωτηρίαν εἶναι κέκρικέ τε καὶ εἵλετο. τὸ δ' ἦν,
ἔξω παρὰ τὰς τοῦ παλατίου ἐκείνου πύλας ἀφέντα τοὺς δορυφό- V. 372

10. ἧξειν em. Boiv. pro ἔξειν.

cura, aleam omnem audacius iacere, et antequam vivi paratum in tumulum detruderentur, duorum alterum navare, atque aut tyranno trucidato parare sibi ipsis libertatem, aut virili semel morte oppetita, gravissimis in posterum aerumnis liberari. Id consilium cum inter se communicassent quatuor ex nobilioribus, ultra progredi non placuit, ne divulgaretur. Etenim ipsa futuri evidentia manifestam fidem faciebat, ubi rem aggressi essent, futuros iis adiutores in eo libertatis certamine eos omnes, qui vincti tenerentur, quanquam haud praemeditatos. (V.) Cum igitur soleret Apocaucus illuc saepius ire, ac tunc maxime fabros ad opus urgeret; ubi supremus dies affuit, quo oportebat ad exitum perduci ea quae deliberata erant, venit post somnum et mensam adspecturus, nempe singularis illius carceris ultimam exaedificationem et absolutam totius operis consummationem. Et quia per somnum illa die (erat autem undecima Iunii) pavores eum quidam ab atrocibus somniis excitati perturbaverant, qualia solet saepe numen iis casibus portenta praemittere, id quidem, quod spem aliquam salutis afferebat, non providit, quod autem ipsi ad impendentia pericula breviorem viam muniebat, illud sibi ad salutem melius esse duxit adeoque praetulit. Erat porro illud, satellites eius et armigeros omnes simul exclusos illius palatii atria

A. M. 6853 Ind. 13 P. 460 ρους αὐτοῦ καὶ ὑπασπιστὰς ὁμοῦ πάντας μεθ' ἑνός τινος εἰς τὸ τοῦ φιλοτεχνήματος θέατρον εἰσιέναι. οὕτω γὰρ ἐνόμισε, μήτ' ἐξ αὐτῶν ἐντὸς ἐγγενέσθαι οἱ ἐπιβουλήν τινα, μήτ' ἔξωθεν ἐξ ἀλλοτρίων ἴσως καὶ δημοτῶν ξυμμελετηθεῖσαν· εἶναι γὰρ μεγίστην ταῖς πύλαις ἀσφάλειαν τοὺς οἰκείους ἐκείνους ὑπασπιστάς. οὕτως ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν τὴν τούτου διάνοιαν ἔσφηλεν, ἵνα ῥᾷον μᾶλλον τῶν ἀλλοτρίων αὐτὸς ἑαυτῷ καταστήσῃ τὸν κίνδυνον. (ς'.) Εἰσιόντος οὖν καὶ ἀρξαμένου τοῖς οἰκοδόμοις διαλέγεσθαι περὶ τῶν πρακτέων, τὸ προσ- B τυχὸν ὁ Ῥαοὺλ πρῶτος ἁρπάσας ῥόπαλον (μηδὲ γὰρ παρεῖναι ξίφος οὐδὲν ἐκεῖ τοῖς δεσμίοις) καὶ πρὸς τὸ μανικώτερόν τε καὶ ἐνθουσιῶδες τοῦ ἤθους ἐλθὼν ὑπὸ δέους καὶ ἀπογνώσεως ἐξέδραμε κατ' αὐτοῦ, τοιάδε φθεγγόμενος. „ἕως πότε σου τὴν ἀπήνειαν ἡ ταπίγεια βόσκουσα τοῦ ἡλίου λαμπὰς διακαρτερήσει βλέπουσα; ἕως πότε θεῖοι κεραυνοὶ καὶ πρηστῆρες ἐν αἰθέρι τὴν σὴν καθευδήσουσι ταμιεύοντες κόλασιν; ἀλλ' ὥρα σοι νῦν, ἀλιτήριε, C δυοῖν θάτερον· ἢ σὺν ἐμοὶ τῷ ἡλίῳ τῷδε συγκαταδῦναι πρὸς ᾅδην τήμερον· ἢ σοῦγε θανόντος ἐλευθέροις βλέπειν, εἰ βουλομένῳ γε εἴη θεῷ, βλεφάροις λευκὰς τοὐντεῦθεν ἡμέρας ἐμὲ ξυνορᾶν." ταῦτ' ἔλεγε καὶ ἅμα ἐμβριθεστέρῳ βραχίονι κατενεγ- κὼν τὸ ῥόπαλον τὴν ἐκείνου γενναίως ἐπάταξε κεφαλήν. καιρία μὲν οὖν οὐκ ἐγένετό τις ἐκείνῳ τότε πληγή· ῥιφείσης δ' οὖν τῆς D καλύπτρας, γυμνῇ λοιπὸν περιῶν ἐπεβοᾶτο τῇ κεφαλῇ τοὺς ἐξαιρησομένους τῆς ἀθρόας ἐκείνης καὶ αἰφνιδίου περιστάσεως. ἀλλ'

20. ξυνορᾶν abundat, ut Boiv. observat.

servare; ipsum vero cum uno aliquo ingredi ad operis grati spectaculum. Ita quippe nec intus ab iis imminere sibi insidias credidit; nec foris, ab alienis forte seu a populo meditatas: maximum enim stare pro foribus praesidium, suos illos stipatores. Sic ille, qui comprehendit sapientes in astutia eorum, mentem istius subvertit; quo facilius ipse sibi, et magis quam quivis extraneus, periculum conflaret. (VI.) Cum itaque esset ingressus, ac de iis quae agenda essent coepisset colloqui cum architectis, primus Raül, arrepto quem fors obtulit fuste (nec enim ullus suppetebat illic vinctis gladius) furiosum quendam et fanaticum induens morem prae metu ac desperatione in eum irruit haec vociferans. „Quousque tandem immanitatem tuam fax alma solis adspicere perstabit? Quousque divinum fulmen et ignei turbines, in aethere consopiti, supplicium tuum reservabunt? Sed tibi, o scelus, duorum alterum iam necessum est, ut aut mecum hac hodierna luce mortem oppetas; aut mortuo te, liberis exinde oculis intuear, si Deus velit, candidos dies." Haec ait, et simul valentiori brachio clavam molitus illius caput strenue percussit. Non tamen lethale statim vulnus inflictum est. Cum autem capitis tegmen esset excussum, ille nudato iam capite oberrans eos inclamabat, qui se ab subita illa repentinaque clade libe-

ἦν τὸ παράπαν οὐδείς, πλὴν ἑνός, ὃς εὐθὺς συμπλακεὶς τῷ A. C. 1345
Ῥαοὺλ ἔπαιέ τε καὶ ἐπαίετο· καὶ ἦν ὠθισμὸς ἐν ἀμφοτέροις μα- Imp. Io. Palaeol. 4
κρὸς, ὁπότερος ἂν ἀνέλοι τὸν ἕτερον πρότερος. ἀλλ' οὐδέτερος
οὐδετέρῳ κίνδυνον ἐνεγκεῖν ἐδυνήθη. τούτων δ' οὕτως ἐχόντων,
ἕτερος τῆς τῶν Παλαιολόγων σειρᾶς ἀθρόον τῷ Ἀποκαύκῳ ἐπι-
πηδᾷ, τὰ παραπλήσια λέγων καὶ δρῶν τῷ προτέρῳ, καὶ ἅμα
ἄλλος, καὶ ἐπὶ τούτοις ἕτερος· καὶ οὕτω, συνελόντι φάναι, Ε
βιαίως ἐκεῖνος ἀπέῤῥηξε τὴν ψυχὴν, ἁπάσης ἔρημος βοηθείας,
ὁ πάντα χρήματα παρὰ πάντα δαπανῶν τὸν βίον ὑπὲρ τοῦ μὴ
βιαίᾳ χρήσασθαι τελευτῇ. (Z.) Ἔλαθε γὰρ ὡς ἔοικεν ἑαυτὸν,
θεοῦ μὲν ἀφαιρῶν τὴν πρόνοιαν, ἀνθρωπίναις δὲ προσαρτῶν
ἐπινοίαις τε καὶ σπουδάσμασι τῆς παρούσης τοῦ βίου διαγωγῆς
τὰ ἐνέχυρα. καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἄλλους διαβάλλων καὶ καθειργνὺς F
καὶ τοὺς ἐκείνων ἀφαιρούμενος βίους ἐπὶ σαθροῖς θεμελίοις ἐπε-
τίθει τὰ τῆς ἰδίας ἀσφαλείας ὀχυρώματα· παραπλήσιον ποιῶν,
ὥσπερ ἂν εἰ πρηστῆρας ἐκ γειτόνων ἁρπάζων μηδὲν αὐτῷ προσ-
ήκοντας αὐτοχειρίᾳ τὴν ἑαυτοῦ προφανῶς ὑφῆπτεν οἰκίαν. διὸ
καὶ παραμύθιον μὲν ἡ ἐκείνου γέγονε τελευτὴ τοῖς τε διὰ πενίαν
οὐκ ἔχουσιν ὅτῳ χρήσονται φαρμάκῳ πρὸς τὰς ἐπιούσας ὁμοίως
τοῦ χρόνου τύχας καὶ κῆρας καὶ οἷς ἔφεσις τῶν κακῶς ὑπ' αὐ- P. 461
τοῦ πραττομένων ἐκδίκησιν θεύσασθαι ἦν, πρὶν ἀπογνώσει σφᾶς
δεδωκότας ἔν τι πεπονθέναι τῶν ἀθεμίτων· καὶ ἅμα παιδευτή-
ριον, ἐς τὸ σῶφρον τοὺς θρασυτέρους ἀνθέλκον, καὶ οἷς τὰ
ἀτόλμητα ξὺν οὐδενὶ δέει τολμᾶται. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε

rarent. Sed erat omnino nullus, uno excepto, qui, consertis statim cum Raŭle manibus, feriebat simul et feriebatur. Et hi quidem magno uterque nisu certabant, uter alterum interficeret prior. Sed neuter alteri periculum inferre poterat. Haec cum ita se haberent, de Palaeologorum catena alter statim in Apocaucum irruit, eadem ferme ac primus dicendo faciendoque, et confestim alius, atque etiam alius. Ita, ut paucis absolvam, violenta ille morte vitam abrupit, omni auxilio destitutus, qui omni sumptu per omnem vitam curaverat, ne violentum exitum sortiretur. (VII.) Non animadverterat scilicet, divinam a se tolli providentiam; in hominum autem consiliis ac diligentia poni vitae huius tuendae certissimam rationem. Quamobrem cum alios criminaretur, et vinculis coërceret, et fortunis spoliaret, salutis suae praesidia vitiosis fundamentis imponebat; perinde ille agens, ac si igne non suo, sed ex vicinis rapto, suam ipse domum propria manu succenderet. Itaque illius mors solatium quidem iis fuit, quibus ob inopiam nihil supererat, quo tanquam remedio uterentur adversus temporum fortunam et calamitates, aeque ut antea subeuntes; item iis, qui vindicata illius malefacta videre cupiebant, antequam desperatione auctore nefas ipsi aliquod susciperent: documentum vero exstitit, quo audaciores, et ii qui nullo metu deterriti ea tentant, quae intentata esse oportet, ad saniorem mentem revo-

A. M. 6853 Ind. 13 τὸν τρόπον. (H.) Πρίν γε μὴν αἴσθησιν τοῦ δράματος ἐγγενέ-
B σθαι τοῖς ἔξω, δεσμὰ πάντα καὶ κλοιοὺς οἱ δεσμῶται ῥήξαντες
V. 373 εἰς τὴν τοῦ πτώματος θέαν μετὰ πάσης ἐπεξέθεον ἡδονῆς, οὐ μεῖον διακοσίων ὑπάρχοντες· ὧν εἴ τις σκεπάρνῳ τεκτονικῷ (ξίφος γὰρ ἥκιστα παρῆν) τοῦ λοιποῦ τὴν κεφαλὴν ἀφελόμενος σώ- 5
ματος ἐπὶ τῆς ἐπάλξεως ἔστησεν, ὥστε καταφανὲς γενέσθαι τὸ δρᾶμα καὶ πᾶσι τοῖς ἔξωθεν ἤδη παρὰ τὰ τείχη ποταμηδὸν εἰσρέουσι δήμοις· ὥσθ' ὅσοι μὲν αὐτῷ κατὰ γένος ἢ καθ' ἑταιρείαν
C εἶεν προσήκοντες μηκέτι πονεῖν ἀνήνυτα, πάσης τελέως σβεσθείσης τοῦ ζῆν ἐκεῖνον ἐλπίδος· ὅσοι δ' ἀπεχθῶς εἶχον αὖ πρὸς 10
ἐκεῖνον, τούτους δ' ἐρρῶσθαι τὰς διανοίας, καὶ συμμαχεῖν ἔξωθεν ἀδεῶς τοῖς ἔνδοθεν ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας ἠγωνισμένοις. ἔπειτα διελόντες ἑαυτοὺς εἰς τάξεις καὶ μοίρας τὴν τῶν πυλῶν
D δήμου καὶ ἐπάλξεων διέλαχον φυλακήν. (Θ.) Μέγιστον δ' ὅμως ὑπῆρχέ σφισιν ἐμπόδιον εἰς τὴν τῆς παραδόξου ταυτησὶ σωτη- 15
ρίας συντηρητικὴν ἑαυτῶν δύναμιν ἥ τε τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων σπάνις καὶ ἡ τῶν ὅπλων τε καὶ τῶν ἀμυντηρίων βελῶν ἔνδεια. οὐ γὰρ εἶχον ὅθεν ἐκ τοῦ παραχρῆμα ῥᾷστα κομίσονται τὰ τῆς χρείας, ἀπροσδόκητον σχεδιασάσης τῆς περιστάσεως τὸ πραχθέν. ὅμως τῆς νυκτὸς ἐπιούσης ἐκείνης, καὶ πάντων ἐκείνων 20
E ἐν ζάλῃ καὶ τρικυμίᾳ λογισμῶν ὑπαρχόντων μεγίστῃ, ἦκε τριήρης ἐκ τῶν Γαλάτου περὶ μέσας που νύκτας, ἐκ τοῦ παραλίου τείχους κομίζουσα τούτοις ἄρτον καὶ οἶνον, καὶ ὅσα τὸ τῆς ὥρας

carentur. Et haec quidem in hunc modum gesta sunt. (VIII.) Caeterum antequam foris quisquam tragoediam illam persensisset, ruptis omnibus et vinculis et catenis, maxima cum voluptate ad cadaveris spectaculum accurrere ii qui in carcere erant, haud minus ducentis. Ex quibus unus fabrili ascia (etenim ensis nullus praesto erat) caput, ab reliquis membris abscissum, super fastigiis murorum statuit; quo manifestum fieret illud facinus universae multitudini, quae extrinsecus iam propter muros torrentis instar confluebat; et ut ii quidem omnes, qui illum genere contingebant, aut aliqua societate cum eo coniuncti fuerant, labore irrito supersederent, extincta prorsus salvum illum habendi spe: quoscunque vero ille infensos habuerat, ii animo confirmarentur, adessentque extrinsecus sine ullo metu iis, qui pro communi libertate certavissent. Deinde se in ordines et manipulos distribuerunt, portarumque et propugnaculorum custodiam sortiti sunt. (IX.) At magno ipsis impedimento erat, quo minus illius insperatae salutis conservandae facultatem haberent, eorum quae ad victum necessaria sunt inopia, armorumque et telorum quibus se defenderent penuria. Non enim habebant, unde facile et e vestigio ea quae usui essent deveherent; cum ipsa occasio id quod perpetratum erat, minime praemeditatum, ex tempore suggessisset. Ea tamen quae sequuta est nocte, cum illi omnes in maxima perturbatione curarumque aestu versarentur, venit de triremibus Galataeis una, circa mediam ferme noctem, ab maritimo muro panem et vinum apportans, et

συνεχώρει στενὸν ἐδώδιμα, καὶ ἅμα ἐπαγγελίας καὶ φιλανθρώ- A. C. 1345
πους λόγους, καθ' ὁπότερον βούλοιντο δρᾶν· εἴτε μένειν αἱρου- Imp. Io. Pa-
μένοις κομίζειν ἐς τὴν ὑστεραίαν ὅπλα καὶ βέλη πολέμια· εἴτ' laeol. 4
ἐκεῖθεν ἀπαλλάττεσθαι διὰ δέος, δέξασθαι προθύμως ἐς τὸ ἐν
5 τοῖς Γαλάτου σφῶν αὐτῶν φρούριον, καὶ πᾶσαν περιποιήσασθαί F
σφισιν ἀσφάλειαν. ταῦτ' εἰπόντες ἐπανῆλθον οἴκαδε, χρηστὰς
ἐλπίδας μὲν τοῖς ἐντὸς τείχους καταλιπόντες, οὐκ εἰς χρηστὸν δ'
οὖν πέρας ἐληλυθυίας. πέμψασα γὰρ ἡ βασιλὶς Ἄννα (οὐ γὰρ
ἐλελήθει τὸ γεγονὸς) ἀπέφραξέ τε καὶ ἀνεκαίτισε τὴν ἔφοδόν τε
10 καὶ τὸν εἴσπλουν τῆς κρύφα μελλούσης ἐπιέναι Λατινικῆς ἐς τὴν
ὑστεραίαν δυνάμεως. (I.) Τοῦτο πρὸς ἀπόγνωσιν ἤγαγε τοὺς P. 462
τειχήρεις ἐκείνους. οὔτε γὰρ ὅπλον ἦν σφισιν οὐδὲν φυλακτήριον,
οὔτ' ἀσπὶς, οὔτε τόξον, οὔτε βέλος οὐδὲν ἀμυντήριον· καὶ
πρός γε τὸ τεῖχος ἀμεληθὲν ἐκ πολλοῦ διερρωγὸς ἦν τὰ πλεῖστα
15 μέρη τοῦ τε περιπάτου καὶ τῶν ἐπάλξεων. τὴν μὲν οὖν νύκτα πᾶ-
σαν ἐκείνην οὕτως ἐπ' ἐλπίσιν ἀμφισβητησίμοις ἐντὸς τείχους ηὐ-
λίσαντο, τάς τε πύλας φυλάττοντες καὶ τὰ τείχη περιϊόντες.
ἕωθεν δ' ὡς εἶδον σύρφακα καὶ χυδαῖον ὄχλον, παρὰ τὸν γείτονα B
συνιόντας ἱππόδρομον θέας εἵνεκα, καὶ ἥκιστα συμμαχίας ἑστι-
20 νοσοῦν, ἐξ ὧν γε ἠλπίκασιν· (ᾠοντο γὰρ, ἐπεὶ μισητὸς ὑπῆρχε τοῖς
ὅλοις σχεδὸν Βυζαντίοις Ἀπόκαυκος, ἅπαντας ἥξειν εὐθὺς, στα-
σιάσαντας κατὰ τῶν ἀρχόντων καὶ βασιλέων, ἀπαλλάξαντος ὃν
ὡς τύραννον ἐδιδίεσαν·) ὡς οὖν ἕτερᾳ ἀνθ' ἑτέρων ἑώρων καὶ

quidquid ciborum illius tempestatis iniquitas concedebat: item promissiones et benigna verba, utrumlibet illi facere mallent. Si enim manere ibi satius ducerent, allatum iri postridie arma ipsis et tela hostilia: sin inde ob metum migrare destinarent, eos se alacriter in praesidium suum Galataeum recepturos, et omnem ipsis securitatem praestituros. Haec cum dixissent, domum redierunt, bona spe iis relicta qui intra murum versabantur, sed quae ad bonum exitum non pervenit. Siquidem imperatrix Anna, missis hominibus (nec enim eam id quod acciderat latuit) praeclusoque aditu, adventum inhibuit appulsumque illius Latinorum manus, quae clanculum affutura erat postridie. (X.) Ea res obsessos illos ad desperationem compulit. Quippe nec arma iis erant, quibus protegerentur, nec clypeus, nec arcus, nec ullum ad vim propulsandam telum. Ac praeterea neglectus pridem murus hiabat plerisque in partibus circumductae ambulationis et summorum propugnaculorum. Totam itaque illam noctem dubia spe intra murum mansere, portas custodientes et moenia circumeuntes. Mane autem, ubi plebeiam faecem atque colluviem conspicati sunt, ad vicinum Hippodromum visendi studio, ac non (ut speraverant) ferendi ullius auxilii causa confluentem; (etenim arbitrabantur, eo quod omnibus fere Byzantinis odio fuisset Apocaucus, venturos statim omnes, seditione adversus magnates et imperatores mota eo, quem ut tyrannum metuerant, sublato,) ubi itaque aliud

A. M. 6853 Ind. 13 οὐ κατὰ γνώμην ἐχώρει τὰ δρώμενα, περὶ διαλλαγῶν ὡμίλουν
C τοῖς ἔξωθεν πρὸς τῆς βασιλίδος Ἴουσιν Ἄννης. καὶ τάχ' ἂν ἐγίγνετό τι χρηστὸν ἐκείνοις, εἰ μή τινος δαιμονίου κεκώλυκε βασκανία. ἀλλ' ἐχρῆν, ὡς ἔοικεν, ἐν θεομηνίας καιροῖς μηδὲν ἀτόλ-
V. 374 μητον παροφθῆναι τῶν ἀθεμίτων. ἔσχε δὲ οὕτως. (*IA.*) Ἡ τοῦ Ἀποκαύκου γυνὴ, τὸ ἐνδόσιμον πρὸς τῆς βασιλίδος Ἄννης λα-
D βοῦσα, προσκαλεῖται πᾶν τὸ Γασμουλικὸν, καὶ χρημάτων χορηγίᾳ δαψιλεστέρᾳ πείθει, τὰς τριήρεις αὐθημερὸν ἀφεμένους ἅπαντας, ὅπλα δ' ἐκεῖθεν ἀνειληφότας καὶ βέλη πάντα, περιελθεῖν πολιορκοῦντας τὸ τοῦ παλατίου ἐκείνου φρούριον, ἕως εἰσπηδήσαντας ἥβηδὸν τοὺς ἐντὸς ἀνελεῖν, τοὺς μὲν ὡς ἀνδροφόνους, τοὺς δ' ὡς ἀνδροφόνοις δήπουθεν ὁμόφρονας καὶ ὁμοστέγους. πρὸς δὴ τοιούτους φόνους ἀγοραίων καὶ ἀσυνέτων ἀν-
E δρῶν ὁπλίσασα δεξιὰς ἐκείνη χρημάτων ἁβραῖς (ὡς εἰρήκειμεν) δεξιώσεσι καὶ οἴνου κρατήρων πολλῶν ἐμφορεῖσθαι δίδωσιν ἀφθόνως, ἵν' οὕτωσὶ τοῦ καθήκοντος ἐκστάντες λογισμοῦ μαινομένων δίκην χωρῶσι πρὸς τὰς τῶν ἀνθρώπων σφαγάς. ἐπεὶ δ' οὕτω ταῦτ' εἶχε καὶ ὁ τοῦ ἡλίου δρόμος ἤδη τὰ μεσημβρινὰ παρήλλαττε ὑψώματα, δραμόντες ἐκεῖνοι κύκλῳ τὸ φρούριον περιέστησαν ἅπαν, ἀσπίσι καὶ ὅπλοις ἅπασι πεφραγμένοι, καὶ
F ἅπαν βέλος ἐκηβόλον ἐν χεροῖν περιφέροντες, καὶ ὅσα θύρας ἀναμοχλεύουσιν ὄργανα καὶ κατασείουσι τείχη καὶ ἀποσπῶσι λίθους ἐκ θεμελίων· ὧν οἱ μὲν τὰ βέλη πέμποντες ἔξωθεν κατὰ

pro alio viderunt accidisse, neque ex sententia succedere res, de reconcilianda gratia egere cum iis, qui ab imperatrice Anna advenerant: et nisi obstitisset genii alicuius mali invidia, fortasse aliquid boni ipsis exstitisset. Sed nimirum oportuit, in illis furoris divini temporibus, nihil sceleris intentatum omitti. Res autem ita se habuit. (XI.) Apocauci uxor, ab imperatrice Anna licentiam cum impetrasset, Gasmulicam omnem turbam advocat, et pinguibus pecuniae largitionibus persuadet, ut cuncti triremibus ea die relictis, sumptisque inde armis et telis quaecunque inessent, palatii illius arcem obsidione cingant, quoad facta irruptione eos trucident, qui intus versentur, nulli aetati parcendo; hos, ut homicidas; illos, ut homicidarum fautores atque contubernales. Ad eiusmodi caedem cum illa hominum circumforaneorum et stolidorum dextras armavisset liberali, ut diximus, pecuniae erogatione; multis etiam vini poculis profuse eos ingurgitat, ut in hunc modum recta ratione excussi furentium instar ad homines iugulandos ruerent. Cum in eo res essent, solis cursu meridianum iam verticem praetereunte, ruere illi et totam undique arcem circumsistere, clypeis armisque omnibus instructi, et omne missilium telorum genus manibus circumferentes, eaque omnia instrumenta, quae aut ad portarum repagula convellenda, aut ad muros quatiendos, aut ad lapides e fundamentis emovendos valent. Ex his alii quidem foris magnam telorum vim ac densam veluti nu-

πλῆθος καὶ δίκην βαθέων νεφῶν πάντας τοὺς ἔνδον τῶν ἐπάλ- A. C. 1345
ξεων ἀπήλασαν ἐκ τοῦ παραχρῆμα, μηδὲν ὁθενοῦν ἔχοντας ὅπλον, Imp. Io. Palaeol. 4
ἢ φυλακτήριον, ἢ δι' ὧν ἀμυνεῖταί τις τὸν ἐπιόντα πολέμιον.
οἱ δὲ τὰ ἐκμοχλευτήρια φέροντες ὄργανα, προσιόντες ἔξωθεν τά P. 463
τε τείχη πολλαχόθεν διώρυττον καὶ τὰς πύλας ἀνεμόχλευον· ὡς
ἐν πάνυ βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ, πολλῶν πολλαχόθεν τῶν εἰσόδων
ἀνοιχθεισῶν, πάντας ἄρδην εἰσρυῆναι τοὺς πολεμίους. (*IB.*) Ἦν
τότε ἰδεῖν τοὺς μὲν ἀθλίους ἐκείνους ἀφειδῶς ἀναιρουμένους καὶ
πρὸς ᾅδην ἐκ τῶν χθὲς πεμπομένους δεσμῶν· τοὺς δὲ φόνου
πνέοντας ἄνδρας ἐκείνους εἰς πολυειδεῖς καὶ ποικίλας σφαγὰς
χρωμένους τοῖς ξίφεσι ξὺν πολλῇ καὶ μανιώδει τινὶ τῇ ὠμότητι
καὶ βαρβαρικῇ τῇ θρασύτητι. γυμνοὶ μὲν οὖν ἀσπίδων οἱ τάλα-
νες ὄντες ἐκεῖνοι καὶ ἄοπλοι, καὶ ἥκιστα διαφυγεῖν τὸν παρόντα
δυνάμενοι κίνδυνον, οἱ μὲν ἤδη ἐκόπτοντο, οἱ δ' ἐξεχέοντο φεύ-
γοντες σύνδυο καὶ σύντρεις καὶ κατὰ πλῆθος, καὶ διὰ τῶν με-
σοτοίχων καταῤῥέοντες ἐς τὴν ἐχομένην τῆς Νέας μονὴν διεμερί-
ζοντό τε τὰς θείας εἰκόνας ἀντ' ἄλλου φυλακτηρίου παντὸς ἱε- C
ροῦ· οἱ δ' ἐνεχειρίζοντο τὰ ἐπὶ τῆς θείας τραπέζης τῶν μυστη-
ρίων ἱερὰ σκεύη, δυσωπήσειν οἰόμενοι τοὺς ἀναιδεῖς ἐκείνους καὶ
μανιώδεις λῃστὰς διὰ τῶν τοιούτων· οἱ δ' ἠγκαλίζοντο τήν τε
θείαν τράπεζαν καὶ τὸν ὑπὸ ταύτῃ στυλίσκον· οἱ δὲ γυμνούμε-
νοι τέλεον ἐθελονταὶ τὰ ἱμάτια πρὸ ποδῶν ἐῤῥίπτουν, οἰόμενοι
διὰ τῆς γυμνώσεως πρὸς οἶκτόν τε μαλάξειν τὸν φονικὸν ἐκείνων D

21. γυμνούμενοι Boiv. pro γυμνώμενοι.

bem iacientes repulere illos omnes derepente, qui summis in propugnaculis stabant, armis undecunque destitutos, tam iis quibus corpus protegitur, quam illis quibus ingruens hostis propulsatur. Alii vero tormenta muralia admovebant, propiusque accedentes passim et muros perfodiebant, et portas vectibus labefactabant; ita ut momento temporis, patefacto sibi multis in locis aditu, universi prorsus hostes irruperint. (XII.) Iam videre erat, infortunatos quidem illos effuse interimi, et ab hesternis vinculis ad tumulum transferri: istos autem sanguinarios viros ad multas variasque hominum caedes gladiis uti, cum immani et furiali quadam crudelitate barbaricaque licentia. Destituti itaque clypeis miserrimi illi, cum et inermes essent, et praesens periculum effugere minime possent, partim iam caedebantur, partim in fugam effundebantur bini ternique, et catervatim, ac per interiectos parietes in contiguam domum, quod est Neae monasterium, delabebantur; divinasque imagines inter se pro alio omni sacro phylacterio partiebantur. Nonnulli divinae mensae imposita apprehendebant sacra mysteriorum vasa; rati per ea iniectum iri pudorem protervis illis et furibundis latronibus. Alii amplectebantur et mensam ipsam sacrosanctam et subiectam basim. Quidam denique nudati prorsus vestimenta ante pedes ultro iaciebant, arbitrati, si nudarentur, mollitum iri misericordia crudelem illorum morem, qui

A. M. 6853 Ind. 13 τρόπον, αἰδεσθέντων ἴσως τὴν κοινὴν τῆς φύσεως γύμνωσιν· καὶ ἅμα μηδεμίαν τοῦ λοιποῦ πρόφασιν ὑποψίας λιπεῖν, τοῦ κρύπτεσθαι εἵνεκα Καίσαρος ἐν σφίσι νόμισμα, μηδ' ἄλλο τῶν πάντων εἶδος κέρδους ἄξιον ἔχειν οὐδέν. δειναὶ γὰρ αἱ μὴ προμελετηθεῖσαι περιστάσεις ἐπινοίας πρὸς τὸ ἀκίνδυνον ἄλλοις ἄλλας αὐτοσχεδιάζειν, αὐτοφυᾶ διδάσκαλον τὴν περιϊσταμένην ἀνάγκην Ε ἐλαμβάνουσιν, ὅταν αἰφνίδιος θάνατος εἰς ἀπόγνωσιν σφᾶς ἀπε-
V. 375 λαύνῃ βίου. (ΙΓ.) Ἀλλὰ τὴν ἀναιδῆ καὶ θηριώδη τῶν ἀνδροφόνων ἐκείνων ὁρμὴν μαλάττειν ὅλως ὥραν οὐκ εἶχεν οὔτε δάκρυα τῶν πασχόντων, οὔτ' ἦθος ἐλεεινὸν, οὔθ' ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος τόπος, ἐν ᾧ σωτηρίας εἵνεκα κατεπεφεύγεσαν οἱ ταλαίπωροι· ἀλλὰ δίκην ἱερείων ἐπὶ βωμοῦ τηνικαῦτα καὶ οὗτοι ξὺν οὐδενὶ κό-
F σμῳ πάντες ἐθύοντο, καὶ ῥύακες αἱμάτων ἐντεῦθεν τὸ θεῖον ἔβαπτον ἔδαφος· εἰκόναι τε θεῖαι καὶ ἔπιπλα, καὶ ὅσα τῆς θείας μυσταγωγίας σκεύη παρῆν, ἀσμένως ἅπαντα καὶ ἀδεῶς ἐρ-
ριπτοῦντό τε καὶ διηρπάζοντο· τά θ' ἱμάτια τῶν ἀνῃρημένων οἱ πάντολμοί τε καὶ ἀναιδεῖς ἐκεῖνοι, πλουσίων αἱμάτων πλήρη, τῇ θείᾳ λαμβάνοντες ἐπετίθουν τραπέζῃ. πῶς ἂν δυναίμην ἀδακρυτὶ
P. 464 καταλέγειν τὰ θρήνων μακρῶν καὶ δακρύων ἄξια, ὅσα ἐπὶ τοῦ θείου τεμένους τότε τὴν ἐλεεινὴν τραγῳδίαν ἐκείνην βαρβαρικῶς καὶ ἀσμένως χορηγεῖν ἐξεγένετο; εἴθε ἦν ἀντὶ μέλανος εἰς δάκρυα τὸν κάλαμον βάπτοντι γράφειν καὶ διηγεῖσθαι τῆς τόθ' ἡμέρας τὴν συμφορὰν ἐναργέστερον, ὡς ἕκαστα πέπρακται. οὕτω

14. εἰκόναι barbare pro εἰκόνες positum ait Boiv.

fortasse revererituri essent communem naturam oculis subiectam; tum etiam ut nulla amplius relinqueretur ratio suspicandi de se, quasi Caesareum aliquod numisma, aut aliud quidquam pretio aliquo dignum occultantibus. Plurimum enim valet inopinata calamitas ad suggerenda ex tempore alia aliis consilia, quibus se ipsos defendant a periculis, magistram habentes ipsam necessitatem urgentem, cum eos repentina mors ad vitae desperationem compellit. (XIII.) At insolentem et immanem homicidarum illorum violentiam mollire nec lacrymae afflictorum poterant, nec habitus miserabilis, nec sacer ille locus, ad quem infelices isti salutis tuendae causa confugerant. Sed victimarum instar super altari et hi quoque tunc foede mactabantur, et sanguinis rivi manantes inde pavimenta sacra tingebant; et sanctae imagines, et supellex, et quaecunque aderant vasa, sacris mysteriis assignata, omnia facile et impune disiiciebantur ac diripiebantur. Quin et caesorum vestimenta audaces illi et inverecundi, cruore largo plena sumentes, divino altari imponebant. Sed quomodo ego siccis oculis narrare possim luctuosissima et uberibus lacrymis digna, quae illi tunc sacro in solo, tragoediam illam miserabilem adornantes, alacriter et barbare designarunt! Utinam lacrymis pro atramento uti liceret, ut calamo intincto describerem illius dici calamitatem, dilucidiusque exponerem singula ut gesta sunt! Ita enim

γὰρ ἂν οἶμαι δακρύσειν ἅπαντας ἐκ τοῦ ῥάστου θερμῶς, οἴκτου καὶ σπλάγχνων φυσικῶν ἐμπλησθέντας. ὅμως εἶχεν οὕτω ταυτί. καὶ τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος, ὅσον ἐκ τοῦ σύρφακος ὄχλου κατὰ ποταμοὺς συνέῤῥει, τὰς καλύβας τῶν ἐκεῖ μοναζόντων ἠνδραποδίζοντό τε καὶ διήρπαζον ἀδεῶς· καὶ αὐτὰς δ' οὖν μετὰ τῶν παστάδων τὰς θύρας ἀναμοχλεύοντές τε καὶ διαμεριζόμενοι τοῖς χαμαιτυπείοις προσῆγον, ἀσελγείας μίσθωμα. οἱ δ' ἀναιδεῖς ἐκεῖνοι καὶ φόνου πνέοντες ἄνδρες, τῶν ἀνῃρημένων τὰς κεφαλὰς ἔστι δ' ὧν καὶ τὰς χεῖρας ἐκτέμνοντες, περιῄεσαν ἐπιδεικνύμενοί τε τὸ τῆς κακίας ἄγος, εἰς ἔκπληξιν τῶν ὁρώντων καὶ δέος, καὶ πᾶσαν ἁγνιὰν ἐμπιπλῶντες ἀνθρωπίνων αἱμάτων τε καὶ σαρκῶν. (ΙΔ.) Καὶ ἦν μὲν θρήνων καὶ δακρύων ἄξια τὰ δρώμενα καὶ θέατρον ἀνόσιον τῇ βασιλευούσῃ ταύτῃ τῶν πόλεων· οὐδεὶς δ' ἐτόλμα τοῖς ὁρωμένοις ἢ τοῖς νεκροῖς ἐκείνοις ἐπιδακρῦσαι καὶ στεναγμὸν ἀποδοῦναι, οὔτε τις τῶν φίλων, οὔτε τις τῶν συγγενῶν, οὔτε μὲν οὐδεὶς τῶν ἄλλως φίλοικτον ἐχόντων καρδίαν. ἔφερον γὰρ ὀφθαλμοὶ παραπορευόμενοι συνήρπαζόν τε καὶ τὰ ἱμάτια περιδύοντες ἔπαιον ὡς ἐπιβούλους καὶ ἀντιθέτους Ἄννῃ τῇ βασιλίδι. πάντα γὰρ ἦν εὐφροσύνη λαμπρά τις καὶ τέρψις ἄῤῥητος ἐκείνῃ τὰ δρώμενα, καὶ πάνυ τοι σφόδρα κατὰ γνώμης ἐντρύφημα· ὡς ἐντεῦθεν καὶ δέει μακρῷ συσχεθέντας τοὺς περιστέλλειν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον καὶ φύσει πρέποντα νόμον ἐθέλοντας, ὁπόσοι κατὰ γένος καὶ φιλίαν τοῖς κειμένοις προσῆκον,

A. C. 1345 Imp. Io. Palaeol. 4

20. γνώμην coni. Boiv.

opinor expressum iri facillime a quocunque lacrymarum uberrimam vim, omnibus misericordia et naturali humanitatis sensu imbutis. Atqui haec ita se habuerunt. Et reliqua quidem omnis multitudo infimorum hominum, qui torrentis instar confluebant, degentium ibi monachorum cellulas expilabant ac nullo metu diripiebant, et ipsas cum postibus revulsas fores partiti libidinis pretium ad lupanaria portabant. Enimvero immanes viri, et sanguinem spirantes, interemptorum hominum capita, quorundam et manus abscissas circumferendo, abominandum scelus ostentabant, stuporem et metum intuentibus quibusque incutientes, et omnes vias cruoribus carnibusque humanis implentes. (XIV.) Erant sane ea quae perpetrabantur lamentis et lacrymis dignissima; dirumque illud fuit huic urbium principi spectaculum. Nemo tamen ea intuendo fiere, nemo illos qui mortui erant lugere audebat, aut gemitum edere, sive amicus, sive cognatione iunctus, seu quilibet alius animo ad misericordiam aliunde propenso. Oculi enim exploratores obambulabant; hi vero abripiebantur, et vestimentis detractis feriebantur, ut insidiatores et Annae imperatrici adversantes. Quae enim tum fiebant, ea omnia ipsi summum gaudium, voluptatem inenarrabilem, et quales maxime volebat delicias afferebant. Itaque magno posthac metu cohibiti quicunque mortuos, quibuscum cognatione aut amicitia iuncti fuissent, sepelire pro gentium et naturae iure cupiebant, abstinuere ab iis continuo, ne non so-

A. M. 6853 Ind. 13 ἀπέχεσθαι τούτων ἁπάσῃ σπουδῇ, μὴ μετὰ τοῦ ἀποτυχεῖν τῆς βουλήσεως καὶ τοῖς ὁμοίοις δεινοῖς περιπέσωσι. τοιαῦτα γὰρ ἔφασκον εἶναι τὰ τῇ βασιλίδι ἐντεταλμένα, καὶ ἅμα ἀτάφους κατὰ θαλάττης ῥιφέντας τροφὴν ὀρνέοις καὶ ἰχθύσι γενέσθαι. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἐτελέσθη, ἐνίων τὴν τοῦ λαοῦ κραυγὴν καὶ τὴν
F ἐντεῦθεν λοιδορίαν εἰς τὰς ἐκείνης ἀνενεγκόντων ἀκοὰς, καὶ τὸν ἀναφυόμενον οὐκ ἀκίνδυνον θόρυβον. διὸ καὶ φιλοθέων ἔνιοι, δειλίαν ἀποκρουσάμενοι πᾶσαν, ἄλλος ἄλλον ἄλλοθι τῆς μονῆς ἀνελόμενοι κατώρυξαν. τὰ δ' ἐπὶ τούτοις ἔστιν ἀκούειν διαρκέστερον ἄλλων διεξιόντων. (IE.) Ἐπεὶ δ' ὁ ἐκ τῆς προτέρας συζύ-
P. 465 γου πρῶτος Ἀποκαύκου υἱὸς ἐπίτροπος ἦν τηνικαῦτα Θεσσαλονί-
V. 376 κης καὶ τὸν τοῦ πατρὸς φόνον ἀκήκοε, τὴν γνώμην εὐθὺς ἐς Καντακουζηνὸν μεταθεῖναι κέκρικε δεῖν, καὶ ἅμα συμφέρειν εἰς ἔργον αὐτῷ τὰ τῆς γνώμης προενεγκεῖν. ὅθεν καὶ τρόπον λοιπὸν ἐζήτει, δι' οὗ Θεσσαλονίκην ἂν αὐτῷ παραδοίη. προσεταιρισά-
μενος οὖν ὁπόσον ἔκκριτον ἦν τῆς Θεσσαλονίκης τὸν Ἀθηναῖον μιμεῖται Πεισίστρατον καὶ τὴν Θεσσαλονικέων χειροῦται ἀκρό-
B πολιν, ἵν' ἐκεῖθεν ὡς ἐξ ὁρμητηρίου τῆς κεφαλῆς κατατρέχων καὶ τὸ πᾶν τῆς πόλεως ἐκ τοῦ ῥᾴστου σῶμα κατάσχῃ. ἀλλ' οὐδὲν τῆς τοιαύτης ἀπώνατο ἐπινοίας. αἱ γὰρ τραγικαὶ κῆρες τοῦ πατρὸς, μᾶλλον ἢ αὐτοῦ, τὰς παρούσας περιφανῶς ἀντέκρουον τύχας. διὸ καὶ δυοῖν ἡμερῶν μεταξὺ κηρύγματος γενομένου δημοτικοῦ, πάντες ἐπεξέθεον κατὰ ποταμοὺς ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, καὶ οὐ πρότερον ἐκεῖθεν ἀπέστησαν, πρὶν τὴν ἀκρόπολιν ἐκπο-

lum a voto aberrarent, sed in similem calamitatem ipsi quoque inciderent. Ea enim imperatricis mandata esse dictitabatur, quae et in mare insepultos illos proiici iussisset, praedae avibus ac piscibus futuros. Veruntamen id perfectum non est, cum populi clamorem et convitia hinc profecta, et surgentem non sine periculo tumultum, quidam ad illius aures retulissent. Quamobrem et homines aliqui religiosi, omni metu excusso, alius alium hac illac per totum monasterium sublatos humavere. Quae vero inde consequuta sunt, ab aliis tradita plenius accipi possunt. (XV.) Interim primus Apocauci ex prima uxore filius, cum Thessalonicae praeesset et violentam patris mortem rescivisset, animum ad Cantacuzenum statim transferendum sibi esse iudicavit; simulque expedire credidit, id quod in animo haberet, re ipsa praestare. Ex eo itaque coepit meditari, qua ratione Thessalonicam illi traditurus foret. Lectissimos igitur quosque Thessalonicensium socios sibi adiungit, et, Atheniensem illum imitatus Pisistratum, arcem urbis invadit, ut capiti incumbens, et inde tanquam ab statione excurrens, ipsum quoque civitatis corpus totum ex facili contineat. Sed nullum consilii huius fructum percepit. Tragica enim patris, potius quam ipsius, fata praesentem fortunam manifeste repellebant. Itaque biduum intra promulgato populari decreto, ad arcem omnes undarum iustar accurrunt; nec prius inde

λιορκῆσαι, καὶ τοὺς ἔνδον πολέμου νόμοις ἀνδραποδίσασθαι, καὶ A. C. 1345
τὸν τοῦ Ἀποκαύκου υἱέα σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ξίφει διαχρησαμέ- Imp. Io. Pa-
νους ἀνὰ πάσας τὰς τῆς πόλεως πλατείας περιενεγκεῖν ἀπηνῶς C
τὰς δυστυχεῖς αὐτῶν κεφαλὰς, εἰς ἔκπληξιν τῶν ὅμοια βου-
λευομένων.

ια'. Ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμε, τὸ τοῦ Βατάτζη δη- D
λαδὴ Ἰωάννου· ὃς καὶ αὐτὸς ἀσήμου γένους ὑπάρχων πλούσιος
ἐξ ἀπογραφικῶν ἐγεγόνει ἐμποριῶν, ἄλλας ἐξ ἄλλων ταχὺ μετιὼν,
καὶ παραλλάττων ἀεὶ τῶν εὐτελεστέρων τὰς μείζους. ἄρτι δὲ καὶ
τὴν τῆς Θεσσαλονίκης ἐπιτροπείαν χρήμασι μακροῖς ὠνησάμενος
πρὸς τῆς βασιλίδος ἐκεῖσε πέμπεται Ἄννης. οὐ μάλα δὲ συχνοῦ
ῥυέντος χρόνου, πρὶν τὴν κερδαίνουσαν πήραν ἐμβριθεστέραν E
ὡς ἐβούλετο διαπράξασθαι, ἐκεῖθεν ἐκβάλλεται, τοῦ Ἀποκαύκου
διάδοχον τὸν υἱὸν ἀποστείλαντος· ὃν τὴν τοῦ δήμου φορὰν πα-
ραυάλωμα ξίφους ἐργασαμένην μικρῷ δεδηλώκαμεν πρότερον.
(Β.) Οὗτος οὖν ὁ Βατάτζης, εἰς αἰσχύνης λόγον τὸ πρᾶγμα θέ-
μενος, καὶ λύπης μεστὸς γεγονὼς, προσερρύη τῷ Καντακου-
ζηνῷ· καὶ ὁρμητήριον τὸ τῆς Θρᾳκικῆς περιστάσεως ἔχων φρού- P. 466
ριον συνεχεῖς ἐκεῖθεν ἐποιεῖτο τὰς ἐκδρομάς· καὶ ἦν ἐς τὰ μά-
λιστα φοβερός τε καὶ ὄλεθρος προφανὴς οἷς ἐπήει καὶ καθ' ὧν
ὡπλίζετο, ἅτε δύναμιν ἔχων συχνὴν ἐξ Ἀσίας, ἣν ἐκ Τροίας ἐζη-
τηκότι πέπομφεν ὁ σατράπης Σουλυμὰν, γαμβρὸς ἐπὶ θυγατρὶ
πρὸ βραχέος αὐτῷ καταστάς. (Γ.) Ἕως μὲν οὖν Ἀπόκαυκος ἔζη,
θερμὸς ἦν καὶ μάλα τοι σφόδρα Βυζαντίοις λυπηρὸς ὁ Βατάτζης, B

18. Τεριστάσεως coni. Ducang. 24. Θερμῶς coni. Boiv.

absistunt, quam et arcem expugnent, et eorum, qui intus sint, belli iure potiantur. Demum Apocauci filio, cum iis quos secum habebat, trucidato, per omnes urbis plateas crudeliter circumferunt infelicia caesorum capita ad eos territandos, qui similia moliantur.

11. Sed me illud paene fugit, quod de Ioanne Batatze narrandum erat: qui et ipse cum ignobilis genere esset, dives ex apographicis negotiationibus evaserat, alias ex aliis subinde suscipiendo, et ab humilioribus ad maiores semper transeundo. Novissime ipsius Thessalonicae praefecturam magna pecuniae vi redemerat, atque illuc ab imperatrice Anna missus fuerat. Nec longo post tempore elapso, cum quaestuosam peram nondum ut volebat gravidam effecisset, inde erat eiectus, subrogante Apocauco filium suum; quem et ipsum impetus plebis, ut paulo ante diximus, ferro absumpsit. (II.) Id Batatzes probrosum sibi duxerat, et dolore percitus ad Cantacuzenum desciverat; tum pro perfugio habens ditionis Thracicae castellum, continuis inde excursionibus factis, maxime metuendus evaserat. Nam quos armis aggrediebatur, iis certam perniciem afferebat, magnis ex Asia viribus adiutus; quas petenti ipsi ab urbe Troia mittebat Solymannus satrapa, cum quo ille paulo ante, data in matrimonium filia, affinitatem iunxerat. (III.) Quamdiu itaque vixit Apocaucus, acerrimus hostis ac permolestus Byzan-

A. M. 6853 Ind. 13 διὰ τὸν τοῦ Ἀποκαύκου παῖδα δηλαδὴ καὶ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς ἐπιτροπῆς ἀπεχθῶς διακείμενος πρὸς αὐτόν. ἐπεὶ δ' Ἀπόκαυκος μὲν ἐξ ἀνθρώπων ἦν, ἀγώνισμα ξίφους γενόμενος, καὶ ἔδει Βυζαντίοις ἀνδρὸς θερμοτέρου καὶ δραστήριον ἐπιεικῶς ἔχοντος φρόνημα, γράμματα ἐφοίτα συχνὰ πρὸς τῆς βασιλίδος Ἄννης
V. 377 αὐτῷ, μακρῶν δωρεῶν καὶ ἀξιωμάτων ἐπαγγελίας κομίζοντα, εἰ
C βούλοιτο διάδοχος ἐλθὼν καταστῆναι καὶ βουλῆς καὶ τρόπων καὶ δόλων Καντακουζηνοῦ. ταῦτα τὴν ἐκείνου διάνοιαν ἔθρυνσε, καὶ τὴν γνώμην μετήνεγκεν· καὶ τοῦ καιροῦ καθάπερ ὀστράκου μεταπεσόντος, πλείω τὴν συμμαχίδα δύναμιν ἐκ Περσῶν μετεπέμπετο· καὶ συχνὰ κατατρέχων ἐδῄου καὶ ἔκαε τὰς τῷ Καντακουζηνῷ προσερρυηκυίας χώρας καὶ πόλεις, καὶ τὰ τῶν Βυζαντίων ἔπειθε ῥᾷστα φρονεῖν, τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην διαδιδράσκειν
D ἐθέλοντας. (Δ.) Ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς τῆς τοιαύτης ὤνατο σπουδῆς. ἐπεὶ γὰρ ὁ Καντακουζηνὸς τὴν διαστροφὴν καὶ μετάθεσιν τῆς τοῦ Βατάτζη διακήκοε γνώμης, τάχιστα συνέστειλεν εἰς τὰ φρούρια πάντας καρποὺς ὁμοῦ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς βοσκήμασιν, ἐπειπὼν, ὡς εὑρήσει τὰς τῆς ἐπιορκίας ἐκτίσεις πρὸς τοῦ ἐπιορκουμένου θεοῦ· ὡς ἐντεῦθεν ἐλθόντα μετὰ τῆς Περσικῆς δυνάμεως Βατάτζην ἐρήμοις τε ἐντυγχάνειν οἰκητόρων ταῖς χώραις
E καὶ ταῖς πόαις ἄνευ βοσκημάτων, καὶ λιμῷ διὰ ταῦτα πιεζομένους ἐπάγεσθαι Πέρσας. ταῦτα παρὰ τὰς ἐπαγγελίας καὶ τὰς ἐμβριθεῖς ἐκείνας ἐλπίδας θεασαμένοις τοῖς βαρβάροις ἀχθε-

8. Post δόλων Boiv. excidisse putat τοῦ Ἀποκαύκου κατὰ τοῦ.

5. Cantacuzenus vero, abiecta pacis inde habendae spe, alia coepit et consilia et facta animo designare. Ac primo quidem cum accelerasset, Selybriam in deditionem accepit; in qua et turrim, tutandae arcis causa, munitissimam exstruxit. Deinde Orestiadem profectus, convocatisque Thraciae episcopis, et iis omnibus, qui Byzantio egressi apud ipsum exules aderant, imperatorium capiti diadema imponit, recepto iam inde antiquitus principum more, ministro illius celebrationis Hierosolymorum patriarcha. Forte enim et ipse tunc cum iis, qui Byzantio exulabant, illic aderat. Ex eo enixius incubuit ad capiendum clandestinis molitionibus et insidiis Byzantium. (II.) Quamobrem et Bithyniae satrapam Hyrcanum cum ad imperatricis Annae dona et promissa maxima animo inclinantem videret, simulque intelligeret, posse eum, quaecunque ipse adversus Byzantios esset conaturus, maxime labefactare, quod is et proximus esset vicinus, et potentia Persicos iam illius temporis satrapas anteiret, necesse esse sibi duxit

Μαρίᾳ, πάλαι τοῦτο ζητοῦντα σὺν σφοδρῷ καὶ φλέγοντι τῷ πάθῳ, καὶ πρὸς τοὺς ἐσχάτους ἐλάσαι κινδύνους, εἰ μὴ τῆς ἐρωμένης ἐπιτυχὴς γένοιτο, σφοδρῶς ἀπειλοῦντα. οὐ γὰρ ἦν που τῶν εἰκότων, ὡς ποῤῥωτάτω που διαιτώμενον, πάνυ τοι νέας οὔσης καὶ εὐπροσώπου τῆς κόρης καὶ γένους εὐδαίμονος, ἐραστὴν ἐκμόνης γενέσθαι τῆς ἀκοῆς, ἄνδρα παρηβηκότα καὶ βάρβαρον. κἀπειδὴ τοὺς περὶ ψυχῆς ἑώρα τὸν Καντακουζηνὸν ἀγῶνας τέως σταδιοδρομοῦντα, καιρὸν ἔχειν ᾠήθη, κραταιότερον ἐπιθέσθαι τῇ ζητήσει. διὸ καὶ νῦν μὲν ταῖς τῆς συμμαχίας ὑποσαίνων ἐλπίσι, νῦν δὲ ταῖς ἀπειλαῖς περιδεᾶ καθιστῶν (ἦν γὰρ εἰς πλοῦτον ἐληλακὼς βαθὺν καὶ σφόδρα πολυτελῆ, καὶ μεγάλην ἔχων ἀρχὴν ἐν Ἀσίᾳ, καὶ πολλὴν περιβεβλημένος δύναμιν ὅπλων καὶ στρατῶν Περσικῶν) οὐκ εἰς μακράν γε ἐτετυχήκει τοῦ ποθουμένου, καὶ τὰς τῆς βασιλίδος Ἄννης σπονδὰς εὐθὺς ἀπείπατο. καὶ ἦν ἐντεῦθεν φοβερός τις καὶ ἄμαχος Καντακουζηνός. (Γ.) Ἀχθεσθεῖσά γε μὴν ἡ βασιλὶς Ἄννα τῷ γεγονότι καὶ ἀπογνοῦσα τῶν ἐκεῖθεν ἐλπίδων ἐφ' ἑτέρας ἐτρέπετο· καὶ δῶρα τὴν ταχίστην δαψιλέστερα πέμψασα τοῖς περὶ Φιλαδελφίαν σατράπαις Κᾶρας καὶ Λυδοὺς συνήθροισε, καὶ Ἴωνας, καὶ ὅσοι τῶν ἱππέων ἦσαν ἐκεῖθεν ἐπίλεκτοι Περσῶν. καὶ τὸ ἔαρ ἐν τούτοις ἐτελεύτα. (Δ.) Ἄρτι δὲ τοῦ ἡλίου τὰς θερινὰς ποιουμένου τροπὰς, τὸν Ἑλλήσποντον ἡ Περσικὴ διαπεραιωσαμένη δύναμις αὕτη, εἰς ἓξ χιλιάδας ἔγγιστά που τὸν ἀριθμὸν ἀναφέρουσα, λείαν Μυσῶν τὰ ἐκεῖθεν ἄχρι καὶ ἐς Βυζάντιον ἐπιπορευομένη πάντα πεποίηται, μη-

A. C. 1346 Imp. Io. Palaeol. 5 D E P. 479 V. 387 A. C. 1346 Imp. Io. Palaeol. 6 B

eum generum adsumere, Maria filia in matrimonium ei data, id iampridem vehementer cupienti et ardentissime optanti, et nisi virgine amata potiretur, extrema pericula illaturum se atrociter minitanti. Nec enim par erat, eum, qui tam procul degeret, tenerae admodum venustaeque et natalibus clarae virginis amatorem esse ex sola auditione, virum barbarum et aetate provectum. Cum itaque Cantacuzenum videret in certamen vitae tum descendentem, adesse sibi tempus existimavit incumbendi vehementius petitioni. Nunc igitur auxiliorum spe demulcens, nunc terrificans minis (etenim ad summas opes emerserat, et imperium longe florentissimum maximumque in Asia habebat, magna armorum exercituumque Persicorum copia circumseptus) voti compos brevi factus est, statimque Annae imperatrici societatem renunciavit. Metuendus inde ac praevalens esse coepit Cantacuzenus. (III.) At imperatrix Anna, cum id quod actum erat aegre ferret, et quidquid spei inde affulserat abiecisset, alio se convertit, et muneribus quamprimum ad eos satrapas, qui apud Philadelphiam versabantur, pinguioribus missis, Caras, Lydos et Ionas convocavit, et quidquid lectorum ibi equitum Persarum esset. Atque interea ver effluxit. (IV.) Sole autem recens ab aestivo solstitio sese convertente, Persicae illae vires, quae sex ferme hominum millibus constabant, traiecto Hellesponto, Mysorum praedam omnia inde Byzantium usque pervadendo effecere, nullo discrimine, utriuscunque

A. M. 6854 Ind. 14 δὲν διακρίνουσα, ὁποτέρας εἴη τὰ ἐν ποσὶν αὐθεντίας· ἀλλ' ὁμοῦ πάντα κέρδους ἕνεκα λογιζομένη χρήματα. ἐπεὶ δὲ ξύν γε τῷ πάντ' C ἀριθμὸν ὑπερβαίνοντι πλήθει τῶν αἰχμαλώτων καὶ τῶν λαφύρων ἐκείνων πρὸ τῶν τοῦ Βυζαντίου τειχῶν ἰόντες ηὐλίσαντο, πολλῆς τῆς δεξιώσεως καὶ φιλοφροσύνης ἠξίωνται πρὸς τῆς βασιλίδος Ἄννης, μηδαμῇ τῶν πρασσομένων αἰσθάνεσθαι βουλομένης, μηδ' οἶκτον γοῦν τινα βραχὺν λαμβανούσης ὁπωσοῦν τοῦ μεγάλου πάθους ἐκείνου καὶ τῆς κοινῆς τῶν αἰχμαλώτων κραυγῆς, D ἣ μέχρι τῶν αἰθερίων ἀψίδων ἀναφερομένη μικροῦ πᾶσαν ἐξέπληττεν ἀκοὴν Βυζαντίων καὶ πάντας ἠνάγκαζεν ὀφθαλμοὺς ἀφιέναι δακρύων πηγάς· καὶ μάλισθ' ὅτε δίκην ὁρμαθῶν ἀλύσεσι δεδεμένους ἐκ τῶν τραχήλων κομίζοντες τοὺς ἀθλίους οἱ βάρβαροι παρὰ τὰς τῆς πόλεως πύλας συχναῖς ταῖς μάστιξιν ἔπαιον, ἔπληττον, ἐτίτρωσκον, πολυταλάντου πράσεως ἕνεκα. ἐφ' οἷς ἀμείλικτος ἔμενε τὸ παράπαν αὐτὴ, καὶ ὥσπερ ἐπεντρυφῶσα τοῖς E γινομένοις. ἅτε γὰρ οἶμαι ἀλλόφυλος οὖσα, καὶ ἅμα τὴν τῆς γνώμης ἕξιν σκληροτέραν ἐκ φύσεως ἐσχηκυῖα, πᾶσιν ὁμοίως ἠχθετο Ῥωμαίοις καὶ κατὰ πάσης ἄρδην ἐχώρει τύχης. (E.) Ἐπεὶ δ' ἐκείνων ζητούντων τοὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἄξοντας, καὶ ἡγεμόνας ἑσομένους τῆς ὁδοῦ καὶ τῆς μάχης, στρατιώτας Ῥωμαίων πολλή τις ἦν ἀπορία καὶ σπάνις, καὶ οὐδ' εἰς τὴν τοῦ Βυζαντίου F φρουρὰν ἀρκέσειν ᾤοντο τοὺς ἐν ὅπλοις τηνικαῦτα παρόντας, ἀναστρέψαντες πάντα τε ἐδῄωσαν τὰ τοῦ Βυζαντίου προάστεια

8. καὶ add. Boiv. 21. οὐδ' εἰς em. Boiv. pro οὐδείς.

ditionis essent ea, quae occurrebant, et eandem omnium lucri faciendi causa rationem habentes. Postquam autem omni numero maiorem captivorum et manubiarum vim secum trahentes pro muris Byzantinis consedere, ab imperatrice Anna humanissime et perbenigne excepti sunt, nolente scilicet eorum quae gerebantur sensum ullum accipere, ac ne minimam quidem misericordiam capiente magnae illius cladis et communis captivorum vociferationis, quae ad caeli usque convexa ferebatur et omnium ferme Byzantiorum aures feriebat, omnesque oculos cogebat lacrymarum fontibus scaturire; tum maxime quum catenis tanquam monilibus obtorto collo, miseros barbari ad urbis portas deducerent, et verberibus crebris ferirent, caederent, vulnerarent, ut grandi deinde pecunia eos venundarent. Haec inter omnino illa immisericors manebat, et iis, quae fierent, tanquam deliciis frui videbatur. Nimirum peregrina cum esset, simulque animum a natura accepisset indolis durioris, omnibus pariter infensa erat Romanis, et in quoslibet, cuiuscunque conditionis essent, grassabatur. (V.) Sed cum illi Romanos milites dari sibi peterent, qui adversus hostes praecituri viaeque et pugnae duces exstituri forent, et horum magna quaedam esset penuria atque paucitas, ac ne ad Byzantium quidem tutandum satis futuri esse viderentur ii, qui tum in armis erant, conversi retro omnia Selybriam usque By-

μέχρι Σηλυβρίας, κἀκεῖ σπεισάμενοι τῷ Καντακουζηνῷ καὶ δῶρα A. C. 1346
πρὸς ἐκείνου λαβόντες, ὁπόσα εἰκὸς, διεπεραιώθησαν οἴκαδε, Imp. Io. Palaeol. 6
μήτε μηδὲν ὧν χάριν ἐκλήθησαν καὶ πᾶν τοὐναντίον δράσαντες. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον. (ς'.) Πρό γε μὴν τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου, κατ' αὐτὰς τοῦ Ὡρίωνος τὰς ἐπιτολὰς, ἤρξατο P. 480
φαίνεσθαι Ξιφίας ἐν οὐρανῷ, περὶ τὴν κεφαλὴν τῆς Ἑλίκης τὰ πρῶτα· ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸν ζωδιακὸν ὁσημέραι ποιούμενος τὴν πορείαν ἦκε περὶ τὰ τέλη τοῦ λέοντος, ὅπη καὶ τὰς ἡλίου πορείας ἔτυχε τηνικαῦτα γίγνεσθαι, κἀκεῖ διελύθη. καὶ εἶναι Ῥωμαίων καὶ τοῦτο τοῖς πράγμασιν ἔδοξεν ἥκιστα πάνυ χρηστὸς οἰωνός.

ς'. Τοῖς δ' ἐκ Γεννούας ὑπὸ Τούζου τοῦ νέου δουκὸς ἐξω- V. 388
σθεῖσιν ἐκείνοις Λατίνοις διὰ τὸ τοῦ τρόπου τυραννικώτερον, B
ὡς εἰρήκειμεν, ἐπειδὴ πλούτῳ καὶ δόξῃ τῶν πολλῶν διαφέρειν ἐνῆν, ἄδοξόν τι καὶ ἀγεννὲς ἐδόκει, πλανήτην ἐπὶ μακρὸν οὕτωσὶ βίον τρίβειν ἀπόλιδάς τε καὶ ἀνεστίους. ὅθεν τριήρεις κατασκευάσαντες ἐγγύς που τριάκοντα ἐς Χίον τὴν νῆσον ἐξαίφνης κατέπλευσαν, μηδαμῇ τῶν Χίων τὸν τοιοῦτον προεγνωκότων ἐπίπλουν. ἦ γὰρ ἂν ἐς τὸ δαψιλέστερον ἐσκομισάμενοι τἀπιτήδεια C
δυσάλωτοί πως ἢ μᾶλλον ἀνάλωτοι τὸ παράπαν ὄντες ἐτύγχανον. δῆλον δέ· καὶ γὰρ ἕως τὰ προστυχόντα σφίσιν ἐνῆν εἰς ἀποτροπὴν τοῦ λιμοῦ, θαῤῥαλεώτερον τοῖς πολεμίοις ἀνθίσταντο, καὶ συχνὰ τῶν πυλῶν ἐπεκθέοντες συχνοὺς τῶν Λατίνων ἐτίτρωσκόν τε καὶ ἔκτεινον. (Β.) Τῆς δὲ πολιορκίας ἐκτεινομένης

zantii suburbia vastavere: atque ibi pace cum Cantacuzeno facta, muneribusque ab eo, quae et quot par erat, acceptis, domum traiecere, nihil eorum, quorum causa arcessiti erant, sed alia plane exsequuti. Et haec quidem in hunc modum gesta sunt. (VI.) Anno superiore, in ipso Orionis ortu, coeperat cometes ensis specie in caelo apparere, circa Helices caput primo, atque inde ad Zodiacum quotidie iter flectere, donec ad Leonis postremam partem accederet, ubi et sol ipse tum versabatur, ibique evanesceret. Et esse illud quoque visum est minime faustum rei Romanae augurium.

6. Interim ii Latini, qui Tuzi illius novi Ducis edicto Genua exacti fuerant, eo quod tyrannico essent (ut diximus) ingenio, cum et opibus et dignitate multum a vulgo distarent, indecorum et ignavi animi esse duxere, vitam errabundam tamdiu trahere, urbe et domo carentes. Instructis itaque triginta ferme triremibus, ad insulam Chium repente appulerunt. Neque huius classis accessum Chii ullo modo praesensere. Alioqui rerum necessariarum uberiori copia in urbem invecta, expugnatu difficiles, aut potius omnino hostibus inexpugnabiles exstitissent. Nec dubium. Etenim quamdiu ad pellendam famem ea habuere, quae fors obtulisset, hosti confidentius resistebant, crebrisque extra portas eruptionibus factis, multos Latinorum et vulnerabant et occidebant. (II.) At cum obsidio terra pariter et mari in

A. M. 6854 Ind. 14 διὰ γῆς καὶ θαλάττης, καὶ πάσης ἐντεῦθεν ἀποκλεισθείσης ἔξω-
D θεν σιτοπομπίας καὶ πάσης ὅπλων ἐπικουρίας, τά τε χρειώδη πάντα ἐπέλιπε καὶ ὁ λιμὸς ὑφέρπων ἐντὸς ἠνδραποδίζετό τε καὶ ψυχὰς ὁμοῦ τοῖς σώμασιν ἐδαπάνα, μαστίζων τε καὶ περιελαύνων ἐς τὸ ἀμήχανον. ὅθεν ἀπογνόντες οἱ Χῖοι παρέδοσαν ἑαυτοὺς ὑποσπόνδους τοῖς πολεμίοις. τοῦ δὴ τοιούτου δυστυχή-
E ματος ἔργον καὶ Φωκαεῖς, οἱ πρὸς τῇ παραλίᾳ τῆς Ἰωνίας οἰκοῦντες, γεγένηνται, καταπλευσάντων σφίσι τῶν πολεμίων εὐθὺς μετὰ τὴν τῶν Χίων ἅλωσιν. καὶ τὸ θέρος ἐν τούτοις ἐτελεύτα.

A. M. 6855 Ind. 15 (Γ.) Φθινοπώρου δ' ἐπιγενομένου βασιλικὰς τριήρεις κατα-
σκευασάμενος ὁ Φακεωλάτος εἰς ἐκδίκησιν δῆθεν τῶν Χίων ἐξέ-
P. 481 πλευσε, τῶν πάνυ μὲν πλουσίων ὑπάρχων, τύχης δ' οὖν οὐκ ἐνδόξου, ἀλλ' ὁποίας καὶ πρὶν ὁ Ἀπόκαυκος· δραστήριος δ' ὅμως, καὶ δεινὸς ὁμιλῆσαι ποικίλοις πράγμασιν. ἐπεὶ τοίνυν παραπλέων τὸν τοῦ Αἰγαίου αὐχένα τριήρους μιᾶς ἀναγομένης πολεμίας ἐπιτυχὼν, καὶ ἅμα μεγίστης ὁλκάδος ὁμοεθνοῦς, πρὸ τοῦ Τενεδίου λιμένος ἐπ' ἀγκυρῶν σαλευούσης, ὁπλισάμενος διεναυμά-
B χησέ τε καὶ εἷλεν ἄμφω, πολλοὺς μὲν τῶν πολεμίων ἐν τῇ ναυμαχίᾳ κτείνας, ἔστι δ' οὓς καὶ αὐτὸς τῶν οἰκείων ἀποβαλών· τοῦτ' αἰσχύνην τε καὶ ζημίαν σφῶν αὐτῶν οἱ ἐν τοῖς Γαλάτου νομίσαντες ἐπέσχον τὴν ἐκεῖθεν ἐς Βυζάντιον σιτοπομπίαν εὐθὺς, οὐκ ἄλλοθέν ποθεν οὖσαν τὴν τοιάνδε τοῖς Βυζαντίοις ἐμπορίαν εἰδότες, ἢ παρὰ σφίσι κεῖσθαι, εὖ τε ἔχειν τοῦ ζῆν καὶ λιμῷ διακινδυνεύειν τεθνάναι. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπὶ τούτοις καὶ ἕτερα

longius traheretur, omnisque inde spes interclusa esset externorum commeatuum et cuiuscunque armorum auxilii; eos necessaria quaeque deficiebant; obrepensque intus fames grassabatur, animasque et corpora simul flagellando atque ad extremam inopiam redigendo absumebat. Omni itaque spe abiecta, dedunt se hostibus Chii ex pactione. Sed et Phocaeenses, maritimam Ioniae oram accolentes, in eandem calamitatem inciderunt, hostium classe post Chium captam ad eos statim appulsa. Haec dum gererentur, aestas effluxit. (III.) Insequuto autumno, imperatoriis triremibus instructis, Phaceolatus Chios ulturus in altum defertur: vir admodum dives, non tamen illustris; eiusdem videlicet conditionis, cuius antea Apocaucus: at idem strenuus, et quibuscunque negotiis tractandis natus. Hic Aegaei maris fauces praetervectus solventem e portu offendit unam ex hostilibus triremibus; item maximam ex eadem gente navim onerariam, ante Tenedium portum iactis ancoris fluctuantem. Arma arripit: navale praelium conserit; et multis hostium occisis, nonnullis etiam suorum amissis, utramque comprehendit. Id sibi probro simul et damno esse arbitrati Galataei statim ab frumento Byzantium advehendo abstinent, haud ignari non aliunde Byzantiis istiusmodi mercem advenire; sed penes se esse, ut aut illi facilem victum pararent, aut fame mori periclitarentur. Quin et alia insuper

προσενεγκεῖν ἠπείλουν δεινά. ὧν οὐ φέρειν τὸ βίαιον οἱ Βυζάν- A. C. 1346
τιοι δυνάμενοι τάς τε ναῦς ἐπηγγείλαντο ἀποδοῦναι καὶ πᾶσαν Imp. Io. Pa-
συνεκτῖσαι ζημίαν, ὁπόσα τῶν πραγμάτων ἔν τε τῇ ναυμαχίᾳ καὶ C
μετὰ τὴν ναυμαχίαν ἐστέρηνται. καὶ ἐπὶ τούτοις αἱ τοιαῦται προῦ- V. 389
βησαν σπονδαί. (Δ.) Ἦν δ' ὅμως περιδεὴς ὁ Φακεωλάτος, καὶ
φόβοις μάλα συνισχημένος μακροῖς, ἀπειλὰς κατ' αὐτοῦ διακη-
ρυττόντων συχνὰ τῶν Λατίνων τὰς παλαμναιοτάτας· ὡς ἀναγ-
καασθέντα φρουρὰν περὶ αὐτὸν ἔχειν ὁπλιτικὴν, ὁπότε τῆς οἰκίας D
ἐξιέναι βούλοιτο, καὶ ὁπόσους καὶ ὅποι τοὺς περιπάτους ποιοῖτο.
καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον· καὶ τὸ φθινόπωρον ἐν
τούτοις ἐτελεύτα.

ζ'. Ἠρεμεῖν δ' οὐκ ἐνῆν οὐδαμῇ τῆς ὀργῆς ἐκείνης τὴν βασι- E
λίδα, οὐδ' ὀψὲ τοῦ χρόνου μαλάττειν ὁπωστιοῦν καὶ σβεννύειν
τὴν φλόγα, ἣν ἡ τοῦ πατριάρχου βουλὴ πρὸς τὴν ἐκείνης ἀνῆψε
ψυχὴν, παραινοῦντος καὶ πείθειν (ὡς εἴρηται πρὸ βραχέος) ἐπι-
χειροῦντος, σπείσασθαι Καντακουζηνῷ, καὶ βεβαίαν εἰρήνην
συνθέσθαι, πρὶν ἐς ἐσχατιὰς ὀλέθρου τὰ Ῥωμαίων ἐληλυθέναι P. 482
πράγματα, ἐκείνου μὲν ἐπιεικῶς αὐξομένου, ἡμῶν δ' ὑποῤῥεόν-
των ἡσυχῇ καὶ μαραινομένων ἀεὶ, καὶ ἐς τὸ μὴ εἶναι κινδυνευόν-
των ἄρδην χωρεῖν. ταύτῃ τοι καὶ μελέτας ἤθροιζεν ἐν τῇ ψυχῇ
συχνὰς ἐπὶ συχνὰς, καὶ ἄλλας δήπουθεν ἐπ' ἄλλας, περὶ τοῦ
πῶς καὶ τίνι τρόπῳ ῥᾷστα καθελεῖ τοῦ θρόνου τὸν πατριάρχην·
καὶ ἦν οὐδεμίαν τῶν ἄλλων εὑρεῖν ἀνυσιμωτέραν, ἢ τοὺς περὶ

20. τοι Boiv. pro τί.

gravia minabantur. Quae cum atrociora essent, quam ut ferre possent Byzantii, idcirco naves se iis reddituros promisere, damnumque omne dissoluturos, quodcunque illi sive in praelio sive post praelium passi fuissent. His conditionibus in concordiam reditum est. (IV.) Erat tamen Phaceolatus multum anxius, et gravissimo metu tenebatur, dirissima quaeque ei Latinis identidem denunciantibus; ita ut ille praesidii causa milites circa se habere cogeretur, quandocunque domo vellet exire, quotiesque et quacunque ambularet. Et haec quidem ita se habuerunt: atque in his exiit autumnus.

7. At imperatricis ira nunquam quiescebat, nec leniebatur ullo modo aut tandem aliquando exstinguebatur flamma illa, quam eius animo subdiderat consilium a patriarcha datum; qui, ut modo diximus, monuerat et persuadere illi conatus erat, ut cum Cantacuzeno rediret in gratiam, ac pacem firmam faceret, antequam rei Romanae salus in extremum adduceretur, illo quidem multum invalescente, nobis autem sensim dilabentibus, et quotidie fatiscentibus magis, et ad nihilum prorsus redigi periclitantibus. Ea propter novas illa subinde artes animo versare, alia atque alia agitare consilia, anceps quo pacto et qua ratione patriarcham pontificali sede deiicere facillime posset. Nihil porro ex omnibus efficacius ei occurrebat, quam si

A. M. 6855 Ind. 15 τὸν Παλαμᾶν οἰκειώσασθαί τε καὶ σφᾶς κατ' ἐκείνου λαμπρῶς
B ἐς τὸ κρατιώτερον ἀνθοπλίσαι, πολλὴν ἐκ πολλοῦ κατ' ἐκείνου τρέφοντας ἐν τῇ ψυχῇ τὴν βλάπτουσαν ὁρμὴν διὰ τὴν τοῦ τόμου κατάλυσιν. (Β.) Ἐπεὶ δ' ἔτυχεν ἐν μιᾷ τῶν ἐντὸς βασιλείων εἱρκτῇ δέσμιον ἐκ πολλοῦ κατέχουσα Παλαμᾶν, ὡς μὲν ἔμοιγε οἴεσθαι ἦν, διὰ τὴν ἐς Καντακουζηνὸν ἐκείνου φιλίαν· ὡς δὲ τὰ πρὸς ἐκείνης ἅμα καὶ τοῦ υἱέως ἐδήλου πεμφθέντα βασιλικῶς
C ἐνσεσημασμένα γράμματα πρὸς τοὺς ἐν τῷ Ἄθῳ τῷ ὄρει μονάζοντας ἄνδρας, διὰ τὴν τῶν δογμάτων καινοτομίαν, ἣν ἐς τὴν τοῦ θεοῦ παρεισενεγκὼν αὐτὸς ἐκκλησίαν κυκεῶνος καὶ ζάλης ἐπλήρωσε ταύτην μακροῦ· πρὸς ἅπαν ἤδη τὴν γνώμην περιφανῶς μετήνεγκε τὸ ἀντίπαλον, καὶ συνεργῷ κατὰ τοῦ πατριάρχου κέχρηται τούτῳ, καὶ πᾶσαν εὐμένειαν τούτῳ χαρίζεται, τήν τε περὶ τὰ δόγματα γνώμην ἐκείνου κυροῦσα καὶ ταῖς ἐκείνου λαμ-
D πρῶς ἀγομένη βουλαῖς, καθάπερ ὁλκάδος ἱστίον, ὁπότε βίαιός τις καὶ ῥαγδαῖος ἀνέμου καταῤῥεύσειε δρόμος, ἄνωθέν ποθεν ἐξ
V. 390 ἀρκτικῶν ἀκροτήτων καταῤῥαγείς. (Γ.) Διόπερ, ὥσπερ πύλης πόλεως ἀνεῳγυίας ἤδη τοῖς πολεμίοις περιφανῶς, δογμάτων καὶ νόμων ἀνέδην εἰσεχέοντο κλύδωνες, καὶ παῤῥησίαν αὖθις εἶχον εἰσαγωγαὶ καινοφωνιῶν, καὶ θόρυβος ἀνὰ πᾶσαν ἐφοίτα τὴν πό-
E λιν, ἀντιφθεγγομένων ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων, καὶ ὅσοι βαθείας διὰ φρενὸς ἐκαρποῦντο τὰς τῆς σοφίας αὔλακας. καὶ μάχαι διὰ ταῦτα καὶ ἔριδες ἀνεφύοντο συνεχεῖς κατ' ἀλλήλων καὶ δι' ἀλλήλων· καὶ ἡ ὑπερηφανία τῆς κακίας ἐπὶ μέγιστον ὕψους

sibi Palamae sectatores adiungeret, eosque adversus patriarcham maiori robore palam armaret, multam iampridem in eum alentes animo malevolentiam propter Tomi sui damnationem. (II.) Cum igitur Palamam vinctum in quodam palatii carcere teneret iamdudum, eo quod, ut mihi quidem videbatur, studiosus esset ille Cantacuzeni; ut autem eae litterae declarant, quae, sigillo imperatorio munitae, ab ea et eius filio ad montis Atho monachos missae sunt propter nova dogmata, quae ille in Dei ecclesiam invexerat, turbarum exinde plenam tempestatumque maximarum; animum aperte statim transtulit ad contrariam omnino sententiam, eoque adversus patriarcham adiutore usa est, et omnem ipsi favorem indulsit; ita ut et eius de theologia opiniones confirmaret, et ipsius consiliis palam regeretur; tanquam velum in navi, cum ab extrema Arcto ventus alicunde erumpens violentus rapidusque incurrit. (III.) Itaque, quasi urbis porta nunc demum hostibus publice patefacta, insani dogmatum et institutorum fluctus effuse irrumpebant, et impunitatem rursum habebant nova opinionum commenta; ac totam urbem tumultus pervagabatur, reclamantibus episcopis et sacerdotibus, et quicunque sapientiam animo altius infixam fruebantur; pugnaeque inde et continuae altercationes ultro citroque exoriebantur: improbita-

ἀνῆγε τὴν κεφαλήν. (Δ.) Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, πολλὰ A. C. 1347
περὶ τῆς ἐμῆς σιωπῆς ἡ βασιλὶς ὑπῆρχεν ἀμφισβητοῦσα, καὶ τῆς Imp. Io. Palaeol. 6
ἐμῆς διὰ μελέτης ἐποιεῖτο πειρᾶσθαι γνώμης. καί με καὶ μὴ βουλόμενον αὖθις κριτὴν προσκαλεῖται, καὶ οἷόν τινα γνώμονα τῶν F
αὐτῆς τε καὶ τοῦ πατριάρχου περὶ τοῦ Παλαμᾶ φιλονεικιῶν· δυοῖν
ἐν νῷ ἔχουσα θάτερον πεπραχέναι· εἰ μὲν γὰρ ὁμόφρων ἐκείνῃ
κατὰ τοῦ πατριάρχου γενοίμην, ἵλεώ τε ταύτης τυχεῖν καὶ βασιλικῶν ἀπολελαυκέναι χαρίτων, μακρὸν τὸ φιλότιμον κεκτημένων· εἰ δ' οὖν, ἀνανεώσασθαι νῦν καὶ τὴν τῷ χρόνῳ παρερρυηκυῖαν ἤδη διὰ τὸν Γαλάτην ἐκεῖνον μῆνιν· ἣν πάλαι καθάπερ P. 433
βωμὸν ἐγκαθιδρύσασα τοῖς τῆς ψυχῆς συνετήρει θαλάμοις, καὶ
πάνθ' ὁμοῦ τὰ χαλεπώτατα καθ' ἡμῶν δεδρακέναι. (Β.) Προσεληλυθότας οὖν καὶ καθίσαντας προσειποῦσα καὶ ἁπαλωτέροις τὰ
πρῶτα πρὸς ἡμᾶς χρησαμένη τοῖς λόγοις τὰς τοῦ Παλαμᾶ προκόμιζε καινοφωνίας. καὶ ἐπειδὴ πειθομένους οὐχ εὕρισκεν, ἀλλ' B
ἰσχυρῶς τῶν πατρίων ἀντεχομένους ὅρων καὶ νόμων, καὶ ὅσα
τῶν συνοδικῶν εἰσι παραδόσεων ἔγγραφα παραγγέλματα, καὶ ἅμα
κἀκεῖνα τοῦ θείου προφέροντας Παύλου· εἴ τις εὐαγγελίζοιτο (λέγοντος) ὑπερόρια τῆς ἐκείνου διδασκαλίας, εἶναι ἀνάθεμα, κἂν
ἢ τῶν οὐρανίων τις ἀγγέλων· μηδὲ γὰρ εἶναι πρὸς ἡμῶν, ἄλλο
τι θεοῦ προτιμᾶν· (παραπλήσιον γὰρ ἂν εἴη τοῦτο, ὥσπερ ἂν εἴ
τις τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τὴν δεξιὰν ἀποκόπτειν ἐβούλετο·) ἀλλὰ πάντα
κάτω ῥιπτοῦντας πρὸς αὐτὸν μόνον βλέπειν· ἀγριαίνουσα ἤδη C

tis autem insolentia caput altius erectum attollebat. (IV.) Haec cum ita se haberent, multam silentium meum imperatrici dubitationem afferebat, eratque illi propositum, ut quid sentirem exploraret. Quamobrem me, tametsi nollem, denuo arcessit, ut in iis litibus, quas de Palama cum patriarcha habebat, iudex essem et quasi norma quaedam: duorum illa alterum facere in animo habens; si quidem adversus patriarcham cum illa conspirarem, tum ut ego propitiam ipsam experirer, et imperatoriis beneficiis cumularer perquam honorificis; sin minus, ut propter Gallum illum in me olim concepta ira, et temporis lapsu iam obsoleta, hodie suscitaretur; quam illa iampridem, velut aram animi penetralibus infixam, religiose servabat; omni denique in me acerbitatis genere saeviretur. (V.) Praesentem itaque sedentemque alloquuta me, et mollioribus verbis initio mecum usa, novas illas Palamae opiniones protulit. Mox ubi repugnantes nos offendit, et maiorum praescriptis institutisque pertinaciter inhaerentes, iisque omnibus praeceptis, quae synodis tradita essent et scripta exstarent, simulque illa Divi Pauli verba proferentes, iubentis eum anathema esse, qui praeterquam ipse docuisset, evangelizaturus foret, etiamsi caelestium Angelorum unus is esset; nec enim officii nostri esse, aliud quidquam Deo anteferre; perinde quippe illud sit, ac si quis sinistra manu dextram amputare cupiat; sed omnibus infra habitis, in eum solum intueri oportere: tum vero illa in me

A. M. 6855 καθ' ἡμῶν ἐωρᾶτο, καὶ πολὺν ὠδίνουσα τὸν θυμὸν, καὶ μά-
Ind. 15 λισθ' ὅτι καὶ τοὺς παρακαθημένους ὑπηχοῦντας εἶχε καὶ σφό-
δρα ἐπικροτοῦντας κολακικώτερον τρόπον. διὸ καὶ κακῶς μὲν
ἀφίει, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλεν, ἔγγραφον τὴν ἐμὴν ἀπαι-
τοῦσα γνώμην ἐν τῷ αὐτίκα, ὡς ἂν βεβαιότερον ἀντιλέγειν ἔχοιεν
D οἱ ταύτης ὁμόφρονες. (ς'.) Καὶ τοῦτ' ἔστιν, ὃ καὶ τὴν ἐμὴν
πρὸς ἀνάγκας ἴσως ἀντιῤῥήσεων ἤνεγκε γλῶτταν, ἐνίοτε καὶ ἐνια-
χοῦ μάλα τοι σφόδρα γενναίως ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῆς δεδομένης εὐ-
σεβείας ἵστασθαι παραινοῦντος τοὺς προσιόντας, καὶ μηδ' ἄχρι
στιγμῆς ταῖς τηνικαῦτ' ἐπιπολαζούσαις καινοφωνίαις ἐγκλίνειν,
μεμνημένους τῶν εὐαγγελικῶν τε καὶ ἀποστολικῶν παραινέσεων·
E καὶ ὅσα ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος, ἐς τὰς ὁμοίας ἐμπεπτω-
κὼς περιστάσεις τῆς ἐκκλησίας, διέξεισιν· „ἡμεῖς (λέγων) οἱ καὶ
μέχρι τῆς τυχούσης κεραίας καὶ γραμμῆς τοῦ πνεύματος τὴν ἀκρί-
βειαν ἕλκοντες οὔποτε δεξόμεθα (οὐ γὰρ ὅσιον) οὐδὲ τὰς ἐλα-
χίστας πράξεις εἰκῇ σπουδασθῆναι τοῖς ἀναγράψασι, καὶ μέχρι
τοῦ παρόντος μνήμῃ διασωθῆναι· ἀλλ' ἵν' ἡμεῖς ἔχωμεν ὑπομνή-
V. 391 ματα καὶ παιδεύματα τῆς τῶν ὁμοίων, εἴ ποτε συμπέσοι καιρὸς,
F διασκέψεως· ὥστε τὰ μὲν φεύγειν, τὰ δ' αἱρεῖσθαι, οἷον κα-
νόσι τισὶ καὶ τύποις, τοῖς προλαβοῦσιν ἑπόμενοι παραδείγμασι·" 20
καὶ ὅσα ὁμοίως ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ περὶ πίστεως ἔφασκε
λόγῳ, φείδεσθαι παραινῶν καὶ τῶν ὀνομάτων ἢ ῥημάτων ἐκείνων,
ἃ λέξεσι μὲν οὐκ ἐμφέρεται τῇ θείᾳ γραφῇ, διάνοιάν γε μὴν αὐ-

efferari visa est, et multam iram parturire; idque eo maxime, quod qui assidebant ei accinerent, et immodica adulatione applauderent. Idcirco

Dimittitque superbe, additque haud mollia iussa,

meam ut sententiam confestim scripto traderem efflagitans, quo possent firmius contradicere ii, qui cum ea sentirent. (VI.) Atque illud videlicet necessitatis fuit, quod et me ipsum ad contradicendum impulit, cum obvios quosque, ut religionis sibi traditae fundamentis insisterent magno animo nonnunquam et alicubi hortarer, atque ut ne puncto quidem tenus ad eas, quae tum gliscebant, opinionum novitates declinarent, sed ut evangelicas et apostolicas admonitiones reminiscerentur, et quae magnus theologiae doctor Gregorius disseruit, cum in similia religionis tempora incidisset. „Nos (inquit) cum accuratam Spiritus diligentiam ad quemlibet apicem, ad quamlibet virgulam trahamus, nunquam dederimus (neque enim fas est) vel in minimis actis recensendis, eorumque memoria ad praesens usque tempus conservanda, temere elaborasse eos, qui scripserunt; sed eo ut nos haberemus monimenta et documenta, quibus in similium rerum tractatione, si unquam incideret occasio, uteremur: ita ut praeterita exempla tanquam regulas et archetypos nobis proponendo, haec quidem fugeremus, illa vero eligeremus": et quae pariter magnus Basilius disputavit in ea, quam de Fide scripsit, oratione: parcendum monens iis quoque nominibus et verbis, quae in sacra Scriptura diserte quidem et expresse non exstant, vim autem eam

τὴν ἐκείνην τὴν ἐγκειμένην τῇ γραφῇ διασώζει. (Z.) Ὥσπερ δ' A. C. 1347
οὐ πάνυ τοι ῥᾴδιον εἶναι δοκεῖ δύνασθαι συνορᾶν ἀσφαλῶς τὸ δί- Imp. Io. Palaeol. 6
καιον, εἴ τις ἐν λιμένι καὶ γαλήνῃ καθήμενος ἡσυχῇ τῶν ἐν πε- P. 484
λάγει κύμασι καὶ πνεύμασι προσταλαιπωρούντων ἀγρίοις τοὺς πό-
νους ἐξετάζειν ἐθέλοι, οὐδ' αὖ τὸ βίαιον τοῦ χειμερίου ψύχους,
εἴ τις ὥρᾳ θέρους βούλοιτο κρίνειν ὁπυῖον καὶ ὅσον· οὕτω καὶ εἴ
τις ἀγώνων τοιούτων ἄπειρος ὤν, ἔπειτ' ἐξ ἡσυχίας ὁρμώμενος
κρίνει τοὺς ἀγῶσι μακροῖς ἐναθλοῦντας ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. πρό- B
χειρον γὰρ ἔχει πρὸς λοιδορίας τὴν γλῶτταν, ὅτι μὴ πέπεικέ τις
δρῶν καὶ λέγων, μηδὲ τὸ πᾶν τῆς νίκης ἐξείργασται· πρὸς τὴν
παροῦσαν ἡσυχίαν καὶ οὐ πρὸς τὴν τότε βίαν παραμετρῶν τῶν
πραγμάτων καὶ λόγων τὰ τέλη, ὡς ἔοικεν· οὐκ εἰδέναι δυνάμε-
νος, ὡς οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν καὶ δύναμιν ἀγῶνος καὶ ἡσυχίας
καιρὸς, καὶ χειμῶνος καὶ θέρους, καὶ πρός γε ἔτι λιμένος καὶ C
διαποντίου κλύδωνος. εὔδηλον γὰρ δήπου τοῖς ὅλοις, ὡς ἀμει-
βομένης τῆς τῶν ἀγώνων ὥρας συναναιρεῖται καὶ ἡ τῆς ἀπο-
βάσεως ἀκριβὴς μαρτυρία καὶ τὸ προσῆκον τοῖς πράγμασι δί-
καιον. ὁ δ' αὐτός μοι δοκεῖ καὶ τὸ στεφανοῦσθαι τοὺς πάλαι τῆς
ἀληθείας μάρτυρας ἀναιρεῖν, ὅτι πάντα τὸν τῆς ἀθλήσεως ἀνύ-
σαντες δίαυλον οὔτε πεπείκασι τοὺς τυράννους, οὔτε μὴ πεί-
σαντες οὐκ ἀνεῖλον τὰς σφῶν κεφαλὰς, οὐδὲ τοῦ παρόντος βιαίως D
ἐξήνεγκαν βίου. τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, οὔκουν οὐδ' ἐμὲ λοι-
δορίας ὑπεύθυνον ἡγεῖσθαι δίκαιον, ὅτι καλῶς εἰπὼν ἥκιστα

4. κύμασι Boiv. pro κυμάτων.

ipsam retinent, quae Scripturae inest. (VII.) Quemadmodum autem non omnino videtur ille sanum facere posse iudicium, qui, cum in portu ac tranquillitate ipse placide sedeat, eorum labores velit expendere, qui pelagi fluctibus et saevissimis ventis conflictentur, nec de hiberni frigoris vi, is qui velit, quae et quanta sit, aestivo tempore iudicare; ita nec ille, qui eiusmodi certaminum expers antehac ex ipso mox tranquillitatis sinu prodeat, iudicaturus de iis, qui labores pro veritate maximos pertulerint. Est enim illius lingua ad criminandum prona, eo quod agendo dicendoque non persuaseris, nec plenam victoriam reportaveris. Nimirum ille praesenti tranquillitate, non illorum temporum iniquitate, factorum dictorumque exitus metitur; nec potest intelligere, non eandem esse rationem et opportunitatem certaminis et placidae quietis, hiemis et aestatis, portus denique et saevientium pelagi fluctuum. Enimvero prorsus manifestum est, mutato contentionum tempore, incorruptum quoque de eventu testimonium et conveniens rebus iudicium tolli. Idem certe (ut mihi videtur) illis martyribus, qui veritatis testimonium olim perhibuerunt, coronam eo detraxerit, quod cum ii totum patientiae curriculum confecissent, nec tyrannos ad credendum compulerint, nec iis incredulis caput praeciderint, nec vitam violento fato ademerint. Haec cum ita se habeant, nec me aequum est reprehensione dignum videri, quod quae recte dixerim, ea illi, quae contrarium

A. M. 6855 Ind. 15 πέπεικα τὸ τῆς γνώμης ἐκείνης ἀντίθετον· ἀλλ' ἐκείνῃ μέμφεσθαι δίκαιον μᾶλλον, ὅτι μοι καλῶς εἰπόντι ἥκιστα πέπεισται. τῶν μὲν γὰρ λόγων ἐγὼ κύριος· τῶν δὲ πράξεων ἡ δυναστεύουσα
Εχείρ. πάσης δ' ὑπέρτερον λοιδορίας τίθησι τὸ μὴ κατὰ γνώμην ἅμα καὶ πρὸς τὸ βέλτιστον φερομένην ὁρμὴν ἁπάντων. οὐ γὰρ πὺξ ἐνάλλεσθαι κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν ὁ τῆς εἰρήνης παραινεῖ λόγος· ἀλλ' ἡμέρῳ τε ἤθει καὶ πραείαις γλώττης ἀγκάλαις αὐτοῖς προσιέναι. (*H.*) Οὐ μέμφεσθαι τοίνυν, ὅτι μὴ θαυμάζειν ἄξιον μᾶλλον, ὅτι παρὸν ἡμῖν ἐκ τοῦ ῥᾴστου σιγώσης γλώττης βασιλικὴν εὐμένειαν πρίασθαι, μακρὸν τὸ φιλότιμον τῶν
F χαρίτων ὑπισχνουμένην, οὔτε κλονουμένην διάνοιαν ἐκτησάμεθα, καὶ ἅμα τῶν ὅρων τῆς εἰθισμένης ἐς τὰ χρήσιμα τάξεως ἔνδον ἐμείναμεν, ἀκήρατον συντηροῦντες τὸ φρόνημα τῆς ψυχῆς. οὐ γὰρ τοσοῦτον ἀνθρώποις ἀρέσκειν ἐκρίναμεν δεῖν, ὅσον τῷ τῶν ἀδήλων ἐπόπτῃ θεῷ. οἱ μὲν γὰρ τῶν δρωμένων ἐς τοὐμφανὲς καθίστανται μάρτυρες μόνων, οὓς καὶ παραλογίσασθαι ἔξεστιν ἐνίοτε, εἴ τις τοὺς τῆς κακίας καρποὺς τοῖς τῆς ἀρετῆς ὑποτί-
P. 485 θησι σχήμασί τε καὶ χρώμασι. Θεὸς δ' ἐν αὐτοῖς πρὸ τῶν ἔργων τοῖς τῆς καρδίας κινήμασιν ἐρείδει τὰ τῆς ἐξετάσεως ἴχνη, καὶ τὸ βῆμα τῆς δίκης ἐν αὐταῖς συγκροτεῖ τῶν λογισμῶν ταῖς ἀρχαῖς· ἔνθα χώραν οὐκ ἔχει σχῆμα καὶ χρῶμα καλύπτειν, εἴ τι κακίας ἐκεῖ παραφύεσθαι βούλοιτο βλάστημα. (*Θ.*) Τούτων δ' οὕτω συμβεβηκότων, οἵκοι λοιπὸν καθημένοις τὴν καταψηφισθεῖσαν
V. 392 ἡμῶν ἐξορίαν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπῄει καραδοκεῖν. καὶ τάχ'
B ἂν εἰς ἔργον τὰ καθ' ἡμῶν μελετώμενα προὔβαινεν, εἰ μὴ Καν-

sentiebat, non persuaserim vera esse: sed illi potius succensendum est, quod mihi recte dicenti haudquaquam crediderit. Nam dicendi quidem potestas penes me est; facta ipsa pendent ex manu praepotenti. Ego vero ab omni longe reprehensione absum, quatenus non successit mihi ex sententia, nec prout animo ad optima propenso cupiebam. Non enim, ut veritatis hostes pugnis impetamus, pacis ratio suadet; sed ut blandis moribus et mitibus alloquiis eos ambiamus. (VIII.) Non est igitur criminandi, sed admirandi potius locus, quod cum ex facili possemus solo silentio imperatoriam benevolentiam redimere, praemia magnifica proponentem, tamen et mentem immotam retinuimus, et simul intra consueti officii limites perstitimus incorrupta animi moderatione. Placendum enim existimavimus non tam hominibus, quam Deo, qui occulta perspicit. Illi quippe testes existunt eorum duntaxat, quae palam fiunt, et aliquando possunt decipi, si qui fructum improbitatis obvolvant specie et colore virtutis. Deus vero illis ipsis, qui actiones antecedunt, motibus cordis examinis sui vestigia imprimit, et iustitiae tribunal in ipsis figit cogitationum radicibus, ubi specie et fuco celari non potest, si quis illic adnasci velit improbitatis foetus. (IX.) Haec cum ita accidissent, domi deinceps sedendo, quoad exilii damnaremur, noctu pariter et interdiu exspectabamus. Et ad exitum fortassis perducta essent

τακουζηνῷ μεταξὺ Βυζάντιον ἑλεῖν ἐγίγνετο· ὃ δὴ καὶ λέξων εἰμὶ σαφέστερον. A. C. 1347 Imp. Io. Palaeol. 6

η'. Ἐπεὶ γὰρ, ὡς ἔφθημεν εἰρηκότες, ἔνοπλον ἔχειν φρουρὰν συγκεχώρηται τῷ Φακεωλάτῳ, τὴν τῶν Λατίνων διὰ τὴν προγεγονυῖαν σκανδάλου πρόφασιν δεδιότι αὐθάδειαν, προσεληλυθέναι συνέβη τινὰς τουτωὶ, οἷς λάθρα ἐσεφοίτα γράμματα ἐκ Καντακουζηνοῦ, μηχανήσασθαί τινα τρόπον, ὃς ἂν ῥᾳδίαν ποιήσηται οἱ τὴν ἐς Βυζάντιον εἴσοδον· οἷς ἐπαγγελίαι μακραὶ συνεπλέκοντο χρημάτων ἅμα καὶ τιμῶν· τούτοις οὖν προσεληλυθόσι καὶ προσεταιρισαμένοις αὐτὸν, καὶ ἀνακαλύψασι τὴν τῶν μελετωμένων δύναμιν, συνάρασθαί σφισι καὶ αὐτὸς ἐπηγγέλλετο πάσῃ χειρὶ καὶ σπουδῇ. (Β.) Καὶ δὴ λοιπὸν ἑτέραν πλείω τῇ προτέρᾳ δυνάμει προσειληφὼς (ἐν ἐξουσίᾳ γὰρ ἦν αὐτῷ, πρὸς τῆς βασιλίδος πρότερον τὸ συγκεχωρηκὸς εἰληφότι, διὰ τὴν προειλημμένην τῶν Λατίνων πρόφασιν, ὁπόσην ἂν εὐποροίη φρουρὰν ἑαυτῷ πορίζεσθαι) ὅλος τῶν ἔργων ἐγίγνετο. παρὰ γὰρ ἑκόντων τῶν συνειδότων ταξιάρχου καὶ στρατηγοῦ φροντίδα λαβὼν ἠξίου μὴ περὶ ὅσα διατριβὴν ἔχει χρόνιον τρίβειν τὴν σπουδὴν, ἀλλ' εἰς τὸ τοῦ ἔργου κεφάλαιον ἐμβαλεῖν, καὶ ἐν βραχεῖ μετὰ τῆς ἐνούσης ἰσχύος τὸν ὅλον ἀναῤῥῖψαι κίνδυνον· καὶ μάλιστα νῦν, ἐρημίας ἀντιπάλων ὅπλων μακρᾶς ἐπιπολαζούσης ἤδη τῇ πόλει. μηνύει τοίνυν τῷ βασιλεῖ Καντακουζηνῷ τὴν ὅλην τῆς ἐγχειρήσεως πρόθεσιν, οὐ πάνυ τοι πόῤῥω τοῦ Βυζαντίου τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ· καὶ ἅμα κελεύει, σπουδῇ παρελάσαντα σὺν ἐπιλέκτοις

ea, quae in nos deliberata fuerant, nisi interim accidisset, ut Byzantii Cantacuzenus potiretur; quod et ipsum planius statim exposituri sumus.

8. Phaceolato, ut supra diximus, Latinorum proterviam, ob novissimam illam offensionem, pertimescenti, armatos circa se satellites habere permissum fuerat. Quod cum ita esset, aliqui eum adeunt, quibus clam a Cantacuzeno litterae venerant, ac in iis magnae pecuniarum simul et honorum promissiones, si qua ratio excogitaretur, qua facilis ei in urbem ingressus pateret. Hi, inquam, ad istum accedunt: eum sibi socium adiungunt: consilii sui rationem aperiunt: atque eos ipse omni opera et studio adiuturum se pollicetur. (II.) Exinde priori satellitum turbae alia ampliore adiecta (poterat enim ille, data semel ab imperatrice licentia ob illam quam diximus rationem, tot adiungere sibi custodes, quot ei commodum futurum esset) totus in exsecutione negotii erat. Volentibus ergo coniuratis ducis et praefecti munere suscepto auctor fuit, ne in eas res, quae longioris morae essent, opera insumeretur; sed ut in id, quod caput erat, statim incumberetur, et tota quamprimum alea cum ea quae aderat hominum manu iaceretur; praesertim cum magna iam esset armatorum in urbe paucitas. Quamobrem Cantacuzeno imperatori, non longissime ab urbe commoranti, totam indicat suscepti negotii rationem; et simul iubet paucis cum equitibus, iis-

A. M. 6855 Ind. 15 ὀλίγοις ἱππεῦσιν, ὡς μὴ κατάφωρον τοῖς ἀντιθέτοις τὸ δρᾶμα γένοιτο, περὶ τὰ τείχη τῆς πόλεως ἐς ῥητήν τινα ἑσπέραν ἡσύχοις
B ποσὶν ἐφεδρεύειν, καραδοκοῦντα τὴν ἔνδοθεν ἀναμόχλευσιν τῶν πυλῶν. (Γ.) Ἄρτι δὲ περὶ πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς γενομέ-
νης, ἐν ᾧ τῆς ὥρας μάλιστα τῶν τε ἀνθρώπων οἱ πλεῖστοι, τὰς ἑσπερίους σβεννύοντες δᾷδας, τῇ τῶν ὕπνων ἡγεμονίᾳ τὸ τῶν
V. 393 βλεφάρων ἐκδιδόασι στάδιον, καὶ πᾶσαι τῆς πόλεως αἱ ὁδοὶ παντὸς ἐρημίαν ἔχουσιν ὄχλου, μεταπέμπεται τούς τε συνειδότας τῶν Βυζαντίων ἱππέων καὶ ἅμα τῶν συγγενῶν τοὺς οἰκειοτάτους,
C καὶ ἐπὶ τούτοις τὴν πεζικὴν ἐκείνην φάλαγγα, ἣν εἰς φυλάκων καὶ φρουρῶν εἰρήκειμεν εἶναι τάξιν αὐτῷ· ξὺν οἷς ἅπασι, πλείους τῶν ἑκατὸν γενομένοις, ἐς πύλην ἀπιών, ἣ χρυσέα καλεῖται, ταύτην τε ἀνεμόχλευσε καὶ ἅμα ἐκεῖθεν ἀρξάμενος πάσας ὁμοίως ἀνεπέτασε, διῶν ἄχρι τῶν βασιλείων ἐγγύς. (Δ.) Τοῦ μέντοι τείχους ἐντὸς γενόμενος καὶ ὁ βασιλεὺς μετὰ τῶν οἰκείων ὅπλων,
D αἵματος ἐμφυλίου παντάπασι καθαρόν τε καὶ ἀμιγῆ τῆς προνοίας τὴν εἴσοδον διατηρησάσης, ἠρέμα τε καὶ ξύν γε ἀνηκούσῃ τάξει παρῇει μέχρι καὶ ἐς τὰς βασιλείους πύλας, αὐγαζούσης ἤδη τῆς ἕω. κἀπειδὴ κεκλεισμένας τε εὗρεν αὐτὰς καὶ ἅμα ἐπὶ τῶν ἐπάλ-
ξεων φρουρὰν ἐθεᾶτο καὶ ὅπλα πολέμια, ἐπὶ πόδα τε ἀνεχώρει καὶ ἀνεζεύγνυε, καὶ ἀντὶ χάρακος ἄλλου καὶ στρατοπέδου ἐς τοὺς ἄντικρυ τῶν βασιλείων ὑψορόφους οἴκους σκηνῶσαί τε ἐξ αὐτο-
E σχεδίου κέκρικε δεῖν τηνικαῦτα καὶ ὅ,τι χρὴ ποιεῖν διασκέψασθαι.

11. πλείους posuit pro πλείοσιν, observante Boiv. 22. βασιλείων Boiv. pro βασιλέων.

que selectis, ne id quod agebatur adversarii deprehenderent, diligenter progredi, et condicto vespere circum urbis muros tacito gradu insidiari, atque exspectare, quoad portae, revulsis introrsum claustris, patefierent. (III.) Nocte itaque, circiter primam vigiliam, quo maxime tempore homines plerique, nocturnis facibus exstinctis, oculos suos somno regendos committunt, cum omnino civibus vacuae sunt urbis viae omnes, arcessit ille tum equites Byzantinos, quotquot conscii erant, tum eos cognatorum, quibuscum erat illi arctissima coniunctio; tum illam praeterea peditum manum, quos ad custodiam et praesidium datos habuisse eum circa se diximus. Cum his omnibus, qui quidem plus quam centum erant, ad illam portam abit, quae Aurea vocatur, eamque reserat; et inde ducto initio omnes pariter recludit, ad ipsum prope palatium. (IV.) Imperator in urbem cum suis copiis intromissus (hunc autem eius ingressum divina providentia sanguinis omnino purum et expertem servavit) pedetentim et composite ad palatii usque portas progreditur, illucescente iam aurora. Eas offendit clausas: simul summis in moenibus stantes propugnatores armaque infesta conspicit. Quamobrem cessim redit, et signa convertit. Tum pro aliis quibuscunque aggeribus et castris illas, quae e regione palatii sitae sunt, altas aedes ex tempore eligit, ac in iis interim diversari, et quod facto opus sit con-

ἦγε δ' ὁ φεβρουάριος τηνικαῦτα τρίτην ἡμέραν τοῦ ϛωνε ἔτους. A. C. 1347
καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς Καντακουζηνὸς ἐν τούτοις ἦν. (Ε.) Ἡ δὲ Imp. Io. Palaeol. 6
βασιλὶς Ἄννα, τῆς ἀκροπόλεως ταύτης ἐντὸς συγκλεισθεῖσα, καὶ
πρὸ ὀφθαλμῶν ὁρῶσα τὴν ἑαυτῆς σπουδὴν τελευτῶσαν εἰς ἀπρα-
ξίαν, οὐδ' οὕτω μεταμανθάνειν ἔγνω τὸ δέον ὀψὲ γοῦν, καὶ
ταῦτα μήθ' ὅπλων εὐπορίαν ἐντὸς κεκτημένη, μήτε στρατιωτῶν F
πλῆθος εἰς φρουρὰν ἀποχρῶν· ἀλλὰ πέμπουσα κρύφα τόν τε δῆ-
μον ἠρέθιζε τῶν Βυζαντίων κατὰ τοῦ βασιλέως, μεγάλων ἐλπί-
δων τὰς σφῶν ἐμπιπλῶν ἀκοάς· καὶ ἅμα Λατινικὰς στρατιωτῶν
ἐκ Γαλάτου μετεπέμπετο φάλαγγας, καὶ ὅσα ἐς βελῶν καὶ μη-
χανημάτων ἀντιπάλων ἀρκέσουσι χρείαν. ζητοῦντί γε μὴν τῷ
βασιλεῖ Καντακουζηνῷ, διδόναι τὴν ἀκρόπολιν μετ' εἰρήνης
ἐκοῦσαν, εἰ βούλοιτο κοινωνεῖν τε τῆς βασιλείας αὐτῷ καὶ μετὰ P. 487
τὴν ἧτταν, καὶ ἡγεῖσθαι μετὰ τοῦ υἱέως ἐν ἅπασιν, ὁπόσα τι-
μὴν σὺν αἰδοῖ τε καὶ κόσμῳ φέρει σφίσι βασιλικῶς, ἔν τε εὐφη-
μίαις καὶ ἀναστάσεσι καὶ καθέδραις καὶ ὅσα μετὰ τοῦ πρέποντος
ἕποιτο λόγου (τοιαύτην καὶ γὰρ εἶναι τούτῳ τὴν τῆς γνώμης ἐξ
ἀρχῆς πρόθεσιν) καὶ μὴ μάτην οὕτω τρίβειν τὸν χρόνον, καὶ τὸν
ἐκ τῆς ἁλώσεως περιμένειν πρόδηλον κίνδυνον· ἡ δὲ τὴν ἀπὸ B
Σκυθῶν εἰπεῖν ἀντεδίδου ῥῆσιν, ὕβρεσί τε πλύνειν τοὺς ἀγγελια-
φόρους ἐκέλευεν ἐκ τοῦ τείχους καὶ μηδ' ἄκροις ὠσὶ προσίεσθαι
τὰ λεγόμενα. (ϛ'.) Ἄρτι δὲ τῆς ἑσπέρας ἐληλυθυίας, καὶ περὶ
λύχνων ἁφὰς τῶν ἀνθρώπων ἀσχολουμένων, κατέπλευσαν ἐς αἰ-

16. ἀναστάσεσι em. Boiv. pro ἅμα στάσεσι.

siderare statuit. Erat dies ille Februarii tertius anni sexies millesimi octingentesimi quinquagesimi quinti. Et imperator quidem Cantacuzenus in eo erat. (V.) Imperatrix vero Anna, intra illam arcem conclusa, cum suos labores palam videret ad nihilum recidisse, ne sic quidem volebat sero saltem intelligere quid expediret: tametsi nec armorum intus copiam haberet, nec militum satis ad praesidium: sed missis clam hominibus et populum Byzantinum in imperatorem instigabat, magnifica videlicet promissa auribus ingerens; et Latinorum militum cohortes Galata arcessebat, telorumque et machinarum quantum ad bellicum usum satis futurum esset. Quin etiam imperatori Cantacuzeno postulanti, ut arcem sponte et cum bona gratia traderet, si partiri cum eo imperium, etiam victa, et praeire cum filio vellet in iis omnibus rebus, quae honorem cum reverentia et cultu coniunctum eis pro imperatoria dignitate afferrent; nempe in acclamationibus, et quoties una consistendum aut sedendum esset; aut ubicunque rationi consentaneum foret (etenim id ipsum sibi ab initio fuisse propositum): id inquam postulanti Cantacuzeno, simulque ne ita tempus frustra tereret, neve periculum ab obsidione evidenter imminens exspectaret roganti, illa Scythicum, ut aiunt, responsum dabat, et probris legatos perfundi ex muro iubebat, ac ne primoribus quidem auribus dicta admitti sinebat. (VI.) Primo vespere, cum homines lucernis accendendis vacant, Galataeae triremes duae expeditae,

A. M. 6855 Ind. 15 γιαλὸν δύο ταχυναυτοῦσαι τριήρεις ἐκ τῶν Γαλάτου, πλήρεις
C στρατιωτῶν τε καὶ ὅπλων Λατινικῶν, δυοῖν θάτερον ἐν νῷ διαπράξασθαι ἔχουσαι, ἢ τῇ βασιλίδι συμμάχους ἔσεσθαι, τοῦ πληρώματος ὅλου παρεισελθόντος ἐντὸς, ἢ παισί τε καὶ χρήμασιν ὁμοῦ συναρπάσαντας ἀπάγειν αὐτήν. ἀλλὰ τὸν ἐπίπλουν αἰσθόμενοι σφῶν οἱ περὶ τὸν Καντακουζηνὸν σφᾶς τε ἀπήλασαν τὴν ταχίστην, τύξα πολλὰ περιστήσαντες, καὶ τὴν ἀκρόπολιν ἔξωθεν τέως ἐν φυλακῇ ἐποιοῦντο, τὴν ἱκανὴν ἐπενεγκόντες στρα-
D τιάν. (Z.) Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες, πολιορκεῖν ἐς τὴν ὑστεραίαν αἱρούμενοι, καὶ τὴν τῆς νίκης κρίσιν τοῖς ὅπλοις ἐπιτρέπειν, οὐ μάλα γέ τοι ἀρεστὰ τῷ βασιλεῖ Καντακουζηνῷ προθυμεῖσθαι
V. 394 ἐδόκουν. ἀλλὰ τὸν αὐτῷ συνήθη τρόπον κἀνταῦθα τηροῦντι, καὶ χωρὶς αἵματος ἐμφυλίου τὰ κατὰ γνώμην τελεῖν οἰομένῳ βέλτιον εἶναι, καὶ δευτέραν καὶ τρίτην ἐπῄει πέμπειν πρεσβείαν, καὶ ἀνα-
E μιμνήσκειν τὰ πρότερα, ὅθεν τε ἤρξατο καὶ ὅποι πεπόρευται, καὶ ὅπως ἐς τοιοῦτον ταυτὶ κατηνέχθη τὸ πέρας, ἐς ὁποῖον αὐτὸς ἀεὶ προὔλεγέ τε καὶ διεμαρτύρετο, κρύφα τε καὶ ἐς προὔπτον, καὶ γράφων καὶ πρεσβευόμενος. προσκαλεσάμενος οὖν τὸν τῶν Φιλίππων ἀρχιθύτην, καὶ ὅσοι ξύν γε αὐτῷ πρὸ δυοῖν που τοῖν ἐνιαυτοῖν πρέσβεις πρὸς τῆς βασιλίδος Ἄννης ἐπέμφθησαν ἐς Δι-
F δυμότειχον ὄντι αὐτῷ, διεξῄει τοιάδε. (H.) „Πάλαι μὲν ὁ κύριος, ἀγανακτῶν ἐπὶ τῷ ἠγαπημένῳ τῶν Ἰουδαίων λαῷ, οὓς πρότερον διὰ Μωσέως τὸν νόμον διδοὺς διεμαρτύρετο, λέγων· πρόσεχε οὐρανὲ καὶ λαλήσω· καὶ ἀκουέτω γῆ ῥήματα ἐκ στόματός

Latinis militibus armisque plenae, ad littus appelluntur; duorum alterum facturae, sive, omnibus copiis in arcem introductis, imperatricem adiuturae, sive eandem, cum liberis simul et pecunia abreptam, illinc abducturae. Sed illorum adventum odorati ii, qui circa Cantacuzenum erant, multis arcubus circumsepto aditu, eos statim abigunt; atque inde extra arcem, idonea militum manu admota, excubias agere incipiunt. (VII.) Ac alii quidem omnes postridie in obsidionem incumbi, et victoriam armorum iudicio permitti volebant. Imperatori autem Cantacuzeno non admodum placere videbatur id, quod illi cupiebant. Enimvero huic, suum morem tum quoque retinenti, et absque civium sanguine perficere ea quae decrevisset satius ducenti, visum est alteram et tertiam mittere legationem, et anteacta in memoriam revocare, unde scilicet coepissent, et quorsum recidissent; atque ut eo tandem deducta essent, quo ipse praedixerat, clamque et palam tam itteris quam legationibus testatus fuerat. Arcessito itaque Philipporum pontifice, et iis omnibus, qui cum illo circiter biennium ante legati ab imperatrice Anna venerant, tum cum ipse Didymotichi versaretur, in hunc modum disserit. (VIII.) „Olim Iudaeis, populo dilecto, Deus iratus; quos per Moysen iam antea, cum legem traderet, testes advocaverat his verbis: Attende caelum, et loquar; et audiat terra verba ex ore meo: eosdem

μου· τοὺς αὐτοὺς κἀπὶ τοῖς ἐλέγχοις τῶν ὕστερον παραβάσεων A. C. 1347
διεμαρτύρατο, διὰ Ἡσαΐου λέγων· ἄκουε οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου Imp. Io. Palaeol. 6
ἡ γῆ· υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· καὶ
τὰ ἑξῆς. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ αὐτὸς ἐγὼ τήμερον, ὑμᾶς προσ- P. 488
καλεσάμενος μάρτυρας τῶν πάλαι μοι πρὸς ὑμᾶς λεχθέντων
καὶ δι' ὑμῶν πρὸς Ἄνναν τὴν βασιλίδα, ἀναμνῆσαι τῶν εἰρημέ-
νων ἀρτίως ἔκρινα δεῖν, καὶ πρέσβεις ὑμᾶς ἐμοὶ πρὸς ἐκείνης τότε
πεμφθέντας πρέσβεις τοὺς αὐτοὺς ἐκείνῃ πρὸς ἐμοῦ νῦν ἤδη πεμ-
φθῆναι. ἴστε πάντως, ὅτε πρεσβεύσοντες ἥκετε, ὅσα ὑμῖν εἶπον
ἀπαγγεῖλαι τῇ βασιλίδι· ὡς ὁ θεὸς, δίκαιος ὢν, καὶ δίκαια κρί- B
νειν οἶδε, καὶ σὺν δίκῃ τὰς τῶν πραγμάτων ἀποβάσεις ποιεῖσθαι·
ὃ τοίνυν σύνηθες τῷ θεῷ ποιεῖν τοῖς τε ἀδικοῦσιν ὁμοῦ καὶ ἀδι-
κουμένοις, τοῦτο καὶ νῦν ἐλπίζω κἀπὶ τοῖς νῦν ὄψεσθαι πρά-
γμασι. καὶ τί δεῖ πρὸς εἰδότας πάντα διεξιέναι καθ' ἕκαστα; ἴστε
γὰρ ὡς, οὐ μάντις ὤν, προὔλεγον τὴν τῶν ἐμῶν ἐπιβούλων φθο-
ρὰν καὶ τὴν ἐμὴν ἐς Βυζάντιον ταύτην εἴσοδον· ἀλλὰ πρὸς τὸν
τῆς δίκης ἔφορον καὶ ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν ἀφορῶν, κἀκείνῳ
προσαναρτῶν τὰς ἐμοὶ πρὸς ὑμῶν ἐπενηνεγμένας ἀδίκως ἐπιεικῶς C
συμφορὰς, ἤλπιζόν τε καὶ προὔλεγον τὰς ἐκβάσεις ἐν ὑμῖν ἀκροα-
ταῖς. διὰ δὴ ταῦτά μοι καὶ ἀξιοχρεώτερον ἔδοξεν, ὑμᾶς καὶ οὐχ
ἑτέρους διαμαρτύρασθαι καὶ πρέσβεις εἰσπέμψαι τῇ βασιλίδι,
ἵνα συνείραντες τὰ πρότερα τοῖς παροῦσι καὶ τά γε προειρημένα
μετὰ τῶν ἐκβάσεων παραινέσητε τοὺς τῆς δίκης αἰδεῖσθαι θρό-

postea, quum sequentis nevi delicta argueret, per Isaïam testatus est: Audi caelum, et auribus percipe terra: filios genui et exaltavi; ipsi autem spreverunt me, etc. Eodem modo et ipse vos hodie testes adhibeo, ac eorum, quae olim vobis dixi, quaeve imperatrici Annae per vos significavi, commonefaciendos esse nunc demum puto; et legatos ab ea ad me tunc missos ad eam iam nunc mittere decrevi. Meministis certe ea, quae, cum legati ad me venistis, vobis mandavi ut imperatrici renunciaretis: Deum scilicet iustum esse; proinde et iusta esse illius iudicia; et rerum eventus ab eo iuste ordinari: quod soleret igitur Deus rependere tam iis, qui iniuriam inferrent, quam iis, qui paterentur, id et in praesentibus negotiis exhibitum iri sperare me. Quid porro necesse est a me singula commemorari vobis, haud nescientibus? Scitis quippe, me, non quia vaticinandi peritus forem, vobis praedixisse et meorum insidiatorum tristes exitus, et hunc meum in urbem ingressum: sed quia ad exploratorem et insomnem divinae Iustitiae oculum respicerem, et calamitates, quas mihi per summam iniuriam inferebatis, illi relinquerem ulciscendas, ideo et spem aluisse, et vobis audientibus futuros rerum exitus praenunciasse. Ea propter melius facturum esse me existimavi, si non alios, sed vosmet ipsos testarer, legatosque ad imperatricem mitterem, ut priora cum praesentibus et praedicta cum eventis componendo eam hortemini, ut Iustitiae tribunal vereatur, ac ne ultra Deo pugnet, neu

A. M. 6855 Ind. 15 D νους, καὶ μὴ περαιτέρω θεομαχεῖν, καὶ θεοῦ κρίσιν δικαίαν πειρᾶσθαι συγχεῖν, καὶ τοῖς ἀδυνάτοις οὕτωσὶ προδήλως ἐπιχειρεῖν, ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν τε παίδων καὶ ἑαυτῆς. ἐγὼ γὰρ τῆς αὐτῆς ἔχομαι γνώμης ἀεί· καὶ δυνάμενος ὅπλοις καὶ δυνάμεσιν ὁμοῦ τῇ ἀκροπόλει χειρώσασθαι τοὺς ἔνδον ἅπαντας ἐν βραχεῖ τὴν θέλησιν οὐκ ἔχω συνάδουσαν." (Θ.) Ταῦτ' εἰπὼν προὔπεμπεν αὐ- E τούς. οἱ δὲ ἀπελθόντες καὶ πάντα συνείραντές τε καὶ ἀπαγγείλαντες ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς Ἄννῃ τῇ βασιλίδι ἤνυσαν οὐδὲν πλέον, ἢ ὅτι πρὸς πλείονα κακίαν ἀναφλεχθεῖσαν ἰδόντες κατεπλάγησάν τε καὶ ἀνεχώρησαν. ἐπεὶ δὲ ταῦθ' ὁ βασιλεὺς ἠκηκόει, καὶ ὡς τῆς αὐτῆς ἀεὶ σκληρότητος ἡ βασιλὶς ἔχεται ἔγνω, καὶ τὴν αὐτὴν οἱ ταύτης λόγοι μετὰ τῆς γνώμης τηροῦσι βαρύτητα, καὶ V. 395 οὐδὲν τῶν προτέρων ἀτυχημάτων παρέσχεν αὐτῇ τὸ λυσιτελοῦν F ἁπλανῶς ἰδεῖν, ὥρμησε μὲν τὰ πρῶτα πολέμου νόμῳ καὶ πολιορκίᾳ δοῦναι τὴν τοῦ πράγματος ἔκβασιν· ἔπειτα ἐπέσχεν αὖθις, καὶ πρὸς τὴν ἀμείνονα τῆς πραότητος τύχην τὸ τῶν πραχτέων ἀνετίθετο βούλευμα. (Ι.) Ἀλλ' οὐκ ἤρεσκε τοῦτο τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στρατιώταις καὶ στρατηγοῖς. ὅθεν τῆς ὑστεραίας ἐπιούσης ἐν παραβύστῳ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς αὐτοὶ ποιοῦνται συνθήκας, P. 489 αἰφνίδιον ἐπιθέσθαι τῇ ἀκροπόλει, πρὶν αἰσθέσθαι τὸν βασιλέα. καὶ δὴ μικρὸν ὕστερον ἢ κατὰ μεσημβρίας εἶναι τὸν ἥλιον, τῶν σημείων ἀρθέντων, κύκλῳ περιστάντες οἱ μὲν τοῖς ἐκηβόλοις ἐχρῶντο βέλεσιν· οἱ δ' ἐν χεροῖν ἀειλημμένοι πῦρ καὶ φρυγάνων φακέλλους ὑφῆψαν τὴν πρὸς τῷ τεμένει τῶν Βλαχερνῶν τῆς

8. Ἄννῃ em. Boiv. pro ἅμα.

iustum Dei iudicium confundere conetur, neu denique ea, quae maiora sunt quam ut perfici possint, in liberorum et sui ipsius perniciem sic palam aggrediatur. Ego enim in eadem usque persto sententia; et cum possim armis ac viribus brevi tam arcis, quam eorum omnium, qui in arce sunt, potiri, tamen voluntate ab eo consilio abhorreo." (IX.) Haec fatus eos dimittit. Illi abeunt: omnia in unum conferunt, et a capite usque repetita imperatrici renunciant: nihil autem proficiunt; sed ubi eam maiori furore inflammatam vident, perculsi recedunt. Quod postquam imperator accepit, et Augustam in duritie sibi constare, eandemque tam in dictis quam in animo acerbitatem retinere didicit, neque ulla priorum cladium effectum esse, ut quid expediret certo perspiceret; statim quidem rei eventum belli legibus et obsidioni permittere voluit; mox se iterum continuit, et felicioribus clementiae consiliis quid agere oporteret statuendum reliquit. (X.) Id iis, quos secum habebat, militibus et ducibus non placuit. Postera igitur die clanculum ipsi inter se arcem derepente adoriri, antequam imperator sentiat, constituunt: ac paulo post meridiem sublatis signis circumfusi alii telis missilibus rem agunt; alii ignem manibus praetendentes et virgultorum fasciculos eam arcis portam succendunt, quae ad Blachernarum templum spectat; statimque

ἀκροπόλεως πύλην· καὶ ἅμα εἰσέρρει τὸ πλῆθος τῶν ὁπλιτῶν. A. C. 1347
κἀπειδὴ τὸ παράλιον οὕτω τῆς ἀκροπόλεως μέρος ἑάλω, καὶ οἱ Imp. Io. Palaeol. 6
στρατιῶται τὰς τῶν οἰκητόρων οὐσίας διήρπασαν, οὐ λήγειν ἔτι B
τῆς βλαπτούσης ἐκείνης ὁρμῆς ἐνενόουν· ἀλλ' ἔμελλον ἤδη πει-
ρᾶσθαι καὶ τῶν ἀνωτέρω τῆς ἀκροπόλεως μερῶν καὶ ὅλον ἐκεῖσε
λαμπρῶς τὸ πολέμιον πῦρ ἐνεγκεῖν. καὶ τάχ' ἂν ἁλώσεως ἔργον
ὁμοῦ καὶ πυρὸς κἀκεῖνα ἐγίγνετο παραχρῆμα, εἰ μὴ κεκώλυκε
πέμψας ὁ βασιλεὺς τὸ τῆς ὁρμῆς ὑπερβάλλον. καὶ ταῦτα μὲν τῇδέ
πη ἔσχεν. (*IA.*) Ἡ δὲ βασιλὶς Ἄννα ἐν τοῖς μεγίστοις τῶν φό- C
βων τὴν νύκτα πᾶσαν ἐκείνην διήνεγκεν. ἅμα δ' ἕω προσκαλεσα-
μένη τοὺς ἀμφ' αὐτὴν περὶ τῶν πρακτέων συνδιεσκέπτετο· καὶ
κοινῷ συνεδόκει ψηφίσματι, πέμψασθαι δεξιὰν, οὐκ ἐπὶ τοῖς
ἡμαρτημένοις συγγνώμην ζητεῖν (σμικροπρεπὲς γὰρ ἐκείνῃ νενόμι-
σται τοῦτο καὶ ἥκιστα εὔδαιμον, σκληρότητι καὶ ὀφρύϊ συντετη-
κυίας γνώμης) ἀλλ' ἐπαγγελίας ἐνόρκους περὶ μεγάλων καὶ ξένων D
πραγμάτων, ὑπερηφανίᾳ κεκομψευμένας μακρᾷ, ὁπόσαι ξύν
γε τοῖς ἀωρίαν μακρὰν ἐπισυρομένοις ζητήμασιν ἄλλοις καὶ τὸ
μὲν μοναρχεῖν ἀπῄτουν, τὸ δὲ συνάρχειν ἀπελέγοντο. καὶ ἵνα μὴ
ἐν μικροῖς μακρὸν ἀναλίσκωμεν λόγον, ἀστοχήσασα τῶν ἀκαίρων
ἐκείνων ἐλπίδων, καὶ δείσασα μὴ, ἐπὶ ξυροῦ τῶν πραγμάτων αἰω-
ρουμένων αὐτῇ, καὶ ἄκοντος τοῦ Καντακουζηνοῦ παραπόληται E
πρὸς τῶν ἄλλων, ὅσοι πρὸς αὐτῆς ἐπεπόνθεισαν τὰ ἀνήκεστα,
πρὸς τὰς φιλανθρώπους νένευκε τοῦ βασιλέως συμβάσεις, συνάρ-
χειν ἅμα καὶ προεδρεύειν.

irrumpit armata multitudo. Capta in hunc modum maritima arcis parte, direptisque habitatorum facultatibus, nondum milites impetum illum noxium sistere statuebant; sed erant iamiam oppugnaturi superiorem quoque arcis partem, totamque illuc aperte translaturi flammam hostilem. Ac fortasse obsidionis simul et ignis vim etiam illa pars statim experta esset, nisi impetum illum immoderatum imperator, missis qui reprimerent, cohibuisset. Et haec quidem ita ferme se habuerunt. (XI.) At imperatrix Anna totam illam noctem maxima trepidatione traduxit. Primo autem mane, convocatis iis quos habebat secum, coepit quid agendum esset consultare; tum de communi omnium sententia visum est, eos mittere qui dextram iungerent, ac non modo delictorum veniam non petere (id enim, quia illius animo durities et fastus penitus inoleverant, indignum esse duxit et minime decorum) sed etiam magna quaedam et inaudita iurato promittenda stipulari multo cum fastu; ac praeter alia postulata insolentiae plena totam auctoritatem repetere, partiri vero nolle. Ac ne in parvis longius immoremur, cum intempestivae illae spes irritae fuissent, vereretur que illa, ne in praecipiti constitutis iam rebus suis, etiam invito Cantacuzeno aliorum manu periret, quotquot ab ea gravius aliquid passi fuerant, ad benignas imperatoris conditiones descendit, ut collegam quidem eum pateretur, ipsa tamen praecederet.

A. M. 6855 Ind. 15 P. 490 V. 396 Θ'. Καὶ ἀνοιχθέντων ἤδη τῶν βασιλείων, ἐξεχέοντο κατὰ πλῆθος οἱ δέσμιοι, ὅσοι τε τῶν εὖ γεγονότων καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως ἐχόντων. μόνῳ δ' Ἰωάννῃ τῷ πατριάρχῃ, τῆς ἀξίας τέως ἐξωσθέντι, ἐξιέναι οὐκ ἐνῆν· περὶ οὗ καὶ διαλαβεῖν ὀφείλοντας ἕνια, πρὶν ἐνταυθοῖ κατεληλυθέναι τοῦ λόγου, καὶ ἄκοντας ἡμᾶς ὁ τῶν ἄλλων σφόδρα παρέσυρεν εἱρμός. (Β.) Ἔξότου γὰρ Ἄννα ἡ βασιλὶς τὴν ἑαυτῆς πρὸς Καντακουζηνὸν ἐξεπολέμωσε γνώμην, συνεργῷ τε ἅμα καὶ πιστοτάτῳ ἐκέχρητο τῷ πατριάρχῃ τούτῳ συμβούλῳ πρὸς ἃ πάντα κρύφα τε καὶ ἐς τοὐμφανὲς δρώμενα ἦν· καὶ νῦν μὲν αὕτη τῆς ἐκείνου γνώμης ὁλοσχερῶς ἐξήρτητο, νῦν δὲ τῆς ἑαυτῆς ἐξαρτώμενον εἶχεν ἐκεῖνον· καὶ συνελόντι φάναι, φρόνημα ἓν ἀμφοτέροις ἦν ἐν ἅπασι, τοῖς τε ἄλλοις δηλαδὴ καὶ οἷς ὁ Παλαμᾶς ἐδογμάτιζε καινοτέροις καὶ ἀήθεσι πάνυ τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ. καὶ δεῖγμα τοῦ λόγου σαφές, ἃ τοῖς τὸν ἡσύχιον ἐν Ἄθῳ τῷ ὄρει βίον ἀσκοῦσιν ἔπεμπεν αὕτη γράμματα ξύν γε τῷ πατριάρχῃ κατὰ τοῦ Παλαμᾶ· τά τε οἰκεῖα ταύτης φημὶ καὶ ὅσα ὁ ταύτης υἱὸς Ἰωάννης ὁ βασιλεὺς ὑπ' αὐτῆς προσταττόμενος ἔγραφεν· οἷς τά τε ἄλλα ἐνεγέγραπτο καὶ δὴ καὶ ὡς ἥκιστα χρῆναι νομίζειν, εἱρκταῖς καὶ φρουραῖς ἐνέχεσθαι Παλαμᾶν διά γε δὴ τὸ Καντακουζηνῷ τὴν γνώμην τίθεσθαι, ὅτι μὴ διὰ τὸ ξὺν οὐδενὶ κόσμῳ περιϊόντα θεοτήτων ἀκτίστων διδάσκειν ἀπειράκις ἀπείρων ἐσμὸν, κατ' ἀλλήλων διϊσταμένων (εἶναι γάρ φησι τὰς μὲν ὑπερκειμένας καὶ νοητάς· τὰς δ' ὑφειμένας καὶ ὁρατὰς) καὶ τοιοῦτα ἄττα βλασφημοῦντα συγ-

9. Iam itaque apertis palatii portis, magno agmine effusi ruere ii, qui vincti antea tenebantur, quotquot sive nobiles sive alterius cuiuscunque conditionis erant. Uni patriarchae Ioanni, sua tum dignitate deiecto, exire non licuit: de quo, antequam nostra oratio huc processisset, quaedam dicere debuimus; caeterarum autem rerum series ab eo argumento nos invitos longissime abduxit. (II.) Imperatrix Anna, ex quo animum hostilem in Cantacuzenum induerat, hoc ipso patriarcha, ad ea omnia, quae sive clam sive palam agerentur, adiutore simul et fidissimo consiliario usa fuerat: et modo quidem haec ex istius, modo iste ex huius sententia totus pendebat: atque, ut paucis absolvam, unus utrique animus erat, tum in omnibus aliis rebus, tum adversus ea dogmata, quae Palamas nova et inusitata in sanctam Dei ecclesiam invehebat. Id certo indicio constat: nempe ex litteris, quas contra Palamam sive Anna ipsa cum patriarcha, sive matris iussu Ioannes imperator, ad montis Atho monachos scripsit: quibus litteris tum alia inerant, tum ne quis vinculis custodiisque ideo Palamam coërceri existimaret, quod is animum ad Cantacuzenum adiecisset; sed quod idem, immodeste huc illuc vagando, Divinitatum aeternarum, earumque inter se dissidentium (alias enim supereminentes et intelligibiles, alias humiliores visibilesque esse dictitat) infinite infinitum examen doceret existere, et talia

χεῖν καὶ ταράττειν τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν. (Γ.) Διετέλει γε μὴν A. C. 1347
ἡ τοιαύτη παρ' ἀμφοτέροις ἀκμάζουσα σύμπνοια καὶ ὁμοφροσύνη, Imp. Io. Palaeol. 6
τῷ τε πατριάρχῃ δηλαδὴ καὶ τῇ βασιλίδι, πρὶν δι' ἀκριβοῦς γε P. 491
τῆς πείρας ἀπογνόντα τὸν πατριάρχην τῆς τῶν κοινῶν σωτηρίας
πραγμάτων ἄρξασθαι παραινεῖν αὐτῇ τὰ συνοίσοντα, καὶ βουλευτὴν καθίστασθαι περὶ ξυναλλαγῶν καὶ σπονδῶν πρὸς τὸν Καντακουζηνόν. ἀφ' οὗ δὲ τοιαύτην ἔγνω συμφέρον βαδίζειν V. 397
ὁδὸν, παραχρῆμα καθ' ἑαυτοῦ καὶ τὴν βασιλίδα ἐξέμηνε. καὶ B
τοῦτ' ἦν ἀρχὴ καὶ κατάλυσις πρώτη συμπνοίας τε καὶ ὁμοφροσύνης ἐκείνης, καὶ νόσημα, μήτε μάλαγμα μηδὲν μήτε καταδέσμους οὐδένας παραδεχόμενον. πᾶσαν μὲν οὖν ἐκεῖθεν ἡ βασιλὶς ἐπίνοιαν στρέφουσα κατὰ τῆς τοῦ πατριάρχου καθαιρέσεως, καὶ πάντας ἐφ' ἑαυτῆς κυλίουσά τε καὶ ἀνακυκλοῦσα λογισμοὺς, οὐδὲν ἀνυσιμώτερον εὕρισκεν ἐς τὴν τοιαύτην πρόθεσιν, πλὴν τοῦ δογμάτων ἐκείνων, ὧν ἐξ ὅλης ἀπεωθεῖτο πρότερον τῆς ψυχῆς, C
καὶ ἀθέσμων φωνῶν τοῖς περὶ τὸν Παλαμᾶν κοινωνήσασα φίλους ἑαυτῇ καταστήσασθαι, καὶ συμμάχοις σφίσι χρήσασθαι θερμοτέροις κατ' αὐτοῦ. (Δ.) Πρῶτον μὲν οὖν ἀπρόϊτον ὡς ἐν εἱρκτῇ τῷ οἴκῳ συγκεκλεῖσθαι τοῦτον ἐπέταττεν· ἔπειτα συνόδους ἐπισκόπων νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἤθροιζέ τε καὶ ὤπλιζε κατ' αὐτοῦ. τὴν γοῦν ὑστεραίαν ὁρισαμένη ποτὲ πρὸς τὴν ἐκεί- D
νου καθαίρεσιν ἀθροισθῆναι τοὺς ἐπισκόπους ἐπέσχεν ἡ νὺξ ἐκείνη, φλεγμονὴν τῷ λαιμῷ δεινὴν ἐπενεγκοῦσα, θάνατον ἀπειλοῦσαν πάνυ τοι σφόδρα αἰφνίδιον. καὶ ἦσαν ἐντεῦθεν ἄχρι τριῶν

quaedam exsecranda proferendo Dei ecclesiam confunderet ac perturbaret. (III.) Et ea quidem voluntatum consensio et concordia non prius ambos inter, patriarcham dico et imperatricem, vigere desiit, quam ille, post accuratam experientiam desperata reipublicae salute, coeperit huic ea suadere, quae profutura essent, auctorque exstiterit gratiae reconciliandae et pacis cum Cantacuzeno faciendae. Ex quo autem utilius esse statuit eam sequi viam, ex eo repente in se ipsum quoque imperatricem exacerbavit. Et haec fuit mali origo ac prima labes, quae coniunctionem illam concordiamque dissolveret: hoc fuit vulnus, quod nec fomenta nec ligamina ulla admitteret. Augusta igitur omnes ex eo artes animo versare, ut patriarchae pontificatum abrogaret, omnia secum volvere ac revolvere consilia; denique ad id, quod sibi propositum erat, nihil invenire efficacius, quam si opinionum illarum et impiarum vocum, quas impensissime antea repudiarat, cum Palamae sectatoribus demum particeps facta, amicos eos sibi redderet, et ipsis adiutoribus uteretur adversus istum acerrimis. (IV.) Primum igitur domo, tanquam carcere, ita eum includi iubet, ut a nemine adiri possit: tum pontificum coetus diu noctuque in eundem cogit et instigat: tandem episcopis edicit, ut postridie conveniant ad eum gradu deiiciendum. Ei vero rei moram nox attulit, inducta in fauces gravi inflammatione, quae interitum repentinum minabatur. Atque inde usque per triduum mortis terrores illam

A. M. 6855 Ind. 15 ἡμερῶν οἱ τοῦ θανάτου φόβοι κυκλοῦντες καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ταράττοντες λογιζόμενον. τὸ γὰρ τοῦ θεοῦ μακρόθυμον ἐπεῖχεν ἔτι τὰ τῆς τελευταίας ὀργῆς βέλη καὶ τὸν τῆς γυναικὸς ἀνεβάλλετο
E ὄλεθρον, πλὴν ὅσον τὴν ἀπειλὴν ἐν τοιούτοις ἀῤῥωστήμασί τε καὶ πράγμασιν ἀμυδρῶς ἐζωγράφει, μεταμελείας καιρὸν μαινομένῃ ψυχῇ παρεχόμενον. ἐπεὶ δὲ ἡ τετάρτη ῥᾳόνά τε ἐπεπράχει καὶ ὑπερσχεῖν παρεσκεύασε, τοὺς προτέρους αὖθις ἀνεκαλεῖτο κατὰ τοῦ πατριάρχου τρόπους, καὶ ἐς τὰ πρότερα ἐπαλινδρόμει βουλεύματα. ἓξ μεταξὺ παρερρύησαν ἡμέραι, καὶ τὴν ὑστεραίαν
F αὖθις ὁρισαμένη τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις ἐπέταττεν αὖθις ἀθροίζεσθαι. (E.) Ἄρτι δὲ τοῦ ἡλίου τῆς γῆς ὑπερκύψαντος, σπουδῇ ταχύνας ἦκεν αὐτῇ μοναδικὸν καὶ ἡσύχιον ἄγων βίον ἀνὴρ, ᾧ σύνηθες φοιτῶντι συχνότερον ἀκούειν τὰς μυστικὰς τῶν λογισμῶν ἐξαγορεύσεις αὐτῆς. καὶ δέλτον ἐγχειρίζων ἔλεγεν αὐτῇ, πρὸ τῶν θυρῶν εὑρεῖν αὐτομάτως ἐξιόντα αὐτὸν ὀρθριαίτερον, ἀγνοῶν ὅστις ὁ ῥίψας εἴη, καὶ ὅτου χάριν. τά γε
P. 492 μὴν ἐγγεγραμμένα εἶχε πρῶτον μὲν ὅρκους φρικώδεις κατὰ τοῦ πνευματικοῦ ἐκείνου ἀνδρὸς καὶ κολάσεων δεινῶν ἀπειλὰς, ὅσαι ψυχῇ καὶ σώματι μακρὰν ἐπιφέρουσι καὶ ἀφόρητον τὴν δριμύτητα, εἰ βουληθείη διὰ δειλίαν, ἢ δι' οἱονδήτινα τρόπον, συστεῖλαι καὶ ἥκιστα ἐθελῆσαι δοῦναι τῇ βασιλίδι τὴν δέλτον. ἔπειτα ἔστρεφε τὸ τοῦ λόγου πρόσωπον ἐς τὴν βασιλίδα· καὶ ἦν ἡ τῶν λεγομένων δύναμις τοιαύτη. „εἰ μὴ παύσῃ μαχομένη καὶ πόλεμον
B ἐγείρουσα κατὰ τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων, οὐκ ἂν φθάνοις φθείρουσα τὴν σὴν αὐθεντίαν καὶ τὸν τῆς οἰκείας δόξης

circumsteterunt, et eius iudicium perturbarunt. Etenim perseverantissima Dei clementia cohibebat adhuc supremae irae tela, et mulieris differebat exitium; atque ad poenitendum animo furenti spatium largita his tantum incommodis et difficultatibus leviter adumbrabat poenam reservatam. Cum autem quartus dies aegram confirmasset et erexisset, suum illum priorem animum in patriarcham denuo recepit, et ad priora rursus consilia rediit. Sex intercesserant dies, cum episcopis iterum edicit, ut iisdem de rebus acturi postridie conveniant. (V.) Sole recens orto, ad eam propere accurrit vir monasticae et tranquilliori vitae addictus; cui illa subinde ad se ventitanti arcana conscientiae aperire consueverat. Hic tabellam porrigit, aitque se, summo mane egressum, eam ante fores casu offendisse: nescire autem, a quo et quorsum iacta esset. In ea quae legebantur, haec erant. Primo horrendae exsecrationes in virum illum religiosum, et poenarum gravissimarum denunciationes (earum scilicet, quae et animae et corpori diuturni ac intolerandi doloris acrem sensum afferunt) si metu ille aut quacunque alia ratione deterritus supprimeret ac tradere imperatrici eam tabellam recusaret. Deinde ad ipsam imperatricem oratio convertebatur; et haec ferme erat vis verborum. „Nisi desieris pugnare et bellum inferre sacrosanctis ecclesiae dogmatis, non poteris facere, quin et tuam auctorita-

Βασίλειον αὐτὸ ἐστιν ἀρχαιοπρεπῶς καὶ ἑρμαϊκῶτατον· καὶ ἐν μέσῳ τῷ ἀέρι ἀνέστηκεν ἡ βασιλικὴ γυναικωνῖτις, ἐμπεφυκυῖα τῷ ἀνακτόρῳ, καὶ ἐν ἀμφοτέροις ἀνεῳγμένη πρὸς τὸν ἀέρα· καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνακτόρου μὲν ἐπὶ τῶν ἀνωτάτω τοῦ τείχους ἐπάλξεων, ἐπὶ δὲ τῆς γυναικωνῖτιδος ἐπὶ τῶν ἀνωτάτω τοῦ ἀνακτόρου τείχους. Ἐπὶ τοῦ ἀνακτόρου μὲν οὖν ἐστιν ἡ τῶν ἀνδρῶν ἐξέτασις καὶ ἡ τῶν ὅπλων ἐπίσκεψις· ἐν δὲ τῇ γυναικωνῖτιδι ἡ τῶν γυναικῶν ἐξέτασις. (2) Ἔνθα δοκιμάζουσι μὲν οἱ ἄνδρες τὰ ἐπιτήδεια τοῖς ἀνδράσιν, ἐξετάζουσι δὲ καὶ αἱ γυναῖκες τὰ ἐπιτήδεια ταῖς γυναιξί· καὶ ἔστιν ἐν τῷ μὲν ἀνακτόρῳ ἡ τῶν ἀνδρῶν ἐξέτασις καὶ ἡ τῶν ὅπλων ἐπίσκεψις, καὶ οὐδενὸς ἧττον ἐμπειροτάτων ἀνδρῶν ἐπιστατοῦντος· ἐν δὲ τῇ γυναικωνῖτιδι ἡ τῶν γυναικῶν ἐξέτασις καὶ ἡ τῶν ὅπλων ἐπίσκεψις, καὶ οὐδενὸς ἧττον ἐμπειροτάτων γυναικῶν ἐπιστατοῦντος. (3) Ἐν δὲ τῷ ἀνακτόρῳ μὲν ἐστιν ἡ τῶν ἀνδρῶν γυμνασία, ἐν δὲ τῇ γυναικωνῖτιδι ἡ τῶν γυναικῶν· καὶ ἐν μὲν τῷ ἀνακτόρῳ ἐστὶν ἡ τῶν ἀνδρῶν ἀποκρισιάρχων γυμνασία, ἐν δὲ τῇ γυναικωνῖτιδι ἡ τῶν γυναικῶν ἀποκρισιαρχουσῶν· καὶ ἐν μὲν τῷ ἀνακτόρῳ ἐστὶν ἡ τῶν ἀνδρῶν ἀποκρισιαρχῶν ἐξέτασις καὶ ἡ τῶν ὅπλων ἐπίσκεψις, καὶ οὐδενὸς ἧττον ἐμπειροτάτων ἀνδρῶν ἐπιστατοῦντος· ἐν δὲ τῇ γυναικωνῖτιδι ἡ τῶν γυναικῶν ἐξέτασις καὶ ἡ τῶν ὅπλων ἐπίσκεψις, καὶ οὐδενὸς ἧττον ἐμπειροτάτων γυναικῶν ἐπιστατοῦντος. (4) Ἐν δὲ τῷ ἀνακτόρῳ μὲν ἐστιν ἡ τῶν ἀνδρῶν ἀποκρισιαρχῶν γυμνασία, ἐν δὲ τῇ γυναικωνῖτιδι ἡ τῶν γυναικῶν ἀποκρισιαρχουσῶν· καὶ ἐν μὲν τῷ ἀνακτόρῳ ἐστὶν ἡ τῶν ἀνδρῶν ἀποκρισιαρχῶν ἐξέτασις καὶ ἡ τῶν ὅπλων ἐπίσκεψις, καὶ οὐδενὸς ἧττον ἐμπειροτάτων ἀνδρῶν ἐπιστατοῦντος· ἐν δὲ τῇ γυναικωνῖτιδι ἡ τῶν γυναικῶν ἐξέτασις καὶ ἡ τῶν ὅπλων ἐπίσκεψις, καὶ οὐδενὸς ἧττον ἐμπειροτάτων γυναικῶν ἐπιστατοῦντος. (5) Ἐν δὲ τῷ ἀνακτόρῳ μὲν ἐστιν ἡ τῶν ἀνδρῶν γυμνασία, ἐν δὲ τῇ γυναικωνῖτιδι ἡ τῶν γυναικῶν· καὶ ἐν μὲν τῷ ἀνακτόρῳ ἐστὶν ἡ τῶν ἀνδρῶν ἀποκρισιαρχῶν γυμνασία, ἐν δὲ τῇ γυναικωνῖτιδι ἡ τῶν γυναικῶν ἀποκρισιαρχουσῶν· καὶ ἐν μὲν τῷ ἀνακτόρῳ ἐστὶν ἡ τῶν ἀνδρῶν ἀποκρισιαρχῶν ἐξέτασις καὶ ἡ τῶν ὅπλων ἐπίσκεψις, καὶ οὐδενὸς ἧττον ἐμπειροτάτων ἀνδρῶν ἐπιστατοῦντος· ἐν δὲ τῇ γυναικωνῖτιδι ἡ τῶν γυναικῶν ἐξέτασις καὶ ἡ τῶν ὅπλων ἐπίσκεψις, καὶ οὐδενὸς ἧττον ἐμπειροτάτων γυναικῶν ἐπιστατοῦντος.

Ch. 19. Of the Palace.

The palace is a royal residence of the most ancient and Hermaic style. In the middle of the air rises the royal gynæconitis, which is connected with the palace, and is open to the air in both. And on the palace it is open on the highest battlements of the wall, but on the gynæconitis on the highest battlements of the palace wall. In the palace, then, is the examination of men and the inspection of arms; but in the gynæconitis the examination of women and the inspection of women's arms, and no less experienced women superintend. (2) Where men examine the things suitable for men, women also examine the things suitable for women; and in the palace is the examination of men and the inspection of arms, and no less experienced men superintend; but in the gynæconitis the examination of women and the inspection of women's arms, and no less experienced women superintend. (3) And in the palace is the exercising of men, but in the gynæconitis that of women; and in the palace is the exercising of the men who are appointed to furnish provisions, but in the gynæconitis that of the women who are appointed to furnish provisions; and in the palace is the examination of the men who are appointed to furnish provisions and the inspection of arms, and no less experienced men superintend; but in the gynæconitis the examination of the women who are appointed to furnish provisions and the inspection of women's arms, and no less experienced women superintend. (4) And in the palace is the exercising of the men who are appointed to furnish provisions, but in the gynæconitis that of the women who are appointed to furnish provisions; and in the palace is the examination of the men who are appointed to furnish provisions and the inspection of arms, and no less experienced men superintend; but in the gynæconitis the examination of the women who are appointed to furnish provisions and the inspection of women's arms, and no less experienced women superintend. (5) And in the palace is the exercising of men, but in the gynæconitis that of women; and in the palace is the exercising of the men who are appointed to furnish provisions, but in the gynæconitis that of the women who are appointed to furnish provisions; and in the palace is the examination of the men who are appointed to furnish provisions and the inspection of arms, and no less experienced men superintend; but in the gynæconitis the examination of the women who are appointed to furnish provisions and the inspection of women's arms, and no less experienced women superintend.

A. M. 6855 Ind. 15 μένῳ, προσήκων τόπος ἥκιστα ἦν εἰς καταμονήν· καὶ ταῦτα μήπω μηδὲ τῆς συζύγου παρούσης, ἀλλ' ἐν Διδυμοτείχῳ διατριβούσης
F ἔτι. οἷς μὲν γὰρ ἁρμόττουσαν ἔχειν ἐνῆν οἰκήμασι δίαιταν βασιλεῖ, ταῦτα προκατέχουσαν οὐκ ἐξέστησεν Ἄνναν τὴν βασιλίδα ξύν γε τῷ παιδὶ καὶ βασιλεῖ Ἰωάννῃ, οὐδ' ἐμποδὼν ἐγεγόνει τὴν προτέραν σφᾶς ἐν τούτοις ἔχειν ἀνάπαυσιν· ἀλλ' ὥσπερ σφίσι τῶν βασιλικῶν πρωτείων ἐξεκεχωρήκει λαμπρῶς ἔν τε καθέδραις καὶ εὐφημίαις, οὕτω κἀν ταῖς οἰκήσεσιν ἐπεπράχει. αὐτὸς δ' ἐν
P. 493 τοῖς περὶ τὸν Ἀλέξίου τοῦ πάλαι μέγιστον τρίκλινον ἐρειπίοις μᾶλλον ἢ οἰκήμασιν εἰπεῖν δέδωκε φέρων οἰκεῖν ἑαυτόν. (H.) Ἰωάννην γε μὴν τὸν πατριάρχην, δέσμιον τηνικαῦτα παρόντα τοῖς βασιλείοις εὑρὼν, οὐδὲ μιᾶς ἠξίωσε προσαγορεύσεως. διώκτην γὰρ αὐτοῦ καταστάντα, καὶ θερμὸν ἐξ ἀρχῆς πολέμιον, οὔτ' εὖ τι δρᾶν εἶχε, τῆς καρδίας ἥκιστα προθυμουμένης ὁμαλὸν πρυτανεύειν οὐδέν· οὔτ' αὖ τοῖς αὐτοῦ κακοῖς κακὰ προστιθέναι κέ-
B κρικεν ἕτερα δεῖν· πλὴν ὅτι ταῖς τοῦ Παλαμᾶ πειθόμενος εἰσηγήσεσι τῇ τε τῆς ἐπισκοπῆς καθαιρέσει προσεπῆγε καθαίρεσιν καὶ ἅμα ἐν τῇ τοῦ θείου Βασιλείου μονῇ προστεταχὼς ἀπενεχθῆναι τέως ἐς Διδυμότειχον ἐκεῖθεν ἐξόριστον μετ' ὀλίγον αὐτὸν ἐπεπόμφει. (Θ.) Καὶ ταυτὶ μὲν, ἰδίας καὶ πολυτελεστέρας δεόμενα πραγματείας, κεφαλαιώδως πως ἡμεῖς καὶ σφόδρα τοι πε-
C φεισμένως οὑτωσὶ διεξεληλύθειμεν, πλείσταις ἄλλαις διεξιέναι λόγοις ἀφθονωτέροις τὰς ὑποθέσεις γλώτταις παραχωροῦντες, καὶ ἄλλοτ' ἄλλαις ἀεὶ πανταχόθεν εἰς ἕνα τινὰ συγκεκροτημένον

17. Post καθαιρέσει Boivino excidisse videtur τὴν τῆς ἱερωσύνης.

in quo habitaret; idque, etsi nondum adesset uxor, sed adhuc Didymotichi commoraretur. In qua enim aedium parte versari imperatorem conveniens erat, ab ea imperatricem Annam haud movit, quae cum filio Ioanne imperatore ibi habitare occupaverat; neque impediit, quo minus ii sedem illic ut antea haberent. Sed ut imperatoriis praerogativis aperte iis cesserat, tam in sessionibus quam in acclamationibus, ita et in ipsis habitationibus cessit. Ipse vero ad illas, quae circa maximum Alexii veteris triclinium occurrunt, ruinas potius quam aedes se contulit et habitatum ivit. (VIII.) Ioannem autem patriarcham, qui tum in palatio vinctus adstabat, obvium cum habuisset, nulla allocutione dignatus est. Ei enim, qui se persequi instituisset, et ab initio hostis acerrimus exstitisset, nec poterat benefacere, voluntate minime propensa ad benigne consulendum; nec illius malis alia addere mala visum est: nisi quod suadenti Palamae obsequutus episcopalem dignitatem iterato illi ademit, et cum in Divi Basilii monasterium interim transferri eum iussisset, Didymotichum inde paulo post exulatum misit. (IX.) Et haec quidem, tametsi peculiari fusiorique expositione egebant, summatim quodammodo nos ieiuniusque percurrimus; aliis videlicet bene multis, ad eundem finem quotidie et undecunque tendentibus, eadem argumenta copio-

ἐχούσαις δρόμον τὸ πέρας· οἷς ἐντυγχάνειν τέ ἐστι ῥᾷστα τοῖς A. C. 1347
βουλομένοις καὶ ἅμα τὸ πολύχουν τε καὶ ποικίλον τῶν ὑποθέ- Imp. Io. Pa-
σεων ἀκριβέστερον ἐκμανθάνειν. τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, ἐξέ- laeol. 6
στω λοιπὸν ἐπανιοῦσι τῶν τῆς ἱστορίας ἡμῖν ἐκείνων ἔχεσθαι πά-
λιν ὁμοίως εἰρμῶν, κἀκεῖθεν τῆς τῶν ἑξῆς ἀφηγήσεως ἄρχεσθαι,
τὰ πλείω συντομίας ἕνεκα τῶν μεταξὺ, καὶ ὅσα πλείστοις ἄλλοις
ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ ἐστὶν εἰρημένα, παραλιμπάνοντας.

ι'. Ἐπεὶ γὰρ τοῖς περὶ τὸν Παλαμᾶν τὸ σπουδαζόμενον ἅπαν D
ἦν, ἀεὶ συνιστᾶν καὶ ἐποικοδομεῖν τὰς σφῶν αὐτῶν καινοφωνίας, V. 399
πόρρωθέν τε καὶ ἐγγύθεν, ἔπειθ' ὑποῤῥέοντα μὲν πρὸς τὸ ἀδο-
ξότερον τὰ τῶν Βυζαντίων ἑώρων πράγματα, τὰ δὲ τοῦ Καντα-
κουζηνοῦ πρὸς τὸ ἐπικρατέστερον ἀνιόντα, Ἄνναν μὲν ἐς προὖ-
πτον αὐτοὶ καὶ λαμπρῶς ἐθώπευον τὴν βασιλίδα, διά τε τῶν
αὐτῇ προσῳκειωμένων ἀρχόντων καὶ ὅσον τὴν βασίλειον ἐπλήρου
γυναικωνῖτιν πλῆθος, ἵνα δὴ συναγωνιζομένην ἔχοιέν σφισιν αὐ-
τὴν ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτὴν ἅπασιν· εἶχον γὰρ εὐφυῶς ὑποδρα-
μεῖν καὶ ἀναμοχλεῦσαι ῥᾷστα γνώμας ἀνθρώπων, τοῦ πονηροῦ P. 494
παραθήγοντος πνεύματος· λάθρα δὲ γραφαῖς καὶ πολυτρόποις
μηχαναῖς τῷ Καντακουζηνῷ συνεκρότουν, πόρρωθεν καὶ αὐτὸν
ἐς τὰς οἰκείας καινοφωνίας μεθέλκοντές τε καὶ ἁρμοζόμενοι. διὸ
καὶ τοῖς προδιδοῦσιν αὐτοὶ συνήργουν τὰ κράτιστα ἐς τὴν τοῦ
Καντακουζηνοῦ πρὸς Βυζάντιον εἴσοδον. καὶ οὕτωσὶ λοιπὸν ἐξαν-
δραποδισαμένοις ἐκείνου τὴν γνώμην ἅπασαν μικρόν τι τὸ κω-
λύον ἅπαν ἐνομίζετο, καὶ μόγις μέγα, φέρειν καὶ ἄγειν Καντα- B

sius explicanda relinquentes: ad quos volenti cuique facillimum est accedere, ut ex iis rerum copia et varietas cumulatius percipiatur. Quae cum ita sint, licebit iam nobis, ad institutum reversis, eandem illam rursus persequi seriem historiae, et eorum quae sequuta sunt ordiri inde narrationem; ita tamen ut pleraque interiecta, et quaecunque ab aliis sive privatim sive publice commemorata sunt, compendii causa omittamus.

10. Cum omnino studerent Palamae sectatores nova commenta usque stabilire et exstruere, atque id unum tam e longinquo quam e proximo spectarent; iidemque res Byzantiorum ruere in peius, Cantacuzenum vero magis ac magis invalescere animadverterent; Annam quidem imperatricem palam et clare, tum ipsi per se, tum per viros principes illi maxime coniunctos, ac per omnem aulicarum mulierum turbam, adulabantur; ut et eam, et eos omnes, qui ad eam se adiunxerant, conciliarent sibi adiutores: erat enim ipsis promptum, instigante malo genio, circumvenire et labefactare hominum mentes: clanculum autem scriptis variisque artibus Cantacuzeno favebant, quo videlicet ipsum quoque ad nova dogmata e longinquo traherent atque formarent. Itaque et proditoribus operam ipsi impensissimam navabant, ut Cantacuzenus Byzantium ingrederetur. Atque ita porro mancipata sibi penitus illius voluntate, leve iam esse videbatur quidquid obstabat, et Cantacuzenum quoquoversus pro libitu ferre atque agere, postquam

A. M. 6855 Ind. 15 κουζηνὸν εἰς ἅπαν τὸ σφίσι βουλόμενον, ἀφ' οὗ τὸ βασίλειον ἐς τὸ ἐντελὲς περιεζῶσθαι ξυνεῤῥύη κράτος. (B.) Δόξαν οὖν ἐς τοὺς ἰδίους τῷ Παλαμᾷ τρόπους ἀνυσιμώτατον δυοῖν πεπραχέναι θάτερον· ἢ ἑαυτὸν, εἰ δυνηθείη, τοῖς πατριαρχικοῖς ἐγκαθιδρῦσαι θρόνοις, ἢ γοῦν τῆς φατρίας ἁ γε δεύτερον ἕνα ὄντινοῦν· ἐπειδήπερ αὐτῷ μὲν ἥκιστα κατὰ σκοπὸν ἐχώρει τὸ πρᾶγμα, C ἀντεισενεγκεῖν Ἰσίδωρον ἐξεγένετο, ὃς Μονεμβασίας μὲν ἐψήφιστο πρότερον· ἔπειτα διὰ τὸ ταῖς τοῦ Παλαμᾶ καὶ αὐτὸν ἁλίσκεσθαι καινοφωνίαις καθῄρηταί τε καὶ τῆς ἱερᾶς ἀφώρισται κοινωνίας· δι' ὃν δὴ καὶ πατριαρχεύσαντα νῦν τὸ τῆς ἐκκλησίας εὐθὺς ἐῤ- ῥάγη σύστημα. (Γ.) Καὶ πρῶτον μὲν τῶν ἐπισκόπων οἱ πλείους ἐς τὸ τῶν θείων ἀποστόλων ἀθροισθέντες τέμενος, δεύτερον δ' D ἐς τὴν Στεφάνου τοῦ θείου πρωτομάρτυρος μονὴν, αὐτόν τε Ἰσίδωρον καὶ ὅσοι ὁμόφρονες εἶεν ἀναθέματι κανονικῷ καθυπέβαλλον, καὶ ἅμα τὴν ψῆφον ὑπογραφαῖς ἰδίαις κυρώσαντες παῤ- ῥησίᾳ σφίσιν ἐπεπόμφεισαν. ἐφ' οἷς ἀχθεσθέντες σφόδρα τὸν βασιλέως θυμὸν ὀξύνουσι κατ' αὐτῶν. κἀντεῦθεν τοῖς μὲν παραθεωρεῖσθαι ξυνέβαινε, κἀξ ἐνδόξων ἀδόξοις καθίστασθαι, κἀξ εὐπόρων αὖ αἰφνίδιον ἀπόροις· τοῖς δ' ὑπερορίοις γίνεσθαι τῆς E μεγάλης πόλεως, οἷς μὲν ἐκοῦσιν, οἷς δ' οὔ. (Δ.) Καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις ἔστι διηγουμένων ἑτέρων ἀκούειν πλατύτερον· ὅπως μὲν ἄλλος ἄλλοθι διεσπάρησαν ἅπαντες, καὶ ἀπεῤῥίφησαν μετὰ τῆς παῤῥησίας καὶ τῶν ἐλέγχων· ὅπως δ' αὖ τῶν πανταχῇ θαλάσσης V. 400 τε καὶ γῆς ὀρθοδόξων ἐς Βυζάντιον συχνὰ ἐσεφοίτα γράμματα,

is plenissimam auctoritatem imperatoriam induit, vix ab iis magnum putabatur. (II.) Ac Palamas quidem sic statuebat, conducere admodum rationibus suis, duorum alterum effici; ut aut se ipsum, si posset, sedi patriarchali imponeret; aut quemvis saltem e suis sectatoribus. Quia igitur ipsi pro se agenti minime ex sententia succedebat, idcirco Isidorum promovendum duxit. Hic Monembasiae electus antehac episcopus mox novorum Palamae errorum cum et ipse convictus fuisset, deiectus dignitate fuerat, et a sacra communione segregatus. Eodem nunc patriarchatum obtinente, scissum est statim ecclesiae corpus. (III.) Atque episcopi plerique, cum in sanctorum Apostolorum aedem primum, deinde in Divi Stephani Protomartyris monasterium convenissent, canonico anathemate Isidorum, et quotquot illi assentirentur, perculerunt. Deinde decretum, propriis subscriptionibus confirmatum, confidenter illis miserunt. Quod illi aegre admodum ferentes imperatoris animum in hos stimulant: eoque factum, ut horum alii despicerentur, et ex illustribus obscuri, ex opulentis inopes statim existerent; alii magna urbe exularent, volentes quidam, nonnulli inviti. (IV.) Quae deinde gesta sunt, ea ab aliis narrata fusius accipere est: ut nempe omnes alius alio dispersi sint et eiecti, sua cum dicendi libertate suisque illis criminationibus; ut rursus ab orthodoxis, ubique maris et terrarum degentibus, frequentes litterae Byzantium ventitarint, zeli divini plenae, quae Palamam

ζήλου θείου μεστὰ, περιφανεῖ παραπεμπόντων ἀναθέματι Παλα- A. C. 1347
μᾶν ὁμοῦ καὶ Ἰσίδωρον, καὶ ὅσοι ὁμόφρονες ἔκ τε Ἀντιοχέων Imp. Io. Palaeol. 6
φημὶ καὶ Ἀλεξανδρέων καὶ ἅμα Τραπεζουντίων ἐπισκόπων καὶ F
πρεσβυτέρων· ἔκ τε Κυπρίων ὁμοῦ καὶ Ῥοδίων καὶ ὀρθοδόξων
προσοίκων· ἔκ τε Μυσῶν καὶ Τριβαλλῶν, καὶ ὅσοι τοῖς τῶν
θείων πατέρων ὅροις ἐμμένειν μακρῷ παρειλήφεσαν ἐθισμῷ, καὶ
μηδέν τι νεώτερον δέχεσθαι παρ' οὐδενὸς τῶν ἁπάντων, κἂν ἀγ-
γέλων τις ἐξ οὐρανοῦ κομίζῃ.

ια'. Ἡμεῖς δ' ἐς τοσοῦτον ἥκομεν τοῦ παρενεχθῆναι λαθεῖν P. 495
τῷ πολυειδεῖ καὶ ποικίλῳ τῶν ὑποθέσεων, ὥσθ' ἃ παρεῖται δο-
κεῖν εἶναι τὰ καιριώτερα. τὰ δέ ἐστιν, ὅπως τε ἑκάτερος ἑκατέρῳ
χορηγῷ καὶ ταμίᾳ τοῦ ἀξιώματος ἐχρήσατο· Καντακουζηνῷ μὲν
Ἰσίδωρος τῆς πατριαρχίας, Καντακουζηνὸς δ' Ἰσιδώρῳ τῆς βα-
σιλείας τὸ δεύτερον. ἡ γὰρ ἐν Διδυμοτείχῳ πρὶν ἀναγόρευσις τὸ
τέλειον ἔχειν ἥκιστα ἐδόκει τοῖς Παλαμίταις. (B.) Γεγονέναι δὲ B
τὰ τοιαῦτα συμπέπτωκε κατὰ τὸν ἐν Βλαχέρναις θεῖον νεών. τὸ
γὰρ θαῦμα τῆς οἰκουμένης ἐκεῖνο, τὸ μέγα λέγω καὶ περιβόητον
τῆς τοῦ θεοῦ Σοφίας τέμενος, ἀφ' οὗ τὸ μέρος ἐκεῖνο καθῄρη-
ται, πρὸς τὸ ἀχρεῖον φεῦ ἀπενεχθὲν, μακράν τινα τὴν ἀωρίαν
εἶχε τοιαύταις ἑορταῖς διακονεῖσθαι καὶ πανηγύρεσιν. μὴ οὖν
πρὸς τοσοῦτον οὗτος ἀποχρῶν πλῆθος πνιγηρόν τι χωρίον ἐδό-
κει καὶ ἀτερπές. τοῦ γὰρ δημοσίου βήματος ἐκείνου μῆκος ἀνά- C
λογον ἔχειν ἀπαιτουμένου τῷ τε ὕψει καὶ πλάτει, ἐφ' οὗ τοὺς

4. καὶ ante ὀρθοδόξ. add. Boiv.

simul et Isidorum, et omnes eorum fautores, apertis exsecrationibus prosequebantur, ab Antiochensibus dico, et Alexandrinis, Trapezuntiisque tam episcopis quam presbyteris; item ab Cypriis, Rhodiisque, et orthodoxis adiacentibus; nec non Mysis et Triballis, et quicunque sanctorum Patrum inhaerere praescriptis, ac nihil quidquam novi ab quocunque allatum admittere, vel si id ab Angelo afferretur, tradito iam inde antiquitus more instituerant.

11. Sed nos argumentorum copia et varietate eo usque sensim abrepti sumus, ut ea omissa sint, quae potiora videntur exstitisse; nempe ut alter alterum auctorem habuerit et architectum dignitatis, Cantacuzenum quidem Isidorus patriarchicae, Isidorum vero Cantacuzenus imperatoriae, secundo delatae. Quae enim celebratio Didymotichi peracta fuerat, ea Palamitis completa minime videbatur. (II.) Isthaec vero in templo Blachernensi perfecta est. Etenim illud orbis miraculum, magnum inquam illud et omnium sermone celebratissimum S. Sophiae templum, ex quo pars eius eversa erat, eo redactum (proh dolor!), ut nulli esset usui, minime erat opportunum eiusmodi festis ac celebritatibus apparandis. Hoc vero tantam multitudinem capere haud poterat; adeoque arctior locus et insuavior videbatur. Nam cum publicus ille suggestus, cui imperatorios thronos imponi oportebat, eam exigeret longitudinem, quae et altitudini et latitudini respondе-

A. M. 6855 Ind. 15 βασιλικοὺς ἔδει τεθῆναι θρόνους, ἐχρῆν ἑκατέρωθεν τὴν προσήκουσαν ἔχειν εὐρυχωρίαν καὶ τοὺς τοῦ θεραπευτικοῦ τάγματος, ὁπότε δεήσειεν· ὡς εἶναι βραχὺ λοιπὸν τὸ λειπόμενον τοῦ νεὼ πρὸς ὑποδοχὴν διαφόρων ὄχλων. ὅμως ἐφαμίλλου τῷ μεγίστῳ θείῳ ἐκείνῳ τεμένει τῶν πάντων ὄντος οὐδενὸς, ὃ δεύτερος ἐξ 5
D ἀνάγκης ἔδοξε πλοῦς εἰς τὴν χρείαν αὐτός. (Γ.) Καὶ ἦσαν οἱ τοὺς βασιλικοὺς τηνικαῦτα θρόνους πληροῦντες ἐκείνους δυοῖν τε βασιλέων ὁμωνύμων ὁμοφροσύνη καὶ ἅμα βασιλίδες τρεῖς, Ἄννα τε καὶ Εἰρήνη ἡ Καντακουζηνὴ μετὰ τῆς θυγατρὸς Ἑλένης. τούτων δ' οὕτω τετελεσμένων, περὶ δεκάτην ὥραν που τῆς 10
πρώτης καὶ εἰκοστῆς τοῦ μαΐου ἵππων εὐθὺς ἐπιβάντες, ὡς εἶχον, μετὰ τῶν βασιλικῶν ἐνδυμάτων ἐκείνων ἦκον ἐς τὸ παλά-
V. 401 τιον. κἀκεῖ τὴν συνήθη πεποιηκότες ἐμφάνειαν ἀφ' ὑψηλοῦ τοῦ βήματος εἶτα κατῆσαν, καὶ τράπεζαν παρετίθεσαν, ἐπὶ πέντε
P. 496 θρόνων αὖθις καθίσαντες. (Δ.) Τοσαύτῃ δὲ πενίᾳ κατείχετο τὰ 15
βασίλεια τηνικαῦτα, ὥστ' οὐδὲν ἦν τῶν τρυβλίων καὶ ἐκπωμάτων ἐκεῖ χρυσοῦν ἢ ἀργυροῦν· ἀλλ' ἔνια μὲν καττιτέρινα, τὰ δ' ἄλλα πάντα κεραμεᾶ καὶ ὀστράκινα. ἐξ ὧν ἔξεστι συνιέναι τοῖς ὅσοι μὴ ἀδαεῖς τῶν τοιούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλως ὀφειλομένων, ὁπόσα μὴ κατὰ τὸ εἰκὸς τελεῖσθαι ξυνέβαινε, τῷ τῆς ἐνδείας βιαίῳ τῶν 20
τότε τυραννουμένων πραγμάτων καὶ λόγων καὶ ἐγχειρημάτων. ἐῶ
B γὰρ λέγειν, ὅτι καὶ τὰ βασιλικὰ τῆς ἑορτῆς ἐκείνης διαδήματά τε καὶ περιβλήματα, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, χρυσοῦ μὲν εἶχον τὴν φαντασίαν καὶ λίθων δῆθεν πολυτιμήτων· τὰ δ' ἦν ἐκεῖνα μὲν

ret, necesse etiam erat utrinque spatium satis amplum diaconis patere ad sedendum, ubi opus futurum esset; ita ut templi reliqua pars angustior iam foret, quam ut posset capere variam hominum multitudinem. Tamen cum ex omnibus templis nullum esset, quod maximo illi posset aequiparari, altero hoc velut subsidiario uti necesse visum est. (III.) Erant autem ii, qui sedilia illa imperatoria tunc tenebant, cognomines et socii duo imperatores; item tres imperatrices, Anna et Irene Cantacuzena cum filia Helena. Quae cum ita essent, primo et vigesimo Maii die, circa decimam horam, conscensis statim equis, ita ut erant, cum imperatoriis illis insignibus, venere ad palatium. Cumque ibi de more spectandos se ex alto suggestu exhibuissent, mox descenderunt, ac mensa apposita, rursus in quinque sedilibus consedere. (IV.) Tanta porro tunc laborabat inopia palatium, ut in lancibus et poculis nihil ibi esset aurei aut argentei; sed stannea quidem nonnulla, caetera vero omnia fictilia et testacea essent. Ex his quilibet, earum rerum non rudis, caetera quoque aliunde requisita, nec ita ut par erat perfecta (tyrannica quippe inopiae vi in factis, in dictis, in consiliis, tum temporis dominante) facile intellecturus est. Nam illa quidem dicere omitto, ut et ipsa in ea solennitate diademata et vestimenta, maxima ex parte, auri quidem speciem haberent et gemmarum pretiosissimarum; con-

ἀπὸ σκύτους, ὁπόσα χρυσὸς ἐπιχρώζει πρὸς τὴν τῶν σκυτέων A. C. 1347
ἐνίοτε χρείαν· ταῦτα δ' ἐξ ὑέλων, παντοδαπὴν ἐχόντων χροιὰν Imp. Io. Palaeol. 6
πρὸς τὸ διαυγές. ἦσαν δ' οὖ καὶ σποράδην εἰπεῖν εὐκοσμίαν ἔχοντες ἀληθεύουσαν λίθοι πολυτελεῖς καὶ μαργάρων στιλπνότης,
οὐκ ἀπατῶσα τὰς ὄψεις· οὕτως ἔῤῥει καὶ σφόδρα ἔσβη καὶ κα- C
τηνέχθη τὰ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης εὐδαιμονίας τε καὶ λαμπρότητος τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων· ὡς νῦν γε μηδ' ἄνευ αἰσχύνης ἔχειν ἡμᾶς ἐκτιθέναι τὴν τῶν τοιούτων ἀφήγησιν. (E.) Αἰτίαι δ' ἦσαν τῆς τοιαύτης καταφορᾶς τε καὶ κακοδαιμονίας· πρώτη μέν, ἡ τῶν ἐμφυλίων στάσεων φορά τε καὶ σύγχυσις· ἧ ῥᾴστη μὲν ἡ τῶν ὄντων ἦν χρηματικῶν εἰσόδων ἀνατροπή· ῥᾴστη δ' ἡ τῆς οὐκ οὔσης δαπάνης εὕρεσις καὶ ἐπίνοια· δευτέρα δὲ καὶ τελευταία, D
τὸ φιλάργυρόν τε καὶ χρυσομανὲς τῆς γνώμης τῆς τε βασιλίδος Ἄννης καὶ Ἀλεξίου τοῦ Ἀποκαύκου· οἷς ἡ τοῦ στρατεύεσθαι χρεία κατὰ τοῦ Καντακουζηνοῦ, πρόφασιν παρασχοῦσα πλουτεῖν κακοτρόπως, ὅλαις ἐξαντλεῖν ἐπινενόηται χερσὶ τὰ ἐκ πολλοῦ τοῖς βασιλικοῖς ταμιείοις ἐντεθησαυρισμένα πολυτελῆ κειμήλια. προσποιούμενοι γὰρ ἑτέροις πιπράσκειν τὰ μὲν αὐτῶν αὐτοὶ κατ' E
ἐκλογὴν ἐσφετερίζοντο λάθρα· τὰ δ' αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐπίπρασκον, πάνυ τοι εὔωνον, καὶ ὁποία βουλομένοις σφίσιν ἦν, τὴν πρᾶσιν ποιούμενοι. ἦν δ' ὅμως καὶ ἐξεπίτηδες τὸ γινόμενον, ὡς αὐτοῖς ἐνίοτε ἐκλαλούμενον ἦν· ἵν' εἰ τύχοι παρειληφὼς τὴν βασίλειον ἀρχὴν ἐς Βυζάντιον εἰσεληλυθὼς ὁ Καντακουζηνὸς, μὴ εἶναί οἱ χρημάτων εὐπορίαν, δι' ὧν τοῖς ἡγεμόσιν ἰσχὺς κατ' ἐχθρῶν

starent autem illa corio, qualia nonnunquam inaurantur ad coriariorum usum; haec vitro, omnigenis coloribus perlucente. Erat tamen alicubi, sed sparsim, sincerus pretiosorum lapidum nitor, et is, qui oculos non decipere-ret, margaritarum fulgor. Adeo dilapsa erat penitusque exstincta et pessumdata vetus illa rei Romanae fortuna et magnificentia, ut ne nunc quidem sine pudore earum rerum narrationem edere possimus. (V.) Cur autem adeo res perditae et afflictae essent, hae causae erant. Prima, civilium dissidiorum tumultus et caeca perturbatio; cui facillimum fuit et id quod rei pecuniariae erat effundere, et eos sumptus comminisci atque excogitare, qui nulli erant. Altera, eademque ultima, avaritia et auri amore furens animus Annae imperatricis Alexiique Apocauci; quibus belli Cantacuzeno inferendi necessitas occasionem praebens perperam ditescendi ideo excogitata est, ut plenis manibus pretiosas illas gazas haurirent, quae in imperatoriis thesauris iampridem erant repositae. Aliis enim vendere simulantes nonnulla, delectu habito, in rem suam convertebant: quaedam ipsi sibi vili admodum pretio, et ut libitum erat, vendebant. Id tamen et consulto fiebat, ut ab ipsis temere aliquando vulgatum: ne videlicet Cantacuzeno, si forte is Byzantium ingressus rerum potiretur, parata esset copia pecuniarum, unde et principibus vires ad debellandos hostes suppetunt, et or-

A. M. 6855 Ind. 15 περιγίνεται καὶ κόσμος τῇ ἀρχῇ δημιουργεῖται· ἀναλογίαν γὰρ
F ἔχειν βίῳ παντὶ τὰ χρήματα, καὶ μάλιστα πάντων ταῖς ἡγεμονικαῖς ἀρχαῖς, ὁποίαν δήπου τοῖς πᾶσι ζώοις ἡ τῶν νευρῶν σύμπηξίς τε καὶ ἁρμονία. (ς'.) Ὅθεν ἐλθόντι τῷ Καντακουζηνῷ πάντ' ἦν παντάπασι κεκενωμένα τὰ βασιλέων ταμιεῖα· καὶ πλὴν 5
ἀέρος καὶ κόνεως καὶ τῶν Ἐπικουρείων εἰπεῖν ἀτόμων, εὕρηται πλέον οὐδὲν ἐν αὐτοῖς. δέον οὖν ζητῆσαι καὶ λαβεῖν ἃ μὲν ἐκ τῆς
P. 497 βασιλίδος Ἄννης εἰς τὰς τῶν βασιλικῶν ἐνεργειῶν ἀναγκαίας δαπάνας· ἃ δ' ἐκ τῶν τὰ δημόσια κατεδηδοκότων, κἀκεῖθεν πορισαμένων τὴν τοῦ πλουτεῖν εὐπορίαν, κἀκ πενήτων πάνυ τοι γε- 10
γονότων ἐξαίφνης πλουσίων· ὁ δὲ σιωπῇ παρέδραμεν ἅπαντα· εἴθ', ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῇ συμφυεῖ καὶ συντρόφῳ πραότητι κἀνταῦθα χρώμενος· εἴθ', ὡς ὁ τῶν πλείστων ἐκράτει λόγος, δειλίας τε συνισχημένος τρόποις ἐξ ὁμοφυοῦς τινος ἀφελείας καὶ
B ἅμα δεδιὼς ἀδόκητόν τινα στάσιν, ἔτι τεταραγμένων αὐτῷ τῶν 15
V. 402 πραγμάτων καὶ ἀνωμάλων ὄντων. (Ζ.) Τοσοῦτον γὰρ ἀπέσχετο τοῦ μηδενὶ δι' ὄχλου γενέσθαι τῶν ὅσοις, τῷ καιρῷ πρὸς ἁρπαγὴν χρησαμένοις συμμάχῳ, διανείμασθαι ξυνεπεπτώκει τά τε αὐτοῦ καὶ τὰ τῶν ἀκολουθησάντων αὐτῷ πράγματα, οἰκίας τε καὶ ἀγροὺς δηλαδή, καὶ ὅσα χρυσὸς καὶ μάργαρος καὶ λίθοι 20
C πολυτελεῖς συνοικοδομοῦσι καὶ συννυφαίνουσιν· ὥστε καὶ ὀφείλων ἀποδοῦναι πρὸς τῶν ἡρπακότων ἀνειληφότα μὲν τὸ οἰκεῖον ἅπαν πρότερον τοῖς μυρίοις ὑπομεμενηκόσι δι' αὐτὸν κινδύνους, προσαποδοῦναι δ' αὖ καὶ τὰ τοῖς πόνοις ἀνάλογα ἔπαθλά σφισιν, ὃ

7. ἃ add. Boiv.

namenta imperii conflantur: pertinere enim pecuniae rationem ad quemlibet statum; maxime vero ad principatus conservandos, ad quos ita se habet, ut ad animantem compactio et coagmentatio nervorum. (VI.) Offendit itaque Cantacuzenus thesauros imperatorum omnes omnino exhaustos, nihilque in iis praeter inane et pulverem et Epicureas (ut ita dicam) atomos. Cum igitur quaerere et accipere oporteret partim ab imperatrice Anna, ad necessarias functionum imperatoriarum impensas, partim ab iis, qui rempublicam depeculati fuissent, et magna sibi inde opum vi parata ex inopibus ditissimi statim evasissent; ille silentio omnia praeteribat: sive, ut mihi videtur, suam illam ingenitam coalitamque lenitatem in eo quoque retineret; sive, ut plerique dictitabant, timidis moribus praepediretur, naturali quadam animi humilitate; et quia, turbidis adhuc rebus et nondum ordinatis, improvisam aliquam seditionem extimesceret. (VII.) Tantum nempe aberat, ut molestus esset ulli eorum, qui tempore usi ad rapiendum opportuno partiti inter se fuissent cum ipsius proprias facultates, tum eorum, qui eum sequuti erant; domos nempe et praedia, et quaecunque auro ac margaritis pretiosisve lapidibus seu compinguntur, seu contexuntur; ut immo, cum deberet, primo quidem rem omnem familiarem, ab iis qui diripuissent repetitam, restituere iis, qui pericula pro se infinita obiissent, deinde et praemia

δὲ οὐδ', ὅποι καταλύσειεν ἐκείνων ἕκαστος ἑσπέρας, ἦν πεφρον- A. C. 1347
τικώς· ἀλλὰ καὶ ἀπαιτοῦσιν ἐπετίμα, καὶ καταβοῶσιν ἤχθετο, Imp. Io. Palaeol. 6
καὶ διανυκτερεύοντας ἐν τοῖς ὑπαίθροις καὶ πλανωμένους ἐς ἀλ-
λοτρίας θύρας ὑπερεώρα, ὑπόδειγμα τιθεὶς, ὡς ἔφασκε, σφίσιν D
αὐτὸς ἑαυτὸν διὰ τῆς τῶν παθημάτων ταὐτότητος, ὥσπερ τις
βραβευτὴς καὶ ζυγοστάτης μέσος ἱστάμενος καὶ νέμων ἐπίσης
ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις τὴν τοῦ βίου ῥοπὴν καὶ τὴν τῶν ὕβρεων
πρόφασιν· ῥίζοθεν οὕτως ἐκτέμνων καὶ ἀποφράττων κακῶς τὰς
τὸ δίκαιον σοφιζομένας τῆς κρίσεως γλώττας. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ
εὖ τε καὶ ὡς ἑτέρως τὰ τοιαῦτα τῷ Καντακουζηνῷ ἐψηφίσθαί τε E
καὶ πεπράχθαι κρίνειν παρίημι τοῖς τῇδε τῇ ἱστορίᾳ κατὰ τὸ
εἰκὸς ἐντυγχάνουσι, καὶ συνάπτειν εὐφυῶς δυναμένοις ταῖς ἀρ-
χαῖς τῶν πραγμάτων τὰ τέλη, καὶ παρεξετάζειν, ὥσπερ ἐφ' ἑνός
τινος σώματος, τὴν ἀλληλουχίαν καὶ συστοιχίαν τῶν κατὰ μέρος
καὶ καθ' ἕκαστα πεπραγμένων τε καὶ λελεγμένων. ἐγὼ δ' ἐκεῖσε
ἐπάνειμι. (H.) Ἑβδόμῃ γὰρ μετὰ τὴν ἀναγόρευσιν καὶ στεφηφο- F
ρίαν ἐκείνην ἡμέρᾳ παρῆν· καὶ ὁ αὐτὸς ἐν Βλαχέρναις εἶχε θεῖος
ναὸς μετὰ τοῦ βήματος καὶ τῶν δίφρων ἐκείνων τούς τε βα-
σιλέας ὁμοῦ καὶ τὰς βασιλίδας· καὶ τὰ νόμιμα τῆς τῶν νέων βασι-
λέων προετελεῖτο συζυγίας, Ἰωάννου φημὶ καὶ Ἑλένης, τοῦ μὲν
ἑξκαιδεκαέτους ὄντος, τῆς δὲ δυοῖν ὑποβεβηκυίας ἐτῶν ἐκείνου.

ιβ'. Ἐπεὶ δὲ στρατὸς καὶ δῆμος ἅπας ἠσχάλλέ τε καὶ τὰ P. 498
μέλλοντα μᾶλλον ἢ τὰ παρόντα ἐδεδίει δικαιωτήρια, διὰ τὸ ἐκ-

1. πεφροντικῶς Boiv. corr. pro πεφρονικῶς. 8. τὰς κακῶς τὸ coni. Boiv.

pro laboribus digna persolvere; ne curaret quidem, ubi illorum unusquisque vesperi diversaturus esset: sed et reposcentes increparet, et clamitantibus indignaretur, et pernoctantes sub dio ac circum alienas fores errabundos negligeret. Nimirum iis sese ille tanquam exemplar proponebat, qui eadem et ipse pateretur; velut aliquis dispensator aut libripens, qui stans medius ex aequo sibi et aliis fortunam seu prosperam seu iniquam distribuat, praecisis ita radicitus et occlusis iis linguis, quae examinis iusti aequitatem perperam interpretentur. Sed utrum illa recte necne Cantacuzenus statuerit atque fecerit, illis relinquo iudicandum, qui hanc historiam eo modo legunt, quo oportet; quique initia rerum cum extremis commode componere, et, tanquam in uno corpore, rerum particulatim ac sigillatim gestarum dictarumve cohaerentiam et seriem facta comparatione observare possunt. Ego vero illuc redeo. (VIII.) Septimo post celebrationem illam et solennem diadematis impositionem die, templum idem Blachernense, eodem suggestu et iis quae diximus sedilibus, imperatores simul et imperatrices excepit; atque ibi iuniorum principum coniunctio rite perfecta est, Ioannis inquam et Helenae: illius quidem sedecim annos nati; huius autem biennio iunioris.

12. Sed quia omnis et exercitus et populus molestia afficiebantur, ac futura magis quam praesentia verebantur iudicia, eo quod a Ioanne, ante-

A. M. 6855 Ind. 15 κεκόφθαι καὶ ἀφωρίσθαι τῆς τῶν Χριστιανῶν κοινωνίας πρὸς τοῦ πατριαρχεύσαντος Ἰωάννου, τῆς ἐμφυλίου στάσεως ἄρτι καθισταμένης, εἴ τίς τε Καντακουζηνὸν ὡς βασιλέα καὶ εἴ τις Παλαμᾶν μετὰ τῆς φατρίας εἰς κοινωνίαν προσίεσθαι βούλοιτο, ἔγγραφον ὁ πατριαρχεύων τέως Ἰσίδωρος, ἐπ᾽ ἄμβωνος ἀναβεβη-
B κὼς, διεξῆλθε συγχώρησιν, ἣ καὶ ἦν τῶν ἁπάντων οὐδεὶς ᾧ ἤρεσκέ τε καὶ προσεδέδεκτο· ἀλλ᾽ ὑπηνέμια παντάπασιν ἐδόκει, καὶ ἀμυδρότερα πάσης σκιᾶς, καὶ χλεύης καὶ μυκτῆρος ἄξια μα-
V. 403 κροῦ, καὶ μικροῦ δέω λέγειν, ἦν οὐδεὶς ᾧ μὴ γέλως τὰ λεγόμενα ἦν, καὶ ὅμοια ὥσπερ ἂν εἴ τις ἄμφω τὰς ὄψεις τελέως ἀφῃρη-
μένος τοὺς τῶν ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον πεπηρωμένους ἰατρεύειν
C ὑπισχνεῖτο. τοῖς γε μὴν σεμνοτέροις ταῦτα δὴ τὰ τοῦ εὐαγγελίου διὰ γλώττης ἦν, „ἔξελε (φάσκουσι) πρῶτον, ὑποκριτὰ, τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου“· καὶ αὖ ἐπὶ τούτοις ὁπόσα γε τούτοις ὁμόστοιχα.
„δέον γὰρ αὐτὸν (ἔφασκον) συγγνώμην ἑαυτῷ τὴν μείζω ζητεῖν ἐπὶ διπλοῖς καὶ πολλαπλοῖς τοῖς ἐγκλήμασιν, ὁ δὲ τοὺς οὐδὲν αὐτοῦ δεομένους ἀναιδῶς οὕτωσὶ θεραπεύειν ἠξίου, τοὺς μὴ πάνυ
D λεπροὺς, εἰπεῖν, ὁ πάνυ λεπρὸς, καὶ τοὺς μικρᾶς δεομένους καθάρσεως ὁ ῥύπου καὶ πηλοῦ μεστὸς, κατὰ τοὺς χοίρους, οἳ τῷ βορβόρῳ ἐγκαλινδοῦνται.“ τοιούτοις μὲν δὴ καὶ μείζοσι τούτων αἱ πολλαὶ καὶ διάφοροι γλῶσσαι τῶν τηνικαῦτα παρόντων ἐκεῖ πρὸς αὐτὸν ἐπετόξευον σκώμμασι· καὶ σύνδυο καὶ σύντρεις ἐκ διαστήματος ἀθροιζόμενοι διηπόρουν ἀλλήλοις τά γε τοιαῦτα κοινούμενοι καὶ τὴν ἀναίδειαν λοιδοροῦντες ἐκείνου λάθρα καὶ ὑπ᾽

hac patriarcha, paulo post accensum civile bellum, abscissus esset et exclusus Christiana communione, quisquis sive Cantacuzenum ut imperatorem esset agniturus, sive Palamam et ipsius sectatores in communionem esset admissurus; ideo Isidorus, qui tum patriarcha erat, ambone conscenso, scriptam recitavit absolutionem; quam nemo omnium fuit qui probaret et admitteret: sed inania prorsus ea, et umbra quavis futiliora, risuque et sanna dignissima videbantur. Quin illud paene dixerim, neminem fuisse, cui ea quae dicebantur risum non moverint, perindeque habita sint, ac si quis, utroque oculo penitus orbatus, eos qui altero capti essent sanaturum se promitteret. Gravioribus certe viris illa evangelii in ore erant: „Eiice primum, hypocrita, trabem de oculo tuo: et tunc festucam, quae est in oculo fratris tui“: aliaque addebantur his affinia. „Qui enim (aiebant illi) duplicis et multiplicis criminis reus eget ipse ampliori absolutione, is ita impudens est, ut eos, qui nihil ipso indigent, curandos suscipiat, non omnino leprosos, ut ita dicam, omnino ipse leprosus, et eos, qui parvo labore possint purgari, sordibus ipse et luto coopertus, porcorum instar, qui in coeno volutantur.“ Talibus eum, immo et acerbioribus, dicteriis multae et variae eorum qui tum aderant linguae incessebant; binique et terni ex intervallo coëuntes de his inter se ambigebant et colloquebantur, istius impudentiam clanculum et

ὀδόντα. (B.) Ἦσαν δ' οἳ καὶ ἐκκεκαλυμμένως ἐς προὔπτον ἐλοι- A. C. 1347
δορεῖντο τἀνδρὶ, μηδὲν ὑγιὲς μήτε δρῶντι, μήτε λαλοῦντι, μήτ' Imp. Io. Palaeol. 6
ἐν τῷ τότε παρόντι τῆς ὥρας, μήτ' ἐς τοὐπιὸν τοῦ χρόνου. μετὰ E
γὰρ βραχύν τινα χρόνον, διὰ τὸ τῆς αὐτοῦ ῥαγῆναι κοινωνίας
τοὺς πλείους τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων, πλῆθος ἀγοραῖον
ἑαυτῷ θιασώτας ἀθροίσας τοιούτων τὴν ἐκκλησίαν ἀντὶ τῶν P. 499
ῥαγέντων ἐνέπλησεν, ἐπισκόπους σχεδιάσας καὶ πρεσβυτέρους ἑτέ-
ρους, ὥσπερ οἱ μῦθοι πάλαι τοὺς σπαρτοὺς καὶ αὐθημερινοὺς
γίγαντας, καὶ οὕτω κατὰ τῆς εὐσεβείας ἀμαθῶν λογίων ὁπλίσας
πλεῖστα συνέδρια. (Γ.) Ἔπειτα θεραπεύειν ἠξίου λυπούμενον τῆς
τῶν πατριαρχικῶν ἀποτυχίας θρόνων τὸν Παλαμᾶν, διδάσκαλόν
τε ὄντα τοῦ θιάσου καὶ τῆς φατρίας καί οἱ τῶν ἀξιωμάτων αἴ-
τιον· καὶ τοῦτον ἐπίσκοπον χειροτονεῖ Θεσσαλονικέων· οἳ καὶ B
ἀπιόντα μήτε τινὸς τετυχηκέναι ξενίας πρὸς τῶν ἐκεῖ ξυμπέ-
πτωκε πολιτῶν, καὶ ἅμα τὴν ἀπὸ Σκυθῶν πόρρωθεν εἰληφότα
ῥῆσιν, εἰπεῖν, καθάπερ τι Κυλώνειον ἄγος ἐξ αὐτῶν εὐθὺς ἐπα-
νιέναι ἐληλαμένον τῶν τῆς πόλεως ἀγρῶν καὶ προαστείων, πρὶν ἐν-
τὸς γενέσθαι πυλῶν καὶ πρὶν ἐγγὺς ἐληλυθέναι τείχους. (Δ.) Ἀλλὰ
ταυτὶ μὲν ἑτέροις καταλελοιπότας ἡμᾶς, οἳ πραγματείαν εἰς μῆ-
κος ἰδίαν πεποίηνται πάνθ' ὁπόσα τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συμβέ- C
βηκε τότε δόγμασιν, χρεών, ἃ τῇ ἱστορίᾳ κεφαλαιώδως πως εἰ-
ρῆσθαι προσῆκον, ἤδη διεξιέναι κατὰ τὸν ἄνω που παραλελειμ-
μένον εἱρμόν.

13. οἳ em. Boiv. pro εἰ.

mussitando convitiis insectantes. (II.) Erant etiam qui aperte et propalam homini convitia facerent, nihil aut facienti aut dicenti, quod sani hominis esset, sive tunc sive postea. Nempe is paulo post, quia plerique episcoporum ab eo divulsi defecerant, plebeiam colluviem thiaso suo adscribendam coëgit; et istiusmodi homines in eorum, qui defecerant, locum suffecit. Ita ecclesiam factis ex tempore episcopis et sacerdotibus novis implevit; quales fabulantur fuisse satos illos et unius diei Gigantas; et Doctorum indoctorum coetus quamplurimos in religionem armavit. (III.) Solari deinde Palamam statuit, moestum et patriarchali sede exclusum se dolentem; solari, inquam, voluit gregis et sodalitii magistrum suaeque dignitatis auctorem. Eum itaque Thessalonicensem episcopum eligit. At hic profectus illuc nec hospitio quidem ab eius urbis civibus excipitur: sed e longinquo Scythicum, ut aiunt, responsum accipit, et tanquam Cyloneum aliquod piaculum ab ipsis statim eiusdem urbis agris suburbiisque, nondum portas ingressus, et antequam ad ipsos muros propius accessisset, electus redit. (IV.) Verum haec nos aliis relinquere oportet; iis videlicet, qui ea omnia, quae tum ad doctrinam ecclesiasticam pertinentia acciderunt, delegere sibi fusius tractanda. Quae autem summatim dici historiae conveniens est, ea iam percurrenda sunt, et series, quam nos supra interrupimus, continuanda.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Ις.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER DECIMUS SEXTUS.

ARGUMENTUM.

Cantacuzenus totam Thraciam, Medea excepta, Triballus omnem fere Macedoniam iam tum possidebat: ipsam Berrhoeam paulo post cepit. Thessalonica neutri parebat. Huius urbis status perturbatissimus. Zelotarum licentia. Medeae urbis situs. Ut a Cantacuzeno obsessa et ad deditionem compulsa sit. Ioannes et Manuel Asanes creantur sebastocratores. Prior uxorem ducit Alexii Apocauci filiam, Andronico Palaeologo primum nuptam Socrui suspectus domum cum uxore dimittitur. Gravis pestilentia. Andronicus, Cantacuzeni liberorum natu minimus, moritur (Cap. 1). *Matthaeus, Cantacuzeni filius natu maximus, Thraciae urbibus a patre praefectus, ab Asane avunculo privatim convenitur. Asanes sua et fratris merita erga Cantacuzenum iactat: quem suorum saluti non consulere queritur. Matthaeum ad defectionem hortatur. Matthaeus respondet, id ipsum cupere se. Imminentium periculorum metu, et patris exemplo, futuram defectionem excusat. Avunculo adiutore rem aggreditur. Orestiadis arcem occupat. Animos sibi conciliat* (2). *Cantacuzenus anxius et consilii inops. Uxorem Irenen ad filium legat. Hic obviam matri procedit. Irene eum frustrata Orestiadem clam ingreditur. Matthaeus eo reversus matrem salutat. Obsequium pollicetur. Rogat, ut se metu liberet. Matris oratio. Quantam apud filium vim habuerit. Irene Byzantium redit. Filii Andronici mortem luget* (3). *Cantacuzenus Didymotichum proficiscitur, ut motus componat ab uxore iam sopitos. Ioannes patriarcha, ne rebus novis faveat, Byzantium inde transfertur. Moritur non longo post. Eius elogium. Provincia Matthaeo Cantacuzeno assignata a patre. Cantacuzeni imperatoris oratio ad filium. Reditus in urbem* (4). *Gregoras, de se ipso dicturus, docet quamobrem id nunc faciat. Ea dicere, quae principibus haud placeant, periculosum est. Quorundam aures veritate offenduntur. Idcirco ait se multa omissurum. De Cantacuzeno, antequam is rerum potiretur, praeclaras spes conceperat. Eundem, sua spe deceptus, errore liberare statuit. Dicendi libertas quantum et quibus in rebus silentio praestet. Ea multum valet, si et opportunitas*

adsit, et amicitia antecesserit. Cantacuzeni et Gregorae crebra colloquia. Patrum dogmata quo studio quibus verbis ab hoc defensa. Contraria factio Cantacuzenum in Gregoram instigat. Hic imperatorem confidentius arguit, non ideo irascentem, sed lenitate Hadriano similem. Irenen adit, filii morte afflictam. Eam mortem poenam corruptorum dogmatum esse affirmat et persuadet. Ita partes suas Augustae patrocinio roborat. Isidorus et alii Palamitae Irenen a Gregora conantur alienare. Ab ea male accepti Cantacuzenum arcessunt. Cantacuzenus, tumultum veritus, Byzantium statim venit. Gregoram hortatur, ut sileat. Idem etiam suadet Isidorus. Quem Gregoras variorum errorum accusat. Isidori canones musici seu hymnodiae igni damnantur. Loquendi libertas reddita iis, quibus adempta fuerat. Concordia sumptuoso convivio sancita. Palamas, Didymoticho accitus, lites renovat, Cantacuzeno adiuvante. Negat Gregoras nova disputatione opus esse. Palamam redarguit. Item Cantacuzenum. Assentatorem quendam obiurgat. Scripta testimonia proferri a Palama non sinit. Concilium dimittitur (5). *Cantacuzenus Cralem officii admonet. Non auditur. Bellum parat. Amurius, cum copiis mare transmissurus, Smyrnaeam Latinorum arcem it expugnatum. Missili telo occisus cadit. Cantacuzenum a suscepto bello tres causae deterrent: nempe mors Amurii; renum morbus; et Galatacorum rebellio* (6). *Persae praedones in Thraciam ex Asia traiiciunt. Equites circumiecta Bizynae urbi loca incursant. Pedites ulterius pergunt. Matthaeus Cantacuzenus cum parva manu his occurrit. Barbari Romanos conspicati quid egerint. Acris pugna. Matthaei strenuitas. Eiusdem in hostes temere invecti periculum. Barbari internecione deleti. Praeclarae spes ex illustri victoria. Equestre praedonum agmen ab ipso imperatore partim caesum, partim praeda erepta fusum et dispersum* (7).

α'. Τῶν μὲν οὖν Θρᾳκικῶν πόλεων οὐδεμία, πλὴν τῆς παραλίου Μηδείας, ἐλέλειπτο, τοῦ μὴ ἐς ὑποταγὴν καταστῆναι τῷ Καντακουζηνῷ μετὰ τὴν ἐς Βυζάντιον εἴσοδόν τε καὶ τὸ τῆς αὐτοκρατορικῆς ἀναγορεύσεως ἐντελές. ἐν δὲ Μακεδονίᾳ, τῶν ἄλλων ὑπηκουσῶν τῷ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμόνι, Βέρροια μὲν καὶ αὐτὴ μετ' ὀλίγον τῶν ὑπηκόων αὐτοῦ ἐγεγόνει, συμμαχίας ἄνευ ἐπὶ μακρὸν ἀντέχειν οὐ δυναμένη πρὸς βαρβαρικὴν καὶ ἐπίμονον μάχην, φυγάδος ἐκεῖθεν μεταξὺ γενομένου τοῦ τηνικαῦτα ἐπιτροπεύοντος Μανουὴλ, τοῦ τοῦ βασιλέως υἱοῦ. Θεσσαλονίκῃ δ' οὐκ ἤρεσκεν οὐδενὶ προσρυῆναι, μήτε τῷ Καντακουζηνῷ, μήτε μὴν τῷ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμόνι. (Β.) Στάσις γὰρ ἐκ πολλοῦ κατεῖ- A. M. 6855 Ind. 15 A. C. 1347 Imp. Io. Cantacuz. 1 D V. 404 P. 500

1. Urbium Thraciae, excepta Medea, quae maritima est, nulla iam erat, quae Cantacuzeno non pareret, ex quo Byzantium ingressus et ritu solenniore imperator declaratus fuerat. In Macedonia autem cum caeterae iam subactae a Triballorum principe erant, tum ipsa quoque Berrhoea paulo post in eius ditionem concessit. Auxiliis enim destituta non poterat diu barbaricae et pertinaci oppugnationi resistere. Atque interea fugitivus inde cessit is, qui tum temporis praefecti munere fungebatur, Manuel, imperatoris filius. Thessalonicae vero neutrum placebat, neque Cantacuzeno submittere se, neque Triballorum principi. (II.) Nempe eam urbem seditio iampridem

A. M. 6855 Ind. 15 χεν αὐτήν· καὶ Ζηλωτῶν οὕτωσί πως ὠνομασμένων ἄθροισμα τῶν ἄλλων ἐπρώτευε· καὶ ἦν πρὸς οὐδεμίαν τῶν πολιτειῶν τὴν
B μίμησιν ἀναφέρουσα. οὔτε γὰρ ἀριστοκρατική τις ἦν, ὁποίαν τοῖς πάλαι Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις ἀνύειν προσετετάχει· οἵτε τις δημοκρατική, καθάπερ τῶν Ἀθηναίων ἡ πρώτη τε καὶ ἣν ἐκ τετραφύλων εἰς δεκαφύλους ἐπεπράχει Κλεισθένης· οὐδ' ἣν τε Ζάλευκος τοῖς Ἐπιζεφυρίοις Λοκροῖς ἐβράβευσε καὶ ἣν τοῖς ἐν Σικελίᾳ Χαρώνδας ὁ Καταναῖος· οὔτε τις ὑπὸ δυοῖν ἢ πλειό-
C νων εἰς ἕν τι κραθεῖσα καινότερον εἶδος, ὁποῖαί τινες ἦσαν ἥ τε Κυπρίων καὶ ἣν ἐν τῇ πάλαι Ῥώμῃ τὸν δῆμον, κατὰ τῶν ὑπατικῶν ἀνδρῶν στασιάσαντας, καταστήσασθαι λέγεται· ἀλλ' ὀχλοκρατία ξένη τις καὶ οἵαν φέροι ἂν καὶ ἄγοι τὸ αὐτόματον. θρασύτεροι γάρ τινες, εἰς αὐτοχειροτόνητον αὐθεντίας ἄθροισμα συλλεγέντες, πᾶσαν ἐκεῖ κατατρέχουσιν ἡλικίαν, τῆς τε πόλεως ἐκ-
D δημαγωγοῦντες τὸν ὄχλον πρὸς τὸ βουλόμενον καὶ τῶν πλουτούντων ἀφαιρούμενοι τὰς οὐσίας, τρυφῶντές τε αὐτοὶ καὶ μηδενὶ τῶν ἔξωθεν ὑπεῖξαι κελεύοντες ἡγεμόνων, ἀλλὰ τοῦτ' εἶναι κανόνα καὶ νόμον τοῖς ἄλλοις, ὅπερ ἂν ἐκείνοις δόξειεν. (Γ.) Ἥ γε μὴν Θρᾳκικὴ Μήδεια, ἣ δυτικωτέραν τε ἔχει Βυζαντίου τὴν θέσιν καὶ πρὸς τῷ ἄκρῳ τοῦ Εὐξείνου κειμένη πόντου σταδίους
E εἰντεῦθεν ἀπέχει μικρόν τι τετρακοσίων ἐπέκεινα, πρὸς ὀλίγον ἀπο-
V. 405 στατήσασα, καὶ καθ' ἑαυτὴν γενομένη, πολλὰ μὲν ἔδρασε κατὰ Βυζαντίων δεινά, πλεῖστα δ' ἐπεπόνθει· τέλος δὲ πολιορκηθεῖσα

occupaverat, et eorum, qui Zelotae nominabantur, factio caeteris praecrat: isque erat status', qui ad nullam referri posset reipublicae formam. Nec enim aristocraticus is erat, qualem Lycurgus olim apud Lacedaemonios constituit; neque democraticus, qualis Athenis primum fuerat, et deinde exstitit, postquam Clisthenes ex quatuor tribubus decem effecit; nec similis ei, cuius auctor Zaleucus apud Locros Epizephyrios; neque ei, cuius in Sicilia Charondas Catanaeus; neque una aliqua reipublicae forma recentior, conflata ex duabus aut pluribus inter se commixtis, qualis fuit et apud Cyprios, et ea quam in veteri Roma dicitur plebs constituisse, seditione adversus consulares viros mota; sed inusitatus quidam penes multitudinem dominatus et is, quem casus temere ferret ageretque. Quidam enim audaciores, cum societatem potestatis privata auctoritate coivissent, in omnem ibi aetatem grassabantur, plebem quidem, quaecunque erat in civitate, mancipatam libidini suae habentes; eos autem, qui opulentiores essent, fortunis spoliantes; simulque et ipsi licentia exsultabant, et aliis auctores erant, ut externorum principum nulli se submitterent, sed ea omnes lege ac regula uterentur, quae ipsis placuisset. (III.) At Medea, urbs Thraciae, quae magis quam Byzantium ad occidentem vergit, et Ponti Euxini extremitati adiacet, stadiisque hinc distat paulo plus quadringentis, cum haud diu rebellasset, et seorsum sola stetisset, multa gravia adversus Byzantios patravit; plurima item perpessa est. Obsessa demum Cantacuzeno se ex

προὔδωκεν ἑαυτὴν Καντακουζηνῷ καθ' ὁμολογίαν. καὶ ταῦτα A. C. 1347
μὲν τῇδέ πη ἔσχε. (Δ.) Σεβαστοκράτορες δ' ἐπὶ τούτοις ὑπὸ τοῦ Imp. Io. Cantacuz. 1
βασιλέως οἱ δύο τῆς βασιλίδος Εἰρήνης κεχειροτόνηνται ἀδελφοὶ,
Ἰωάννης καὶ Μανουὴλ, καὶ τοῖς τῷ τοιούτῳ προσήκουσιν ἀξιώ- F
μασι παρασήμοις, ἔν τε καλύπτραις καὶ ὑποδήμασιν ἅμα, κε-
κόσμηνται. ὧν ἄτερος, ὁ Ἰωάννης, ὀλίγῳ ὕστερον ἐς τὸ τῶν
Ἐπιβατῶν ἀπιὼν φρούριον τῇ Ἀλεξίου τοῦ Ἀποκαύκου θυγατρὶ
συνεζύγη· ἣ συνῴκηκει πρότερον ὁ Παλαιολόγος Ἀνδρόνικος, ὃν
πνιγῆναι κατὰ τὸν περὶ Διδυμότειχον καὶ Ἀδριανούπολιν ποταμὸν
ἀνωτέρω που δεδηλώκαμεν. βραχὺν δ' ἐκεῖ διατετριφότα χρόνον
ἔπειθ' ἑκόντα προὔπεμπε τὸν Ἰωάννην σύν γε τῇ νέᾳ συζύγῳ P. 501
λαμπρῶς ἡ πενθερὰ ἐς τὸ τῆς Τραϊανουπόλεως ἔγγιστα φρούριον,
τὴν τῶν Ἀδήλων λέγω μονήν. ἔνθα τὰς τῶν οἰκήσεων ἐπαύλεις
καὶ τοὺς ἀγροὺς ἐκ πολλοῦ πρὸς Καντακουζηνοῦ κεκλήρωται τοῦ
βασιλέως. ἐδεδίει γὰρ ἐκείνη, μὴ χειρωσάμενος ἐκεῖνος τὸ τῶν
Ἐπιβατῶν φρούριον μετὰ τῶν χρημάτων ἐκεῖθεν ἐξόριστον ταύ-
την ποιήσηται. (Ε.) Κατὰ τοῦτον μέντοι τὸν χρόνον νόσημα B
τοῖς ἀνθρώποις ἐνέσκηψε βαρὺ καὶ λοιμῶδες, ἀρξάμενον ἀπὸ
Σκυθῶν καὶ Μαιώτιδος καὶ τῶν τοῦ Τανάϊδος ἐκβολῶν ἦρος
ἄρτι καθισταμένου, καὶ διήρκεσεν ἅπαντα τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον,
μεταβαῖνον καὶ διαφθεῖρον ὡσαύτως μόνην ἐς τἀκριβὲς τὴν παρά-
λιον οἰκουμένην, πόλεις ὁμοῦ καὶ χώρας, τάς τε ἡμετέρας καὶ
ὅσαι κατὰ τὸ συνεχὲς διήκουσιν ἄχρι Γαδείρων τε καὶ στηλῶν
Ἡρακλείων. δευτέρου δ' ἐπιόντος ἔτους μετέβη καὶ ἐς τὰς τοῦ C
Αἰγαίου νήσους. ἔπειτα καὶ Ῥοδίων ἥψατο, καὶ Κυπρίων ὁμοίως,

pactione dedidit. Et haec quidem ita ferme se habuerunt. (IV.) Creantur deinde ab imperatore sebastocratores duo Irenes imperatricis fratres, Ioannes et Manuel, et illius dignitatis insignibus, capitis tegmine simul et calceis, decorantur. Horum alter, Ioannes videlicet, paulo post ad castellum Epibatarum profectus Alexii Apocauci filiam uxorem ducit, Andronico Palaeologo antehac nuptam, quem in eo fluvio, qui Didymotichum et Hadrianopolin praeterfluit, suffocatum esse supra diximus. Ibi Ioannes aliquantisper commoratus est. Mox eum socrus volentem inde, cum nova nupta, ad proximum Traianopoli castellum magnifice prosequuta est; ad monasterium nempe Adelorum, ubi et domos et agros ei iampridem Cantacuzenus imperator assignaverat. Verebatur quippe illa, ne Epibatarum castello simul et pecuniis potitus gener eam inde exulare cogeret. (V.) Ea tempestate morbus quidam gravis et pestilens homines invasit; ducto ab Scythis et Macotide Tanaidisque ostiis initio, recente adhuc vere, annumque illum perpetuum duravit, pervadens et corrumpens solam praecise maritimam terrae oram, urbes simul et agros, tum nostros, tum eos omnes, qui continenti tractu ad Gades usque et Herculis columnas pertinent. Anno autem sequente etiam ad Aegaei maris insulas transiit. Deinde et Rhodios atti-

A. M. 6855 Ind. 15 καὶ ὅσοι τὰς ἄλλας νέμονται νήσους. ἐπενέμετο δὲ τὸ πάθος ἐπίσης ἄνδρας καὶ γυναῖκας, πλουσίους καὶ πένητας, γηραιοὺς καὶ νέους, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐδεμιᾶς οὔθ' ἡλικίας οὔτε τύχης ἐφείδετο. ἐκενοῦντο δ' οἰκίαι πλεῖσται καθάπαξ τῶν οἰκητόρων ἁπάντων μιᾶς ἡμέρας, ἢ καὶ δυοῖν ἐνίοτε, μηδενὸς μηδενὶ βοηθεῖν
D δυναμένου, μήτε δὴ τῶν γειτονούντων, μήτε μὴν τῶν κατὰ γένος καὶ καθ' αἷμα προσηκόντων οὐδενός. οὐ μόνους γε μὴν ἀνθρώπους τὸ πάθος οὕτωσὶ διετέλει μαστίζον· ἀλλὰ καὶ εἴ τι κατ' οἶκον ὡς τὰ πολλὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐκείνοις συνέζη τε καὶ συνῴκει τῶν ἄλλων ζώων· κύνας φημὶ καὶ ἵππους καὶ ὀρνίθων παντοῖα γένη, καὶ εἴ τινες ἐν τοῖς τῶν οἴκων τοίχοις οἰκοῦντες ἔτυχον μύες. σημεῖα δὲ τοῦ τοιοῦδε νοσήματος ἦν ἐξανθοῦντα,
E καὶ τοῦ ἀθρόου πρόδρομα θανάτου ἐκείνου, ὀγκώδης τε ἔκφυσίς τις περὶ τὰς ἀρχὰς τῶν μηρῶν καὶ τῶν βραχιόνων καὶ ἅμα αἱματώδης φθόη· ἃ τοὺς συσχεθέντας αὐθημερὸν ἐνίοτε, καθημένους ἢ βαδίζοντας, τοῦ παρόντος ἀπῆγε τάχιστα βίου. ὅτε δὴ καὶ Ἀνδρόνικος, ὁ τῶν υἱέων τοῦ βασιλέως νεώτερος, ἐτεθνήκει.

P. 502 V. 406 β'. Τῶν μέντοι πραγμάτων ἐν τούτοις ὄντων, ἔδοξε τῷ Ἀσὰν Ἰωάννῃ, τοῖς περὶ τὴν Ἀδριανούπολιν χωρίοις ἄρτι τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ, τὸν ἀδελφιδοῦν ἰδίᾳ παρειληφότι Ματθαῖον (ὃς καθ' ἡλικίαν προὔχων τῶν βασιλέως παίδων τῶν τε ἐν Θρᾴκῃ πόλεων τὴν ἐπιτροπὴν πρὸς τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως ἐκληρώσατο τηνικαῦτα, καί οἱ συμβέβηκεν ἐν ταὐτῷ ξυνιέναι τῷ θείῳ, καὶ κυνηγεσίοις χρήσασθαι τοῖς αὐτοῖς) ὧν αἱ καρδίας αὖ-

git, et Cyprios, et quicunque caeteras insulas colunt. Absumebat autem tabes illa viros aeque et mulieres, opulentos et inopes, seniores et iuniores; uno verbo, nulli nec aetati nec conditioni parcebat. Domus pleraeque habitatoribus omnino exhauriebantur uno die, interdum biduo; cum nemo cuiquam afferre auxilium posset, sive vicinus, sive genere et sanguine coniunctus. Nec vero homines solos morbus ille usque flagellabat; sed et si qua alia animalia cum hominibus plerumque degerent et habitarent; canes, inquam, et equos, et cuiusquemodi avium genera; ipsos etiam mures, si qui forte in domorum parietibus latitabant. Signa autem mali eminentia, et subitae mortis praenuncia, haec erant: tumor circa crurum brachiorumque extrema enascens, et sanguinolenta simul tabes; quae eos, qui correpti erant, ea ipsa nonnunquam die, sedentes aut ambulantes e vivis statim efferebant. Eo tempore et Andronicus, imperatoris liberorum natu minimus, mortuus est.

2. Is erat rerum status, cum Ioanni Asani, qui tum in agris Hadrianopoli circumiectis versabatur, Matthaeum nepotem suum libuit privatim convenire. Hic imperatoris liberorum natu maximus urbibus Thraciae praefectus a patre tum fuerat. Casu autem accidit, ut in eundem cum avunculo locum deveniret, et iisdem uterque venationibus uterentur. Libuit in-

λακες θαλαμεύουσι λογισμῶν ἐκείνῳ κοινώσασθαι· καὶ ἀρξάμενος A. C. 1347
ἔλεξε τοιάδε. (B.) „Εἰ μὲν τύχην", φησὶν, „τινὰ καὶ τυραννοῦσαν Imp. Io. Cantacuz. 1
πεπρωμένην τοῖς ἀνθρώποις τὰ πράγματα πρυτανεύειν οἴεσθαι B
ἔπεισί σοι, ἢ τῷ αὐτομάτῳ δεδωκυῖαν τὴν τῶν πραγμάτων ὀθό-
νην ἀτέκμαρτόν τινα καὶ ἀκυβέρνητον φέρεσθαι πλοῦν, σιωπᾷν
τε ἄμεινον καὶ τὸν τῆς πεπρωμένης ἄδηλον περιμένειν μίτον. εἰ
δὲ προαιρέσει καὶ βουλῇ τὰ ἐφ' ἡμῖν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον διοικεῖ-
σθαι δέδοται, τοῦ χάριν, παρὸν ἡμᾶς ἐκ τοῦ ῥᾴστου καρποῦ-
σθαι τὸ ζῆν ἀκινδύνως, ἐθελοντὰς ἡμῖν αὐτοῖς παντοδαπῶν C
περιπλέκειν δίκτυα φόβων; οἶσθα γὰρ, ὡς μυρίους ἐν τῇ ὑπερο-
ρίᾳ διηντλήκαμεν μόχθους μετὰ μακρῶν καὶ παντοδαπῶν τῶν
κινδύνων, ὁπόσοι θανάτου γείτονες ἐπεφύκεσαν, τῷ σῷ πατρὶ
περιποιούμενοι τὸ ἀκίνδυνον· ὡς δεύτερα εἶναι τὰ Διοσκούρων
ἐγκώμια, καὶ εἴ τινες Ὀρέσται καὶ Πυλάδαι τὸν μακρὸν ἐμπεπλη-
κότες αἰῶνα φιλαδελφίας ὑποδειγμάτων, εἴ τις τὰ ἡμέτερα τοῖς D
ἐκείνων ἀντεξετάζειν ἐθέλει. καὶ ἦν ἡ τοὺς τοιούτους ἀεὶ κατὰ
τοῦ σοῦ μηχανωμένη πατρὸς διωγμοὺς καὶ θανάτους Ἄννα ἡ βα-
σιλὶς, πρόσωπον ἀληθείας ἔχουσαν οὐδ' ἡντινοῦν προβάλλεσθαι
δυναμένη πρόφασιν κατ' αὐτοῦ. παρ' ἧς ἐγώ τε καὶ οὑμὸς ἀδελ-
φὸς Μανουὴλ πολλὰς ἐδεξάμεθα λάθρα μεθ' ὅρκων παντοίων
γραφὰς, ἡμῖν τε κτημάτων ὁμοῦ καὶ χρημάτων προσόδους ἐπαγ-
γελλομένης καὶ ἅμα τοῖς καθειργμένοις γονεῦσιν ἐλεύθερον ἦλιον. E
ἀλλ' ἡμεῖς γε, τοὺς τῆς δίκης σέβειν ἐθέλοντες θρόνους, ἐν ἀσα-
λεύτοις ἔχειν ὅροις ἐρηρεισμένους τοὺς πόδας ἐκρίναμεν δεῖν, καὶ
μὴ διὰ φαυλότερον ἀγαθὸν διηνεκεῖς τινας τῷ συνειδότι μάστι-

quam Asani, arcana animi cogitata cum hoc communicare. Prior itaque exorsus hanc orationem habuit. (II.) „Si fortunam aliquam ac tyrannicam fati legem esse statuis, quae vel prudenter hominum res gubernet, vel, permissis fortuito casui habenis, incerto quodam et temerario cursu feratur, silere certe satius est, et ignotum fatalis necessitatis decretum exspectare. Sin res nostrae voluntate et consilio plerumque administrantur, quorsum nos, quibus facillimum est vitam agere omnis periculi expertem, ultro ipsi nobis multiplices metus, veluti retia quaedam, nectimus? Scis quippe nos infinitos labores, cum magnis multisque et proximis morti periculis coniunctos, exhausisse, ut patri tuo securitatem redimeremus. Itaque et gemellorum Jovis liberorum, et quotquot unquam Orestae et Pyladae caritatis fraternae exemplis longas saeculorum aetates impleverunt, minor profecto laus fuerit, si quis velit cum illorum rebus nostras conferre. Haec patri tuo pericula, has mortes Anna imperatrix, nullo colore, nullo probabili praetextu ei infensa, perpetuo usque conflabat. Ego vero et frater meus Manuel multas ab ea litteras clam accepimus; per quas illa, quovis iureiurando interposito, possessiones nobis pecuniariosque reditus, parentibus vero vinctis libertatem pollicebatur. Sed nos Iustitiae tribunal revereri et intra limites immotos fixa tenere vestigia maluimus, quam vilioris

A. M. 6855 Ind. 15 P. 503 γας προξενεῖν. τὸ γὰρ διὰ τὴν ἐμαυτοῦ σωτηρίαν σε μετὰ τοῦ σοῦ προδιδόναι πατρὸς (ἐῶ γὰρ τὴν ἄλλην ἐνταῦθα λέγειν συγγένειαν, ἣ τῶν κινδύνων ξυμμετέχειν τε καὶ παραπολαύειν ξυνέβαινεν) ὅμοιον ἦν, ὥσπερ ἂν εἰ ἐμαυτὸν ἀντ' ἐμαυτοῦ προεδίδουν, καὶ τοὐμὸν ἑκὼν παρεῖχον αἷμα κατὰ γῆς κενοῦσθαι διὰ τοὐμὸν εἰπεῖν αἷμα. οὕτως εἰς αἰνίγματος λόγον τὴν ἐντεῦθεν ἀνέφερον ἔννοιαν, καὶ λύσιν οὐχ εὕρισκον οὐδεμίαν, ὥστε καθ' ἕν γέ τι B παραλογίσασθαι τὰς τῶν τότε λογισμῶν κρηπῖδας. ἃ γοῦν οὕτωσί πως ἐφυλαξάμην αὐτὸς ἐν τῷ τότε παρόντι μὴ δρᾶν, νῦν τὸν πατέρα τὸν σὸν κατὰ σοῦ καὶ τῆς σῆς ὁμοῦ συγγενείας ἁπάσης ὁρῶ V. 407 δεδρακότα· ναὶ μὴν καὶ κατὰ πάντων, ἁπλῶς εἰπεῖν, ὁπόσοις τοὺς μακροὺς ἐκείνους τετύχηκεν ἄθλους δραμεῖν, στρατιώταις καὶ στρατηγοῖς, οἷς μὲν τοὺς ὑπερορίους ἐκείνους, οἷς δὲ τοὺς κατ' οἶκον, καὶ οἷς τὰς ἐν δεσμωτηρίοις κακώσεις. οὐ γὰρ ἁπλοῦν ὑπῆρχεν ὃ τοῖς ταλαιπώροις τότε ξυνηνέχθη πάθος, οὐδ' C ἐπὶ βραχύν τινα τὸν χρόνον, ὅτι μὴ παντοδαπὸν καὶ ποικίλον, κἀπὶ μακροῖς ἐντεταμένον τοῦ χρόνου τοῖς ὅροις. οὕτω χαλεπὰ μὲν, οἷς ἐθελοντὰς ἡμεῖς ἑαυτοὺς καθήκαμεν πάθεσι τότε· χαλεπώτερα δ' οἷς ἄκοντες νῦν πρὸς τοῦ σοῦ πατρὸς ὑπεβλήθημεν ἀναξίως ἡμῶν. ὑπὲρ γὰρ ἐλευθερίας εὐδαίμονος τρέχοντες δουλείαν ἐλάθομεν ἀλλαξάμενοι κακοδαίμονα τῶν μακρῶν ἐκείνων πόνων καὶ δρόμων. οὓς γὰρ ὡς ἐπιβούλους σφοδροὺς τῆς ἡμετέ- D ρας ἐφεύγομεν ζωῆς, τούτους δεσπότας μάλα τοι ἄσμενος ἡμῖν ὁ σὸς ἐκχειροτονήκει πατήρ· ὥσπερ ἂν εἰ ἐπίτηδες οὕτω τοὺς πολλοὺς ἡμεῖς ὑπεμένομεν πόνους, ἵνα τὰ τῶν διωκόντων ξίφη

emolumenti gratia perpetuos conscientiae stimulos admovere. Enimvero salutis meae causa teque et patrem tuum prodere (ut hoc loco sileam et aliam cognationem, quae periculorum socia et particeps erat) perinde illud fuit, ac si mei causa me ipsum prodidissem, et sanguinis mei conservandi studio meum sanguinem ultro effudissem. Adeo eiusmodi cogitationem aenigmati similem esse statuebam; adeo nulla a me solutio reperiebatur, quae consiliorum meorum firmas rationes vel minimum labefactaret. At ea, quae per illud tempus cavi ego ne admitterem, ea ipsa nunc in te et in totam cognationem tuam video a patre tuo admissa esse: immo et in omnes prorsus milites ac duces, qui magnos illos labores sive foris sive domi decurrerunt; atque in eos ipsos, qui carceris aerumnas pertulere. Non enim simplex fuit ea, quae tum incidit miseris calamitas, neque in breve tempus duravit; sed multiplex et varia, et in longum temporis spatium diffusa. Quamobrem etsi gravia fuere ea mala, quibus ipsi nos ultro tum iniecimus, graviora tamen illa sunt, quibus nunc inviti a parente tuo et indigni subiicimur. Nam qui beata pro libertate certabamus, miseram servitutem diutinis illis laboribus cursibusque imprudentes permutavimus. Quos nempe ut salutis nostrae insidiatores acerrimos vitabamus, eos nobis parens tuus dominos volens et libens destinaverat. Quasi vero nos tot labores consulto pertulissemus, ut eorum, qui nos persequebantur, gladios iugulis nostris citius quam illi vel-

ϑᾶττον ἢ κατὰ τὴν ἐκείνων βούλησιν τοῖς ἡμετέροις λαιμοῖς προσαράξωμεν, καὶ ἵνα παρὰ τοσοῦτον πικρότερα τῶν διωγμῶν τὰ τῶν ἀμοιβῶν καρπωσώμεϑα τέλη, παρόσον τότε μὲν ἐλπίδες εὐδαίμονες ἡμῶν τὸ ἡδόμενον ἔβοσκον· νῦν δὲ καὶ τὰς τῶν ἐλπίδων γλυκείας αὔρας ὁ σὸς ἡμῶν ἐκ τοῦ προφανοῦς ἀφῄρηται πατήρ. εἶναι γὰρ τῶν ἁπάντων οἶμαι μηδένα, ὃς ἂν ἐνέχυρα παρέχεσϑαι δύναιτο, μὴ ϑάνατον εἶναι ταχύπουν εὐϑὺς τὰ πάντων ἡμῶν ἐπιτίμια πρὸς τῆς βασιλίδος Ἄννης, οἷς δήπουϑεν ἐξέσται ζῆν μετά γε τὴν τοῦ σοῦ πατρὸς ἀπαλλαγήν. φέρε τοίνυν, ἕως ἡμῶν αὐτῶν ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι, γενναῖόν τι δρᾶσαι προϑυμήϑητι, ταῖς ἐμαῖς ὑπὲρ σοῦ καὶ ἡμῶν πειϑόμενος συμβουλαῖς, ἵν' οὕτωσί πως τὸν αἰσχρὸν καὶ ἀκλεᾶ κίνδυνον ἀποκρούσασϑαι δυνηϑῶμεν. μέρος γὰρ τῆς ὅλης ἀρχῆς ὑφελόμενος οἰκείαν σαυτῷ περιποιήσασϑαι προϑυμήϑητι βασιλείαν, ζῶντι μὲν ὑπήκουσαν τῷ σῷ πατρὶ, τελευτῶντι δὲ, ἰδιότροπον ἐσομένην σοι τοῦ ζῆν καταφύγιον ἀσφαλές. δυοῖν γὰρ ἐντεῦϑεν ἡμῖν ἔσται ϑάτερον, ἢ τὴν σώζουσαν ἐκ τἀσφαλοῦς κατακτήσασϑαι τύχην, ἢ τῶν τοῦ παρόντος ἀπηλλάχϑαι τὴν ταχίστην βίου δυσχερῶν· οἷς συνεζηκέναι, μόνοις εἶναι φορητὸν ἐκείνοις οἶμαι, οἷς οὐκ ἄχαρι φαίνεται οὐδὲ σφόδρα κακόδαιμον, μάρτυρας τῆς αἰσχύνης διὰ βίου τὰς τοῦ ἡλίου κεκτῆσϑαι αὐγάς." ἀλλ' ὁ μὲν Ἀσὰν Ἰωάννης τοιάνδε τινὰ διεξῄει τὴν συμβουλὴν πρὸς τὸν ἀδελφιδοῦν Ματϑαῖον, ἑαυτῷ τε κἀκείνῳ καὶ συγγενέσι καὶ φίλοις προμνώμενος τὸ ἀκίνδυνον. (Γ.) Πρὸς ὃν ὁ ἀδελφιδοῦς Ματϑαῖος ἠμείβετο τάδε. „κἀγὼ

A. C. 1347 Imp. Io. Cantacuz. 1

E

F

P. 504

2. προσαράξωμεν Boiv. pro προσαῤῥάξ.

lent admoveremus, atque ut eam perciperemus demum mercedem, quae ipsis fugae aerumnis eo esset acerbior, quod illis quidem temporibus praeclarae spes cupiditatem nostram alebant; nunc vero ipsam quoque spei suavissimam auram tuus nobis pater aperte eripuit. Neminem enim puto esse, qui pignoribus firmis cavere nobis possit, non curaturam esse Annam imperatricem, ut omnes cita morte statim puniamur, qui parenti tuo superstites futuri sumus. Age igitur, quamdiu sumus nostri iuris, praeclarum facinus concipe, meisque tui et mei causa consiliis obsequere, quo nos turpe et ignobile periculum sic propulsemus. Totius imperii parte ablata, proprium tibi parare imperium enitare, quod parenti quidem tuo, dum is victurus est, subiiciatur; eo autem mortuo, peculiare sit et firmum tibi salutis praesidium. Duorum enim alterum nobis inde futurum est, ut aut securi salutarem fortunam consequamur, aut praesentis vitae calamitatibus quam celerrime liberemur; quibus interesse tolerabile iis duntaxat esse existimo, qui non ingratum illud et miserrimum putant, solem habere ignominiae suae testem perpetuum." Haec Ioannes Asanes Matthaeo sororis suae filio in hunc fere modum suasit, sui et illius, item cognatorum et amicorum securitati prospiciens. (III.) Matthaeus vero ex sorore nepos his illum excepit: „Ii-

A. M. 6855 τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ περιστοιχίζομαι φόβοις νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν,
Ind. 15 B ὦ βέλτιστε· καὶ ὥσπερ τῶν Περσῶν ἐκείνων αἱ ναυτικαὶ δυνάμεις
Ἐρέτριαν πάλαι καὶ Ἀρτεμίσιον περιεληλυθυῖαι συνεῖχον, οὕτω
τὴν ἐμὴν καρδίαν παντοδαποὶ κυκλοῦσιν ἀεὶ χοροὶ λογισμῶν,
ὥσπερ νῆσον φορτίδες τινὲς καὶ τριήρεις, φόβων γέμουσαι καὶ
φροντίδων μακρῶν, αἳ τῆς μελλούσης ἡμῖν, ὥσπερ ἐξ ἐφόδου
λῃστρικῆς, κατάγουσαι φέρουσι μνήμας προφανοῦς κακοδαιμο-
C νίας. ἐξ ὧν ὠδῖνας μὲν ἔχειν ἔνεστι, καὶ τὰς ἐντεῦθεν ὑπομένειν
ἀλγηδόνας· τίκτειν δ' ἥκιστα ἔνεστι, καὶ ἀποσκευάζεσθαί πως
τὸ λυποῦν, ὑφορωμένῳ τοὺς πατρίους τῆς γενέσεως νόμους, οἳ
μηδ' ἐς τὰ προφανῆ συγχωροῦσι δίκαια πατράσιν υἱέας ἀντινομο-
θετεῖν. καί σοι πολλάκις ἐγὼ τὸ ἀπόῤῥητον βουληθεὶς ἐξειπεῖν
τὴν μαιευσομένην ὅμως οὐκ εἶχον γλῶτταν. ἀρχομένη γὰρ πρὸς
V. 408 φῶς ἐξάγειν τὸ τῆς καρδίας ἔμβρυον τοὺς τόνους εὐθὺς παρε-
D λύετο τῆς ὁρμῆς, καθάπερ ὑπὸ νάρκης τινὸς ἐνδυναστευούσης
σφοδρῶς πεδουμένη, τῆς τοῦ πατρὸς αἰδοῦς δηλαδή· καί μοι
τὰ τῆς γνώμης ἐς τὸ μηδὲν αὖθις ἐχώρει, καὶ κατεστρέφετο ῥᾷ-
στα. εἰ οὖν περὶ ἄλλων ὁτωνδήποτε πραγμάτων ὁ λόγος ἦν, καὶ
ἥκιστα περὶ τὸ ζῆν ὁ πᾶς ἡμῖν ἐκινδυνεύετο φόβος, παρὰ τοσοῦτον
ἠμέλησα ἄν, παρόσον μὴ ὅτι τῶν πολλῶν οὐδὲν αὐτὸς διαφέρειν
οἶομαι, ἀλλ' εἰ καὶ σύνεσιν εἶχον ἐκ φύσεως οὕτωσὶ κεχορηγημέ-
E νην, ὡς διὰ μέγεθος αἰθερίων ψαύειν δοκεῖν ἀντύγων, καὶ οὐ-
ρανίαις τισὶ ξενοδοχεῖσθαι σκηναῖς, ῥᾷστα ἂν ἔγωγε φέρων ὑπέ-
ζευξα ταύτην τοῖς τῶν τοῦ πατρὸς βουλημάτων ποσί. νῦν δ' οὖν,

dem et me semper circumstant metus noctu pariter et interdiu, o bone; et quemadmodum illae Persarum navales copiae Eretriam olim Artemisiumque circumsidebant, ita animum meum multa diversaque cogitationum agmina undique obsident, quasi insulam onerariae aliquae naves ac triremes terrorum plenae et curarum gravissimarum, quae piratico veluti impetu appulsae advehant nobis praesagia evidentis infelicitatis. Parturio itaque, et eos qui inde oriuntur dolores perfero; parere autem, et id quod angit excutere haud possum, patrias reveritus naturae leges, quae nec in iis quidem, quae sunt manifesto iusta, filios parentibus adversari sinunt. Ac tibi quidem saepenumero arcanum illud aperire volui: obsecundantem vero linguam minime habui. Etenim illa, statim atque cordis foetum educere in lucem inceperat, nervis quasi resolutis impetum remittebat, cum eam patris reverentia, veluti torpor aliquis praevalens, graviter constrictam haberet. Atque ita mihi, quae animo agitaveram, ad nihilum rursus recidebant, et facillime subvertebantur. Quod si de aliis quibuscunque rebus ageretur, ac non totum illud periculum, in quo sumus, ad vitam pertineret, eo illud magis neglexissem, quod non solum a caeteris plerisque nihil distare me existimem; sed etsi intelligentiam a natura ita comparatam haberem, ut magnitudine via aethereos axes attingere et caelestibus tabernaculis hospes excipi videretur, facillime eam ego paternae auctoritatis pedibus subiecissem.

ἵνα καὶ αὐτὸς πλατυτέρῳ χρήσωμαι λόγῳ, σοῦ καθάπερ τινὰ θύραν ἡμῖν ἀνοίξαντος, ὃς καὶ δευτέραν μοι σώζεις τάξιν πατρὸς, ἐπειδὴ πᾶσι φίλον ἀνθρώποις τὸ ζῆν, καὶ πολλοὶ πολλάκις, ὑπὸ τῶν ἀθρόων περιστάντων κινδύνων, τὴν βασίλειον, ὥσπερ τινὰ φρουρὰν, περιεζώσαντο δύναμιν, ἄκοντες μὲν, ἀναγκαίως δὲ, οὔκουν αἰτιώμενος ἔμοιγέ τις ξὺν δίκῃ πάντως αἰτιῷτο ἄν, εἰ καὶ αὐτὸς, ὑπὸ τῶν ὁμοίων ἑλαυνόμενος φόβων, ἐς τὴν τῶν ἐρυθρῶν ὑποδημάτων ἀντίληψιν καταφεύγοιμι. ὅμοιον γὰρ ἂν ποιοίη τις ἐνταυθοῖ, τὰ τοιαῦτ' εὐλαβούμενος, ὥσπερ ἂν εἰ χειμῶνι μεγίστῳ περιπεσὼν ἐν πελάγει μέσῳ καὶ κύμασιν, ἐν οἷς τῆς ὁλκάδος συμβὰν οὕτωσί πως ῥαγείσης ἔξὸν αὐτῷ σανίδος ἐπειλημμένον τινὸς διαποντίους μὲν ἔχειν κινδύνους, ἔχειν δ' ὅμως ὁμοῦ καὶ τὰς ἐλπίδας τοῦ ζῆν αἰωρουμένας, ὥσπερ ἀπὸ λεπτοῦ τινος καὶ ἀραχνώδους ὑφάσματος, ὁ δ' ἀφειδῶν παντάπασιν ἑαυτοῦ πνθμέσιν ὑποβρυχίοις ὑδάτων ἐθελοντὴς ἑαυτὸν παραπέμπῃ. τοῦτο δὲ παραπληξίας ἔγγιστ' ἂν εἶναι δόξειε τοῖς ὅσοι καλῶς τὰ τοιαῦτα βούλονται κρίνειν. τὰ γὰρ ἐξ ἀφανοῦς τινος ἀνάγκης ἐπιόντα δεινὰ συγγνώμην σαφῆ τοῖς πάσχουσι νέμει. οἷς δ' ἀπὸ γνώμης ἰδίας εἰς τὰς τῶν δεινῶν ἐμπίπτειν ἔπεται λαβυρίνθους, μεγάλη τις χορηγεῖται νέμεσις, παρ' οἷς σχολὴ τὰ τοιαῦτα φιλοτιμότερον σκέπτεσθαι. ἐγὼ δ' ἵνα τι καὶ βαθύτερον φθέγξωμαι, οὐδὲ τῆς πατρικῆς ὑπερόριον γνώμης ὃν εὑρίσκω τουτί. αὐτὸς γάρ μοι τοὺς τοιούτους προεζωγράφησε τρόπους ἐν ἑαυτῷ, ὁπότε συνελαθεὶς καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν περιστάντων κινδύνων εἰς τοῦτο προήχθη

A. C. 1347 Imp. Io. Cantacuz. 1

F

P. 505

B

C

At nunc, ut et ipse planiori utar oratione, quadam veluti porta a te, qui secundum a patre locum apud me obtines, patefacta, quoniam vita omnibus hominibus cara est, et multi saepe, subitis periculis circumstantibus, supremam induerunt potestatem, quasi salutis praesidium; nolentes quidem illi, sed cogente necessitate: non iure omnino succenseat mihi aliquis, si et ipse, similibus actus terroribus, ad purpureos calceos capessendos confugero. Nam qui hoc rerum statu nolit id committere, perinde is faciat, ac si medio in mari tempestate maxima fluctibusque circumventus, fracta etiam haec inter casu aliquo navi, cum praesto ei sit tabula, qua arrepta maris quidem pericula patiatur, at spem salutis, velut tenui aliquo araneae filo pendentem, retineat, suae tamen omnino salutis oblitus in profundos aquarum gurgites ultro se immittat; quod quidem aequis rerum aestimatoribus insaniae proximum esse videatur. Quae enim calamitates occulta quadam necessitatis vi invehuntur, eae illis, qui patiuntur, excusationem certam tribuunt. Qui vero in mala, tanquam in labyrinthos, sciens prudensque inciderit, eum gravis manet reprehensio apud illos, quibus ista studiosius vacat expendere. Mihi vero, ut et aliquid dicam solidius, non multum id a paterno instituto videtur abhorrere. Ipse enim mihi hunc morem in se praescripsit, tum cum is quoque, circumstantibus periculis compulsus, ad illa

A. M. 6855 Ind. 15 τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας, ὥσπερ εἰς ἀσφαλείας ἀκρόπολιν· ὡς νῦν γε δυοῖν θάτερον ἐλπίζειν ἔσεσθαί μοι πρὸς τοῦ πατρὸς ἕψεται· ἢ γὰρ, ὡς μιμησάμενον τὴν ἐν ἀπόροις εὐπορίαν αὐτοῦ, τὸν υἱὸν ἐπαινέσειεν ἄν πως ἐμέ· ἢ εἰ λοιδορεῖσθαί μοι ἐπιχειροίη, D λάθοι ἂν αὐτὸς ἑαυτῷ περιφανῶς λοιδορούμενος ἢ ἐμοί· ὡς μηδ' ἔχειν παρ' οὐδέσιν Ἕλλανοδίκαις τὸ συγκεχωρηκὸς ἐμοὶ τῆς ἐγχειρήσεως ἐπεξιέναι." (Δ.) Ταῦτ' εἰπὼν καὶ αὐτὸς τὸν μὲν θεῖον ξυνδιαφέρειν παρήγγειλε τὴν ἐγχείρησιν, καὶ τοῖς ἑκασταχοῦ στρατιώταις ὁμιλεῖν τὰ εἰκότα· αὐτὸς δὲ τὴν τῆς Ὀρεστιάδος κατειληφὼς ἀκρόπολιν ὅλην ἐκεῖθεν ὠχύρου τὴν πόλιν, καὶ πρὸς ἔργα παρεσκευάζετο, ἐκδημαγωγῶν τε καὶ μαλακοῖς τισι λόγοις ἐξιδιούμενος τὰ στρατόπεδα.

P. 506 V. 409 γ'. Ταῦτ' οὐκ ἦν ἀκούοντι ἠρεμεῖν τῷ πατρὶ, ἀλλ' ἀθυμίαις ἐνασχολεῖν, καὶ συντήκειν συχνὰ τὸ θυμούμενον τῆς ψυχῆς, πάλαι διανειμαμένῳ τοῖς μὲν υἱέσι τὰς ἀνελευθέρους τοῦ βίου τύχας, τῷ δὲ γαμβρῷ Παλαιολόγῳ τὰς τοῦ βασιλείου κράτους διαδοχάς. διὸ καὶ αὐθημερὸν ἐξιέναι πάνυ τοι προθυμούμενος, ὅμως ἐπεῖχεν ἔτι, καὶ ἐνεκαρτέρει τῷ τῆς γνώμης βουλευτηρίῳ. καὶ μέντοι καὶ ἥκιστα μάλα τοι ἀρεστὸν ἐδόκει, δυοῖν B ἓν γέ τοι δρᾶν ἐκ τοῦ παραχρῆμα. οὔτε γὰρ ἄνευ ὅπλων ἐκ Βυζαντίου πρὸς γνώμην ἰέναι ἐθάρρει, ταῖς τῆς φιλοτιμίας ἄρτι διανηχομένην ἀκμαῖς· οὔτε μεθ' ὅπλων αὖ ἐκεῖ διαβαίνειν καὶ στρατοπέδων. ἐκμῆναι γὰρ ἂν οὕτωσὶ μᾶλλον πρὸς αἰθερίους φλόγας ὡς ἐν σποδιᾷ καθευδούσας ἔτι τὰς ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ νεανίσκου κι-

5. λοιδορ. ἢ ἐμοὶ] μᾶλλον deest, ut observat Boiv.

imperii insignia, tanquam ad fortunae perfugium processit. Quamobrem duorum alterum licet mihi sperare a patre. Aut enim, ut suae in expediendis rebus difficillimis solertiae imitatorem filium fortasse ille me laudaverit; aut si ad convitiandum aggrediatur, sibi ipse palam imprudens magis convitiabitur quam mihi: nec quia id ausus fuerim, licebit ei apud ullum iustum iudicem poenas a me expetere." (IV.) Haec loquutus avunculo praecipit, ut secum huic molitioni struendae incumbat, et cum militibus, quacunque occurrerint, ac prout par fuerit, colloquatur. Ipse Orestiadis arce occupata, totam inde urbem munit; tum captando benevolentiam, et blandis verbis exercitus sibi devinciendo, ad opus se accingit.

3. His pater auditis nequaquam quiescere, sed totum se moerori dare; idemque iram suam subinde comprimere et concoquere ea ratione, quod liberis suis servilem fortunae conditionem, genero autem Palaeologo imperii successionem iampridem assignasset. Itaque ea ipsa die egredi valde cupiens tamen se continuit, et secum tacite deliberare perstitit. Neutrum certe ei placebat statim facere. Neque enim sine armis Byzantio exire, et in ipso ambitionis aestu fluctuantem animum adoriri; nec rursus cum armis exercitibusque illuc conferre se audebat. Ita enim sopitos adhuc, et velut sub cinere latentes, in animo adolescentis motus furiatum iri magis, quasi

νήσεις, ὑπὸ δυοῖν ὀχληθείσας παθῶν, φιλοτιμίας ὁμοῦ καὶ δει- A. C. 1347
λίας. (B.) Καὶ μὲν δὴ λοιπὸν ἐκπέμπειν ἐδόκει βέλτιον Εἰρήνην Imp. Io. Cantacuz. 1
τὴν βασιλίδα, βαθείαις τε χρωμένην ταῖς τῆς συνέσεως αὔλαξι C
καὶ ἅμα οἰκονομικὴν ἐς τὰ μάλιστα οὖσαν ἔκ τε πείρας καὶ φύ-
σεως, καὶ μαλακωτέρους τινὰς ξὺν τῷ πιθανῷ, καὶ ὅλως εἰπεῖν
μητρικοὺς τῷ παιδὶ κομίζειν εἰδυῖαν λόγους. ἐξιούσης τοίνυν αὐ-
τῆς, ἐπειδὴ περὶ Πάμφιλον ἐγεγόνει τὴν πόλιν, πρὸς ἀπάντη-
σιν αὐτὸς ἐπορεύετο μάλα τεθαρρηκὼς τῆς μητρὸς, καὶ ἅμα ἐπευ-
γόμενος κατὰ τὴν πορείαν, πρὶν ἐς Ὀρεστιάδα ἀφικέσθαι τὴν μη- D
τέρα, ἔξω που προκατειληφέναι, καὶ τὸν τῆς ἀφίξεως πόρρωθεν
πυθέσθαι σκοπόν. ἡ δὲ τοὺς ἐκείνου σοφῶς παρακρουσαμένη
δρόμους ἔλαθεν ἐντὸς Ὀρεστιάδος παρεισπεσοῦσα, πρὶν αἰσθέ-
σθαι τὸν υἱόν. (Γ.) Ἐπεὶ δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν ὁ Ματθαῖος ἠκηκόει P. 507
τὸ δρᾶμα, καὶ βαθυτέραις ἔγνω σαφῶς τῆς μητρὸς κατασοφι-
σθεὶς ἐπινοίαις, ἐς τὴν ὑστεραίαν καὶ αὐτὸς τῇ Ὀρεστιάδι ἐπιδε-
δήμηκε, καὶ τῇ τε μητρὶ τὴν προσήκουσαν ἀπεδίδου προσκύνη-
σιν καὶ ἅμα πρὸς ἅπαν τὸ κελευόμενον ὑπισχνεῖτο παρέχειν ὑπεί-
κοντα ἑαυτὸν, εἰ δέος ἅπαν ἐξέλοιτο τῆς ἐκείνου ψυχῆς, μήτηρ
τε οὖσα καὶ ψυχὴν καλῶς εἰδυῖα θεραπεύειν ἀμφιῤῥεπῶς ταλαν-
τευομένην ὑπὸ δειλίας, καὶ φόβῳ τινασσομένην τοῦ μέλλοντος B
γνώμην υἱοῦ φιλομήτορος συνιστᾶν. ἡ δὲ μάλα βασιλικῶς προσ- V. 410
ειποῦσα καὶ μετά τινος ἐπιεικοῦς μεγαλοπρεπείας δεξιωσαμένη
τὸν υἱὸν τάδε διέξεισιν. (Δ.) „Ἐγὼ (φησὶν) ὦ παῖ, τὴν παροι-
μίαν, τὴν ἀεί τι Λιβύη, φάσκουσαν, φέρει καινὸν, ἐπαινῶ μὲν,

8. αὐτὸς Boiv. pro αὐτῆς.

flamma ad caelum usque ventilata, affectibus duobus ambitione et metu perturbatos. (II.) Demum ei satius visum est Irenen mittere imperatricem, quae mulier altae mentis, eademque ad res tractandas cum natura sua tum ipso usu mire habilis, mollibus quibusdam et ad persuadendum accommodatis, maternis denique dictis filium aggredi una omnium maxime sciebat. Itaque haec egreditur. Ille matri, cum esset apud urbem Pamphilum, obviam procedit magna fiducia, festinatque eam, antequam Orestiadem pervenerit, in ipso itinere alicubi foris deprehensam convenire, et viae causam longe ab urbe sciscitari. At illa, huius festinationem callide frustrata, furtim in urbem Orestiadem, antequam filius sensisset, irrepserat. (III.) Matthaeus, postquam in via id quod acciderat audivit, ac se occultioribus matris consiliis circumventum certo cognovit, postridie et ipse Orestiadem venit; matrem, ut par est, salutat: simul se, quidquid illa iusserit, dicto audientem fore pollicetur, modo omnem sibi metum ex animo revellat; matrem quippe eam esse, quae animum timore suspensum, et futuri terrore concussam filii amantissimi mentem, firmare optime sciret. Haec vero filium, benigna quadam maiestate exceptum, prorsus regie alloquitur, et hanc habet orationem. (IV.) „Ego," inquit, „mi fili, proverbium illud: semper Africa aliquid fert

A. M. 6855 Ind. 15 οὐ τελέως δέ· διότι μὴ τέλειον ἔχει τὸ τῆς ἀποφάνσεως δόγμα καὶ ψήφισμα. περὶ γὰρ ὅλης γῆς καὶ θαλάττης ἀποπεφάνθαι
C προσῆκον, ἡ δὲ περὶ μόνης Λιβύης τὸ δόγμα ἐξήνεγκε, μικροῦ τινος μέρους οὔσης αὐτῆς, καὶ βιαίαν ἐχούσης τὴν μίμησιν πρὸς τὴν τῆς ὅλης γῆς ἀριστοκρατίαν. Λιβύης μὲν γὰρ ἡ καινότης ζώων τε μόναις τερατομόρφοις ἰδέαις ὁρίζεται καὶ πρός γε ἔτι τῶν ἐκεῖθεν διὰ μῆκος ὁδοῦ σπανίως παρακομιζομένων ἐς τὰ ἡμέτερα ἤθη πραγμάτων ἄλλων, ἰδιοτροπίαν τινὰ κεκτημένων, ὁπόσα
D ξενίζοντα φύεται παρὰ τῇ σκληρᾷ καὶ ἀνημέρῳ ἐκείνῃ γῇ. τῆς δὲ πάσης γῆς ἡ καινότης μαρασμῷ καὶ χλόῃ καὶ χαρᾷ καὶ λύπῃ μερίζει τὸν βίον διηνεκῶς, καὶ δόξῃ καὶ ἀδοξίᾳ, καὶ νόσῳ καὶ ὑγιείᾳ, καὶ θανάτῳ καὶ ζωῇ, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀρετῇ καὶ κακίᾳ, καὶ τροπαῖς καὶ ἀλλοιώσεσι παντοίαις τε καὶ μέτρον ἅπαν ἐλαυνούσαις. καὶ θαῦμα μέν, πῶς ταῖς καινοποιΐαις ταύταις ἄμφω κεκτῆσθαι δοκεῖ, καὶ παίζει τὰς τῶν ἀνθρώπων γνώμας, καὶ τοῖς
E μὲν ἀνθεῖν ἀεὶ δοκεῖ, καὶ τοὺς τῆς τύχης πόδας ἕκαστον ἐπ' ἀσφαλοῦς ἐρείδειν· τοῖς δὲ μηδὲν κεκτῆσθαι βέβαιον μηδ' ἀσφαλές. βραχεῖα γάρ τις ὥρα πολλάκις καὶ μία ῥοπὴ διαστήματος χρονικοῦ μεταβάλλει πρὸς τοὐναντίον ἅπαν, καὶ ῥίπτει πολλὰ τῶν ἑστάναι δοκούντων εἰς ἔδαφος· καὶ αὖ πρὸς ὑπερήφανον ἐνίοτε
F τύχην ἀνάγει τὰ ἀφανῆ. Θαῦμα δὲ, πῶς ἀμιγὲς οὐδὲν οὐδ' αὐτοτελὲς τῶν ἁπάντων εὑρίσκεται παντάπασιν οὐδαμῇ, οὔθ' ἃ τῶν ἀγαθῶν, οὔθ' ἃ τῶν φαύλων εἶναι νομίζουσιν ἄνθρωποι· ἀλλὰ τὰ ἀλλήλων διηνεκῶς πολέμια καὶ μαχόμενα σύντροφόν

novi, laudo quidem, sed non absolute, quia nec absoluta est eius pronunciati sententia. Etenim de universo terrae et maris orbe cum id dici oporteret, de sola Libya pronunciatum est; quae pars cum exigua sit, totius orbis rempublicam vix repraesentat. Illa nempe rerum novarum affluentia, quae Libyae tribuitur, ad solas pertinet animalium monstrosorum formas, et rerum aliarum species, ad nostras provincias propter longinquitatem rarius commeantium, peculiare autem aliquid in se habentium, qualia nobis incognita in illa dura et immani regione nascuntur. Totius vero orbis novitates situ, viriditate, gaudio, tristitia, gloria, infamia, morbo, sanitate, vita, morte, atque, ut paucis absolvam, virtute, vitio, mutationibus denique ac omnigenis et infinitis variationibus, res humanas usque distinguunt. Et mirum sane, quod cum tot nova idem hic orbis pariat, utrumque tamen ei inesse credatur, atque ita hominum mentes deludat, ut aliis semper florere, et fortunae vestigia stabili fundamento quisque figere videatur; aliis nihil firmi habere, nihil certi. Fugax enim hora saepe et momentum temporis multa, quae stare videbantur, omnino in contrarium vertunt et ad terram affligunt: atque ad summum fortunae splendorem obscura quandoque evehunt. Mirum vero, quomodo nihil usquam sincerum, nihil ab omni parte perfectum inveniatur eorum omnium, quae seu bona seu mala esse homines arbitrantur: sed res, sibi invicem aeternum inimicae et pugnantes, velut

πως ἔχει τὴν βλάστην, καὶ μίαν δήπου τινὰ τὴν εἰς φῶς προ- A. C. 1347
ενεγκοῦσαν μητέρα προΐσχεται· καὶ τὰ τὴν ἄσπονδον ἔχθραν πρὸς Imp. Io. Cantacuz. 1
ἄλληλα κεκτημένα ξένας τινὰς ἐν ἀνθρώπου θύει ψυχῇ τὰς
σπονδάς· καὶ οὔτε βίον ἄλυπον ὄντα παρ' οὐδενὶ τῶν ἁπάντων
ὁρῶμεν, οὔτε λύπην παντάπασιν ἀτερπῆ· ἀλλ' εἶναι συμβαίνει P. 508
καὶ λύπην αἰτίαν χαρᾶς, καὶ αὖ μητέρα λύπης χαράν. ταῦτα μὲν
εἶναι συμφυᾶ πως, καὶ ἐγκατῳκοδομημένα τοῖς πράγμασιν, ἡ
πεῖρα ξυγχωρεῖ συνιέναι ταῖς συνετωτέραις ψυχαῖς· τὸ δὲ μεγέθη
καὶ σμικρότητας τούτοις διδόναι, τοῦτο δ' οἶμαι δήπουθεν ὡς
τὰ πολλὰ τῶν ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχειν ἔν. Ὅς γὰρ μεγάλοις ἐφίεται
πραγμάτων ὕδασιν ἐγκυβιστᾶν, ἀνάγκη τούτῳ καὶ μεγάλους ὑφί-
στασθαι τῶν κινδύνων τοὺς κλύδωνας· ᾧ δὲ βραχυτέροις ἐνδιαι- B
τᾶσθαι νομίζεται ἀποχρῶν, τούτῳ δὲ καὶ μετριωτέραις κεχρῆ-
σθαι ταῖς λύπαις τοῦ βίου χρεών. βασιλεία τοίνυν ἐν τοῖς τοῦ
βίου πράγμασι μέγιστον εἶναι χρῆμα νομίζεται τύχης καὶ, ἵν'
εἴπω, τὸ κράτιστον τῆς εὐδαιμονίας ὕψος. τὸ δὲ μικροῖς τισιν
ὀβολοῖς ὁρίζεσθαί τῳ τοῦ βίου τὴν εὐπορίαν, καὶ τριβωνοφορεῖν,
καὶ ἱκανὸν εἶναι ὃ τῇ φύσει τὸ ἀναγκαῖον μόνον χαρίζεται, τοῦτο
δὲ κακόδαιμον φαίνεται, καὶ τούτων ἑνὸς, οἷς ὁ πλεῖστος ὄχλος C
καταρᾶται. ᾧ δ' ἑκατέροις τοῖς βίοις ἐν πείρᾳ γενέσθαι τετύχη-
κεν, ἄρχεσθαι μᾶλλον οὗτος ἢ βασιλεύειν ἕλοιτ' ἂν οἶμαι μάλα
προθύμως, καὶ πέντε μᾶλλον τρίβειν βίον, ἢ ὃς μυρίαις περι-
στοιχίζεται δόξαις καὶ χρήμασιν· εἰ δ' οὖν, λεγέτω τις παρελθὼν,
πῶς Ἀλέξανδρος ἐκεῖνος ὁ μέγας, ὁ μέχρις Ἰνδῶν τὰ τῆς Εὐρώ- V. 411

19. ἓν, ὅσοις ὁπλ. coni. Boiv.

coalescant, et unius quasi matris sinu editas se in lucem profiteantur: et ea, quae odium implacabile inter se exercent, inusitata quaedam foedera in hominum animis feriant; ac neque vitam tristitiae immunem cuiquam contingere videamus, nec tristitiam iucunditatis prorsus expertem; sed esse soleat et laetitiae origo tristitia, et rursus tristitiae mater laetitia. Et haec quidem esse rebus insita quodammodo atque infixa intelligentiores quique sciunt, experientia nempe edocti. At ut illa ipsa vel augeantur vel minuantur, id ego existimo penes nos esse ut plurimum. Qui enim se in magnas negotiorum undas gestiat immergere, eum necesse est magnos subire periculorum fluctus: cui vero minoribus interesse satis fuerit, eum oportet moderatioribus affici vitae molestiis. Regia certe dignitas in hac vita maximum esse fortunae donum existimatur, et summus, si fas dicere, felicitatis cumulus. Contra paucis obolis metiri copiam omnem rei familiaris, et veste uti trita, et satis habere id quod naturae solas res necessarias suppeditat, id et miserum videtur, et eorum unum, quae vulgi maxima pars detestantur. Qui vero utramque vitae conditionem expertus est, is multo libentius pareat quam imperet, et vitam trahere inopem malit, quam quae infinitis honoribus opibusque stipata sit. Sin minus, prodeat aliquis doceatque nos, quomodo Alexander ille Magnus, cuius auspiciis arma Europae

A. M. 6855 Ind. 15 πης διαβιβάσας ὅπλα, τὸν εὐτελῆ τοῦ Διογένους πίθον καὶ τὴν
D διερρωγυῖαν ἀμπέχεσθαι μᾶλλον ἐσθῆτα ποθεῖν ὡμολόγει, ἢ τὴν
τῆς ὅλης Ἀσίας τε καὶ Εὐρώπης ἔχειν ἀρχὴν, καὶ τὸν Βαβυλώ-
νιον ἐκεῖνον περιβεβλῆσθαι πλοῦτον· ὅθεν καὶ τὸ πολὺ τῆς ῥᾳ-
στώνης χεθὲν Δαρείῳ καὶ Πέρσαις ὄνειρον ἔδειξεν εἶναι σαφῶς
τὰς δοκούσας εὐδαίμονας τύχας τοῦ βίου. οὐδὲν γὰρ οὕτω μεστὸν
ὑποψίας καὶ ἀπιστίας, ὡς βασιλεία καὶ δυναστεύουσα χείρ. ᾧ
μὲν γὰρ βασιλεύεσθαί πως τετύχηκεν, ἕνα μόνον οὗτος δέδιε, τὸν
E βασιλέα· φαίην δ' ἄν, οὐδ' αὐτὸν, εἰ τὰ δίκαια φυλάττειν,
ὅστις ποτ' ἂν ᾖ, ἐθέλει, καὶ τὴν λαχοῦσαν μοῖραν στέργειν τοῦ
βίου. ᾧ δὲ βασιλεύειν ἔξεστιν, οὗτος μετὰ τῶν ἐμφανῶν ἐχθρῶν
πλείους ἔχει καὶ τοὺς κρύφα τὰς πλείους συσκευάζοντας τῶν ἐπι-
βουλῶν. οἰκ ὀκνήσω δ' εἰπεῖν, ὡς καὶ αὐτοὺς ἀεὶ δέδιεν, ὁπό-
σοι φυλάκων ἔχουσι τάξιν αὐτῷ, καὶ περίεστι τρέμειν ἀεὶ, καὶ
Ταντάλειον, τὸ δὴ λεγόμενον, βόσκειν βίον. Ταῦτ' ἐννοῶν, φίλ-
F τατε, πείθου μητρὸς εὐνοούσης βουλαῖς, καὶ μὴ γνώμαις ἑτέρων
συμφέρεσθαι δίδου, οἳ πρὸς ἓν δὴ μόνον τὸ οἰκεῖον σκοποῦντες
συνοῖσον προσωπείῳ τινὶ κέχρηνταί σοι, μέχρις ἂν τὸ βουλόμενόν
σφισι κατωρθωκότες αὐτοῖς, ἔπειτα καὶ σοὶ τὴν τοῦ βίου σχεδιά-
σωσιν ἐπιβούλως ἀπαλλαγήν· μηδὲ παραπλήσια τίθει τοῖς διώκταις
P. 509 ἡμῶν τὰ ἡμέτερα. παρόσον γὰρ ἐκείνων καὶ ἡμῶν τὸ συνάγον εἰς
ὁμόνοιαν ἦν τῶν ἁπάντων μετὰ τὴν ζάλην οὐδὲν μεταξὺ, παρὰ
τοσοῦτον ἡμᾶν τε καὶ σοῦ τὸ τὴν τοῦ αἵματος ἕνωσιν διϊστῶν
τῶν ἁπάντων ἔστιν οὐδὲν μεταξύ. τί γὰρ ἂν εἴη τὸ πεῖσαι δυνά-

ad Indiam usque penetrarunt, vile Diogenis dolium habitare, et eiusdem lacera veste indui, optatius sibi esse confessus sit, quam Asiae et Europae totius imperium possidere, et Babyloniis divitiis cumulari; quarum effusa abundantia Dario et Persis ostendit, merum esse somnium ea, quae conditionem vitae beatiorem facere existimantur. Enimvero nihil est ita suspicionis et diffidentiae plenum, ut principatus et potestas summa. Nam quem alteri subditum esse fortuna voluit, is unum duntaxat pertimescit, imperatorem videlicet; sed ne hunc quidem (ausim dicere), si iura, quicunque tandem ille sit, velit servare, et ea quae contigit sibi fortuna contentus vivat. At cui imperare datum est, is praeter apertos hostes, complures alios habet, qui multas ei clanculum insidias struant. Nec verebor illud affirmare, timeri ab eo semper etiam ipsos stipatores; ita ut ei perpetuo contremiscendum et Tantalea, ut aiunt, vita agenda sit. Haec cogitans, mi fili, benevolae matris consiliis pareto, et aliorum sententiae cave ne accedas, qui, ad propriam utilitatem omnia referentes, te ipso tanquam larva quadam utuntur, quoad, ubi ex sententia sibi successerit, ipsi deinde tibi per fraudem exitium afferant repentinum: nec sic fere consulas rebus nostris, ut ii qui nos persequuti sunt. Nam coorta semel tempestate, nihil omnino inter nos illosque erat, quod in concordiam reduceret. Sanguinis autem vinculum, quo nos tecum iungimur, nihil est quod dissolvat. Qua enim quaeso

μενον σπλάγχνα φύσεως ὑπ᾽ ἀλλήλων τε καὶ δι᾽ ἀλλήλων ῥήγνυ- A. C. 1347
σθαι· ὧν τὴν ἀπόῤῥητον σύμπηξιν μόνος οἶδεν ὁ ξυνδήσας ἀλύ- Imp. Io. Cantacuz. 1
τοις τισὶ καὶ ἀδαμαντίνοις δεσμοῖς; ἢ τί τῶν ὑφ᾽ ἡλίῳ καὶ ἀέρι
πάντων ἡδὺ γένοιτ᾽ ἂν τοῖς γονεῦσιν ἡμῖν, σοῦ μὴ παρόντος; ὡς B
νῦν γε τοῦτ᾽ ἔστιν ὅ με μάλιστα ζῶσαν μετὰ τοῦ σοῦ κατάγει πα-
τρὸς εἰς πυθμένας ᾅδου, ὅτι σύ γε ἡμῶν ἕνεκα τοιούτους ἔθρε-
ψας ἐν σεαυτῷ λογισμούς. τί δ᾽ ἄλλο τῶν πάντων εἴη θανάτου
παντὸς γονεῦσι πικρότερον, ἢ τέκνων καταστροφὴ, καὶ τέκνων
ἀγαθῶν· ὧν ἡ μνήμη καὶ μόνη τούτοις δημιουργεῖ πνοὴν καὶ
τὸ θάλλειν ἐκ περιουσίας χαρίζεται τῇ ψυχῇ; ἀνάμεινον δ᾽ εἰ
βούλει μικρὸν, μέχρις ἂν καὶ αὐτὸς τέκνων γένῃ πατήρ· καὶ τότε C
διὰ τῆς πείρας εἴσῃ καλῶς, ὁπόσην οἱ τεκόντες τοῦ φίλτρου τὴν
φλόγα βόσκουσιν ἐν μέσοις τοῖς σπλάγχνοις ὑπὲρ τῶν τέκνων. νῦν
γὰρ οὐκ ἔχω, τίσι χρησαμένη λόγοις πεῖθειν ἄν σε δυναίμην τε-
λέως, πρὶν εἰς τὴν τῶν λεγομένων σε πεῖραν ἀφῖχθαι. Μὴ δὴ
παρίδῃς δάκρυα μητρὸς, μηδὲ μόχθον ἐν λήθῃ ποιήσῃς τοσαύ-
της ὁδοιπορίας, ὁπόσην ἐγὼ διανύσαι καὶ συντεμεῖν τάχιον ἢ
κατὰ πάντα εὔζωνον ἄνδρα προτεθύμημαι διὰ σὲ, ἵνα δήπου μὴ D
σεαυτὸν ἀτεκμάρτοις περιβάλῃς κινδύνοις, καὶ καπνὸν φεύγων
εἰς πῦρ ἐμπέσῃς, καὶ σκιὰν φυλαττόμενος ὑποψίας, ἐν ἀδήλῳ
μέλλοντος φόβου καλινδουμένην, εἰς κρημνοὺς ἀποτόμους περι-
φανῶς συνωθήσῃς σαυτὸν ἑκοντὶ (ὃ τοῦ ἀκουσίου πάθους ἐστὶ
μακρῷ χαλεπώτερον, ὁποῖον καὶ ἡμῖν τὸν ἑξαέτη χρόνον ἐξεγέ-
νετο πάσχειν ἐκεῖνον ἐλαυνομένοις, ὡς γε οἶσθα) καὶ ὃν διέφυγον

ratione persuaderi possit cognatis visceribus, ut se invicem dilacerent; quorum arcanam compactionem solus novit, qui ea inter se irruptis quibusdam et adamantinis vinculis colligavit? Aut quid nobis parentibus tuis sub sole et caelo suave esse possit absente te? Atque haec maxime res est, quae me nunc tuo cum patre vivam ad tumulum adigit, quod istarum, quas animo aluisti, cogitationum nos ipsi causa fuerimus. Ecquid porro aliud parentibus morte omni acerbius esse possit, praeter ruinam liberorum, et eorum quidem bonorum; quorum vel sola recordatio efficit, ut ii vivant, et eorum animae viridissimum florem largitur? Tu vero paulisper, si vis, exspecta, quoad pater ipse sis. Tum expertus probe scies, quantam sub imis visceribus flammam alat parentum in liberos amor. Mihi certe verba nunc desunt, quibus id possim tibi penitus persuadere, antequam ipse eorum quae dico experientiam nactus sis. At tu matris lacrymas ne despice; nec te huius longi itineris capiat oblivio, quod ego tui causa citius quovis homine expedito conficere et accelerare studui; ne scilicet te ipsum caecis periculis irretires, et fumum fugiens in ignem incideres, periculique umbram cavens, quae in incerto futuri metu verteretur, in abrupta te praecipitia palam atque ultro mitteres; cuiusmodi malum longe gravius est quam quae nolentibus accidunt, qualia nos, ut scis, per illud sexennium vexati pertulimus; ne denique eius, quam tum effugi, mortis tecum particeps pro-

A. M. 6855 Ind. 15 E V. 412 F P. 510 B

τότε θάνατον, τούτου σὺν σοὶ διὰ σέ πως παραπολαῦσαί μοι γένηται. οἷς μὲν γὰρ ἀκουσίοις ἔπεισι τὰ δεινὰ, συγγνώμη τις εἴωθεν οἴκτῳ συγκεκραμένη συνεξακολουθεῖν. οἷς δ' ἐξ ἰδίας ἀβουλίας συμβαίνει πηγὰς ἀνορύττειν κακῶν ἑαυτοῖς, τοσοῦτον νεμεσᾶσθαί σφισιν εἰκὸς, ὅσον οὐδὲ τοὺς ἐλεήσοντας καταλιμπάνουσιν ἑαυτοῖς ξὺν γε λόγῳ τῷ πρέποντι. Εἰ δέ μοι πολλὰ τῶν πάλαι πρὸς μέσον ἄγεις ὑποδειγμάτων, ὁπόσα πρὸς τοὺς ὁμοίους σε φόβους ἐνάγουσι, καὶ ξὺν γε τοῖς ἄλλοις, ὅτι καὶ Μάρκιον ἐκεῖνον, τὸν τῇ πάλαι στρατηγήσαντα Ῥώμῃ ποτὲ, ἐς τοσόνδε τὰ μητρὸς ἔσφηλε δάκρυα, ὡς μυρίαις ὑφ' ὧν στεφανοῦσθαι ἐχρῆν καλυφθέντα λίθων βολαῖς θανεῖν δυστυχῶς, ἀλλὰ τἀληθῆ περί γε τἀνδρὸς ἐκείνου μαθὼν τὴν ἀμείνω κρίσιν ἕλοιο ἄν. πάσης γὰρ ἐκεῖνος ἀποκλείσας ἑαυτὸν ἀπολογίας, καὶ θύραν οὐδεμίαν συγγνώμης ταῖς ἐπιούσαις καταλελοιπὼς ἐλπίσιν, αὐτὸν ἑαυτῷ κατήγορον ἐκ τοῦ σύνεγγυς εἶχε, καὶ πολλὰ ταῖς τοῦ συνειδότος σκηναῖς αὐλιζόμενά οἱ παραπέπηγε κέντρα. τὰς γὰρ πλείστας Ῥωμαίων χώρας καὶ πόλεις θᾶττον ἢ λόγος ἀφελόμενος τὰς μὲν τοῖς ἐναντίοις ἐχαρίσατο, τὰς δ' ἐξηνδραποδίσατο καὶ κατέσκαψε χεῖρον ἢ τὰς Θήβας Ἀλέξανδρος. καὶ διὰ τοῦτο Μάρκιος εὔελπις ἥκιστα ἦν, οὐδὲ πάροδον ὅλως εἰς πίστιν εἶχον ταῖς Ῥωμαίων ψυχαῖς αἱ Μαρκίου συνθέσεις· οἵ τε Ῥωμαίων αὖ πολέμιοι φρικώδεσιν ὅρκοις αὐτὸν προκατειληφότες, ἔπειτα μέγαν ἐξ ἀσθενοῦς ταῖς οἰκείαις ξυμμεμαχηκότες δυνάμεσιν ἐπεπράχεσαν· ἃς βραχύ τι παρακρούσασθαι διὰ τὰ μητρὸς δόξας δάκρυα ἐλα-

19. Μάρκιος Boiv., μακάριος apogr. Par.

pter te quodammodo fierem. Sane quibus nolentibus calamitas supervenit, eos manet venia quaedam, miserationi coniuncta. Quibus autem temeritate sua accidit, ut malorum fontes sibi ipsis foderent, iis indignari eo magis aequum est, quod ne eos quidem sibi relinquant, qui iure et merito miserturi sint. Quod si mihi multa in medium proferas veterum exempla, quae te ad similes casus metuendos compellant, atque inter caetera id, quod de Martio illo, qui Romae olim bellum intulit, narratur; ei nempe matris lacrymas in tantum fraudi fuisse, ut a quibus coronari eum oportebat, ab iis densissima lapidum grandine obrutus infelicissime obierit: postquam de illo vera audiveris, meliorem certe sententiam amplecteris. Praeciderat sibi ille omnem defensionem: nullam sibi in posterum spem veniae reliquerat. Aderat igitur suimet ipse accusator, et in eius conscientia stimuli plures infixi penitus insidebant. Plerosque agros et urbes Romanis cum ademisset, idque summa celeritate, partim hostibus concesserat, partim diripuerat, et peius, quam Thebas Alexander, vastaverat. Idcirco minimum erat Martio bonae spei; neque illius pactiones apud Romanorum animos aditum ullum habebant ad fidem acquirendam. Romanorum vero hostes eundem horrendis iuramentis primum obstrinxerant; deinde suis viribus adiutum ex humili magnum effecerant. Itaque ille propter matris lacrymas cum eos ali-

ϑεν εἰς τοὺς ἐσχάτους ὀλέθρους ὠλισθηκώς. σὺ δ' οὔτε βλάβην A. C. 1347
τοῖς Ῥωμαίων οὐδεμίαν παρέσχες πράγμασιν, οὔθ' ὅρκοις οὐδέσι Imp. Io. Cantacuz. 1
δέσμιον σεαυτὸν προκατέστησας. ταῦτα γὰρ ἅπαντα προκατειληφυῖα λαμπρῶς ἡ τῆς ἐμῆς ἀφίξεως ἀνεχαίτισεν αὖτη σπουδή· ὡς
εἶναί σοι μηδὲν ἐμποδὼν τῶν ἁπάντων ταῖς μητρικαῖς παραινέ- C
σεσι πείθεσθαι. Ἔπειθ' ὁρᾷς καὶ εἰς ὅσον μὲν βραχύτητος ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ συνεστάλη, εἰς ὅσον δὲ πενίας τὰ Ῥωμαίων ἐρρύη πράγματα· ὡς μηδὲ λέγειν θαρρεῖν φειδοῖ τῆς τῶν ἀκουσομένων αἰδοῦς. ὅμως ἔξ ἑνός γέ του δηλώσω σοι τρόπου. ἴσασι μὲν
γὰρ τῶν Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων οἱ πλεῖστοι τὸν πλοῦτον πρὸ τῆς συγχύσεως καὶ τῶν διωγμῶν ἐκείνων, ὁπόσος τοῖς σοῖς γο- D
νεῦσιν ὑπῆρχεν ἡμῖν, ἔν τε χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ λίθων καὶ μαργάρων πολυτελείᾳ, ἔν τε ποίμναις καὶ βουκολίοις καὶ μυριάσι παντοίων θρεμμάτων καὶ βοσκημάτων. ἴσασι δὲ καὶ τῶν παρε-
στώτων οἱ πλείους τὸ τῶν ἡμετέρων πλῆθος ἀποθηκῶν, αἳ τοῖς ἐκ γῆς παντοδαποῖς γεννήμασιν ὑπερεξεχέοντο, καὶ τὰ ταμιεῖα ἐκεῖνα, ὁπόσα βριθοντα κομιδῇ τοῖς ἐτησίοις καρποῖς τε καὶ θη-
σαυροῖς ἐστενοχωροῦντο. τῆς δὲ καθ' ἡμέραν ἑκάστην τραπέζης E
τὴν ἀφθονίαν καὶ πολυτέλειαν, ἀλλὰ καὶ ταύτην, ὅσοι μετεῖχον ἐκείνης καὶ παραπέλανον, ἴσασιν ἅπαντες, τά τε ἄλλα καὶ ὡς οὐδ' ἄχρι καὶ ἐς τὸ τοῦ δεκάτου μέρος ἐκείνης ἀνήκειν τὰ τῆς βα-
σιλικῆς ἡμῖν τραπέζης δύναται τήμερον. οὕτως ἀσθενῶς ἔσχε, καὶ ἐς τοσοῦτον ἔῤῥει καὶ κατενήνεκται δυστυχίας τὰ Ῥωμαίων πράγματα προφανῶς· ὡς ἐξεῖναι σκοπεῖν σε, γλυκύτατε, τί κα-
ταλελοιπὼς τῷ πατρὶ καὶ τοῖς γε ἀμφ' αὐτὸν ὁμοῦ καὶ σὺν αὐτῷ, F

quantulum visus esset elusisse, in ultima mala imprudens delapsus est. Tu vero nec detrimenti quidquam rei Romanae attulisti, nec te ullis iuramentis praepedivisti. Ista enim omnia plane antevertit et inhibuit adventus mei celeritas; ita ut nihil quidquam tibi obstet, quominus matris exhortationibus pareas. Vides praeterea, quam in angustum contracta huius imperii magnitudo, quo inopiae redacta sit Romana res. Vereor equidem dicere, ut audientium pudori parcam. Tamen id tibi una re declarabo. Norunt Romanorum et barbarorum plerique, quantae nobis parentibus tuis opes, ante confusionem temporum et calamitosam illam fugam, in auro fuerint, in argento, in gemmis et margaritis pretiosissimis, in gregibus et armentis, denique in infinita quorumlibet altilium pecorumque vi. Norunt etiam plurimi ex iis, qui hic adsunt, quot apothecas omni genere earum rerum, quas terra gignit, redundantes; quae horrea, annuis fructibus et acervis gravida et coarctata, habuerimus. Iam de lautitia et magnificentia mensae quotidianae, qui eius participes nobiscum fuerunt, ii sciunt cum alia, tum nec ad decimam partem pristinae illius magnificentiae posse progredi eos sumptus, qui in mensam imperatoriam hodie a nobis fiunt; usque eo debilitatae, eo calamitatis lapsae sunt ac demersae palam res Romanae. Potes nunc, dulcissime, expendere, quid et patri, et iis, quos secum ac circa se habet,

A. M. 6855 Ind. 15 τί ποτ' ἂν λάβοις αὐτὸς ἰδίᾳ πρὸς εὐπορίαν σοί τε καὶ τοῖς γε ἀμφὶ σὲ στρατιώταις. Οὔτε γὰρ ἄνευ ὅπλων καὶ στρατιωτικῶν δυνάμεων δυνατὸν βασιλείαν συνίστασθαι, καὶ μάλιστα τὴν ἐκ νεωτερισμοῦ· οὔτε χρημάτων ἄνευ, τό γε μεῖζον εἰπεῖν, ὅπλα καὶ στρατιωτικὰς εἰκὸς ἀθροίζεσθαι δυνάμεις. στρατιωτῶν γὰρ ἄνευ ἐνίοτε μεγάλα καὶ καθ' αὑτὸν ἰσχύοντα πάντες ἴσασι τὸν P. 511 χρυσὸν, καὶ πάσης ἑλεπόλεως μεῖζω. πρὶν γὰρ αἰσθέσθαι τοὺς V. 413 πλείους, εὑρίσκεται πολλάκις ῥᾳδίως προδεδομένη τοῖς πολεμίοις ἡ πόλις διὰ χρυσόν. οἶσθα δ' αὖ καὶ ὅσος ἐκ τῶν στρατοπέδων τοῖς ἄγουσιν ὄχλος μετὰ κινδύνων ἕπεται, μήτε πολέμων παρόντων, μήτε μισθῶν διδομένων αὐτοῖς. οἷς γὰρ ὁρίζεσθαι τὸν βίον ἐν τῷ μισθοῦ στρατεύεσθαι ἔπεισι, τούτοις ἀνάγκη καὶ τὸν μὲν πόλεμον πολλῷ τῆς εἰρήνης ἡγεῖσθαι βελτίω, τὴν δ' εἰρήνην πολ- B λῷ χαλεπώτερον τοῦ πολέμου χρῆμα. ὁ μὲν γὰρ πόλεμος σὺν τῷ μισθῷ καὶ βιαίας ἁρπαγῆς καθίσταταί σφισιν αἴτιος, ἀφ' ὧν ἀφθονία τραπέζης ἀμόχθου προτίθεται· εἰρήνη δὲ τοὐναντίον ἄφθονος καὶ τῶν ὄντων δαπάνη καθίσταται. σὺ δ' ἀμφοτέρων ἐστερημένος ἐν τῷ αὐτίκα οὐκ ἂν φθάνοις φθείρων σεαυτὸν, ἢ βασίλειον σεαυτῷ περιποιούμενος κράτος. Ἢν γοῦν ἐμοὶ πείθεσθαι θέλῃς, τῇ μᾶλλον ἢ σὺ σαυτὸν ποθούσῃ μητρὶ, ἐμοὶ τὰ C σὰ προσανάθου, βραχὺ περιμείνας, ἕως ἂν τὴν ταχίστην ἐς τὸν σὸν ἐπανιοῦσα πατέρα, ξὺν τῷ ἄφοβον εἶναί σε, καὶ τὰ τῆς εὐπορίας ἐκεῖθεν ἐν μεγάλῃ σοι ποιήσωμαι προμηθείᾳ." (E.) Ταῦτ'

18. φθάν. φθ. σεαυτ., ἢ] μᾶλλον supplendum est, observante Boivino.

relinquens, quidnam seorsum ipse tandem habiturus sis, quod et tibi et tuis militibus sit satis. Nec enim sine armis militaribusque copiis constituere imperium sibi quisquam potest, praesertim si id per novas res quaerat: nec, quod maius est, arma militaresque copiae videntur parari posse sine pecunia. Nemo scilicet hoc nescit, ipsum per se aurum multa sine militibus posse, immo maiorem quam tormentum ullum murale vim habere: et compertum saepe est, urbem propter aurum, antequam plerique sensissent, nullo labore hostibus proditam fuisse. Scis denique, quantum molestiae et periculorum ab exercitibus redundet in duces, cum nec bellum geritur, nec stipendia persolvuntur. Nam qui rem fortunamque omnem sibi in stipendiis positam esse intelligunt, eos necesse est et bellum multo malle quam pacem, et pacem multo quam bellum peiorem arbitrari. Iis siquidem bellum non solum accipiendi stipendii, sed et praedae per vim agendae occasio fit, unde et parabilium epularum copia affluit. Contra pax eorum etiam, quae quis parta habet, effusio quaedam est. Tu vero utraque re, militibus et pecunia scilicet, statim destitutus facere non poteris, quin te ipsum perdas potius, quam imperatoriam tibi auctoritatem asseras. Mihi igitur credere si velis, quae et mater sum, et te diligo magis, quam tute ipse te, tuas mihi res committito, paulisperque exspecta quoad celerrime ad parentem tuum reversa, et ut securus sis efficiam, et ut opulentus evadas summa deinde cura providcam." (V.) Haec loquuta imperatrix Irene animum filii

εἰποῦσα καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ μαλάξασα γνώμην ἡ βασιλὶς Εἰρήνη, καὶ σφόδρα τοῖς οἰκείοις πειθόμενον δείξασα λόγοις, καὶ τἄλλα πάνθ', ὁπόσα ἐπὶ τούτοις χρεών, οὐ μάλα συχναῖς ταῖς ἡμέραις καλῶς διαπραξαμένη, τάχιστα ἐς Βυζάντιον ἐπανήει· κἀνταῦθα τὴν τοῦ υἱέως μεμαθηκυῖα τελευτὴν Ἀνδρονίκου λίαν ἐφ' ἱκαναῖς ἐπένθησεν ἡμέραις. καὶ ταῦτα μὲν τῇδέ πη ἐφέρετο. A. C. 1347 Imp. Io. Cantacuz. 1

δ'. Μετὰ δὲ τὰς τοῦ Ἀρκτούρου ἐπιτολὰς ἅρας ἐκ Βυζαντίου ὁ βασιλεὺς ἦκεν ἐς Διδυμότειχον, συμβιβάσων καὶ ἀποκαταστήσων οὓς ἡ βασιλὶς, ὡς εἴρηται, Εἰρήνη θορύβους ἔφθη κατευνάσασα. καὶ πρῶτον μὲν ἐκεῖθεν τὸν πατριάρχην ἐκβεβληκὼς Ἰωάννην ἐν τοῖς Βυζαντίου ἀρχείοις δέσμιον ἐπεπόμφει φρουρεῖσθαι, ἵνα μὴ τοῖς ἐκεῖ νεωτερισμοῖς συναράμενος καὶ αὐτὸς μείστης καὶ δυσεφίκτου τοῖς δημοσίοις γένηται πράγμασι βλάβης αἴτιος. ὃς καὶ μικρὸν ἐπιβιοὺς ἐνταῦθα ἐτελεύτησε, πέντε καὶ ἑξήκοντα γεγονὼς ἐγγὺς ἔτη· πατριαρχεύσας μὲν περί που τὰ τεσσαρεσκαίδεκα· ζήσας δὲ μετὰ τὴν καθαίρεσιν μῆνας δέκα. ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ τὴν μὲν ἡλικίαν οὐ πάνυ εὐμήκης· τὴν δὲ τοῦ προσώπου ἰδέαν πάνυ εὐσχήμων· τήν τε γλῶτταν ἀκώλυτον ἔχων ἐν τῷ λέγειν· καὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν καὶ νόμων, ὅσοι κατὰ τὰς δίκας ἰχνηλατοῦσι τὰς ἀναφυομένας ἐν τοῖς πολιτικοῖς πράγμασιν ὑποθέσεων, πάνυ τοι ἠσκημένος ἐκ νέου. τῆς γε μὴν Ἑλληνικῆς παιδείας οὐ πάνυ τοι σφόδρα μετέσχε, πλὴν ἢ ὅσον ἄκρῳ δακτύλῳ γεύσασθαι. ἀνεπλήρου δ' ὅμως τὸ ἐκεῖθεν ἐλλιπὲς ἡ τῆς φύσεως ὀξύτης. οὕτω γὰρ εὐφυής τε καὶ μνήμων ἦν, ὡς A. M. 6856 Ind. 1 P. 512 V. 414 A B C D

mollivit, et dicto audientem prorsus effecit. Itaque, cum et caetera omnia, quae praeterea instabant, intra non multos dies praeclare ordinasset, Byzantium quam diligentissime rediit: ubi Andronici filii sui comperto interitu, diebus luxit compluribus. Et haec quidem ita ferme procedebant.

4. Post Arcturi ortum imperator, Byzantio egressus, Didymotichum venit; ut eos tumultus, quos ab imperatrice Irene iam sopitos fuisse diximus, componeret, et res in meliorem statum verteret. Hinc autem ille ante omnia Ioannem patriarcham eiecit, et Byzantium, ut in palatio vinctus custodiretur, misit; ne et ipse favens novis rebus, quae illic ciebantur, maximum et intolerandum reipublicae detrimentum afferret. At hic, non longum ex eo in vita commoratus, ibi decessit, quinque ferme et sexaginta annos natus, quatuordecim circiter patriarchica dignitate potitus, et decimo post exaugurationem mense mortuus. Erat porro vir ille statura non adeo procera; vultus conformatione plane honesta ac liberali; item lingua in dicendo expedita. In sacris canonibus et in legibus, quae ad forenses causas pertinent et quotidianos civilium negotiorum casus explorant, versatissimus iam inde ab adolescentia fuit. At idem Graecis litteris non admodum erat instructus; sed extremo tantum digito eas attigerat. Hunc autem defectum vis naturae excellens supplebat. Indole enim memoriaque adeo praestabat,

A. M. 6856 Ind. 1 δύνασθαι λέγειν ἀπὸ στόματος, ὅσα ποτὲ προανεγνώκει, μέχρι καὶ ἐς διάστημα δυοῖν καὶ τριῶν ἀσφαλῶς ὡρῶν. διὰ δὴ τοῦτο κἀκ τῶν θείων γραφῶν ἐρανιζόμενος τὰ ταῖς ἑκάσταις τῶν ἑορτῶν ἐς διδασκαλίαν τοῖς ἠθροισμένοις ὄχλοις κατάλληλα δημοσίᾳ
D διήει πάντ' ἀπὸ στόματος ἀποτάδην, ὥσπερ ἀπὸ βιβλίου, μηδαμῇ ποτε μήτε γλώττης ἐνιαχοῦ διὰ λήθην ἀκροσφαλοῦς γινομένης, μήτε τῆς διανοίας ὑστεριζούσης κατὰ τὴν τῶν λεγομένων πρόοδον· ἀλλ', ὥσπερ ἐν ἁρμονίᾳ καὶ λύρᾳ, συνηχούντων ἐς τὸ πάνυ τοι εὐφυὲς καὶ ἀπεξεσμένον ἀμφοῖν. (B.) Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, ἰδίᾳ παρειληφὼς ὁ βασιλεὺς ἐκεῖ τὸν υἱὸν, λόγων τε πειθοῖ καὶ πατρικῶν ἀβύσσοις παραινέσεων, λογισμῶν τε ἐκεί-
E νων ὑπέρτερον, ὁπόσοι πλήρεις τῶν μελλόντων ἦσαν φόβων, ἔπραττε καὶ ἅμα τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀποτεμόμενος μέρος ἡγεῖσθαι διὰ βίου παρεῖχεν, οἱονεί τινα σατραπικὴν καὶ αὐτόνομον ἡγεμονίαν, πρός τε τὸ ἀσφαλῶς καὶ βεβαίως καὶ ἅμα τῶν ὑποπτευομένων φόβων ὡς πορρωτάτω ζῶντα διατελεῖν. τὸ δὲ ἦν, μῆκος μὲν, ὅσον τὸ ἐκ Διδυμοτείχου πρὸς ἄνεμον ζέφυρον ἀποκλῖνον, ἄχρι που τῶν τῆς Χριστουπόλεως ἐγγιστα προαστείων·
F εὖρος δ', ὅσον τὸ ἐκ θαλάττης εἰς Ξάνθειαν ἀνιὸν τὸ πολίχνιον, καὶ ὅσα μικρὸν ἐπέκεινα κεῖται χωρία. παρασήμοις γε μὴν τοῦ μεγέθους συμβόλοις κεχρῆσθαι ἐπέτρεπεν, ὅσα βασιλείας μέν εἰσιν ἧττω, ἀξιωμάτων δ' ἁπάντων ἄλλων ἐπέκεινα· παρήγγελλέ τε, καθάπερ εἰκόνα καὶ ἀφορμήν τινα μείζονος εἶναι νομίζειν τοῦτ' ἐξουσίας." (Γ.) „Σοὶ μὲν γὰρ εὐφυῶς," φησὶν, „ἄρχοντι, καὶ

ut quaecunque legisset, ea memoriter, per integrum duarum aut trium horarum spatium, fideliterque recitaret. Quamobrem multa singulis diebus festis convenientia, ad populi congregati multitudinem erudiendam, cum ex sacris Scripturis excerperet, omnia continenti oratione publice sic pronunciabat, quasi de scripto; ut nec lingua vitio memoriae uspiam titubaret, nec in progressu orationis mens tardius assequeretur ea, quae dicebantur; sed, quasi in symphonia aut in lyra, apte prorsus et aequabiliter ambae concinerent. (II.) Haec cum ita se haberent, filium illic imperator privatim convenit: rationum vi et paternis admonitionibus altiorem facit iis suspicionibus, quae futuri metu plenae eum angebant: simul Romani imperii partem recisam, regendam ei quamdiu victurus sit assignat, quasi satrapicum quendam et nemini subditum principatum; nempe ut tutior iam et firmior ab iis, quae formidabat, periculis quam longissime deinceps viveret. Patebat porro ea provincia, in longum quidem, a Didymoticho zephyrum versus ad Christopolitana proxime suburbia; in latum autem, a mari ad oppidulum Xanthiam, et paulo ulterius. Sed et iis insignibus maiestatis uti permisit, quae supremo quidem imperio essent inferiora, caeteris vero quibuscunque altiora dignitatibus; praecepitque, ut illud imaginem quasi et occasionem esse duceret maioris potestatis. (III.) „Tibi enim," inquit, „si

ξύν γε τῇ προσηκούσῃ προνοίᾳ ταυτὶ τὰ μέτρια τῶν ὑπηκόων A. C. 1347
διοικοῦντι πράγματα, ἐξέσται δήπου καὶ μείζονός ποθ' ἡγεμονίας Imp. Io. Cantacuz. 1
ἐπειλημμένῳ πρὸς τὸ ἄμεινον ἄγειν· καὶ ἅμα οἷς ἀφορᾷν περι- P. 513
γίνεται πρὸς σέ, καὶ τοῖς γε σοῖς ὁπώσποτε φιλοῦσιν ἐγκαλλωπί-
ζεσθαι προτερήμασι, καὶ τούτοις δ' αὖ βεβαίας λελείψεται κτᾶ-
σθαι προσδοκίας ἐπὶ σοὶ, ὅσαι τῆς ἀγαθῆς φλεβὸς ἀποῤῥέουσαι
βίον προμνῶνται σφισιν εὐδαίμονα. οὐδεμία γὰρ ἐῤῥᾳθυμημένη B
καὶ ἀνανταγώνιστος ἀρετὴ λαμπρῶν ἀξιοῦται γερῶν, ὁπόσα περι-
φανεῖς βραβεύει στεφάνους. ἐπεὶ καὶ σύνεσιν ἀνδρὸς καὶ γνώμην
ἡγεμονικὴν οὔτ' ὄψις, οὔτε μαντικοί τινες τρίποδες, εἴ τινες
εἶεν χρηστηριαζόμενοι, τοῖς πολλοῖς οὕτωσὶ προσημαίνειν δύναν-
ται, ὡς ἡ ἐπὶ τῆς χρείας καὶ τῶν καιρῶν ἀναλάμπουσα πεῖρα τῶν
τε λόγων καὶ πράξεων. πολλοῖς γὰρ ἐξ ἀπειρίας ὁ φανταστικὸς
νοῦς μεγάλας ὑποτίθησι πλάττων εὐτυχίας τε καὶ μακαριότητας, C
καθάπερ αἱ ζωγράφων χεῖρες τοὺς τύπους τοῖς χρώμασι, παί-
ζουσαι κατὰ τὸ βουλόμενον τῆς ψυχῆς. ἡ δ' ἐκ τῶν πραγμάτων
πεῖρα, οἷον ἔμψυχος διδάσκαλος καθισταμένη, μέγαν ἐντίθησι
νοῦν, καὶ σωφρονέστερον εἰς ἁρμονίαν προδείκνυσι βίου τὸν ἄν-
θρωπον. Ἐγὼ δέ σε καὶ φραγμὸν οἱονεί τινα τίθημι τῆς ἡμετέρας
ἀρχῆς καὶ ἐπικρατείας, ὡς ἐξεῖναί σοι, δίκην προβλῆτος ἀναδε- D
δειγμένῳ, τὰς οἷον ἐξ ἀχανοῦς πελάγους τῶν Τριβαλλῶν τρικυ- V. 415
μίας σεαυτῷ μὲν ἀφορμὰς λαμπρῶν διδόναι τροπαίων, τοῖς δ'
ἡμετέροις ἀσφάλειαν πράγμασιν. ἐξ ὧν περιέσται σοι μάλιστα καὶ
ὁ πολὺς τῶν ἐπαίνων ἐσμὸς ἐκ τοῦ κοινοῦ τῶν Ῥωμαίων γένους,

sapienter imperes, et ea, qua decet, prudentia modicam hanc provinciam administres, licebit fortasse, maioris aliquando imperii potito, tuas res provehere in melius, simulque iis, qui intuentur in te, et honores tuos solent utcunque sibi gratulari, spes in te certas, bono scilicet fonte derivatas, et beatam vitam spondentes, integrum erit collocare. Quae enim virtus otiosa est et nihil habet cum quo luctetur, ea praemiis magnificis et illustribus palmis non donatur. Nimirum hominis intelligentiam, et animum illum imperio dignum, nec visio ulla, nec vaticini tripodes, si consulantur, ita populis declarant, ut ea, quae in usu et occasionibus elucet, dictorum factorumque experientia. Ac multis quidem, quia sunt rerum rudes, animus imaginum plenus magnas obiicit, sed fictas, felicitates et beatitudines, ut pictorum manus ad libitum ludentes quidlibet coloribus exprimunt. Usus autem rerum, veluti magister vivus, multum intelligentiae infundit, et homines in vita sapienter instituenda cautiores praestat. Ego vero nostri imperii nostraeque ditionis murum quasi quendam statuo te, ut possis, rupis instar constitutus adversus fluctus ex Triballis tanquam ex immani profundo effervescentes, tibi quidem tropaeorum illustrium occasionem paratam habere, nobis autem securitatem praestare. Hinc fiet inprimis, ut magna tibi ab omni Romanorum genere laudum seges tribuatur, commune

A. M. 6856 Ind. 1 κοινὸν τοῖς ὅλοις χαριζομένῳ τοντὶ τἀγαθόν. τῷ ὄντι γὰρ ἡ τῶν ἡγεμονικῶν εὐγένεια πράξεων ἐν τῇ ὑπηκόων γνώμῃ τὸ τί-
E μιον ἔχει. εὖ γὰρ πάσχοντες ἰσοθέους διδόασί σφισι τιμάς· κακοπραγοῦντες δὲ δρᾷν οὐκ ὀκνοῦσι πᾶν τοὐναντίον, ταῖς παντοδαπαῖς τοῦ βίου τύχαις ῥᾷστα συναλλοιούμενοι. Οὐκ ἀγνοῶ δ' ἔγωγε, ὡς ἐγκαλεῖν τὸ τῆς χάριτος ἔχεις ἡμῖν ἄχαρι, καὶ ὡς σταλαγμόν σοι παρέχοντες εὐφροσύνης ὅλα σοι πελάγη συμφορῶν ἐπαντλοῦμεν. ἐκεῖνα γάρ σοι παρέχομεν ἔχειν χωρία, ὁπόσα διηνεκῶς τὸ πολέμιον ἐπιβόσκεται πῦρ, καὶ ὅσα οὐχ ἧττον τῶν μεθ'
F ἡμέραν καὶ νύκτωρ δῃούντων ἐστὶν ἐθνῶν, ἢ ἡ ἡμετέρα. ἃ γὰρ ἀεὶ κατατρέχοντες ἀτριβῆ τινα πράττουσιν ἐρημίαν ἐκ μὲν θαλάττης αἱ λῃστρικαὶ τῶν ἐξ Ἀσίας δυνάμεις Περσῶν, ἐκ δ' ἠπείρου τῶν Τριβαλλῶν αἱ φανεραὶ καὶ λανθάνουσαι κατὰ τὸ συνεχὲς ἐκδρομαὶ καὶ στρατοπεδεῖαι, ταῦτά σοι κλῆρον παρεσχηκέναι γέγονεν ἡγεμονίας ἡμᾶς, ἄπαυστον μάχην μᾶλλον εἰπεῖν καὶ κίνδυνον ὑπὲρ κεφαλῆς αἰωρούμενον, οἱονεί τινα λίθον Ταντά-
P. 514 λειον, ἢ διανομὴν προμηθῆ. καὶ δίκαια μὲν πάντως ἔσται σοι τὰ λεγόμενα, ἢν ταῦτα προφέρειν ἐθέλῃς ἡμῖν, οὐ μάλα γε μὴν ἰάσιμα. οὐδὲ γὰρ, καίπερ ἐθέλουσι καὶ πολλὰ σκεπτομένοις, ἡμῖν παρέσται μέρος σοι πλὴν τοῦ δοθέντος ἕτερον ἀντιδιδόναι. Ὁρᾷς γὰρ ὡς εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ Ῥωμαίων ἐλήλαται πράγματα, καὶ ἄβατός τις μικροῦ καὶ θηριώδης ἡμῖν ἀντὶ πάντων ἡ τῆς Θρᾴκης
B ἥπλωται μόνη γῆ· πόλεις δ' ὀλίγαι περὶ αὐτὴν γένους διασώ-

illud in omnes beneficium conferenti. Etenim rerum a principibus gestarum gloria ab animis subditorum suum omne pretium revera sortitur. Nempe hi, quamdiu ipsis bene est, divinos principibus honores impertiri solent. Ubi autem male rem gerunt, contraria prorsus facere haud verentur, quavis fortunae mutatione eos facillime mutante. Illud vero non ignoro, queri posse te de nobis, qui id gratificemur, quod minime gratum esse debeat, et voluptatis guttulam dantes aerumnarum maria in te tota effundamus. Siquidem ea per nos loca habiturus es, quae flamma hostilis quotidie depopulatur; quae diu et noctu grassantibus barbaris non minus patent, quam nostrae regiones. Quas enim terras pervadendo invias ac desertas facere haud desinunt, a mari quidem, piraticae ex Asia Persarum copiae, a terra autem apertae clandestinaeque Triballorum incursiones et infesti exercitus, eas nos tibi possidendas assignamus; quas aeternum certamen et periculum capiti, quasi Tantaleum aliquod saxum, impendens verius dixeris, quam providentis animi beneficium. Et erunt quidem omnino iustae expostulationes tuae, si ista nobis obiicere volueris; mederi autem non admodum facile erit. Nec enim nobis, quamvis cupientibus et multum sollicitis, aliud paratum erit, quod in locum eorum, quae data fuerint, substituamus. Vides quippe in summas angustias adductum esse Romanum imperium, et inviam paene ac feram nobis pro omnibus patere solam Thraciae regionem; urbes au-

ζουσι λείψανα μόλις Ῥωμαϊκοῦ, δίχα προαστείων καὶ αὗται καὶ A. C. 1347
τῶν ὀφειλομένων προθύρων εἰς εὐκοσμίαν πολιτικὴν, καὶ πρός Imp. Io. Cantacuz. 1
γε μακροῖς τισιν ὅροις καὶ διαστήμασιν ἀοικήτοις ἀλλήλων διεστηκυῖαι· καθάπερ ἐν μακρῷ πεδίῳ καὶ παμπληθεῖ καλάμῃ μετὰ θέρος καὶ δρέπανον σποράδες ἅμα καὶ εὐαρίθμητοι στάχυες. ἐῶ γὰρ τὴν τῶν ἔνδον ἀριθμεῖν τραγῳδίαν, ἣν ἡ κατ' ἀλλήλων πολύχους ἐπήνεγκε στάσις· ὡς εἰδώλοις γέ τισιν ἐοικέναι μᾶλλον οἰκητόρων, ἢ οἰκήτορσιν. οὕτω δυστυχῶς ἔχει τὰ καθ' ἡμᾶς C
πράγματα νῦν, καὶ οὕτως ἡ τῶν ἐμῶν διωκτῶν ἐμφύλιος καὶ δυσπαραμύθητος στάσις οὐ μόνον μεγίστας τοῖς φαυλοτέροις παρέσχεν ἀρχὰς εἰς ἐθισμὸν ἀταξίας ὁμοῦ καὶ τραχύτητος, ἀλλὰ πάντοι σφύδρα καὶ τὴν τῶν ἀλλοφύλων ἐχθρῶν καθ' ἡμῶν ἐπέρρωσε δύναμιν. Ἢ πόθεν ἄλλοθεν μέγας καθ' ἡμῶν ὁ Τριβαλλὸς ἐγεγόνει· ὃς καθάπερ ποταμὸς πλημμυρήσας, καὶ μακροῖς διαστήμασι τοὺς οἰκείους ὑπερβὰς ὅρους, τὰ μὲν τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας παμπληθέσιν ἤδη ῥοθίοις κατέκλυσε, τὰ δ' ἀπειλεῖ κατακλύσειν; δυσαριθμήτοις γὰρ διαστήμασι γῆς ἡμῶν ἀφιστάμενος τοσαύτην εἴληφε τόλμαν καὶ δύναμιν, ὡς καὶ τὴν ἡμετέραν ἤδη συνεχῶς κατατρέχειν τὰ τούτου στρατόπεδα, καὶ μηδενὸς κωλύοντος ἐξ ἐφόδου λῃΐζεσθαι, καὶ τὸν τῶν ἐπιδορατίδων ψόφον E
ἐς τὰς ἡμετέρας ἔχειν τέως ἀκοὰς παραπέμπειν· καὶ ταῦτα μηδὲν μηδαμῇ τι πλέον γενναιότητος γνώρισμα πρός γε τὸ νικᾶν παρεχόμενος, ἢ τὰς Ῥωμαίων τύχας οἰκείαν τιθέμενος εὐβουλίαν καὶ V. 416
δύναμιν. Ἔπειτα τίνα με οἴει ψυχὴν ἔχειν, ὦ φίλτατε, ἢ ποίοις

tem, quae generis Romani reliquias conservent, paucissimas circumstare, suburbiis et ipsas, vestibulisque ad urbium ornatum requisitis, destitutas; longinquis praeterea finibus, et vastis solitudinibus interiectis, a se invicem distantes; quales patentissimo in campo numerosissimaque stipula, post messem et falcem, sparsae et numerabiles spicae. Omitto intestinam tragoediam, quam civium sibi invicem infestorum discordia exhibuit; qua factum est, ut habitatorum potius simulacra nunc quam habitatores esse videantur. Adeo res nostrae in praesenti afflictae sunt; adeo civiles illi et implacabiles tumultus, ab inimicis meis excitati, non solum maximam iis, qui nequiores erant, opportunitatem dederunt, ut licentiae et contumaciae assuescerent, sed et externorum in nos hostium potentiam plane confirmarunt. Undenam scilicet, nisi inde, Triballus in nos tantus crevisset; qui fluvii instar exundans, et limites suos longe praetergressus, effusis fluctibus partem imperii Romani iam inundavit, partem inundaturum se minitatur? Nimirum ille, longo terrae intervallo a nobis divisus, eo audaciae processit, eas vires collegit, ut nostros agros illius exercitus perpetuo incursent et subitis irruptionibus vastent impune; telorum autem stridorem ad nostras aures facile perferat, nulla alia re fortem se in vincendo exhibens, nisi quod ex Romanorum calamitatibus consilium capit et vires. Quem mihi interea sensum esse existimas, mi fili, quibus doloris ignibus paternum pectus aduri

A. M. 6856 Ind. 1 ὀδυνῶν ἄνθραξι πυρπολεῖσθαι τὴν τῶν πατρικῶν σπλάγχνων
σύμπηξιν, ὁπότε σε θορυβούμενον οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῶν
F μελλόντων θρανύμενον φόβων ὁρῶν κατὰ βούλησιν ἀναψύχειν
ἥκιστα δύναμαι· ἀλλ' ὥσπερ πολλοῖς τισι κεκυκλωμένος ἀντιπά-
λοις ξίφεσιν, ἀνθέλκουσί τε καὶ ἀντιπερισπῶσιν ἑκάστοις πρὸς
ἑαυτὰ, πρὸς οὐδὲν τῶν ἁπάντων ἀποκλίνειν ἔχω μετά τινος εὐ-
φυοῦς λογισμοῦ, οἷος ἂν ἐφόδια εἴη κεκτῆσθαι ἱκανὸς ἐς χωρίον
κατάγειν εὐλίμενον, καὶ τοιούτων θορύβους κυμάτων δυνάμενον
ἀποκρούεσθαι; πρὸς μὲν γὰρ τὰς τοῦ μακαρίτου βασιλέως ἐκεί-
P. 515 νου καὶ φίλου κατὰ τὸ εἰκὸς ἐντολὰς ἀποβλέπων τῷ ἐκείνου
παιδὶ τὸν βασίλειον ἀναγκάζομαι περιποιεῖσθαι κλῆρον· πρὸς δ'
αὖ τὰς ἐνόρκους ἐπαγγελίας, ἃς τοῖς ξύν γε ἐμοὶ διωκομένοις καὶ
κινδυνεύουσιν ἔπραττον ὑπ' ἀνάγκης ἐγὼ, τὸν περὶ ψυχῆς ἀγω-
νιζόμενος πολύμοχθον ἐκεῖνον δίαυλον, καὶ καταφεύγων ὡς εἰς
φρουρὰν ἀναγκαίαν τὴν τῶν βασιλικῶν συμβύλων ἀντίληψιν, αὖ-
θις ἀναγκάζομαί σφισι διανέμειν τὰ λειπόμενα τῶν βασιλικῶν χω-
B ρίων, οὐ μάλα σὺν ἡδονῇ. Ταῦτ' οὖν ἐννοοῦντί σοι, φίλτατε,
φέρειν γενναίως εἰκὸς, εἴ τι μὴ κατὰ βούλησιν εἴη παρακομιζόμε-
νον ὑπὸ τῶν ἀεὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐφεδρευόντων πράγμασιν ἐπα-
χθῶν. μὴ γὰρ νῦν πρῶτον ἄρχεσθαι οἴου διὰ σὲ τὴν τοῦ βίου
δυσέφικτον ταύτην δυσχέρειαν. ἀλλ' ἀεὶ περιχορεύει τἀνθρώπινα
πάνθ' ὁμοίως, καὶ πάσης ἐπίσης κατορχεῖται τύχης καὶ ἡλικίας.
C τὸ μὲν οὖν λύπης ἄθικτον διανύσαι τὸν βίον, τοῦτο δ' ἀδύνατον
εἶναι νόμιζε, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης ὡς ποῤῥωτάτω φύσεως· τὸ δὲ
τἀπιόντα διηνεκῶς ἐξ ἀδήλου δεινὰ πειρᾶσθαι φέρειν γενναίως,

censes, cum te futuri metu adeo turbatum et animo fractum video, minime autem possum ex sententia recreare; sed multis ipse quasi circumseptus infestis gladiis, qui me ancipitem distrahunt et singuli ad se revocant, quo me vertam nescio, nec quidquam mihi succurrit boni consilii, quod viam mihi instruat ad aliquem portum, eiusmodi fluctuum tumultibus repellendis parem? Cum enim, ut par est, ad illius Divi et amici imperatoris mandata respicio, imperatoriam hereditatem cogor eius filio propriam asserere. Cum autem animum ad illa refero, quae, impellente necessitate, iurato promisi iis, qui mecum exules periclitabantur, quo tempore certamen illud capitis laboriosissimum obivi, et ad imperii insignia capessenda tanquam ad praesidium necessarium confugi; tum rursus iis cogor, id quod imperantibus adhuc restat territorii, haud multum laetus distribuere. Haec si cogites, fili amantissime, fortiter feras oportet, quidquid tibi eae molestiae, quae perpetuo humanis rebus insident, praeter voluntatem tuam importaverint. Cave enim putes tui causa nunc primum nasci iniquas illas et difficiles vitae aerumnas. Semper ea omnia humana circumsistunt; in omnem aeque et conditionem et aetatem insultant. Hoc tu tibi persuadeas fieri non posse, ut vita ab omni molestia immunis transigatur, sed ab humana conditione longissime id abesse: at ingruentia ex improviso mala magno animo ferre, et

τὴν τῶν ναυτιλλομένων μιμούμενον κυβερνητικήν, τοῦτο δ' ἀν- A. C. 1347
δράσι προσῆκον νοῦν ἔχουσι, καὶ μάλιστα τοῖς ἀρχαῖς πολιτικαῖς Imp. Io. Cantacuz. 1
ἀσχολοῦσι τὸν ἅπαντα βίον. ἀγαπητὸν γὰρ ἂν εἴη τὰ τῆς λύπης
ἐπίσης ἀνακεκρᾶσθαι τοῖς εὐφραίνουσι, καὶ μὴ πλεονεκτεῖν τὰ
χείρω. ὁρῶ μὲν γὰρ, ὡς πολύχουν μὲν ἀεὶ τὸ δυστυχὲς ἐπιῤῥεῖ D
τοῖς ἡμετέροις καθάπερ ἐκ λόχου δεινῶς ἐπιτιθέμενον πράγμασι·
τὸ δ' εὔδαιμον σφόδρα τοι σπάνιον· καὶ τοῦτο δ' οὐ μόνιμον,
ἀλλὰ δίκην ἄνθους τάχιστα μαραινόμενον· οἶμαι, τοῦ θεοῦ παί-
δευμα τοῦθ' ἡμῖν δραστικώτατον μάλα ἐπάγοντος, ἵνα μὴ μέγα
φρονῶμεν, ὑπέρτερα τῆς τοῦ θνητοῦ φύσεως ἀναλογιζόμενοι. E
διὰ δὴ τοῦτο καὶ Αἰσώπῳ πάλαι τῷ Φρυγὶ τὸν θεὸν οὐχ ὕδατι
νομίζειν ἐπῄει τὴν γῆν, ἀλλὰ δάκρυσι, φυράσαντα πλάσαι τὸν ἄν-
θρωπον." (*Δ.*) Ταῦτ' εἰπὼν ὁ βασιλεὺς τὸν μὲν υἱὸν ἀφῆκεν
ἐπὶ τὸν δοθέντα γίνεσθαι κλῆρον· αὐτὸς δὲ ταχὺ τὰ ἐκεῖθεν, ὡς
ἐδύνατο, καθιστάμενος πράγματα τὴν ἐς Βυζάντιον ἐπορεύετο.

ε'. Ἐμοὶ δ' ἐνταυθοῖ γενομένῳ τῆς ἱστορίας ἀνακεφαλαιώ- P. 516
σασθαι ἔπεισιν, ὅσα μοι διὰ τὸ τῶν πολλῶν παρεῖται ἐπίφθονον, V. 417
οἷς προὔργου τοὺς γείτονας γίνεται μέμφεσθαι, περὶ σφῶν αὐτῶν
ἀφηγουμένους τὰ βέλτιστα· βασκανίαν εἰδότι πᾶσιν ἀγαθοῖς ἐπι-
φυομένην, ἢ τὴν φύσιν ἀντιστρατευομένην ἔχει ταῖς ἀληθείαις
διηνεκῶς. ἄλλως τε καὶ τῆς κακίας ἐν σπαργάνοις ἔτι καὶ γάλαξι
κρυπτομένης, καὶ τὴν ἀγαθὴν τῶν πραγμάτων προσδοκίαν τέως
προβαλλομένων, ἄφυκτον ἥκιστα εἶχεν ἑπομένην ἐνταῦθα τῶν B
λόγων τὴν χρείαν ὁ χρόνος. νῦν δ' ἐπειδὴ τά τε τῶν ὠδίνων ἐῤ-

5. ὁρῶμεν δὲ coni. Boiv.

nauticam in eo artem imitari, id vero hominum esse intelligentium; eorumque inprimis, quorum tota vita in civitatibus regendis occupata sit. Quod si tristia laetis temperarentur aequabiliter, nec peiora praevalerent, gaudendum esset ista sorte. Verum nos calamitosa multa tanquam ex insidiis erumpere et nostris rebus ingruere, prospera autem rara admodum videmus evenire, eaque non permanere, sed floris instar brevi marcescere: Deo opinor efficacissimam illam nobis disciplinam adhibente, ne efferamus ipsi nos, mortali conditione altiora affectantes. Ea propter et Aesopo Phrygio olim videbatur, non aqua sed lacrymis dilutam fuisse eam terram, qua hominem Deus formasset." (IV.) Haec loquutus imperator filium ad assignatas possessiones capessendas dimisit. Ipse rebus illic, ut potuit, diligenter ordinatis, Byzantium discessit.

5. Ego vero in hac parte historiae ea summatim repetam, quae a me omissa sunt invidiae metu; qua fit, ut plerique proni sint ad obtrectandum proximo, praeclara de se ipso narranti. Sciebam videlicet invidiam, cuius natura veritati semper adversatur, bonis omnibus inhaerescere. Alioqui vero, cum lateret adhuc in cunis et quasi in utero malum, isque esset rerum status, qui bonam etiamnum spem offerret, minime illis temporibus annexa erat inevitabilis dicendi necessitas. Nunc autem, cum et id quod

A. M. 6856 Ind. 1 ῥάγη καὶ λαμπρὸν ἐγείρουσι τὸν πυρσὸν οἱ τῶν ἐναντίων σπινθῆρες πραγμάτων κατὰ τῆς ἀληθείας, καὶ δέος μὴ τοῦ μέλλοντος ἀνθρώποις ἅπασιν ἐν ἀδήλῳ κειμένου, τῆς κάτω ζωῆς ἡμῶν τελευτῇ μεταξὺ χρησαμένων, πρὶν καλῶς ξυννενοηκέναι τοὺς λόγους τῆς συμφορᾶς, ἀγνοῆται τοῖς ἐσομένοις τἀμὰ, ὅπως τε προσηνέχθημεν τοῖς τῆς ἐκκλησίας οὕτω ταραττομένης πράγμασι καὶ ὅπως τῷ βασιλεῖ προσιόντες ὅσον τὸν ζῆλον ἐνεδειξάμεθα, ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐψήφισται, βραχέα τῶν πολλῶν συνελόντας εἰπεῖν. (B.) Ἄρχουσι μὲν γὰρ τὰ ἥδιστα λέγειν ὑπηκόους εἶναι ἀκίνδυνον, πρὸς δὲ τὸ τραχὺ καὶ ἀντίξουν, καὶ ἥκιστα κατὰ P. 517 γνώμην, θήγειν τὴν γλῶτταν, δυσπρόσοδον μὲν εὑρίσκειν ἀκολουθεῖν τὴν ἀκρόασιν, πρόχειρον δ' εἰς λοιδορίας τὴν δεσπόζου- V. 418 σαν γλῶτταν καθ' ἑαυτοῦ, καὶ πρός γε προχειροτέραν εἰς τιμωρίας τὴν χεῖρα, δοκεῖ μοι παρ' οὐδενὸς ἀγνοεῖσθαι. διό μοι διεξιέναι βουλομένῳ τὴν παῤῥησίαν καὶ τὸ θέατρον ἐκείνου τοῦ ζήλου δεδιέναι περίεστι, μὴ πολλοστημόριον τῆς ὅλης λέγων ἀληθείας μηδὲ πολλοστημόριον ψεύδους δόξω καταλιμπάνειν. ὑφορώμενος οὖν καὶ τοὺς τὴν ἀλήθειαν ἐνίοτε τραχεῖαν δύσηχον ἡγουμένους, ὁπότε τι γενναῖον ἔχοι πρὸς ὄγκον ἡ τῆς ἀρετῆς ἐπίδειξις, καὶ μάλισθ' ὁπότε περὶ ἑαυτοῦ τις ἀφηγεῖσθαι τὰ λῴονα βούλοιτο, καὶ εἰ μυρίων ἔχοι θεασαμένων μάρτυρας ὀφθαλμοὺς, ἑκὼν ἀφωνίᾳ τὰ πλεῖστα παρίημι. (Γ.) Ἐμοὶ γὰρ λαμπρὰν ἐσχηκότι φιλίαν ἐκ πολλοῦ πρὸς βασιλέα, καὶ πρὶν ἐς τὰς βασιλείους ἀνα-

parturiebatur in lucem eruperit, et magnum ex scintillis incendium in veritatem ab adversa parte excitetur, periculumque sit, ne nobis interim (ut est omnibus mortalibus incertum quid cuique futurum sit) terrestris huius vitae exitum nactis, antequam istius mali causas bene animadverterimus, ignorent posteri res nostras; quem videlicet me in illis perturbatae ecclesiae negotiis gesserim; ut convenerim imperatorem, et quantum prae me zelum tulerim; ideo necessarium nobis visum est pauca de multis compendiose narrare. (II.) Nemo est, opinor, qui ignoret, minime periculosum esse, ea dici a subditis, quae imperantibus iucundissima sint. At iidem, cum ad exasperandos offendendosque animos, et ea quae minime placeant dicenda, linguam acuunt, tum vero consequens est, ut perquam aegre audientiam sibi faciant; pronam autem ad convitia herilem linguam pronioremque ad poenas manum nanciscantur. Volenti itaque mihi ea, quae liberius a me dicta sunt, et zeli illius mei spectatum ardorem exponere, metuendum est, ne cum totius veritatis vix minimam partem declaravero, videar falsi ne minimam quidem partem omisisse. Quamobrem et illos reveritus, qui veritatem nonnunquam gravem et auditu asperam esse statuunt, cum aliquid in se generosum et eminens habet virtutis ostentatio, ac tum praesertim, cum de se ipso aliquis praeclara narrat, etsi ille testes habeat spectatorum innumerabilium oculos; pleraque silentio volens praetereo. (III.) Mihi certe, cui magna iam olim cum imperatore fuisset amicitia, antequam is ad im-

βεβηκέναι τύχας, διά τε τοὺς τῆς πραότητος τρόπους καὶ ὅσα A. C. 1347
τἀνδρὶ προσῆν ἐκ φύσεως ἕτερα τὰ χρηστά, ἐλπίδων ἔχειν ἐν τῇ Imp. Io. Cantacuz. 1
ψυχῇ λειμῶνας εἰπεῖν ἀγαθοὺς ξυνέβαινε μάλιστα πάντων, λύσειν αὐτὸν αὐτίκα τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας ἐπειλημμένον τὴν τῆς εὐσεβείας οἰομένῳ πολιορκίαν, ἣν οἱ τῆς ἀντικειμένης φατρίας Τελχῖνες πονήρως ἀνέφλεγον· καὶ τοῦτό μοι τῶν μοχθούντων λογι- D
σμῶν ἐγίγνετο κατάλυμα τερπνὸν, καὶ φροντίδων ὀλισθαίνειν εἰς ἀπόγνωσιν κινδυνευουσῶν πρᾶός τις καὶ γέμων εὐφροσύνης ζέφυρος· οἰομένῳ, καθάπερ τὸ ἔαρ ἐλευθερίαν τῶν χειμερίων νεφῶν ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσι παρέχεται, οὕτως ἐλευθερίαν τῆς κατεχούσης ὑπὲρ τῶν θείων δογμάτων λύπης εὑρήσειν κἀμέ. (Δ.) Ἐπεὶ δ' ὡς πορρωτάτω τῆς ἐμῆς ἤδη ἀπόδημον γνώμης E
ἑώρων αὐτὸν, καὶ τὸ τῶν εὐγενῶν ἐκείνων ἐλπίδων ἄνθοῦν ἐνδιαίτημα μαραινόμενόν τε καὶ τῇ τῆς ἐναντίας μοίρας κακίᾳ παραχωροῦν τε καὶ καθάπαξ ἡττώμενον, βέλτιστον ἔδοξεν εἶναί μοι, τὰς τῶν ζητήσεων ἄλλας ἄλλοις παρακεχωρηκότι περιφανῶς, ὁπόσαι τὴν τῶν ἀναγκαίων πορίζειν ἔχουσιν ἔνδειαν, ἐπὶ τὸ προμηθὲς ὁμόσε τῆς τοῦ φίλου κεχωρηκέναι ψυχῆς. στρατόπεδα γὰρ, F
ὡς εἰπεῖν, λογισμῶν παντοδαπῶν καὶ ποικίλων, ὑφ' ἡγεμόνι τῷ ζήλῳ τοῦ κρείττονος ἐν ἐμοὶ διηνεκῶς συγκροτούμενα, θανάτου γέμουσαν εἶναι τὴν ἐνταυθοῖ σιωπὴν ὑπετίθεντο, σώματος μὲν ἴσως ἥκιστα, ψυχῆς γε μὴν καὶ μάλα μάλιστα. μηδὲ γὰρ ἀφεστάναι δειλίας, αἰσχίστου νοσήματος, τὸ τὸν τοῦ ζήλου θησαυρὸν ἀφωνίᾳ μακρᾷ θαλαμεύειν, μηδ' αὖ ἀγνοεῖν ἡμᾶς, τὸν ἐν τῷ P. 518

peratoriam dignitatem esset evectus, mihi inquam ad ingenium illud mite respicienti, et ad alia omnia, quae eximia sane illi viro a natura inerant, quidam veluti bonae spei flores animum maxime recreabant; cum hoc mihi facile persuaderem, eum, statim atque rerum potiturus esset, religionem oppressam liberaturum esse ea belli flamma, quam contrariae factionis Telchines improbissime ventilabant. Eratque illud mihi laborantis animi gratum quasi diversorium, curarumque ad desperationem vergentium solamen, zephyro leni et iucundo haud absimile. Putabam scilicet, quemadmodum ver hibernis nubibus liberat solis radios, ita et me liberatum iri eo moerore, quem pro sacris dogmatis suscepissem. (IV.) Postquam autem animadverti Cantacuzenum longissime ab sententia mea recedere, et praeclaras illas spes, quae mihi florum instar sese obtulerant, marcescere, ac partis adversae malignitati semel omnino victas cedere; optimum esse duxi alias petitiones aliis plane relinquere, eas nempe quae ad comparandam rerum necessariarum copiam pertinerent, in eam autem curam incumbere me, quae amici animae consuleret. Cogitationes quippe multiplices et variae in animo meo, velut legiones quaedam, laudabilioris zeli auspiciis glomerabantur perpetuo, atque hoc loco silentium, si minus forte corpori, animae certe mortiferum prorsus esse submonebant: nec enim distare ab ignavia, qui morbus turpissimus est, alto silentio sepultum zeli thesaurum; neque etiam

A. M. 6856 Ind. 1 τῆς δειλίας σκότῳ κρυπτόμενον πόθον τῶν ἀγαθῶν ἥκιστα δύνασθαι συνιδεῖν τὴν τῆς θεοῦ παῤῥησίας ἀλήθειαν. ᾧ γὰρ προφάσεις δῆθεν εὐλόγους ὑπὲρ δειλίας πλάττειν εἴη ἐθέλοντι, τὸν ἀκοίμητον οἰομένῳ λανθάνειν ὀφθαλμὸν τοῦ θεοῦ, λέληθε προφανῶς αὐτὸς ἑαυτὸν ἀπολλὺς καὶ καθ' ἑαυτοῦ στρατευόμενος ἄντικρυς. τοσοῦτον γὰρ διαφέρειν ἐς τὴν τοῦ κρείττονος μοῖραν
B οἶομαι τὴν παῤῥησίαν ἐνταῦθα τῆς σιωπῆς, ὅσῳ τῶν ἐκ γῆς φυομένων ὁπόσα πρὸς τὸ αἰθέριον μετεωρίζει φῶς τοὺς καρποὺς τῶν ἐν τοῖς κόλποις τῆς μητρὸς γῆς ταμιευομένων. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ καὶ πρὸ γεύσεως ὄσφρησίν τε καὶ ὀφθαλμὸν ἑστιῶσι λαμπρῶς, καὶ χαρίζονταί γε ἁφῇ, καὶ τέρψεως σχεδὸν ἁπάσης ἁπάσαις αἰσθήσεσι γίνονται ἄγαλμα· τούτων δὲ οὐκ εὐπρόσοδον οἱ πλεῖστοι ταῖς αἰσθήσεσιν, οὐδ' ἱλαράν τε καὶ ἄλυπον παραχρῆμα
C προσάγουσι τοῖς χρῄζουσι τὴν ἑαυτῶν φορὰν, ἀλλ' ὅλην ὅλης ὡς
V. 419 τὰ πολλὰ δριμύτητός τε καὶ δυσωδίας σφόδρα ἀπόζουσαν. ἄλλως τε καὶ οἷς μὴ εἶναι παῤῥησίαν ὁμοῦ τοῖς καιροῖς ἔπεται, τούτοις δήπου καὶ εὐπροφάσιστόν τινα χώραν ἀπολογίας εἰς ἀπόδρασιν λείπεσθαι, βραχεῖς τινας πάντως ἢ μηδένας εἶναι τοὺς ἀντεροῦντας οἶμαι. μήτε γὰρ παῤῥησίαν, ἧς θεμέλιος ἄσειστος προει-
D ληφυῖα γίνεται φιλία, τῶν προσηκόντων πόῤῥω καιρῶν, μήτε καιροὺς παῤῥησίας τοιαύτης ἄνευ ἐντελές τι δύνασθαι δρᾶν. εἶναι γὰρ καὶ παῤῥησίαν φιλίας χωρὶς ἀμαυρόν· καὶ αὖ καιρὸν, ἀμφοῖν ἐκείνοιν λειπόμενον, περαίνειν μὴ δύνασθαι τῶν δεόντων

nescire nos, non posse amorem boni, si timiditatis in tenebris delitesceret, sincerae fidei veritatem cognoscere. Nimirum qui pervigilem Dei oculum sperans falli posse speciosum velit timiditati suae praetextum obtendere, is sibi ipsi imprudens manifestum exitium moliatur, et in se ipsum palam arma convertat. Quippe in eiusmodi casibus tanto excellentiorem esse existimo vocem silentio, quanto ex iis rebus, quae a terra gignuntur, illae, quae fructus suos ad caeli lumen attollunt, praestantiores sunt iis, quae terrae matris in sinu reconduntur. Illae scilicet odoratum adspectumque splendide pascunt etiam ante gustatum, et tactui blandiuntur, et omni ferme voluptate omnes sensus oblectant. Harum vero pleraeque nec facilem aditu, nec iucundum, nec amaritudinis expertem, fructum suum statim cupientibus exhibent; sed totum ut plurimum acrem et graveolentem. Ac iis quidem, quos illa dicendi libertate uti tempori ipsi minus consentaneum est, probabilem excusationem relinqui, ad quam confugiant, paucissimi erunt opinor, aut potius nulli, qui infitientur. Nec enim dicendi libertas, cuius est fundamentum inconcussum ea quae antecessit amicitia, absque opportuno tempore, nec tempus opportunum absque illa dicendi libertate potest quidquam perfecti efficere; si quidem ipsa dicendi libertas, si absit amicitia, leve quiddam et futile est; temporis autem opportunitas, duplici illo auxilio destituta, nihil quidquam eorum, quae opus sunt, potest per-

μηδέν. ἡμῖν δ', οἷς τὸ θαῤῥεῖν ἐκ πολυετοῦς ἐκείνῳ συντέθραπται φιλίας καὶ ὁμιλίας, ἄτοπον εἶναι ἐδόκει, σιωπῇ καθυφεῖσθαι τοὺς τῶν ἀναγκαίων ἐς τὴν χρείαν καιρούς. (E.) Ὅθεν ὁμιλίας ἕνεκα καὶ νῦν συχνὰ καλοῦντι τῷ βασιλεῖ συχνὰ καὶ αὐτῷ μοι φοιτᾶν ἐς αὐτὸν περιῆν, δι' οὐδέν τι τῶν πάντων ἕτερον ἐμὲ τῆς προθυμίας εἰς τὴν σπουδὴν ἐγειρούσης, εἰ χρὴ τὸ τῆς καρδίας ἀνακαλύπτειν ἀπόῤῥητον ἐνταυθοῖ καὶ μὴ παρακρούεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἢ τοῦ μὴ καθυφεῖναι, οἷς ἂν δι' ἐφέσεως εἴη, πατέρων ὅρια κινοῦσιν, ἐκτόπους ἀντεισάγειν καινοφωνίας, ἀλλ' ἐμμένειν τοῖς δεδομένοις δόγμασι παραινεῖν ἀσφαλῶς. καὶ ἦν οὐδέν, ὃ μὴ ποιῶν καὶ λέγων ὑπῆρχον ἐγὼ, παντοδαπὸς γιγνόμενος, καὶ πάντα κάλων κινῶν, νῦν μὲν τὸν κολακικώτερον τρόπον καὶ λόγοις καὶ γράμμασι πρὸς αὐτὸν ἐνδεικνύμενος, ἵν' οὕτωσί πως τὸ ἦθος πρότερον τιθασσεύσας αὐτοῦ πρὸς τὸ βουλόμενον σχοίην πειθόμενον· νῦν δ' ἐλέγχων καὶ ψυχῆς αὐτῷ νωθρότητα ὀνειδίζων, καὶ ὅσα Ῥωμαίους δεινὰ καταλήψεται προλέγων διὰ τὰ τοιαῦτα τῆς ἐκκλησίας ναυάγια. „οἷς μὲν γὰρ τῶν εὖ κειμένων πατρίων (ἔφασκον) νομίμων οὐδεμία τολμᾶται παράβασις, εὔδρομον μὲν τὴν τοῦ βίου φορὰν πρὸς εὐδαιμονίαν, εὐέλπιδα δὲ τὴν τῶν ἐπηγγελμένων τοῖς δικαίοις ἐς τὸ μέλλον ἀποκατάστασιν εἶναι· οἷς δὲ τοῖς εὖ κειμένοις οὐχ ἕπεται δόγμασιν ἕπεσθαι τῶν πατέρων, τούτοις δ' ἀνήκεστα μὲν τὰ τοῦ βίου περιχωρεῖν παλαίσματα, καὶ μάλα ταῖς προαιρέσεσιν ἐναν-

A. C. 1347 Imp. Io. Cantacuz. 1

E

F

P. 519

B

16. Ῥωμαίους em. Boiv. pro Ῥωμαίοις.

ficere. Nobis vero, qui cum illo fidenter agere consuessemus, pro veteris amicitiae familiaritatisque iure, absurdum videbatur, silentio nostro negligi opportunitatem ea faciendi, quae essent necessaria. (V.) Quamobrem colloquendi gratia cum subinde me etiamnum arcesseret imperator, subinde et ipse me ad eum conferebam; nullam aliam ob causam mea me voluntate ad eam operam navandam impellente, si cordis arcana aperire nec fraudem veritati facere hic oportet, nisi quia nolebam cedere iis, qui terminos a patribus constitutos movere, et absurda novarum opinionum commenta introducere studerent: atque ut eum hortarer, in institutis sibi traditis firmiter ut perseveraret. Nihil itaque non feci, nihil non dixi, et me in omnes formas verti, et lapidem omnem movi; nunc blandioribus cum eo verbis litterisque agendo, ut ipsius morem primo mansuefacerem, deinde illum haberem voluntati meae obsequentem; nunc redarguendo et animi socordiam ipsi exprobrando, et quidquid malorum in Romanos invasurum ob illa ecclesiae naufragia esset, praedicendo. „Etenim," aiebam, „qui leges a maioribus bene constitutas ne minimum quidem audent egredi, iis et huius vitae cursus feliciter procedit, et spes futuri melior promissam iustis mercedem spondet. Qui vero sapientibus parentum decretis nolunt inhaerere, ii gravissimis vitae aerumnis conflictantur, et inceptorum tales exitus ipsis contingunt, qua-

A. M. 6856 Ind. 1 τία τῶν πραττομένων τὰ τέλη· ἀνηκέστους δὲ καὶ δυσέλπιδας μᾶλλον τὰς μετὰ τὸν βίον καταγωγὰς ἁπάντων." (ς'.) Ἄρτι δὲ καὶ τὴν ἀντικειμένην φατρίαν ξυνενόουν ἐγκειμένην ἑτέρωθεν, λάθρα τε καὶ προφανῶς αὐτὸν διεγείροντας, ἐξορίας με δρᾶν τὴν ταχίστην ὑπεύθυνον. ἐδεδίεσαν γὰρ, οἶμαι, μὴ τῷ τοῦ ἡμετέρου ζήλου πυρὶ, καθάπερ σίδηρος, ὀψέ ποτε μαλαχθεὶς εὐπαθέστερος γένηται πρὸς πειθὼ, καὶ ὅλην μεταβαλὼν τὴν τῶν δικτύων ἐπίβουλον θήραν ἀνασοβήσῃ. διὸ καὶ ἐς τὸ παραβολώτερον μᾶλλον ἐκεῖθεν τὸν ἐμὸν καὶ αὐτὸς ἀνεχάλκευον τρόπον, καὶ ἀφειδέστερον ἤδη τοῖς πρὸς αὐτὸν ἐλέγχοις ἐχρώμην, δυοῖν ἕνεκα· ἢ γὰρ αἰδεσθέντα παύσειν τὸ τοῦ κατὰ τῆς ἐκκλησίας πολέμου βίαιον, ἢ κἀμὲ τοῦ Βυζαντίου τάχιστα ποιεῖν ἠναγκάσθαι ἐξόριστον. μηδὲ γὰρ ἀνεκτὸν εἶναί μοι, τὴν τῶν δογμάτων καινοτομίαν ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν εὐσεβεῖν αἱρουμένοις. ἀλλ' ἦν ἄρα τὰ λεγόμενα μάταιος ὄχλος, καὶ ἐπόνουν ἀνήνυτα. οὔτε γὰρ οὐδὲ βραχὺ τῆς προθέσεως ἐκείνης ἐκεῖνος ἐνδοῦναι προήρηται· αἰσχύνην γὰρ ἐνόμιζεν εἶναί οἱ τὴν τοῦ τρόπου μετάθεσιν, καὶ τὴν τῆς δόξης V. 420 μεταβολὴν, ᾗ τὴν ἰσχὺν αὐτὸς ἐξ ἀρχῆς χαρισάμενος τῆς ὅλης μάλιστα πάντων ἔδοξεν ὑποθέσεως αἴτιος· οὔτ' ἐμοί τι δεινὸν ἐπάγειν, πάνυ τοι λοιδοροῦντί τε καὶ χλευάζοντι, οὔτ' οἰκοθεν αὐτὸς βεβούλευται, οὔτε ξυνωθούντων ἄλλων παρενήνεκται. ἀλλ' ἦν ἀπὸ τοῦ ἴσου μοι διαλεγόμενος, μετὰ τῆς συνήθους πραότητος ἀεὶ, ὥσπερ οἱ μὴ δυνάμενοι τοὺς ἐναντίους ἀμύνεσθαι· τὴν μίμησιν, οἶμαι, πρὸς Ἁδριανὸν εὐστόχως ἀνάγων τὸν αὐτοκράτορα,

les minime velint; ac iidem post vitam ad intolerabiliora et desperatiora mala appellunt." (VI.) Novissime et contrariam factionem ex altera parte instare intellexi, clanculumque et palam eum instigare, ut me exilio statim mulctaret. Verebantur quippe, ut opinor, ne zeli illius nostri igne, velut ferrum, tandem aliquando mollitus, propensior ad credendum mihi existeret, et totam laqueorum illorum fraudem mutatus eluderet. Idcirco et ipse exinde meam agendi rationem in proiectiorem audaciam verti, et liberius iam ipsum coepi arguere, duabus de causis. Quippe aut illum pudore affectum belli ecclesiae illati violentiam repressurum; aut certe coactum iri Byzantio quamprimum etiam me expellere: nec enim tolerabile mihi esse opinionum novitates intueri oculis religiosis. Sed erant ea, quae dicebam, inanis molestia, et frustra laborabam. Nam neque ille vel minimum remittere de suo illo proposito statuit; turpe siquidem esse ducebat, mutare institutum, et ea opinione desistere, qua ipse ab initio confirmata, totius controversiae unus omnium maxime auctor exstitisse videretur; neque etiam in me, multa exprobrantem irridentemque, aut privatim ipse gravius animadvertere decrevit, aut aliis impellentibus cessit; sed aequo et pari mecum iure usque disputare perrexit, solita lenitate, ut ii, qui adversarios ulcisci non possunt; Hadrianum imperatorem feliciter, ut mihi videtur, imitatus, qui

ὃς αὐτῷ φιλονείκως ποτὲ διαφερομένου Φαβωρίνου τοῦ φιλοσό- A. C. 1347
φου, ἐξὸν ἀποκτείνειν, ὁ δὲ οὐδαμῇ παρωξύνετο, ἀλλ' ἐνεκαρ- Imp. Io. Cantacuz. 1
τέρει τῷ μειλιχίῳ τοῦ ἤθους, ἀπὸ τοῦ ἴσου διαφερόμενος. διὸ Β
κἀνταῦθα μᾶλλον ὁ βασιλεὺς ἐθαυμάζετο πρὸς τῶν παρόντων
διὰ τὸ τοῦ ἤθους ἥμερον, ἤπερ ἐγὼ διὰ τὸ τοῦ ζήλου θυμοειδές.
(Z.) Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, καὶ οὕτω χωρούσης τῆς τῶν
πραγμάτων τύχης, οὐδ' οὕτως ἦν ἡσυχῇ καθήμενον φέρειν ἐμέ·
ἀλλ' ἐδυσφόρουν καὶ ἠσχαλλον, καὶ μέσης ἥπτετό μου τῆς
καρδίας τὸ πάθος· καὶ καιρὸν τῆς ἐμῆς ἐζήτουν προθέσεως P. 520
ἄξιόν τι, πρὶν ὑπὸ λύπης παθεῖν, δεδρακέναι. τοῦ δὲ χρόνου χω-
ροῦντος ἐς τὸ τοῦ φθινοπώρου πέρας, ἐπειδὴ τῷ βασιλεῖ διὰ
Ματθαῖον τὸν υἱόν, ὡς εἴρηται, διὰ σπουδῆς ἀφικνεῖσθαι ἐς Δι-
δυμότειχον ἦν, ἵνα δὴ λυπούμενον ἐκεῖνον παραμυθούμενος τὰς
τῆς βασιλίδος Εἰρήνης ἐπαγγελίας εἰς ἔργον ἀγάγῃ, τοῦτον ἐγὼ
τὸν καιρὸν ἀγαθὸν ἡγησάμενος ἕρμαιον, καὶ τοῖς σκοπουμένοις Β
ἐπεικῶς μοι προσήκοντα, πρόσειμι κατ' ἰδίαν Εἰρήνῃ τῇ βασιλίδι,
καὶ ἅμα τοῦ τε ζήλου δῆλον τίθημι τὸ φλέγον καὶ τούς γε ὑπὲρ
εὐσεβείας ἄνθρακας ἀνακαλύπτω τῆς ἐμῆς καρδίας, κἀπὶ νέῳ
καὶ ἀκμάζοντι τῷ τοῦ παιδὸς τὴν καρδίαν τέως ἡσχολημένην πέν-
θει τῆς ἐκείνου τελευτῆς αἰτιώτατον ἔφασκον εἶναι τὴν τῶν
δογμάτων κατάλυσιν· ἧς ὁ ἐκείνου πατὴρ ἐνδιαίτημα βέβαιον πε-
ποιηχὼς τὴν καρδίαν μεγίστην τοῖς κακοῖς ἐδεδώκει ῥοπὴν εἰς C
τὴν τῆς κακίας ἐπίδοσιν. ταῦτ' εἰπὼν καὶ πλείω τοῖς εἰρημένοις
ἀκόλουθα παρενείρας ἐκ τῆς γραφῆς ῥᾷον ἢ κατὰ τὰς ἐλπίδας

19. ἡσχολημένῃ coni. Boiv.

Phavorinum philosophum secum altercantem occidere cum posset, nequidem irascebatur, sed in morum mansuetudine perseverabat, et cum eo tanquam cum aequali rixabatur. Ea propter hic quoque imperatorem ii qui aderant admirabantur magis, quod esset miti ingenio, quam me, quod zelum animosum praeferrem. (VII.) Haec cum ita essent, et in hunc modum res succederent, nec tum quidem potui quietus sedere et patienter ferre; sed aegre tuli et indignatus sum, et intimum pectus dolor attigit; atque opportunum ex eo tempus captavi, ut antequam moerori succumberem, aliquid proposito meo dignum navarem. Tempore itaque procedente, sub autumni finem, cum (ut diximus) imperator Matthaei filii causa Didymotichum ire festinaret, tristem videlicet eum consolaturus, et imperatricis Irenes promissa perfecturus; illud ego tempus in lucro deputans, et mihi ad ea, quae meditabar, valde opportunum ratus, imperatricem Irenen privatim convenio; zeli fervorem declaro, et animum religionis amore inflammatum aperio. Quoniam autem recenti et crudo filii mortui desiderio teneri animum eius videbam, causam eius mortis verissimam esse affirmo dogmatum corruptionem, cui pater defuncti firmam sedem suo in corde fixisset, ac proinde maximum improbis pondus ad sceleris incrementum addidisset. Haec loquutus, cum et plura his affinia ex sacra Scriptura interseruissem, facilius

A. M. 6856 Ind. 1 αὐτὴν ἐπεπείκειν. ἀγχίνους γὰρ οὖσα γυνὴ, καὶ δεισαμένη μὴ πένθος ἐπὶ πένθει προσλάβῃ παροξυνομένου θεοῦ, ξυνῆκεν εὐθὺς καὶ κράτιστος ἦν τοῦ λοιποῦ τοῖς ἐμοῖς συνήγορος λόγοις, ἥκιστά τε ἐκεῖθεν ἔληγε λοιδοροῦσα καὶ σκληροτέροις τοὺς τῆς ἐκκλησίας λύκους βάλλουσα σκώμμασιν. ἐντεῦθεν τοὐμὸν ἐν πύ-
D σαις ἔκειτο γλώσσαις ὄνομα, πρᾶγμα τετελεκότος μικροῦ τοῖς ὅλοις ἀπογνωσθὲν καὶ ἥκιστα, πρὶν εἰς ἔργον ἐλθεῖν, ἐλπιζόμενον. τοῦτο ταῖς ὀδυνωμέναις ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ψυχαῖς ἡδείας ἀναπνοῆς τινος ἔδοξεν ἔαρ καὶ γλυκὺς θησαυρὸς εὐφροσύνης, καὶ οὐδὲ πόῤῥω χρηστῶν τινων ἦν ἐλπίδων, οὐδ' ἔτι μέγα πεῖ-
E σαι καὶ βασιλέα λοιπὸν, συμμαχούσης ἤδη τῇ ἀληθείᾳ καὶ βασιλίδος. (H.) Ταῦτ' οὐκ ἦν ἀνεκτὰ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· ἀλλὰ θόρυβος σφᾶς ἠγκαλίζετο· καὶ μυρίων θανάτων ἦν φορτικώτερον. διὸ καὶ πρὸς ἓν ἀθροιζόμενοι σύστημα πάντες, ὁπόσοι τῆς πονηρᾶς φατρίας τὰς τῶν ἐν Βυζαντίῳ φροντιστη-
F ρίων διέλαχον προεδρίας, καὶ πρό γε τούτων ὁ τὸν πατριαρχικὸν ἔχων Ἰσίδωρος θρόνον, προσῄεσαν Εἰρήνῃ τῇ βασιλίδι, πολλὴν ἐμοῦ δρῶντες τῇ γλώττῃ καταδρομὴν, καὶ πολλὰς καταχέοντες λοιδορίας, καὶ τὴν ἐμὴν ἀποσείεσθαι πείθειν ἐπιχειροῦντες
V. 421 ὁλοσχερῶς ὁμιλίαν. ἐπεὶ δὲ πολλὰ μογήσαντες ἤνυσαν μὲν οὐδὲν, ἠλαύνοντο δ' οὐκ ἄνευ μέμψεων ἐκεῖθεν μακρῶν, γράμματα ἐς βασιλέα τὴν τῶν ἀποβάντων ἔχοντα δήλωσιν πέμπουσιν, ἀξιοῦντες ἀφέμενον ὅσα οἱ ἀνὰ χεῖρας ἔτυχεν ὄντα δημοσίων

1. μὴ add. Boiv. 13. ἠγκαλίζετο em. Boiv. pro ἠγκαλλίζετο.

quam speraveram illam permovi. Prudens quippe mulier, verita ne Deo exacerbato alium ex alio luctum acciperet, intellexit statim, et meis verbis acerrime deinde patrocinata est: nec desiit ex eo insectari et acerbioribus dictis lupos ecclesiae incessere. Coepit deinde meum nomen in omnium ore versari, perfecta re, quae ab omnibus ferme desperata erat, et priusquam perfecta esset, minime fieri posse videbatur. Id animis vicem ecclesiae dolentibus instar veris fuit, suavissimam auram adspirantis; is voluptatis thesaurus dulcis habitus est; nec longe a bona aliqua spe aberam, nec deinceps arduum erat, imperatorem quoque flectere, cum iam ipsa imperatrix nobiscum pro veritate pugnaret. (VIII.) Ea diabolo et angelis eius tolerabilia haud fuerunt; sed eos trepidatio invasit, et quavis morte gravius id iis visum est. Coitione itaque facta, quicunque pravo de grege partiti inter se fuerant Byzantinorum monasteriorum praefecturas, et ante hos is, qui patriarchalem sedem tenebat, Isidorus, ad imperatricem Irenen accedunt, et lingua in me acriter invecti multis me probris cooperiunt, eique, ut ab omni prorsus mecum consuetudine abstineat, persuadere contendunt. Sed cum illi magno labore non modo nihil consequuti essent, sed et inde non sine multis reprehensionibus exacti essent, litteras ad imperatorem mittunt, ea quae acciderant significantes; postulantque, ut omissis ne-

φροντίδων γέμοντα πράγματα ἐς Βυζάντιον τάχιστα ἀφικνεῖ- A. C. 1347
σθαι, σφῶν βοηθήσοντα δόξῃ, κινδυνευούσῃ τὰ καίρια, καὶ ὅσα Imp. Io. Cantacuz. 1
ἐπὶ τούτοις ἀκόλουθα ἦν τῷ σκοπῷ· τά τε ἄλλα δηλαδὴ καὶ P. 521
ὅσοις τὰς παλαμναιοτάτας ἐμοὶ προσάπτειν αἰτίας ἀπεῖναι οὐκ ἦν.
(Θ.) Ὡι δὴ καὶ πρὸς τὴν ἀκοὴν εὐθὺς διαταραχθέντι μικρά τε A. C. 1348
τῶν ὅσα οἱ ἀνὰ χεῖρας ἦν τηνικαῦτα πεφροντικότι τάχιστα ἐς Imp. Io. Cantacuz. 2
Βυζάντιον ἐδόκει τῶν ἀναγκαίων πορεύεσθαι, οὐ τοσοῦτον συ- B
στάσεως ἕνεκα τῶν καινοφωνιῶν, ὅσον τοῦ μὴ θορύβους ἐντεῦθεν ἐπιχωριάζειν τῇ μεγίστῃ πόλει τῶν Βυζαντίων. ἀφιγμένῳ δ' ἔργον ἦν οὐδὲν οὐδενὸς προϊστάμενον, ἢ ξύν γε τῷ πατριάρχῃ διάλεξιν πρός με πεποιημένοις πεῖθειν πειρᾶσθαι, μακρᾷ τινι θέοντα σιωπῇ, μηδαμῇ ταῖς τῆς ἀτόπου φάλαγγος καινοφωνίαις συχνὰ διαλοιδορούμενον μακρὰν παρέχειν ῥοπήν, οἷς αὐτοὺς διασύρειν καὶ ὅλαις ταράττειν γλώτταις καὶ χείλεσιν ἐλευθέροις C
ἔρως μακρός. (Ι.) Ὡς δὲ πολλῶν ἐκεῖ ῥηέντων ἀντιπάλων λόγων μάταια λέγων καὶ βλασφημιῶν ὁ πατριάρχης ὑφ' ἡμῶν ἠλέγχετο προφανῶς, οὐ μόνον ὅτι πλῆθος θεοτήτων ἀπειράκις ἀπείρως ὑφειμένων τῆς θείας οὐσίας, ἀκτίστων μὲν, ὁρατῶν δὲ καὶ ἀνουσίων, δοξάζειν ἐδόκει ξύν γε τῷ Παλαμᾷ, ἀλλὰ κἀξ ὧν ἰδίᾳ τοὺς μὲν εἰωθότας ἐπ' ἐκκλησίας ἄνωθεν τριαδικοὺς τῶν D
ἁγίων ᾄδεσθαι ὕμνους ἐς τἀφανὲς ἐρρίφθαι κατεδίκαζεν, ἐξουσίαν βουλομένοις πυρὶ καὶ θαλάττῃ χαρίζεσθαι παρεχόμενος· αὐτὸς δ' οἰκείους ἄρτι πεποιηκὼς, ἀτόπου φάναι γαστρὸς ἔκγονα βλάσφημα, τούτους ἀντ' ἐκείνων προσέταξεν ᾄδεσθαι· ἐν οἷς

gotiis, quae plurima et civilibus curis plena prae manibus tunc erant, Byzantium advolet, eorum gloriam in extremum discrimen adductam defensurus. His alia addunt proposito suo consentanea, atque ea praesertim, quae diris criminibus in me confictis non carebant. (IX.) Ille, statim ut haec audivit, perturbatus, iis, quae tum instabant, parvi factis, necesse esse duxit Byzantium venire quam celerrime, non tam ad confirmandas opiniones novas, quam ne inde turbae in maxima imperii urbe existerent. Ubi advenit, nihil ei ex omnibus prius fuit, quam ut mecum ipse et patriarcha colloquuti conarentur mihi persuadere altum ut silentium voverem, ac ne insanae cohortis opiniones identidem vellicans magno adiumento essem iis, quibus istos carpere, linguisque acerrimis et ore libero insectari, magna voluptas esset. (X.) Postquam autem, multis illic disputationibus habitis, vana et impia dicere patriarcham luculenter ostendimus, non solum quia ille multitudinem divinitatum infinite infinities substantia divina inferiorum, increatarum quidem, at visibilium, et substantia carentium, statuere cum Palama videbatur, sed etiam quod sanctorum hymnos de Trinitate, iam inde antiquitus cantari in ecclesia solitos, privata ipse auctoritate tenebris damnaverat, data volenti cuique licentia eos in ignem aut in mare proiiciendi; suos vero proprios, quos nuper condidisset, stolidi, ut ita dicam, ventris foetus impios, illorum loco cantari iusserat; in quibus hoc inter caetera

A. M. 6856 Ind. 1 τά τε ἄλλα γράφων ἦν καὶ ὡς οὐ τὴν οὐσίαν χρεὼν, ἀλλ' ἀνού-
E σιόν τινα καθ' αὑτὴν λέγειν ἐνέργειαν εἶναι κυρίως θεόν· θέσει
δὲ καὶ τὴν οὐσίαν, συγχωροῦντος ἴσως τοῦ ἀνθρωπίνου πόθου
κατὰ τὸ ἀνάλογον, ὥσπερ καὶ ἄνθρωποι κατὰ χάριν υἱοὶ κα-
λοῦνται θεοῦ καὶ θεοί· καὶ τὸ τοῦ συμπεράσματος σκοπιμώτα-
τον, μὴ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ τὴν τῆς οὐσίας ἐκείνην ἀπερρωγυῖαν
ἐνέργειαν ἐκ τῆς παρθένου καὶ θεοτόκου σεσαρκῶσθαι Μαρίας·
ἀμέθεκτον γὰρ εἶναι καὶ ἀνεπίστροφον τελέως τῶν κατὰ γῆν τὴν
F οὐσίαν ἐκείνην, ἐν τοῖς ἄνω που τόποις ὁριζομένην· πολλῶν οὖν
ἐκεῖ ῥηθέντων, ὡς εἴρηται, καὶ ποικίλων ἐξ ἀντιπάλου λόγων, καὶ
μικροῦ τῆς ὅλης ἐκείνης ἐνταυθοῖ καινοτομηθείσης νυκτὸς, ἐπεὶ
μὴ τὰ τῆς ὑποθέσεως ἄλλως ἠρεμήσειν ὁ βασιλεὺς ξυνενόει, Ἰσι-
δώρου μὲν ἐκείνου τοὺς νέους κανόνας ἀφανείας δοθῆναι προσε-
τετάχει πυρί· παῤῥησιάζεσθαι δ' αὖθις τοὺς εἰωθότας ἐκ πα-
P. 522 λαιοῦ. τούτων δ' οὕτω συντεταγμένων καὶ συμπεφωνημένων,
τράπεζα πολυτελὴς ἡμῖν παρεκομίζετο, σημεῖον ὁμοφροσύνης.
καὶ συνεστιασθέντες οὕτω τοῖς βασιλεῦσιν ἀνέστημεν, ἐλπίσαντες
ἐς τὴν ὑστεραίαν καὶ βασιλικοῖς κυριωθήσεσθαι γράμμασι τὰ
συμφωνηθέντα, ὡς μὴ ἀμφίβολα τὰ γιγνόμενα εἴη ταῖς ἁπαν-
ταχῇ θαλάττης καὶ γῆς ὑπὲρ τῶν πατρίων τῆς εὐσεβείας δογμά-
B των ἀντεχομέναις θεοῦ ἐκκλησίαις. (*IA.*) Ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν
V. 422 τὰ τῆς συμφωνίας ἐκείνης οὐδὲ πᾶσιν ἤρεσκε τοῖς ἐκ τῆς ἀντι-
κειμένης φατρίας βέβαια παραμένειν· ἀλλ' ἀνάγκην προσῆγον
τῷ βασιλεῖ, μετάπεμπτον καὶ Παλαμᾶν ἐς τὴν τῶν δεδογμένων

scriptum ab eo erat, non substantiam, sed quandam substantiae expertem per se energiam Deum proprie dici debere: positione tamen, etiam ipsam substantiam; humano fortasse desiderio permittente; nempe analogice, quemadmodum et homines filii Dei et Dii per gratiam vocantur: et, quae conclusionis summa erat, non substantiam, sed illam a substantia abscissam energiam, carnem a Virgine Dei genitrice Maria accepisse; eiusmodi quippe esse substantiam ipsam, ut participari non posset, et ab rerum terrestrium cura prorsus aliena esset, alicubi scilicet in superioribus locis constitutam: multis itaque illic, ut diximus, variisque disputationibus habitis, et tota ferme illa nocte ibi consumpta, imperator, ubi controversiam illam non aliter finitum iri intellexit, Isidori illius novos Canones igne deleri, ac loquendi libertatem recipere eos, qui antea habuissent, iussit. His ita ordinatis et omnium assensu comprobatis, sumptuosa nobis mensa, signum concordiae, apposita est. Ac sic una cum imperatoribus epulati surreximus, sperantes principis edicto confirmatum iri postridie ea, de quibus convenerat; ne ab ecclesiis Dei, ubique maris et terrarum patria religionis dogmata defendentibus, vocarentur in dubium ea, quae tum fiebant. (XI.) At pactum illud nec diu, nec iis omnibus, qui contrariae factionis erant, ratum esse placuit. Enimvero necessitatem imperatori adhibuere, ipsum quoque Palamam arcessendi, ad consultandum de iis rebus, quae decretae essent;

ποιεῖσθαι βουλὴν, μὴ θόρυβον, ὡς περιφρονούμενος, ἐπιὼν ἀνα- A. C. 1348
φλέξῃ, τὴν τοῦ μύθου τοῦ Ἀττικοῦ μιμούμενος Ἔριν ἐκείνην, Imp. Io. Cantacuz. 2
ἣν τῷ τερατώδει τοῦ μήλου μεγίστην πάλαι φασὶν ὑφάψαι στά-
σεως φλόγα καὶ μάχην τῷ τῶν θεῶν συνεδρίῳ, ὅτι μὴ ἐς τὴν C
κοινὴν ἐκείνην τῶν τῆς Θέτιδος γάμων τράπεζαν ἐσεκλήθη καὶ
αὕτη. διὰ δὴ ταῦτα μετάπεμπτος ἐκ Διδυμοτείχου καὶ Παλαμᾶς
ἐς Βυζάντιον τάχιστα γίνεται. καὶ ἵνα τὰν μέσῳ τοῦ φορτικοῦ
χάριν παρέλθω, πρὸς τοὺς κατ' ἐμοῦ καὶ αὐτὸς ὁμοίως, μᾶλλον
δ' εἰπεῖν οἰκειότερον κατὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων, πολέ-
μους ὁπλίζεται. καὶ ἐπειδὴ τὸν ἀγῶνα θυμοῦ καὶ κενοδοξίας D
πνέων εἰσῄει μακρᾶς, ἐμοῦ μηδένα πάρεδρον ἔχοντος σύμμαχον,
πλὴν μόνου θεοῦ, καθάπερ καὶ ἐς τοὺς πρότριτα διαλόγους, αὐ-
τὸς πρός γε τοῖς ἄλλοις καὶ αὐτὸν βασιλέα, τὸ τῆς ἰσχύος κεφά-
λαιον, κράτιστον εἶχε σύμμαχον. ἃ μὲν οὖν ἐμοί τε κἀκείνοις ἐν
προοιμίοις λελάληται, μηδεμιᾶς ἐς τὴν παροῦσαν ἀφήγησιν ἔχοντα
χρείας ἀνάγκην, σιωπῇ παρατρέχειν κεκρίκαμεν δεῖν. τὰ δ' ἑφε- E
ξῆς εἶχεν οὕτω. (*IB.*) Μὴ χρείαν ἔφασκον ἔγωγε εἶναι δευτέρων
ἔτι διαλόγων καὶ κρότων ἀπὸ γλώττης μαχίμων ἐμοὶ, εἰ βέβαιοι
μένουσιν αἱ τῆς προτέρας ἐκείνης διαλέξεως καταστάσεις. εἰ δ'
ἐκεῖνα παντάπασι λέλυται καὶ ἐς τοὺς λήθης ἔρρίπται ῥύακας,
οὐδ' οὕτω μοι πάλιν δευτέρων δεῖ συζητήσεών τε καὶ ἀποδείξεων.
εἰ γὰρ ἃ πρὸ βραχέος βασιλεῖ τε καὶ πατριάρχῃ δέδοκται, νῦν F
ἀραχνίων λέλυται τρόπον, πῶς ἂν οἷα καὶ Παλαμᾷ περὶ τῶν

ne is tumultum, velut despectus, interventu suo excitaret, illam fabula Attica decantatam Discordiam imitaturus, quae pomi prodigio maximam seditionis flammam et pugnam in concilio Deorum ideo olim accendisse dicitur, quia ad commune illud et nuptiale Thetidis convivium vocata haud fuisset. Quamobrem Didymoticho arcessitus Byzantium accurrit et Palamas. Atque ut fastidii vitandi causa ea omittam, quae interiecto tempore acciderunt, accingit etiam ille se ad bellum mihi, immo (ut congruentius loquar) sacris ecclesiae dogmatis inferendum. Cumque in certamen descendisset, ingentem spiritum et magnam arrogantiam prae se ferens, ego quidem neminem habebam, qui mihi adesset ac succurreret, Deo excepto, sicut nec in illa disputatione, quae habita triduo ante fuerat; iste autem, praeter caeteros, ipsum quoque imperatorem, in quo summa roboris erat, acerrimum habebat propugnatorem. Quae igitur ego et illi praefati sumus, ea, quia ad praesentem narrationem non necessario pertinent, silentio praetermittenda iudico. Quae vero sequuta sunt, ea fuerunt eiusmodi. (XII.) Negabam mihi opus esse altera disputatione et pugnacis linguae strepitu, si stabilia manerent ea, quae priori disputatione constituta fuissent. Sin illa omnino abolita et oblivionis fluctibus mersa essent, ne sic quidem mihi novis quaestionibus argumentationibusve opus esse. Si enim quae paulo ante imperatori et patriarchae placuerant, ea nunc velut telae aranearum soluta sunt, quomodo ea, quae Palamas iisdem de rebus statuet, sincera nec am-

A. M. 6856 Ind. 1 αὐτῶν πεπράξεται, πιστά τε καὶ ἀναμφισβητήτως ἡμῖν ἔχοντα φανείη, εἰ ἄρα καὶ αὐτός μοι ξυμφωνεῖν ἐπαγγέλλοιτο, πρὸς ἃ δὴ καὶ πειθομένοις ὑμῖν ἐχρώμην, τῷ μεγέθει τῆς ἀξίας πλεῖστον ὑμῶν λειπόμενος, καὶ ἅμα τῇ τῶν τρόπων αἰδοῖ καὶ σεμνότητι πολὺ τὸ ἐνδεές τε καὶ ὑφειμένον ἐκ πολλῶν πολλάκις ἐνδεδειχώς;

P. 523 (ΙΓ.) Πρὸς ἅπερ ὁ Παλαμᾶς, „οὐδ' ἐμοί", φησί, „διαλέξεων δεῖ καὶ κριτηρίων ἄλλων, ἅπαξ εἰληφότι τὰ πρὸς δικαίωσιν καὶ ἀσφάλειαν ἔγγραφα τῶν ἐμοὶ λαληθέντων ὁπώσποτε πρὸς Ἰωάννου τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν τότε συνεδρευόντων ἐπισκόπων ἐκείνῳ ψηφίσματα." πρὸς ἅπερ ἐμοὶ τοιάνδε ποιεῖσθαι τὴν ὑποφορὰν ξυνέπιπτεν. „εἰ μὲν δὴ καὶ μέχρι καὶ ἐς τέλος ὑπὸ τοῦ δεδρακότος B ἐκείνου τὸ κῦρος εἶχεν ἐκεῖνα, καὶ μὴ οὐκ εἰς μακρὰν ἑτέροις διασέσεισταί τε κἀκ βάθρων ἀναμεμόχλευται στερροτέροις γράμμασι καὶ ψηφίσμασι, σοὶ μὲν ἴσως, εἰ καὶ μὴ τῇ ἀληθείᾳ, τὸ παράπαν εἶχε τὸ εὔλογον. εἰ δ' αὐτῷ γε δήπου τῷ δεδρακότι, μετὰ πλειόνων ἢ πρότερον αὖθις τῶν ἐπισκόπων συσκεψαμένῳ, καὶ τὸ ἐν τοῖς ψηφίσμασιν ἐκείνοις πολύχουν τῆς ἀτοπίας σαφῶς ξυνεωρακότι, πάσαις ῥοπαῖς τῆς ψυχῆς γράμματι γράμμα, καὶ ψηφί- C σματι ψήφισμα, περιεσκεμμένοις τε καὶ νομίμοις τὰ λίαν ἀπερίσκεπτά τε καὶ μηδαμῇ ποτε νόμιμα, τελέως ἀνέτρεπέ τε καὶ ἅμα συγγνώμην τῆς ἀγνοίας ἐξ ἡμῶν τε καὶ ὅσοι τῆς ὀρθῆς οὐκ ἐξέστησαν δόξης ὁμοίως οὐκ ἠμέλει ζητῶν, ποῦ δίκαιον τὸ τῆς ἀληθείας παραδραμόντας φῶς τῷ τῆς κακίας ἑκόντας πλανᾶσθαι σκότῳ;"

V. 423 (ΙΔ.) „Ἀλλ' ἔμοιγε τὰ πρὶν βεβαιότερα τῶν ὑστέρων δοκεῖ γραμ-

15. αὐτῷ em. Boiv. pro αὐτό.

biguae fidei esse videbuntur, si forte concessurum se mihi illa promiserit, de quibus vos antea mihi assensistis; cum ipse dignitatis amplitudine vobis multum inferior sit; honestate autem et morum gravitate longe abesse, longe superari sese a vobis, saepe et multis argumentis ostenderit? (XIII.) Ad haec Palamas, „nec mihi", inquit, „aliis disputationibus opus est, aliisve iudiciis, cum ad eorum, quae quoquomodo dixi, probationem confirmationemque scripta impetraverim decreta a Ioanne patriarcha et ab iis, qui cum illo tunc sedebant, episcopis." Ego vero haec subieci. „Si ea decreta is, qui fecerat, ad extremum rata habuisset, si non eadem paulo post firmioribus aliis scriptis ac decretis labefactata et funditus convulsa fuissent, tibi quidem fortasse, etsi non veritati, probabilis ratio suffragaretur. Quod si ipse qui fecerat, re coram episcopis pluribus, quam quot antea convenerant, denuo examinata, et multiplici decretorum illorum vitio perspecto, omni studio in id incubuit, ut et scriptum scripto, et decretum decreto, circumspectisque et legitimis constitutionibus inconsideratas et minime legitimas prorsus rescinderet; si ignorantiae suae veniam cum a nobis, tum ab iis omnibus, qui a vera opinione haud recessissent, petere non dubitavit; quid iam causae est, cur, veritatis lumine omisso, in tenebris erroris palari libeat?" (XIV.) „At mihi priora decreta videntur esse poste-rio-

μάτων εἶναι," φησὶν ὁ βασιλεύς, τὸν λόγον διαδεξάμενος καὶ σύμ- A. C. 1348
μαχος τῷ Παλαμᾷ θερμὸς ἀποροῦντι γινόμενος. „εἰ γὰρ ἃ κατέ- Imp. Io. Cantacuz. 2
λυσα, φησὶν ὁ ἀπόστολος, πάλιν οἰκοδομῶ, παραβάτην ἐμαυ- D
τὸν συνίστημι." πρὸς ὃν ἐμοὶ τοιάδε, πρὶν εἰς ἑτέρας ἐμβεβλη-
κέναι τῶν ἀντιῤῥήσεων, ἀνθιστᾷν τετύχηκε τοῖς λεχθεῖσιν ἐπι-
χειρήματα· „εἰ παραβάτην αὐτὸν ἐθέλοι τις κρίνειν, ὦ βασιλεῦ,
ἅτε ϑρανόμενον αὐτὸν ὑφ' αὑτοῦ, πολλὴν ἐμοὶ καὶ οὕτω φημὶ
τὸ εἰκὸς παρέχει τὴν συμμαχίαν. συγκαταλύονται γὰρ αὐτῷ μετὰ
τῶν ὕστερον ἐνί γέ τῳ τρόπῳ καὶ τὰ πρὶν ἐκεῖνα ψηφίσματα, εἰ E
μὴ τυραννοίη τὴν ἀλήθειαν ἀντιπνέον ἀμηγέπη τὸ ψεῦδος, ἀλλὰ
πηγὴ δικαιοσύνης ἐπιχωριάζουσα λαμπρῶς τὸ δέον χορηγοίη
ταῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν καὶ ῥυθμίζειν προθυμουμέναις γλώτταις·
καὶ μακρῶν διὰ ταῦτ' ἐν βραχεῖ πραγμάτων ἀπηλλαγμένοις νέα
τήμερον συγκροτείσθω δικαστήρια περὶ τῶν τοῦ Παλαμᾶ παμ-
πόλλων τε καὶ ποικίλων ἐξ ὑπαρχῆς καινοφωνιῶν. εἰ δὲ πολύτρο- F
πον τὸ τῆς λήθης καὶ τῆς ἀγνοίας νόσημα, ταῖς τῶν ἀνθρώπων
ἐνδυναστεῦον διανοίαις, παρέλκοι τὸν ἡγεμόνα λογισμὸν ὡς τὰ
πολλὰ πρὸς ἀπάτης κρημνοὺς ἐκ προοιμίων· τοῦ δὲ χρόνου μετὰ
τῆς πείρας τὰ πεπραγμένα γυμνάζοντος, τὸ ἀληθείας ἀνακα-
θαίρεται κράτος καὶ τὰ νέφη τοῦ ψεύδους καὶ τῆς ἀπάτης ἐκ
μέσου λαμπρῶς ἐλαύνεται, οὐκ ἂν εἴη τῶν ἀπεικότων τουτὶ καὶ
ἅμα τῶν εἰθισμένων ὡς ποῤῥωτάτω βαδίζον τρόπων, εἰ καὶ πα-
τριάρχην τἀληθὲς ἠγνοηκότα πρότερον, διὰ τὴν τῆς σαφηνείας P. 524
τῶν γεγραμμένων ἐπίκρυψιν, ἐπιοῦσα μετὰ τῆς ἁρμοττούσης πεί-
ρας ἡ τὰ δρώμενα ξὺν χρόνῳ γυμνάζουσα γνῶσις ἐπηνώρθου τε

ribus firmiora," excipit imperator, Palamae haesitantis defensor acer et fervidus. „Si enim quae destruxi (inquit Apostolus) iterum haec aedifico, praevaricatorem me constituo." Quem ego, antequam ad alias responsiones transiret, sic contra argumentatus sum. „Si quis eo se praevaricatorem velit iudicare, o imperator, quod ipse a semet ipso violatus fuerit, multum mihi vel sic quoque (ausim dicere) probabilis ratio patrocinatur. Solvuntur quippe ab eo una utique ratione, simul cum posterioribus, etiam priora illa decreta, si veritatem contrario flatu haud opprimat mendacium: si fons iustitiae adsit, unde ii, qui haec aestimare et apte definire cupiunt, aequam sententiam facile hauriant. Ita, brevi tempore magnis negotiis liberati, nova hodie iudicia de multis et variis Palamae commentis de integro constituamus. Sin oblivio et ignorantia, quod morbi genus multiplex est, hominum animis penitus insidentes, moderatricem rationem initio plerumque in erroris praecipitia trahunt, tempore autem et experientia id quod actum sit corrigentibus, veritatis vis illustratur, mendaciique et erroris nubila plane e medio pelluntur, mirum haud fuerit, nec ab usitato more longissime abeat, si patriarcham, qui initio, quod ea quae scripta erant obscuriora essent, veritatem non viderat, subsequens experientia et rerum cognitio (quae ope temporis corrigit ea, quae acta sunt) lapsum erexerit, et

A. M. 6856 Ind. 1 καὶ οἷς ἐμμένειν χρεὼν ἐδίδασκε δόγμασί τε καὶ γράμμασιν. ἔπειτα εἰ τοῖς προτέροις καθάπαξ τῶν ὅσα πράττεται πᾶσι τὴν τοῦ δικαίου δίδως ῥοπήν, ὅρα μὴ καθ' ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐγείρῃς τῶν
B νόμων τῶν σῶν, καὶ ταῖς ἰδίαις δίκαις γένῃ περιπετὴς ἐν βραχεῖ. οἱ γὰρ ἐκεῖνα τὰ πρῶτα τοῦ Παλαμᾶ βεβαιώσαντες ἐπίσκοποι γράμματα, οὗτοι καὶ κατὰ πάντων Ῥωμαίων ἐγγράφους ἐξήνεγκαν τόμους καὶ πολύτροπά τινα τὰ ψηφίσματα· δι' ὧν τῷ αἰωνίῳ πυρὶ παρέπεμψαν, εἴ τινες εἶεν, οἷς πρὸς βουλήσεως εἴη τὸν Καντακουζηνόν σε βασιλέα τε δέχεσθαι καὶ Χριστιανὸν ἀποκαλεῖν· ἐν ὑστέροις δ' ἀκόντων αὐτῶν ἐγκρατῆ γεγονότα τῶν
C βασιλείων σκήπτρων καὶ θρόνων ὅλαις ἀνηγόρευον βασιλέα φωναῖς, μικρὰ τῶν οἰκείων ἐκείνων ἀρῶν φροντίσαντες. εἰ οὖν τὰ πρότερα, κατὰ τὰς σὰς δίκας, τῶν ἐπισκόπων ψηφίσματα κἀνταῦθα κρατοίη καὶ βεβαιότερα τῶν ὑστέρων εἴη, ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν εἴποιμι· σὺ δ' αὐτὸς ἀῤῥεπῶς δίδαξον, ὅπῃ χωρεῖ τὰ τῆς κατα-
δίκης περιφανῶς. δυοῖν γὰρ ἕποιτ' ἂν θάτερον, εἰ πηγὴ δικαιοσύνης πρυτανεύει τοὺς τῆς δίκης ῥύακας. ἢ γὰρ κἀνταῦθα προ-
D τιμότερ' ἂν θείημεν τὰ πρῶτα, κατὰ τὴν σὴν ἐπ' ἐκείνοις κρίσιν· καὶ βεβαιοῦται λοιπὸν ὁ κατὰ Ῥωμαίων ἐκφωνούμενος ἐκεῖθεν ἀναθεματισμὸς διὰ σέ, καὶ ἅμα λύεταί σοι τὸ τῆς βασιλείας ἰσχυρὸν ἐν βραχεῖ σὺν τῇ εὐσεβείᾳ· ἢ τῶν προτέρων ἀθετουμένων, διὰ τὸ τῆς συναρπαγῆς καὶ τῆς ἀπάτης ἔγκλημα, σοὶ μὲν κυροῦται τὸ τῆς βασιλείας κράτος ἐς τὸ ἀθῶον μετὰ τῆς εὐσεβείας· λύονται δ' αἱ τοῦ Παλαμᾶ καινοφωνίαι, καθάπερ ὁ τῆς Χαλά-

3. δίδως Boiv. pro δίδωσι.

quibus inhaerendum esset dogmatis praescriptisque docuerit. Iam vero, si iis prorsus omnibus iustitiae robur tribuis, quae prius acta fuerint, cave ne legum tuarum suffragia in te ipsum vertas, et propria sententia statim ipse tenearis. Qui enim episcopi priora illa Palamae scripta confirmarunt, ii etiam scriptos Tomos et varia in omnes Romanos edidere decreta, per quae sempiterno igni devovebantur, si qui essent, quibus Cantacuzenum (te ipsum scilicet) et imperatorem agnosci, et Christianum appellari placeret: iidemque te postmodum, cum invitis iis sceptro et solio potitus esses, imperatorem una voce, suis illis exsecrationibus parvi factis, renunciarunt. Si igitur, ut tu statuisti, priora episcoporum decreta etiam hic valeant, et posterioribus firmiora sint, ego quidem nolim dicere; tu vero ipse haud dubius doceto nos, quorsum illa interdicta aperte evadant. Duorum enim alterum sequatur necesse est, si iudicium feramus ex ipso iustitiae fonte derivatum. Quippe aut hic quoque potiora habebimus ea, quae priora sunt, sequuti tuum de aliis illis iudicium; atque ita confirmabitur demum anathematismus in Romanos tui odio inde pronunciatus, et simul auctoritatis tuae robur cum verae pietatis laude evanescet; aut iis, quae priora sunt, nihili factis, propter obreptionis et fraudis crimen, tibi quidem imperatoria auctoritas et pietatis laus illibata asseritur; Palamae autem commenta, ve-

νης πύργος· συνάπτεται δὲ τὰ διεστῶτα τῆς ἐκκλησίας μέρη πρὸς A. C. 1348
ὁμόνοιαν καὶ εἰρήνην. εἰ δ' αὐθεντικῶς οὕτωσὶν ἐκεῖ μὲν τὴν Imp. Io. Cantacuz. 2
νίκην τοῖς προτέροις δίδως, ἐνταυθοῖ δὲ τοῖς ὑστέροις, τυραννὶς E
τὸ πρᾶγμα καὶ κανόνας πάντας ὑπερβαῖνον θείους καὶ ἀνθρωπί- V. 424
νους. καὶ εἰ φοβερόν σοι τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας θεοῦ ζῶντος νομίζεται, ὥρα σοι λοιπὸν ἐκλογίζεσθαι τοὺς ἐντεῦθεν φόβους, ὁποῖοι καὶ ὅσοι, παῖδάς τε ἔχοντι καὶ πλείστην συγγένειαν, καὶ F
πρό γε πάντων ψυχὴν καὶ σῶμα· ὧν τῇ μὲν τὰ ἐκεῖ δεδίττεται κολαστήρια, τῷ δὲ μυρίοις ὑποκεῖσθαι καὶ ποικίλοις συμπίπτει νοσήμασι." (IE.) Τῶν δὲ παρακαθημένων κολάκων ἑνός τινος τὴν ἐμὴν τῷ ἀγκῶνι πλευρὰν συμπιλήσαντός τε καὶ ἀντειπόντος, ὡς τὰ ἥδιστα λέγειν χρεὼν βασιλεῦσι, μακρῷ κινηθεὶς καὶ ὑπερζέσας τῷ ζήλῳ κολακείαν τε ἐνεκάλουν ἐκείνῳ καὶ σμικρολογίαν ψυχῆς, καὶ ὅσα τούτοις ἔποιτ' ἄν. σιγῆς τοίνυν γενομέ- P. 525
νης ἐν τούτοις, καὶ μηδὲν ἔχων ὁ Παλαμᾶς ἀντιφθέγγεσθαι, μαρτυρίας ἠξίου συγχωρηθῆναι παράγειν γραφικὰς εἰς ἐκδίκησιν τῶν αὐτοῦ καινοφωνιῶν. ἐμοῦ δ' ἀποτρεπομένου καὶ τὴν τῆς τοιαύτης ὁμοιότητα πρὸς Ἄρειον καὶ Σαβέλλιον καὶ Νεστόριον, καὶ ὅσοι τὰς οἰκείας αἱρέσεις ἐκ τῶν θείων γραφῶν κακοτρόπως συνιστᾶν ἐπεχείρουν, ἀνάγοντος, ὁ σύλλογος ἡμῶν διελύετο. ἐπεὶ δ' ἐκεῖθεν μακρὸν ἐπιπολάζοντα βλέπειν ἐπῄει μοι τὸν τῆς κακο- B
δοξίας θόρυβον, ὥραν δ' ἀνύειν τὸ*** μὴ τὴν ἔμπρακτόν σφισι

18. τοιαύτης] ἐπιχειρήσεως vel ἀξιώσεως add. Boiv. 22. In mg. apogr. Par. legitur: ἐξεκύπη ἐν τῷ παλαιῷ διάστημα στίχων ι ἢ ιβ'.

luti Chalanes turris, evertuntur; ecclesiae vero partes disiunctae concordia et pace sociantur. Sin adeo imperiosus victoriam tribuis, illic quidem prioribus decretis, hic autem posterioribus, tyrannicum profecto illud est et legibus omnibus tam divinis quam humanis contrarium. Si igitur terribile esse existimas in manus Dei viventis incidere, iam oportet reputes, quae et qualia inde pericula impendeant, liberos habenti numerosamque cognationem, et quod praecipuum est, animam et corpus; ex quibus haec metuit supplicia sempiterna, illud infinitis variisque morbis obnoxium est." (XV.) Cum autem assidentium adulatorum unus cubito meum latus pressisset, et placentia principibus dici oportere monuisset, magno tum zelo percitus et effervescens adulationem illi et pusillum animum obieci, et quaecunque his consequentia sunt. Silentio ibi facto, Palamas, qui nihil poterat reponere, postulare coepit, ut permitteretur sibi, ad suarum opinionum confirmationem ex Scripturis testimonia producere. Repudiante me, atque exempla afferente Arii, Sabellii, Nestorii, eorumque omnium, qui suas opiniones ex sacris Scripturis perperam confirmare instituissent, coetus dimissus est. Caeterum ego, quia errorem grassari et tumultum inde magnum existere videbam, tempus autem perficiendi *** opem ipsis effica-

A. M. 6856 Ind. 1 παρέχειν ἐδύνατο συμμαχίαν. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον· καὶ ὁ χειμὼν ἐν τούτοις ἐτελεύτα.

C ς'. Ἄρτι δὲ τοῦ ἡλίου περὶ τροπὰς γενομένου τὰς ἰσημερινὰς, καὶ τοῦ κριοῦ τοῖς μακροῖς κέρασι τὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ θύρας ἐς τὸ τῆς ἡμέρας εὖρος λαμπρῶς διανοίγοντος, πρέσβεις πρὸς τὸν Τριβαλλὸν ὁ βασιλεὺς ἀπεστάλκει, τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας ἀναμνήσοντας καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἐλέγξοντας παρέκβασιν. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος φρόνημα μέγιστον ἐκ τῶν συνεχῶν τροπαίων ἀνειληφὼς ἄπρακτον ἀπέναι εὐθὺς ἐκέλευε τὴν πρεσβείαν, ἄρας ὁ βασιλεὺς ἐξῄει τοῦ Βυζαντίου, μεσοῦντος ἤδη τοῦ ἦρος, στρατο-
D λογήσων τε ἐκ τῆς Θρᾴκης τὴν ἐνυπάρχουσαν δύναμιν κατ' ἐκείνου καὶ τὸν φίλον Ἀμοὺρ ἐξ Ἀσίας μεταπεμψόμενος μετὰ δυνάμεων Περσικῶν. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἑβδομαῖος ἐς Διδυμότειχον ἀφικνεῖται. (B.) Τῷ δ' Ἀμοὺρ ἠθροικότι πλεῖστον ὅμιλον πεζικῶν τε καὶ ἱππικῶν δυνάμεων ἔδοξε, πρὶν ἐς Θρᾴκην καὶ
V. 425 Μακεδονίαν διαβαίνειν, ἄκοντι διαπράξασθαι καὶ πρόρριζον ἐξελεῖν, εἰ δύναιτο, τὸ ἐν Σμύρνῃ φρούριον τῶν Λατίνων, ὡς μὴ ὀρφανὴν ἀπιόντος αὐτοῦ καταλελειμμένην τὴν πάτριον γῆν συχνὰ κατατρέχοντες οὗτοι ληΐζωνταί τε καὶ τὰ ἔσχατα δρῶντες φαί-
P. 526 νωνται τῶν δεινῶν. τὴν γὰρ Λατινικὴν ὀφρὺν οὐδέποτ' ἠρεμήσειν ἤλπισεν ἐν ὅροις μεῖναι, καιρὸν ἐξιέναι καὶ κατατρέχειν ἔχουσαν. ὅθεν προσελάσας προὐκαλεῖτο πρὸς πόλεμον. οἱ δὲ παραχρῆμα τὰς πανοπλίας ἀναλαβόντες εἰς μάχην ἐξῄεσαν, οὐχ ἧττον

2. ἐτελεύτα.] Ad hunc locum in mg. eiusdem apogr. haec annotata sunt: μετέπειτα τοῦ πρωτογράφου τὸ ἥμισυ, καὶ ἐξ ἑτέρου μέρους ἅπαν τὸ φύλλον εὑρέθη ἀγράμματον.

cem afferre non potuit. Et haec quidem ita se habuerunt; ac hiems in his exivit.

6. Cum sol aequinoctialem flexum attigisset, et anni portas, ad explicandum latius diem, longis cornibus Aries aperiret, legatos imperator ad Triballum misit, qui foederum ac pactionum commonefacerent et fidei violatae arguerent. Verum is, quia continuae victoriae maximos illi spiritus attulerant, irritam legationem facessere statim iussit. Itaque imperator Byzantio egressus, medio iam vere, tum ut copias, quae in Thracia erant, adversus istum cogeret, tum ut amicum Amurium et vires cum eo Persicas ex Asia arcesseret, septimo post die Didymotichum pervenit. (II.) Amurius, maxima peditum equitumque coacta multitudine, constituit, antequam in Thraciam ac Macedoniam transiret, vi expugnare et funditus exscindere, si posset, castellum illud, quod Latini Smyrnae habebant; ne ii patriam, quae isto abeunte orba relinquebatur, crebris incursionibus vastantes, gravissima quaeque perpetrarent. Latinam enim arrogantiam praevidebat non temperaturam sibi esse, sic ut oblata semel exeundi excurrendique opportunitate, suis se finibus contineret. Admotis itaque copiis, ad pugnam eos provocat. Hi statim arreptis armis pugnatum exeunt, viribus non minus quam

τῇ δυνάμει θαῤῥοῦντες, ἢ τῇ τῶν ὅπλων λαμπρότητι. ἐπεὶ δὲ A. C. 1348
πολύς τε καὶ πανταχόθεν ὁ τῶν Περσικῶν δυνάμεων ἔῤῥει πόλε- Imp. Io. Cantacuz. 2
μος, καὶ ἀντιβλέπειν οὐ μάλα ἐδύναντο, ἐπὶ πόδα τε ἀνεχώρουν
αἰσχρῶς καὶ τὰς πύλας ἀσφαλισάμενοι τοῦ φρουρίου τοῖς ἐκη- B
βόλοις ἐκ τῶν τειχῶν ἐμάχοντο βέλεσι· δι' ὧν καιρίαν πληγέν-
τος Ἀμοὺρ, ἐκ τοῦ παραχρῆμα νεκρῷ γενέσθαι ξυμπέπτωκεν.
ὃν οἱ προσήκοντες ἀνειληφότες τῆς τε μάχης ἀπέχεσθαι τοῖς
στρατιώταις παρεκελεύοντο καὶ αὐτὸν ἐς τὰ οἴκοι φοράδην ἀπῆ-
γον. (Γ.) Τούτου δ' οὕτω κεχωρηκότος, ἐν λύπαις εἶναι τῷ
βασιλεῖ ξυνέβαινε, τῆς τε προσδοκωμένης ἐκεῖθεν Περσικῆς λε- C
λειμμένῳ συμμαχίας καὶ ἅμα φίλου μεγίστην αὐτῷ διὰ βίου
τηρήσαντος εὔνοιαν ἐστερημένῳ. ἓν μὲν δὴ τοῦτο τῆς κατὰ Τρι-
βαλλῶν ἐκστρατείας ἐμποδὼν ἐγεγόνει τῷ βασιλεῖ. δεύτερον δὲ,
τὸ κατὰ τῶν νεφρῶν ἐνσκῆψαν αὐτῷ περὶ τὰς θερινὰς τοῦ ἡλίου
τροπὰς νόσημα, τάς τε ἀλγηδόνας δριμείας ἐπάγον αὐτῷ καὶ
τὴν τοῦ βαδίζειν ὑποκλέπτον ἐλευθερίαν τε καὶ ῥᾳστώνην, καὶ
ἅμα τὰς τῶν ἰατρῶν ἐπαγγελίας οὐ μάλα τοι πρὸς τὸ εὔελπι κα- D
θαρῶς ἀθροίζεσθαι συγχωροῦν ἐκ τοῦ σύνεγγυς. καὶ τρίτον ἐπὶ
τούτοις, ἡ τῶν ἐν τοῖς Γαλάτου Λατίνων κατὰ Βυζαντίων ἐξ
οὐδεμιᾶς προφάσεως ἐπανάστασις, ἣ μετὰ τὰς Ὡρίωνος ἐπιτο-
λὰς εὐθὺς πεποίηται τὰς ἀρχάς· περὶ ἧς μικρὸν ὕστερον προϊόν-
τες ἐροῦμεν πλατυτέρᾳ τῇ γλώττῃ. νῦν δ' ἐκεῖνο ἐπαναλήψομαι.

ζ'. Ἅρτι τοῦ ἡλίου τὰς θερινὰς τροπὰς παραλλάττοντος, E
Περσική τις δύναμις, ἐξ αὐτονόμου καὶ λῃστρικῆς ἄλλη ἄλλο-
θεν ἠθροισμένη τροφῆς καὶ διαίτης, ἐς Θρᾴκην ἐξ Ἀσίας πε-

splendore armorum freti. Sed Persicorum militum magna undecunque vi ingruente, oculos contra attollere non audent, pedem turpiter referunt, et obstructis castelli portis, missilibus ex muro telis pugnare incipiunt: unde lethali vulnere accepto, Amurius mortuus repente collabitur. Quem necessarii sui exceptum, revocatis a pugna militibus, domum reportant. (III.) Is cum fuisset huius belli exitus, incidit imperator in luctum, ut qui simul et Persicis, quae illinc speraverat, auxiliis destitueretur, et eo, qui singularem erga se benevolentiam tota vita conservaverat, amico orbaretur. Prima ea res fuit, quae imperatoris in Triballos expeditioni obstiterit. Altera morbus, qui eidem circa solstitium aestivum in renes invasit, dolores acres afferens, et liberam incedendi facultatem supprimens, ita ut ex medicorum promissis spes non admodum laeta aut certa continuo colligeretur. Tertium impedimentum accessit, rebellio ab Latinis Galataeis adversus Byzantios nullo praetextu coepta; quae ab Orionis ortu statim initium habuit. De ea, paulum progressi, agemus infra fusius. Nunc vero illud resumam.

7. Statim post aestivum solstitium Persarum manus, qui alii aliunde ex licentia et latrocinio in unum convenerant, traiiciunt ex Asia in Thra-

A. M. 6856 Ind. 1 P. 527 V. 426 B C

ποίηται τὴν διάβασιν. καὶ ἐπειδήπερ ὁπόσα θαλάττης ἐγγὺς ὑπῆρχε χωρία πᾶσι καθάπαξ ἀοίκητον εἶναι συνέβαινεν ἐρημίαν διά γε τὰς συνεχεῖς τῶν ἐχθρῶν ἐφόδους, εἰς δύο σχίζεται μοίρας· καὶ τῶν μὲν ἱππέων ἡ φάλαγξ, εἰς διακοσίους καὶ χιλίους τὸν ἀριθμὸν ἀναφέρουσα, ἐπὶ τὰ ὅσα περὶ Βιζύνην εἰσὶ χωρία τοὺς δρόμους ὅλαις ἥλαυνε ταῖς ἡνίαις· ἡ δὲ πεζικὴ δύναμις, ἐκ δὶς ἑπτακοσίων εὐζώνων ἀνδρῶν συγκειμένη καὶ αὕτη, δυτικωτέραν πεποίηται τὴν ὁρμήν. συνέβαινε γὰρ αὐτῇ τήν τε Ῥοδόπην τὸ ὄρος, καὶ ὅσαι περὶ Διδυμότειχον οὖσαι τυγχάνουσι πόλεις, ἐξ ὑπερδεξίων ἀφεμένῃ τὴν ἔφοδον ἐφ' ὅσα ἐπέκεινα κεῖται χωρία ποιεῖσθαι· ὧν Ματθαίῳ τῷ τοῦ βασιλέως υἱῷ τὴν ἐπιτροπὴν, ὡς ἀνωτέρω διείληπται, κεκτημένῳ οὐ μάλα τοι ἀνεκτὸν ἐνομίσθη κατ' ἐξουσίαν ἀπονητὶ ποιήσασθαι τὴν τῆς λείας ἐκεῖθεν ἐᾶσαι τοὺς Πέρσας ἀπαγωγήν. ῥᾴδιον δ' ἦκιστα ὂν ἐκ μόνης τῆς Γρατιανουπόλεως, ἐν ᾗ τουτονὶ τηνικαῦτα παρεῖναι ξυνέβαινε, στρατὸν τοῖς βαρβάροις ἀντίπαλον παραχρῆμα συναγαγεῖν, ἐκ τῶν ἐνόντων τριακοσίους ἱππέας ἀνειληφὼς, καὶ πεζικήν τινα φάλαγγα, μεγάλην ἐβράβευσε δι' ἀβάτων χωρίων τῷ δρόμῳ τὴν ταχύτητα, μὴ λάθῃ φυγοῦσα μετὰ τῆς λείας ἡ ληστρικὴ δύναμις. τόπου τοιγαροῦν ἐντυχὼν ἐπιτηδειότητι, δι' οὗ τὴν ἀναστροφὴν οἱ βάρβαροι δρᾷν ἐνομίζοντο, τήν τε ἐφεδρείαν ἐνταῦθα πεποίηται καὶ τῶν εὐζώνων ἑνίους προὔπεμπεν εἰς κατασκοπήν· ἀφ' ὧν περὶ τὴν λείαν ἀσχολεῖσθαι πόρρω που τῆς στρατοπεδείας ἔτι τοὺς βαρβάρους ἀκούων, ἀριστοποιεῖσθαι μετρίως ἐπέτρεπε τοὺς στρατιώτας. ἐπεὶ δέ σφισιν οὐκ ἦν εὐμαρὲς ὕδατος εὐπορεῖν,

ciam. Iidem, quia loca omnia mari vicina ob continuas hostium irruptiones vasta et habitatoribus vacua occurrebant, bipartito se distribuunt: et equestris quidem cohors, quae mille et ducentorum equitum erat, in agros Bizynae urbi circumiectos laxis habenis invehitur; pedestris autem, quae ex bis septingentis hominibus expeditis constabat, magis occasum versus impressionem facit. Nempe hi, Rhodope monte et oppidis, quae circa Didymotichum sita sunt, ad dextram relictis, in ulteriorem regionem, id est Chalcidicen, irrumpunt, cui, ut supra dictum est, Matthaeus imperatoris filius praecerat. Hic Persas omni licentia et nullo labore praedam inde impune avertere non tolerandum ratus, cum facile haud esset ex sola Gratianopoli, ubi ipse tum forte versabatur, cogere exercitum debellandis barbaris parem, ex iis qui aderant trecentos equites et pedestrem cohortem sumit; ac ne latronum agmen sese cum praeda subito proripiat, magno itineris compendio cursum per invia accelerat. Locum vero opportunum nactus, qua redituri hostes putabantur, suos ibi in insidiis ponit: tum quosdam expeditos speculatum praemittit. Ex quibus cum audivisset, in praeda agenda adhuc occupatos esse barbaros et a castris longe abesse; milites suos modice iubet prandere. At illi, quia non habebant, unde aquam haurirent ad

ὅθεν ὑδρευσαμένους τὴν ἀνάγκην ἔσται παραμυθεῖσθαι τῆς φύ- A. C. 1348
σεως, ὅσην ἥ τε τοῦ δρόμου ταλαιπωρία καὶ τὸ φλέγον τῆς ὥρας Imp. Io. Cantacuz. 2
ἤνεγκεν, αὐτοὶ μὲν περὶ τὴν τῶν ὅπλων ἐγίνοντο χρείαν, τὸ πολὺ D
τῆς ἡμέρας ἄσιτοι διακαρτερήσαντες· Ματθαῖος δὲ στρατηγῶν
εἰς τάξεις διῄρει τὴν δύναμιν· καὶ τοὺς μὲν ἱππέας ἔς τε τὸ δε-
ξιὸν καὶ λαιὸν διαμερισάμενος κέρας ὑφ' ἡγεμόσι τοῖς ἀρίστοις
ἐς τὰ τῶν ἄκρων τὸ πεζὸν παρενέβαλε μέσα, ταξιάρχοις καὶ αὐτὸ
παραδοὺς οἷς τὰ πολέμια κρατίστοις εἶναι τετύχηκεν· αὐτὸς δὲ E
τῶν ἱππέων ἑνίους ἔχων περιῄει, πρὸς εὐψυχίαν καὶ ῥώμης ἐπί-
δειξιν διεγείρων τὰς φάλαγγας. (B.) Τῆς δ' ἡμέρας ἐς τὸ πλέον
ἢ κατὰ μεσημβρίαν εἶναι τὸν ἥλιον γενομένης, οἱ βάρβαροι πολ-
λὴν ἐπαγόμενοι πόρρωθεν παρεδείκνυντο λείαν. ἐγγύτερον δ' ἤδη
γενόμενοι κατεπλάγησαν μὲν τὴν τῶν Ῥωμαίων θεασάμενοι
στρατιὰν, τῇ τῶν ὅπλων λαμπρότητι διαλάμπουσαν· κατεφρό- F
νησαν δ' αὖ, οὐ πάνυ πολλὴν ξυννενοηκότες οὖσαν αὐτήν. ἔδοξεν
οὖν ἄμεινον, τὴν λείαν ὀπίσω διαλιπόντας μικρὸν, ἀθρόους ὑφ'
ἑνὸς ἱσταμένους αὐτοὺς τὴν τῶν Ῥωμαίων εὐρώστως ἔφοδον
διακαρτερεῖν. διὸ τοὺς ἐλαφροτάτους τοξότας πρότερον σφῶν αὐ-
τῶν ἐς τὴν οὐραγίαν θέντες παραγγέλλουσι νῦν μὲν ἐπικεῖσθαι,
νῦν δ' ἀποχωρεῖν ἐκ μεταβολῆς καὶ φυγομαχεῖν, κατὰ τό σφισιν
ὡς τὰ πολλὰ εἰωθὸς, καὶ συχνὰ τοῦτο δρῶντας ἐξαπατᾷν καὶ P. 528
ἐπιταράττειν τὴν τῶν Ῥωμαίων τάξιν. (Γ.) Τῶν μέντοι Ῥω-
μαίων σοβαρῶς ἐπιόντων, καὶ τῶν σαλπιγκτῶν ἀνακρουομένων
τὸ ἐννάλιον, ἐπηλάλαξάν τε εὐθὺς οἱ Πέρσαι καὶ μετὰ μακροῦ
τινος θράσους αὐτοῖς συνεῤῥήγνυντο, συνασπισμούς τις τὰ πρῶτα

restinguendam sitim, quam et cursus defatigatio, et illius tempestatis ardor attulerat, armis expediendis operam dare coeperunt, et maximam diei partem ieiuni perstiterunt. Matthaeus autem, imperatoris officio fungens, cohortem in ordines distribuit; equitibus dextrum et sinistrum cornu assignat, praefectis iis, qui virtute praestabant: pedites inter utrumque extremum medios locat, et iis ducibus regendos tradit, qui bellicosissimi sunt. Ipse, cum aliquot equitibus circumvectus, milites iubet confidere, et ut fortes se ostendant hortatur. (II.) Sole iam ultra meridiem progresso, apparent barbari procul, multum praedae secum agentes. Mox ubi propius accessere, Romanos milites armorum splendore collucentes conspicati obstupescunt primo; deinde quia animadvertunt non multos esse, despectui habent. Porro optimum iis esse visum est, praedam a tergo non longe relinquere, una autem omnes stare confertos, atque ita Romanorum impressionem fortiter sustinere. Itaque expeditissimis sagittariorum, in extremo agmine primum collocatis, praecipiunt, ut nunc instent, nunc conversi pedem referant ac fugiendo pugnent suo more; tum ut id crebro faciant, atque ita Romanam aciem ludificando perturbent. (III.) Romanis igitur magno animo invadentibus, ac belli signum dantibus tubis, statim et ipsi Persae clamorem tollunt, et cum nostris ferocissime confligunt: initio quidem illi densum, ut

A. M. 6856 Ind. 1 δόξαντες βαρὺς καὶ παράταξις μάλα δυσπρόσοδος· ὡς εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τὸ μὲν συνεχὲς τῆς πεζικῆς τῶν Ῥωμαίων διακόπτεσθαι
B φάλαγγος· καὶ ἅμα τὸ εὐώνυμον τῶν ἱππέων, πιεζόμενον ἔξωθεν ὑπὸ τῶν ἐλαφρῶν ἐκείνων τουρτῶν, τὰς ψυχὰς θορυβεῖσθαι. Ματθαῖος δ' ὁ στρατηγὸς περιὼν λόγοις τε ἀνερρώννυε πρὸς τὸ εὐθαρσέστερον τοὺς οἰκείους καὶ τοῖς θλιβομένοις ἀεὶ προσιὼν παρεβοήθει μέρεσιν. ἔπειτα μεῖζονος δεομένην τῆς βοηθείας τὴν στρατιὰν ξυννενοηκὼς ἐς τὸ τῆς τόλμης παραβολώτερον ἑαυτὸν μετεσκεύασε, καὶ πρὸς μέσους ἐμβάλλει τοὺς πολεμίους ξύν γε
C τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, νεανικώτερον τρόπον μᾶλλον ἢ προμηθέστερον· καὶ ὅλην εὐθὺς ἐκλόνησέ τε καὶ διέσεισε τὴν ἐκείνων φάλαγγα, τοὺς μὲν κατὰ μέτωπον ἁπαντῶντας γενναίως καταβάλλων τε καὶ συμπατῶν· τοὺς δ' ἄλλους πρὸς ἄνανδρον κατακλείων ἀμηχανίαν· ὡς ἐντεῦθεν ἀναῤῥωσθέντας Ῥωμαίους εὐτολμώτερον ἐς τοὺς κινδύνους τέως παραβάλλεσθαι, καὶ τοὺς κατὰ πρόσωπον
V. 427 ἅπαντας διωθεῖσθαί τε καὶ φονεύειν εὐρώστως. ἀλλὰ πολλούς τι-
D νας καὶ συνεχεῖς διεξελαύνων ἐν τῇ μάχῃ τοὺς δρόμους ὁ στρατηγὸς Ματθαῖος, καὶ πλεῖστα τῶν πιπτόντων πολεμίων σώματα συμπατῶν, ἔλαθε τοῦ ἵππου πεσόντος ἐς γῆν ἐκριφεὶς καὶ ἀπὸ γῆς μαχόμενος τοῖς ἐπιοῦσιν. ἔνθα δὴ πολὺς ὁ ἀγὼν ἑκατέρωθεν συνέστη, τῶν μὲν πολεμίων ἀποκτείνειν ἐπειγομένων, τῶν δὲ Ῥωμαίων ἀντεχομένων μάλα γενναίως καὶ τὰς ἑαυτῶν ὑπὲρ τοῦ στρατηγοῦ προδιδόντων ψυχάς· ἕως ἵππου παρενεχθέντος ἐπι-
E βὰς κατὰ κράτος ἤλαυνε κόπτων τοὺς πολεμίους· ὡς μηδὲ λελεῖφθαι, ὃς γοῦν ἀπαγγελεῖ τῇ Ἀσίᾳ τὸ πάθος. (Δ.) Τοῦτο

4. τοξοτῶν coni. Boiv. Vide Notas.

videbatur, confertis clypeis agmen aciesque accessu difficillima, ita ut primo impetu pedestrem Romanorum phalangem perruperint; cum et sinistrae alae equites, illis, quos dixi, expeditis sagittariis eminus prementibus, animo perturbarentur. Matthaeus vero dux circumeundo suorum animos dictis augebat et confirmabat, ac iis partibus, quae maxime laborabant, aderat usque subsidio. Maiori deinde auxilio exercitum indigere animadvertens proiectiorem audaciam induit, et suo cum globo in medios hostes irrumpit, iuvenilius certe ille quam cautius. Ita statim proturbat et disiicit totam aciem, iis qui fronte adversa incurrerent viriliter prostratis obtritisque; aliis autem imbelli stupore oppressis. Ea re Romani confirmati acriore iam animo periculis sese offerunt, et obvios quosque strenue disturbant et occidunt. Inter haec Matthaeus, dum multiplici contentoque cursu per pugnam fertur ac plurima ruentium hostium corpora proculcat, equo in terram lapso repente excussus, pedes cum occurrentibus quibusque congredi cogitur. Ibi acriter utrimque certari coeptum, hostibus quidem illum interficere gestientibus, Romanis autem acerrime propugnantibus, et suas pro salute imperatoris animas ultro proiicientibus, donec equus est admotus: quo ille conscenso, hostes effuse persequutus ita cecidit, ut nec relinqueretur, qui cladem illam Asiae nunciaret. (IV.) Bonum illud Romanis augu-

Ῥωμαίοις ἔδοξεν ἀγαθὸς οἰωνὸς καὶ μακρῶν ἐλπίδων προοίμιον. A. C. 1348
τὸ μὲν γὰρ ἐπιοῦσαν δέξασθαι, πρὶν ἢ προσδοκῆσαι, καὶ ἀπο- Imp. Io. Cantacuz. 2
κρούσασθαι τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον, μακρῷ τινι κραταιότερον,
ἢ πολεμίων χώραν αὐτόν τινα καταδραμόντα στήσασθαι τρό-
παιον. οἷς γὰρ ἐς ὑπερορίους ἐκστρατείας παρασκευάζεσθαι με-
μελέτηται, τούτοις δὴ καὶ περιττῶς τε μάλα καὶ σοβαρῶς ὁπλί- F
ζεσθαι ἀναγκαῖον, καὶ πάντα πρὸς τὸ ἀνενδεὲς καὶ φιλοτιμότερον
ἐκ πολλοῦ τοῦ χρόνου τελεῖν, ἅτ' ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ ποιεῖσθαι μέλ-
λουσι τὰς ὑπαίθρους στρατοπεδείας· οἷς καὶ εἰ νικῷεν, μέτριος
μέν τις ἔπεται ἔπαινος, θαῦμα δ' οὔ, τῶν παραδόξων οὐδενὸς
πεπραγμένου, ἀλλ' ἑνὸς τῶν ὅσα τῶν προσδοκωμένων ἦν. οἷς
δ' οἴκοι καθημένοις ἀπροσδοκήτοις τὸ πολέμιον ἔπεισι πῦρ, θαυ-
μαστὸν, εἰ μὴ ζημιωθεῖεν τὸ ζῆν. εἰ δὲ γενναίως καὶ εὐθαρσῶς P. 529
ἀνταγωνισαμένοις μετὰ πάνυ μικρᾶς καὶ τῆς προστυχούσης δυ-
νάμεως γένοιτο ἀποκρούσασθαι, τοῦτο δ' ἤδη καὶ θαυμάζεσθαι
ἄξιον. εἰ δὲ καὶ οὕτω κατατροπώσασθαι γένοιτο, ὡς μηδὲ πυρ-
φόρον λελεῖφθαι, τὸ δὴ λεγόμενον, τοῦτο δ' ἐκείνων μακρῷ τινι
βέλτιον. (E.) Καὶ ἡ μὲν πεζικὴ τῶν Περσῶν ἐκείνη δύναμις ἐς
τοῦτο τύχης ἐλήλαται καὶ ἠφάνισται. τῆς δ' ἱππικῆς κατόπιν ὁ
βασιλεὺς ἐξ Ὀρεστιάδος τὴν δίωξιν κατεσπουδασμένην μετὰ χι- B
λίων ἱππέων πεποιηκὼς, ἐπειδήπερ ἀσυντάκτοις ἐκ τῆς λείας
ἀναζευγνύουσιν ἐντετύχηκε, τοὺς μὲν τριακοσίους ἀπηντηκότας
εὐτόλμως ἔργον ἀπέφηνε ξίφους· οἷς δὲ πόρρωθεν αἰσθέσθαι
ξυνηνέχθη τῆς μάχης, τούτοις δὲ φυγῇ τὴν σωτηρίαν δίχα τῆς
λείας πορίζεσθαι ἐξεγένετο σποράσι καὶ ἀσυντάκτοις.

rium esse visum est, et magnae spei praeludium. Scilicet ingruentem excipere, priusquam praevideris, et repellere hostium impetum, virtus est multo maior, quam si quis facta in hostilem agrum excursione tropaeum statuat. A quibus enim praemeditatis bellum adversus exteras gentes apparatur, eos cumulate et splendide instructos esse necesse est, et omnia ad plenum longo ante diligenter sibi comparasse; ut quibus externo in solo sub dio castrametandum sit: et ii quidem, si vincant, mediocrem laudem consequuntur; nec mirum; cum nihil praeter opinionem, verum id quod praevisum erat, gestum ab iis fuerit. Quibus vero domi sedentibus, nec opinatis, hostilis flamma supervenit, mirum nisi ii vita mulctentur. Quod si iidem strenue audacterque pugnando, parva admodum et fortuita hominum manus, hostem repulerint, id quidem iam admiratione dignum. At si ita debellaverint, ut nec ignifer, quod aiunt, relictus sit, id vero longe praeclarissimum est. (V.) Ac pedestris quidem illa Persarum manus eum exitum sortita et in hunc modum deleta est. Equitatum autem ipse imperator ab urbe Orestiade cum equitibus mille celeriter persequutus, et ut se a praeda recipiebant inordinatos nactus, trecentos qui audacter occurrerant ferro delevit. Caeteri, cum e longinquo pugnam illam sensissent, praeda amissa, palantes dispersique fuga saluti consuluerunt.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΖ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

ARGUMENTUM.

De bello a Latinis Galataeis illato. Quibusnam artibus ii opulenti potentesque evaserint. Classem a Cantacuzeno construi cur aegre ferant. Caedes ab iis perpetratae. Byzantii pacis cupidi, iidemque infirmi; iniurias patienter ferunt. Salutis publicae praesidia a principibus neglecta. Latini viribus praevalentes. Inita cum imperatoribus foedera aperte violant. Piscatoriam navim per latrocinium capiunt. Homines occidunt. Bellum clam apparant. Navale muniunt. Portae Byzantii clauduntur. Orto inter Latinos dissidio, legati de pace ad imperatricem Irenen veniunt. Eorum postulata iniqua et superba. Irenes responsum. Byzantii omnes bellum deposcunt (Cap. 1). *Galataei praemeditati Byzantios imparatos adoriuntur. Oram maritimam incendiis vastant. Aliquot naves, ad fluvii ostia noctu deductae a Byzantinis navarchis, in tutum evadunt. Reliquae igni absumptae. Alteram oram iidem Latini incendunt. Castellum suum amplificant et muniunt. Byzantium et naves elapsas oppugnant. Repelluntur. Frumentarias et onerarias intercipiunt: unde rerum necessariarum inopia apud Byzantios. Irene imperatrix Manueli filio bellum foris administrandum committit. Hic suburbana hostium aedificia incendit. Milites et nuncii a Cantacuzeno missi Byzantiorum animos confirmant* (2). *Galatacorum spes deceptae. Nova consilia. Byzantii urbis ingens circuitus. Militum paucitas. Civium ardor. Galataei copiis domesticis et aliunde accitis instructissimi. Byzantios facile repellunt. Machinam ingentem navi imponunt. Ea urbis muro admota, acerrimam pugnam committunt. Multis suorum amissis consternati recedunt. Antequam domum redeant, mortuos clam sepeliunt. Pace per legatos petita, nec impetrata, sese ad bellum diuturnius parant* (3). *Cantacuzenus (Orestiade) reversus bellum terra et mari apparat. Advocata concione, Byzantios negligentiae arguit: pecuniam in classem contribui iubet. Pecunia promittitur. Ingens omnium ardor. Exactiones. Latini suas naves subducunt. Auxilia et pacis arbitros arcessunt. Rhodiorum legati de pace: legatione irrita domum redeunt. Galatacorum pretiosam supellectilem, quorundam etiam uxores*

ac liberos, rogati secum exportant. Byzantii coactis undique navibus classem instruunt. Obsident et obsidentur (4). *Byzantii e portu in altum provehuntur; rudes plerique et inexercitati. Hostium navem onerariam incendunt. Latinorum anxia deliberatio. Omnes cedendum esse statuunt. Solus navarchus refragatur. Instructa suorum classe Byzantinam exspectat, consilium ex re capturus* (5). *Terra et mari ad pugnam itur. Quid Byzantinae classi obfuerit. Quo ordine naves processerint. Notatur trierarchorum culpa. Byzantii omnes subito metu perculsi; in mare desiliunt. Clades maxima. Iustum Dei iudicium. Latinorum navarchus rei miraculo obstupescit. Vacuis navibus potitur. Byzantinae classis altera pars in eandem calamitatem incidit. Terrestrium copiarum trepidatio non minor. Latinorum aequitas et clementia* (6). *Latini castelli obsidio soluta. Obsidentium fuga et pavor. Latini victoria moderate usi; pacem petunt. Legati ab urbe Genua missi veniunt. Eorum interventu Galataei, quanquam victores, iniquas pacis leges subeunt. Imperatoris, in summas angustias adducti, animus fortis et invictus* (7).

α'. Τοῦ μέντοι βασιλέως ἐν τοῖς τοιούτοις ἀσχολουμένου, μάχην κατὰ Βυζαντίου τοῖς ἐν Γαλάτου Λατίνοις πεποιηκέναι συμπέπτωκεν, αἰτίαν μὲν ἐμφανῆ τινα καὶ εὐπρόσωπον ἥκιστα ἔχουσιν ἐγκαλεῖν οὐδεμίαν· δεδιόσι δ' αὔξησιν ἴσως τοῦ τῶν Βυζαντίων ναυτικοῦ κἀντεῦθεν καὶ τῶν κατὰ σφᾶς ἀθροιζομένων ἐξ ἐμπορίας φόρων ὕφεσιν. (Β.) Αὐτοὶ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὀλίγα τινὰ καὶ φαῦλα περὶ τὸν τόπον οἰκήματα συγχωρηθέντες συστήσασθαι, ἔπειτα ἔλαθον τοῦ χρόνου χωροῦντος ἐπὶ μέγα δόξης τε καὶ δυνάμεως ἀναβάντες. τῶν γὰρ βασιλέων, συμβὰν οὕτωσί πως, στασιαζόντων κατ' ἀλλήλων ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς, καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐντεῦθεν πραγμάτων ταραττομένων καὶ σφόδρα πονήρως διατιθεμένων, οὗτοι λάθρα καὶ δολίως ὑπερχόμενοι νῦν μὲν τούσδε, νῦν δὲ τούσδε, καὶ ὑπισχνούμενοι συμμαχίαν παρέχειν καὶ ὅπλων καὶ ὁπλιτῶν εὐπορίαν ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης, ἔλαθον μὴ μόνον τὴν τῶν Βυζαντίων εὐπορίαν καὶ μικροῦ πᾶσαν τὴν ἐκ θαλάττης πρόσοδον παρελόμενοι, ἀλλὰ καὶ ὅσα τῶν δη-

A. M. 6856 Ind. 1 A. C. 1348 Imp. Io. Cantacuz. 2 V. 428 C D P. 530

1. Imperatore in his occupato, Latini Galataei Byzantiis bellum inferunt; non quod certam aut speciosam ullam conquerendi causam haberent; sed fortasse veriti, ne Byzantiorum res nautica incrementum acciperet, atque inde etiam imminuerentur vectigalia, quae ipsi privatim ex mercaturis cogebant. (II.) Nimirum iis parvas quasdam et viles tabernas construere permissum initio fuerat. Tempore autem procedente ad magnum splendorem magnamque potentiam sensim pervenerant. Nam forte ita incidit, ut principes inter se de imperio certarent; turbataque ob id Romana re et gravissime laborante, isti clam ac dolosis artibus modo hos modo illos subeundo, et auxilium daturos armorumque et militum magnam vim terra et mari submissuros se promittendo, non modo Byzantiorum opes et omnem ferme ex mari proventum, sed et multa publicorum negotiorum genera,

A. M. 6856 Ind. 1 μοσίων πολυειδῶς ἔχοντα πραγμάτων ποικίλον πορίζει τοῖς ἀρ-
B χικοῖς πρυτανείοις τὸν πλοῦτον· ὡς ἐντεῦθεν τὴν μὲν ἐκείνων ἐκ τῶν φόρων ἐπέτειον γίνεσθαι πρόσοδον διακοσίων ἔγγιστα χιλιάδων, τὴν δὲ Βυζαντίων βίᾳ καὶ μόλις τριάκοντα. διὰ δὴ ταῦτα μεγαλαυχούμενοί τε καὶ τῆς τῶν Βυζαντίων ἀσθενείας ἡμέραν ἐξ ἡμέρας κατορχούμενοι οἰκίας τε διωρόφους καὶ τριωρόφους ἀνίστασαν, καὶ πλείονος αὖ ἐπειλημμένοι πρὸς τὸ ἅπαντες τό-
C που πύργους τε ᾠκοδόμουν δυσανταγώνιστον κεκτημένους τὸ ὕψος καὶ ἅμα τείχη καὶ περιβόλους μακρὰν τὴν εὐρυχωρίαν ἔχοντας ἄλλους ἐπ᾽ ἄλλοις συχνοὺς περιήλαυνον· καὶ πρός γε ἔτι τάφρους καὶ ὀχυρώματα ἐπ᾽ αὐτοῖς καὶ ὅσα πολεμίοις δυσεπιχείρητον ἀπειλοῦσι τὴν πάροδον ὤρυττον. (Γ.) Ἄρτι δὲ καὶ ναυτικὸν συνίστασθαι βουληθέντος τοῦ βασιλέως Καντακουζηνοῦ διὰ τὰς συχνὰς τῶν Περσικῶν δυνάμεων ἐφόδους κἀκ τῆς Ἀσίας
D ἐς Θράκην νύκτωρ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν διαβάσεις, καὶ ἅμα τοὺς ἐκ θαλάττης οἰκονομικώτερον τρόπον κουφίσαντος φόρους βουλομέ-
V. 429 νοις καταίρειν εἰς τὸν τῶν Βυζαντίων λιμένα, ὃ μάλιστα τοῖς Λατίνοις ἦν ἀεὶ βοηθοῦν καὶ κραταιότερον αὐτοῖς τὸ δύνασθαι διηνεκῶς ἐργαζόμενον, ὑπόνοιαν ἔσχον μάλα θρασεῖαν, καὶ ἔδεισαν μὴ θαλαττοκρατησάντων Ῥωμαίων ὑποῤῥυεῖσα ἡ αὐτῶν δύναμις μετὰ τῆς τοῦ κέρδους εὐπορίας αὐξήσῃ τάχιστα Ῥωμαίους. ὃ δὲ μάλιστα ἐκ τοῦ παραχρῆμα καὶ σύνεγγυς ἔθρανε
E τὴν ἐκείνων ψυχήν, ἡ τῆς Χίου πρόφασις ἦν. ἐδεδίεσαν γὰρ, μὴ πρὸ βραχέος ἔτι τῶν ὁμοφύλων ἐπιβούλως ἀφελομένων κατα-

1. ποικίλον em. Boiv. pro ποικίλων. 15. διαβάσεις em. Boiv. pro διαστάσεις.

principum aerariis magnam pecuniae copiam afferentia, sensim ad se transtulerint; sic ut quotannis ipsi ex vectigalibus ducentorum ferme millium summam colligerent; Byzantii vix atque aegre triginta millia conficerent. Ea propter animis elati, et Byzantiorum imbecillis viribus quotidie magis insultantes, aedes duorum et trium tabulatorum exstruunt: tum maiori spatio per adversum clivum occupato, turres aedificant arduas et expugnatu difficiles; murosque et vallorum septa alia atque alia late circumducunt; fossas praeterea et munitiones moliuntur, et quaecunque aditum hostibus difficilem minari solent. (III.) Demum cum imperator Cantacuzenus classem instruere decrevisset, ob crebros Persicarum copiarum incursus earumque ex Asia in Thraciam nocturnas diurnasque transvectiones; idemque iis, qui ad Byzantinum portum appellere vellent, tributorum nauticorum onus prudenti ratione minuisset, cuiusmodi consilio plurimum semper Latini profecerant et potentiam suam in dies auxerant, suspi[illegible]nem habuere ii gravissimam, timueruntque, ne Byzantiis maris imperio potitis, suis vero ipsorum viribus cum lucri occasione dilabentibus, res Romana augeretur. Quae autem praecipua ratio statim et propiore metu eorum animos perculit, ea fuit Chios insula. Verebantur scilicet, ne istam, quam paulo ante populares sui

πλεύσας ὁ τῶν Ῥωμαίων στόλος αὖθις αὐτὴν ἀφέληται, πρὶν εἰληφέναι τὸν εἰς συντήρησιν κραταιοτέραν ἀρχέσαντα χρόνον αὐτῇ. ὅθεν αἰτίας καθ' ἡμέραν μάχης ῥάπτοντες ἦσαν ἄλλας ἐπ' ἄλλαις, οὐδὲν κεκτημένας ἰσχυρὸν καὶ εὐπρόσωπον, φόνους τε Βυζαντίων ἐργαζόμενοι, κρύφα μὲν τὸ πρῶτον, ἐκκεκαλυμμένως δ' ἔπειτα καὶ πλὴν σκηνῆς καὶ προσωπείου. (Δ.) Τούτων δ' οὕτω δρωμένων, ἐθελοκωφεῖν ἐδόκουν Βυζάντιοι· τοῦτο μὲν καὶ εἰρηνεύειν ἐθέλοντες· τοῦτο δὲ καὶ τὴν σφῶν αὐτῶν ξυννοοῦντες ἀσθένειαν, πολυειδῆ τινα καὶ ποικίλην τοῦ χρόνου τούτοις ἐπενεγκόντος, ἐκ τοῦ περιφρονητικῶς διατίθεσθαι τοὺς κατὰ διαδοχὴν τῶν ἀρχικῶν ἐπειλημμένους ἐκ παλαιοῦ ἐς ὅσα πολιτικήν τε καὶ οἰκονομικὴν ἔχει πρόνοιαν τῶν ὑπηκόων ὁμοῦ καὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων· οὐκ οἶδ' ὁντινα τρόπον ἐκείνοις ἥκιστα βουλομένοις εἰδέναι, ὡς τοὺς βεβαίως καὶ ἀσφαλῶς βιοῦν ἐθέλοντας, καὶ φοβεροὺς μὲν εἶναι τοῖς ἐχθροῖς, ποθεινοὺς δὲ τοῖς φίλοις ἀεί, οὐχ ὅταν ἐν ὀφθαλμοῖς ἔρχηται τὰ δεινὰ παρασκευάζεσθαι χρεών, ὅτ' ὄνησιν οὐδεμίαν ἔχει τὸ σπούδασμα, ἀλλὰ πόρρωθεν ἀεὶ μελετᾷν, τίνα τε χρὴ προορᾶσθαι καὶ τίνα φυλάττεσθαι, καὶ αὖ τίνα προσίεσθαι καὶ οἰκειοῦσθαι πρὸς παρασκευήν, ὧν μήπω μὲν πάρεστιν ἡ χρεία, μέλλει δὲ τοῦ χρόνου ῥέοντος καὶ παντοδαπὰς καὶ παντοίας πλέκοντος τοῖς ἀνθρώποις τὰς τύχας· οὐδὲ συνιέναι παντάπασι, τίνι καὶ ὅσῳ δικαιοσύνη πρὸς ἀδικίαν συγκρινομένη διαφέρει, χρηματικῶν τε αὖ προσόδων προμήθεια καὶ ὅπλων κτῆσις πρὸς ἀμέλειαν τούτων· ἔτι τε πολιτειῶν εὐ-

A. C. 1348 Imp. Io. Cantacuz. 2

F

P. 531

B

per insidias abstulissent, Romana classis appulsa reciperet, nec satis ipsi temporis haberent ad eam firmioribus praesidiis custodiendam. Belli itaque gerendi causas alias ex aliis quotidie nectebant, nec validas nec speciosas; et Byzantiorum caedes, clam primo, deinde aperte citra scenam et larvam perpetrabant. (IV.) Haec cum ita fierent, Byzantii sponte obsurduisse videbantur, partim quia pacem volebant, partim quia suam infirmitatem perspiciebant; quam eis multiplicem et variam ipse temporis lapsus attulerat, eo quod ii, qui principatum ex successione iamdiu tenebant, eas curas neglexissent, quae privatorum rebus et publicae utilitati politica providentia oeconomicisque rationibus consulunt. Nempe hi nescio quomodo noluerant intelligere, eos qui tranquilli ac securi vivere velint, atque ab hostibus quidem metui, ab amicis autem perpetuo diligi, necesse esse, non quando obversatur oculis periculum instruere se, cum nullam habet utilitatem diligentia; sed longo ante usque secum meditari, ecquaenam praevideri, ecquaenam praecaveri oporteat; tum etiam quid apparatus causa adsciscendum adquirendumve sit eorum, quae usui nondum quidem sunt, sed procedente tempore, multiplicesque et varios hominibus casus texente, profutura sunt: noluerant, inquam, haec ii intelligere, nec quid et quantum iustitia iniustitiae comparata praestet; quid pecuniae provisae armorumque copia earum rerum neglectui; quid denique respublicae bene moratae et constans iu-

A. M. 6856 Ind. 1 νομίαι καὶ κανόνες ἀῤῥεπεῖς δικαστηρίων ὁμοῦ καὶ βουλευτηρίων πρὸς ἀστάθμητον καὶ συγκεχυμένον βίον. ὅμοιον γὰρ ἂν εἴη, ὥσπερ ἂν εἴ τις παραβάλλειν βούλοιτο καὶ θεωρεῖν, ὅσον ἐν πελάγει διαφέρει καλῶς οἰακιζομένη ναῦς τῆς ἄνευ οἰάκων καὶ πόῤῥω παντὸς προμηθοῦς τοῖς πολλοῖς ἐκείνοις καὶ ἀνημέροις κύμασιν ἐπιπηδώσης· οἷς πολλῷ δήπου βέλτιον ἂν ἦν οἴκοι καθημένους ἀδοξεῖν καὶ μισεῖν παῤῥησίαν ὁμοῦ καὶ πολιτικὴν εὐγένειαν, ἢ τοσούτοις κινδύνοις παραβάλλεσθαι καὶ τοσαύτῃ διακυβεύειν ἀφροσύνῃ τὸ ζῆν. (E.) Ὃ μὲν οὖν Ῥωμαίους ἔχειν, ἄρχοντας ὀφείλοντας εἶναι, ἐχρῆν, τοῦτο Λατίνοις προσγέγονε παρελομένοις καὶ μεταθεῖσιν ἐντεῦθεν ἐκεῖσε διὰ πρόνοιαν οἰκονομικὴν καὶ σεσοφισμένην σπουδήν. ἅπαντα γὰρ παρεσκεύασται σφισι λαμπρῶς, σῖτος καὶ ὅπλα καὶ χρήματα καὶ ναυτικὴ δύναμις τῆς τῶν Βυζαντίων διηνεκῶς ὑπερέχουσα. (ς'.) Ὅθεν ἐπεὶ καὶ νῦν οὐδὲν αὐτοῖς ἐμποδὼν ἐνομίζετο θαλαττοκρατεῖν βουληθεῖσι, καὶ δεκατευτήριον ἴδιον ἑαυτοῖς καταστήσασθαι τὸν αὐχένα τοῦ Πόντου, πρὸς φανερωτέραν ἤδη παρασπόνδησιν καὶ ἀθέτησιν τῶν πάλαι γενομένων σφίσιν ἐς τοὺς Ῥωμαίων βασιλεῖς ὅρκων καὶ νόμων ἐξεῤῥάγησαν· καί τι μονῆρες ἀκάτιον ληστρικῶν ὁπλιτῶν ἐμπλήσαντές τε νυκτὸς καὶ πρὸς Ἱερὸν καὶ αὐχένα τὸν διαπόντιον ἀναπλεύσαντες μίαν τινὰ Ῥωμαϊκὴν V. 430 ἁλιάδα κατέσχον, πολλῶν ἐκεῖ τηνικαῦτα δικτύοις χρωμένων ἐς ἰχθύων ἄγραν, καὶ ξίφους ἔργον τοὺς πλείστους ἐπεποιήκεσαν. (Z.) Ἄρτι δ' ἡλίου ἐς ἀνατολὰς ἐληλυθότος, καὶ τὸ τῆς νυκτὸς

9. Ῥωμαίους em. Boiv. pro Ῥωμαίοις.

diciorum ac deliberationum ordo vitae incertae et confusionis plenae. Perinde enim fuerit, ac si quis comparatione instituta aestimare velit, quantum in mari navis optimo gubernaculo instructa potior sit ea, quae sine clavo, sine ulla rerum provisione, aestuantibus asperisque fluctibus insiliat. Profecto hominibus illis melius multo fuisset domi sedere ingloriis, fiduciamque et publicae lucis claritatem odisse, quam tantis periculis obiicere se, tantaque temeritate vitam quasi aleam ludere. (V.) Quod igitur habere oportebat Romanos, ad quos principatus pertinebat, id Latini illis ademptum et ad se translatum adepti sunt sedula et cauta provisione solertique diligentia. Omnia enim his splendide parata erant, frumentum, arma, pecunia, et navales copiae, eaeque semper validiores quam Byzantinae. (VI.) Hi itaque, cum et hoc tempore nihil sibi obstare crederent, maris imperio potiri et Ponti fauces velut suas insidere ac in iis decimas percipere volentibus, ad apertiorem iam erumpunt violationem contemptionemque iuramentorum ac legum, quibus ipsi se Romanis imperatoribus olim obstrinxerant; et unius remorum ordinis cymbam praedonibus armatis implent noctu; tum ad Fanum et ad Ponti fauces provecti Romanam quandam naviculam comprehendunt, in qua multi piscationis causa retibus utebantur; ac plerosque ferro interimunt. (VII.) Sole recens orto et illius noctis indignum facinus

ἐκείνης ἀνόσιον ἀδίκημα τοῖς Βυζαντίοις ἐρμηνεύσαντος, λύπης A. C. 1348
μὲν ἄξιον ἐνομίσθη, μάχης δὲ καὶ πολέμων ἥκιστα. αἰσθόμενοι Imp. Io. Cantacuz. 2
δ' ὅμως, ὡς οἱ Λατῖνοι τειχήρεις γενόμενοι, καὶ τὴν ἐς Βυζάντιον ἐκείνην συνήθη τε καὶ διηνεκῆ διάβασιν κοιμίσαντες, ἐφ' ὅλας ἡμέρας τρεῖς που καὶ τέτταρας πρὸς ὅπλα λεληθότως παρεσκευάζοντο καὶ τριήρεσι καὶ μεγίσταις ναυσὶ τὸ οἰκεῖον τέως P. 532
περιέφραττον ἐπίνειον, τὰς τοῦ Βυζαντίου πύλας καὶ οὗτοι συγκλείσαντες ἐκάθηντο μετέωροι, πρὸς τὴν ἀδηλίαν τοῦ μέλλοντος ἀποβλέποντες. (H.) Ἀμφιβολίας δὲ μεταξὺ καὶ διχοστασίας ἐν τῇ τῶν Λατίνων βουλῇ γενομένης, ἅτε οὐκ ἐθελόντων, οἷς ἐξ ἐμπορίας καὶ ναυτικοῦ βίου τὸ πλουτεῖν περιῆν, ἀφεμένους ἐν τῇ τῆς εἰρήνης ἀνέσει πωλεῖν τε καὶ ἀγοράζειν, καὶ τῆς οὕτω τρυφώσης ἀσχολίας ἐς τὴν κερδαίνουσαν πήραν ὁλοσχερῶς ἐκκε- B
νοῦν τὸ φιλότιμον, ὅπλοις καὶ μάχαις ἐνδιατρίβειν, ἐξ ὧν τἀναντιώτατα τοῖς προειρημένοις ἅπαντα περιέσεσθαι δέος, πενίαν δηλαδὴ καὶ ἀδοξίαν καὶ τὸν περὶ τὸ ζῆν κίνδυνον καὶ, εἰ χρὴ τἀληθέστερον φάναι, τοῦ θεοῦ μηνίσαντος ἴσως διὰ τὴν οὕτω προφανῆ παρασπόνδησιν καὶ πρὸς τοὺς εὐεργέτας ἀχαριστίαν, τὸν τοῦ γένους ὄλεθρον παντελῆ, ἦκον μετὰ συχνάς τινας ἡμέρας ἐς Εἰρήνην τὴν βασιλίδα πρέσβεις ἐκεῖθεν, πῇ μὲν ἑαυτοὺς μεμ- C
φόμενοι, πῇ δὲ πλανωμένας καὶ ἀνιδρύτους αἰτίας προβαλλόμενοι καὶ ζητοῦντες ὅπως ποθ' ἑαυτοὺς ἀθῳοῦν. τοῦ γὰρ βασιλέως ἀποδημοῦντος, ὡς ἔφημεν, καὶ περὶ Διδυμότειχον διατρίβοντος, ἐς Εἰρήνην τὴν βασιλίδα τὴν τῶν ἐν Βυζαντίῳ δημοσίων πραγμάτων διοίκησιν καὶ φροντίδα προεκηρύχθαι ξυμπέ-

Byzantiis declarante, luctu sane dignum illud visum est; pugna tamen et bello minime. Verum ubi Latinos moenibus clausos continere se animadverterunt, et intermissa illa Byzantium veniendi assidua perpetuaque consuetudine, tres totos circiter quatuorque dies bellum clam apparare, suumque triremibus et maximis navibus obstruere navale, clausis et ipsi urbis portis, in incertum futuri exitum intenti ac suspensi sedebant. (VIII.) Interim apud Latinos deliberantes controversia et dissensio exstitit. Nimirum quibus ex mercatura nauticisque negotiis opulentia veniebat, ii vendendi emendique cum ea quam pax tribuit licentia, et totum in quaestuosam peram tam amoenae occupationis studium effundendi finem facere, armisque et bello operam dare nolebant; unde metus esset, ne mala consequerentur supra dictis bonis maxime contraria, egestas nempe et dedecus, et salutis discrimen, et ipse, si verius loquendum esset, totius generis interitus; Deo scilicet, ob apertam illam foederis violationem et animum in homines bene meritos ingratum, fortasse irato. Idcirco venere inde post aliquot dies legati ad Irenen imperatricem, qui partim suos culpabant, partim vaga quaedam et minime solida praetexebant, sese utcunque purgare laborantes. Imperatore enim, ut diximus, absente et circa Didymotichum versante, ad Irenen imperatricem publicarum in urbe rerum administratio et cura de-

A. M. 6856 πτωκεν. (Θ.) Ἐπεὶ οὖν ἐς αὐτὴν ἦκον οἱ πρέσβεις, τάχ' ἂν λα-
Ind. 1 D βόντες ἀπῄεσαν τὴν συγχώρησιν καὶ ἀνάληψιν καὶ ἀνανέωσιν
τοῦ πρὶν φιλικοῦ καθήκοντος, εἰ μὴ καὶ τὰ τῶν νεωτεριζόντων
ὄχλων ἐκεῖ προσετίθεσαν ζητήματα. τὰ δὲ ἦσαν, λῦσαι τὴν τοῦ
ναυτικοῦ παρασκευὴν Βυζαντίους, καὶ ὅσα τῆς ὁμοίας ἐξήρτη-
ται ἀπονοίας. ὧν αὐτήκοος ἡ βασιλὶς Εἰρήνη γεγονυῖα περιμεῖ-
ναι ἐκέλευσε, μέχρις ἂν διὰ γραμμάτων δηλώσασα τῷ βασιλεῖ τὰ
τῆς ὑποθέσεως, ἐκεῖθεν τὸ κῦρος δέξηται τῶν πραχθησομένων.
E (I.) Ὅθεν δὴ καὶ ἐκκλησίαν συνέλεξεν ἐς τὴν ὑστεραίαν. καὶ
ἐπειδὴ παρῆσαν ἅπαντες, ὅσοι τε τῶν συγκλητικῶν καὶ ὅσοι τοῦ
Βυζαντίων δήμου συνετώτεροι εἶναι ἐδόκουν, ἐβουλεύετο καὶ τὴν
ἑκάστου γνώμην ἐζήτει μαθεῖν, ὁπότερον βούλοιντο, μάχῃ τὴν
τῶν πραγμάτων ἐπιτρέπειν κρίσιν, ἢ θεμένους τὰ ὅπλα τὴν προ-
τέραν ἄγειν εἰρήνην. καὶ ἦν οὐδείς, ὃς μὴ σφοδρότερον κατεσπου-
F δασμένην ἔφαινε γνώμης ὁρμὴν ἐς τὸ μάχεσθαι. ἐκ πολλοῦ γὰρ
πολλῶν ἕνεκα τοῖς Λατίνοις ἀχθόμενοι, καὶ ζητοῦντες καιρὸν
ἀμύνασθαι, καὶ ἅμα οἰόμενοι ῥᾳδίως ἀφανιεῖν αὐτοὺς καὶ συν-
τρίψειν ὀστράκου δίκην, ἐβόων ἅπαντες ἀπολεγόμενοι τὰς σπον-
δάς, καὶ δύσηχός τις καὶ πολύμορφος ἀκοσμία ῥημάτων ἦν.
P. 533 β'. Ταῦτα μαθόντες οἱ Λατῖνοι, ἐπεὶ διὰ μελέτης εἶχον ἐκ
V. 431 πλείστου τὸ πρᾶγμα καὶ πρὸς δημόσιον εἶδον ἤδη ῥυεῖσαν τὴν
κακίαν φῶς, παραχρῆμα συνεσκευασμένους ἔδειξαν καὶ προητοι-
μασμένους σφᾶς αὐτοὺς εἰς ἔργα πολέμου. τριήρεις γὰρ ἐς μά-
χην εὐθὺς ὀκτὼ καὶ μονήρεις παμπόλλους προὔφαινον, ὅπλα τε

lapsa erat. (IX.) Legati, cum ad hanc venissent, impetrata fortasse venia reconciliataque et renovata amicitia, domum rediissent, nisi et multitudinis novarum rerum studiosae postulata adiecissent. Postulabant autem, ut navalem apparatum Byzantii solverent, et alia similis dementiae. Quae cum ipsa per se Irene imperatrix audivisset, legatos iussit exspectare, quoad, ubi per litteras id, de quo agebatur, imperatori significasset, acciperet ab eo responsum, quo ea quae factura esset confirmarentur. (X.) Itaque et concionem postera die convocat; et cum omnes, tum viri senatorii, tum quicunque inter cives Byzantinos intelligentissimi esse videbantur, in unum convenissent, consultat et uniuscuiusque sententiam sciscitatur, utrum illi velint; armorumne iudicio rem permittere, an positis armis pacem ut antea servare. Nullus autem fuit, qui non ad arma promptiorem animi impetum significaret. Latinis quippe multas ob causas iampridem infensi, et ulciscendi occasionem aucupantes; tum simul futurum arbitrati, ut facile eos delerent, ac fictilium instar contererent, clamabant omnes, pacemque repudiabant, sic ut dissona quaedam ac multiplex confusio vocum audiretur.

2. His Latini intellectis, quia rem longo ante praemeditati fuerant, videbantque publicam in lucem manavisse iam mala consilia, repente se instructos praeparatosque ad gerendum bellum ostendunt. Triremes enim octo et moneres quam plurimas in expeditionem educunt, armaque et omnis

καὶ βέλη παντοῖα. καὶ μέντοι καὶ τεσσάρων ἐντὸς ἡμερῶν κατα- A. C. 1348
πλεύσαντες ὅλῃ δυνάμει κατὰ Βυζαντίων, ὄντων ἀπαρασκεύων Imp. Io. Cantacuz. 2
ἔτι, πᾶσαν ἐμπιπρῶσι τὴν παραλίαν, πάνυ τοι σφόδρα μεστὴν B
οὖσαν ξύλων παντοίων καὶ οἰκιῶν, ὅσαι τὰς ἐμπορικὰς ὑποδέ-
χονται χρείας. ἐμπιπρῶσι δὲ καὶ τῶν Βυζαντίων νεῶν ὅσαι κα-
τιοῦσαι νεωστὶ μετὰ τὰς ἐμπορίας ἔτυχον ἔτι ἐπ' ἀγκυρῶν σα-
λεύουσαι καὶ ὅσαι ἐς γῆν εἱλκυσμέναι ἦσαν· καὶ πρό γε τούτων
ὅσαι τῶν τριήρων κελεύσει τοῦ βασιλέως ἄρτι ἐναυπηγοῦντο.
κατεσκευάζοντο μὲν γάρ· οὔπω δ' εἰς θάλασσαν ἔφθησαν κα- C
θελκυσθεῖσαι. (B.) Πέντε δὲ τῶν μεγίστων οὐσῶν, ὅσαι καιναὶ
συγκατασκευάζονται, αἱ μὲν τρεῖς σὺν ἑτέραις μονήρεσιν οὐκ
ὀλίγαις, ἐπεὶ ἀπηρτισμέναι ἐς τὸ ἀνενδεὲς ἔτυχον οὖσαι, νύκτωρ
καθελκυσθεῖσαι πρὸς τῶν ναυάρχων διὰ τὴν τοῦ πολεμίου πυρὸς
ἔννοιαν ἀνήχθησαν περὶ τὰς τοῦ ποταμοῦ ἐκβολάς, ἔνθα καὶ
τοῦ πορθμοῦ τὸ πέρας ἐστίν. ἐκεῖ γὰρ ἐξ ἀντιπεριστάσεως τῶν
δύο περάτων τοῦ τε ποταμοῦ καὶ τοῦ θαλαττίου κόλπου πολλὴ D
συσσωρευομένη ψάμμος τε καὶ ἰλὺς ἑκατέρωθεν καὶ ἀποθινοῦσα
τὸ στόμα, καὶ μύλις στενήν τινα καὶ δυσέμβολον ἀφιεῖσα διέ-
χειαν βάθους, ὅσην δὴ καταῤῥέων ὁ ποταμὸς ἐξ ἀνάγκης ῥήγνυ-
σιν, ἑκατέρωθεν τὸ πᾶν εὖρος ἄβατον οὐ μόνον μεγάλαις κατα-
λείπει τριήρεσιν, ἀλλὰ καὶ ὅσα δίκροτ' ἂν εἴη καὶ κενὰ τῶν
πλοίων, διὰ τὴν τοῦ ἐπιπολάζοντος ὕδατος βραχύτητα, καὶ
ταῦτα δυσπόρευτον οἶμαι ἂν τὴν δίοδον ἔχοι ὡς τὰ πολλά. αἱ δ' E
ἕτεραι δύο μετὰ καὶ τῶν ἐγκαινιζομένων ἐκ παλαιότητος ἐπὶ τὸ

9. οὔπω Boiv. pro οὔτω.

generis tela expediunt. Et quidem intra dies quatuor totis viribus Byzantios etiamnum imparatos classe adorti totam incendunt maritimam oram, omni lignorum genere et aedificiis refertissimam, iis scilicet, quae capiendis mercatorum rebus idonea sunt. Incendunt item ex Byzantinis navibus eas omnes, quae recens advectae erant, et cum onere adhuc in ancoris stabant fluctuantes; tum illas etiam, quae in terram tractae fuerant, et ante has, quotquot triremes iussu imperatoris tum aedificabantur. Nam tum quidem construebantur, nondum autem tractae erant in mare. (II.) At ex quinque maximis, quot novae erant aedificatae, tres cum aliis moneribus non paucis, quod ita instructae essent, ut nihil deesset, noctu a navarchis propter hostilis ignis suspicionem tractae in mare, ad os fluvii deductae sunt, ubi et fretum desinit. Illic enim geminorum ostiorum concursu, fluvii et marini sinus, magna arenae et limi utrinque accumulata vis ostia obstruit, ac vix angustum quendam et penetratu difficilem aditum relinquit; quantum nempe currens fluvius sibi ipse necessario rumpit. Tota vero utrinque latitudo non modo magnis triremibus impervia remanet, sed et biremes quaecunque, et vacua etiam navigia, propter aquae supernatantis paucitatem illac (ut opinor) difficulter plerumque transierint. Reliquas vero duas, et eas, quae vetustate laborantes novabantur in melius, hostilis flamma

A. M. 6856 Ind. 1 βέλτιον πολεμίου πυρὸς ἔργον ὁμοῦ τοῖς φλεγομένοις ἅπασιν ἐκείνῃ γεγένηνται τῇ ἡμέρᾳ. (Γ.) Μηδὲν δ' οὖν οἱ πολέμιοι μελ-
7. Sed quoniam plerique, animum habentes discendi et audiendi cupidum, nos ultra progredi haud sinunt, antequam ea, quae tunc dicta aut facta fuerint, fusius exposuerimus; utile scilicet futurum hominibus exemplum athleticae et martyribus dignae constantiae; iis praesertim, qui, si tempus ferat, pro sacris dogmatis decertare ardent; age, capitis doloribus optimorum virorum desiderio posthabitis, pro ea facultate, quae nobis ita affectis reliqua est, disseramus. Enimvero si omnia simul dicendo complecti ne ii quidem possunt, quibus belle est; nos certe, qui et senio et capitis doloribus tantis confecti sumus, et gravibus praeterea molestiis consumimur, quas novarum opinionum insolentia hoc tempore attulit, accurate et sigillatim omnia persequi oratione multo minus ipsi poterimus. Nimirum quando in me sensuum vis acerrima vigebat, non ea fuit occasio, quae nunc

ρίων ἀκμὴν, οὐχ ὃ νῦν καιρός· ὅτε δ' ὃ νῦν καιρὸς, οὐκ ἐκεί- A. C. 1351
νως ἔχειν συμβαίνει. (B.) Καὶ εἰ μὴ τετυφῶσθαι δοκοίην Imp. Io. Cantacuz. 5
ἐνίοις, ἔξεστι τὸ πεφυκὸς τἀληθοῦς ξυνορᾶν κἀκ τῶν ἀγώνων, B
οὓς διηντλήκαμεν, ἐκ Καλαβρίας ἤδη πρῶτον ἐπιδεδημηκότος κἀ-
μοὶ πρὸς ἔριν συμπλακέντος Βαρλαὰμ ἐκείνου· ὃς πολλὴν ἐπα-
γόμενος κατὰ τῆς κοινῆς τῶν Ῥωμαίων σοφίας ὀφρὺν τότε πρῶ-
τον ἤσθετο μάτην ἀκούων σοφὸς, τὰς τῆς σοφίας κέδρους ἐκεί- C
νης ἐξαίφνης ἀφαιρεθείς· καθάπερ πεύκη καὶ κυπάριττος, ὁπότε
σφᾶς ἀπογυμνοῖ τῆς κόμης ὑλοτόμου βρίθουσα παλάμη. ἃ πάντα
καὶ γραφῇ δεδωκότες στήλην τῆς ἐκείνου κακίας τῷ χρόνῳ
παρέσχομεν. ἐῶ λέγειν οὓς ἐν ταῖς ἱστορίαις τῶν γιγνομένων, ἃς
καὶ αὐτὰς γραφῇ παρεπέμψαμεν ἐς τὸ μονιμώτερον, κατεβαλό-
μεθα πόνους, καὶ οὓς ἐν τοῖς ἀντιῤῥητικοῖς τε καὶ στηλιτευτι-
κοῖς, ἄλλοτ' ἄλλοθεν ἀναφυομένων παντοδαπῶς ἀντιπάλων τῆς D
ἀληθείας· καὶ πρός γε ὅσους ἐν ἐξηγήσεσι τῶν ἐς τὸ γριφωδέστε-
ρον τοῖς παλαιοῖς εἰρημένων ἐνεδειξάμεθα. (Γ.) Διὰ δὴ τῶν
τοιούτων πόνων οἱ τοῦ τὰ πάντα μαραίνοντος ὀδόντες χρόνου
παρατρώγουσι προσιόντες ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν, καὶ τὸ ὑγιαῖ-
νον τοῦ σώματος ὑπορύπτουσιν, ἔχοντες ὁμοῦ καὶ τὴν τῆς ἀρ-
μονίας δανείστριαν φύσιν συνέκδημον φορολόγον, ἀναφυομένην E
ὀψὲ καὶ αὐτὴν δραστικώτερον καὶ βιαίως δάνειον ἀπαιτοῦσαν·
καὶ νῦν μὲν τὰς τῶν ὀμμάτων αὐγὰς ἀμβλύνουσαν, νῦν δὲ τὴν

1. ἐκείνως em. Boiv. pro ἐκείνοις. 3. κἀκ em. Boiv. pro καὶ.
14. παντοδαπῶν coni. Boiv. 16. εἰρημένων em. Boiv. pro ἐῤῥιμμένων.

adest; nunc cum adest occasio, non idem vigor sensuum suppetit. (II.) Rem porro ipsam ut se habet, nisi vano fastu inflari videor, inteliigere est ex illis certaminibus, quibus iam tum defuncti sumus, cum primum Barlaamus ille e Calabria advenit et mecum disputandi causa congressus est. Qui quidem supercilio elato communem Romanorum eruditionem cum despiceret, tunc demum sensit frustra se laudari ut eruditum, postquam videlicet altissimas illas veluti cedros eruditionis ablatas amisit; non aliter quam picea aut cupressus, quas valida lignatoris manus comis spoliatas denudat. Quae omnia litteris ideo consignavimus, ut eius quae in illo fuit improbitatis monumentum apud posteros exstaret. Nihil dico de iis laboribus, quos in rerum gestarum narratione (nam eas quoque scriptis mandavimus, ut earum esset memoria diuturnior), nihil de iis, quos in scribendis libris seu antirrheticis seu steliteuticis, cum hostes veritatis alias aliunde emergerent et omnibus modis eam oppugnarent, nihil denique de illis, quos posuimus in obscurioribus veterum sententiis interpretatione nostra explanandis. (III.) Per eiusmodi labores tempus ipsum, cuius dentibus omnia vitiantur, sensim accedens, corporis mei saniorem partem exedit, et quasi suffodit; atque ei sociam se adiungit corporeae compagis foeneratrix natura; quae nunc tandem, velut aliquis tributorum exactor, acrius mihi incumbit, et creditum vi repetit; ac modo aciem oculorum hebetat, modo articulorum

A. M. 6859 Ind. 4 συνδετικὴν τῶν τε χειρῶν καὶ γονάτων ἀναλυτικὴν ἁρμονίαν καθίζουσαν ἔφεδρον· καὶ ταῦτα μὲν ὅτε μᾶλλον, εἴπερ ποτ', ἐχρῆν τήν τ' οἰκείαν εἰς τὸ ἀκμαιότατον ἔχειν δύναμιν καὶ ἅμα, εἴ τις ἦν μηχανή, κἀκ τῶν ἔξωθεν ὁπόθεν δήποτε προσκτᾶσθαι ζητεῖν. οὐ γὰρ

F Κουρῆτές τ' ἐπίκουροι καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι
γέροντί μοι πολεμοῦσιν ἤδη πρόσφατον πόλεμον, καὶ μέχρις αἵματος ὁρωμένου σαλεύοντα τὸ τοῦ δρόμου φιλότιμον· ἀλλ' ἐπέθεντό μοι δράκοντες ἐξ ἀφανοῦς, καὶ κραταιοὶ ἐζήτησαν τὴν
P. 568 ψυχήν μου, τὰς φονευτρίας χεῖρας ἐν σκοτομήνῃ βάλλοντες καὶ ἀναίμακτα παρέχειν ἐπειγόμενοι τραύματα· ὃ καὶ μᾶλλον χαλεπωτέρας ἐμοὶ προξενεῖ τὰς ὀδύνας. ἀναίμακτα γὰρ κἀμοῦ κατ' ἐκείνων τελοῦντος τὰ τρόπαια, δυσδιάγνωστον τοῖς τῶν ἔξωθεν ὁρώντων πολλοῖς συμβαίνει τὴν κρίσιν καθίστασθαι, καὶ μάλα τοι εὐδιάβολον τοῖς ἡμῶν διώκταις. τοῖς μὲν γὰρ οὐκ εἰδόσιν οἰκονομεῖν ἐν κρίσει τοὺς λόγους, λῆρος ἅπαν νενόμισται πίστεως
B καὶ δογμάτων μυστήριον· οἷς δ' εἰδέναι πρόσεστι, καὶ ἀλλάττεσθαι δι' ἀνάγκην συμβαίνει. πειράσομαι δ' οὖν ὅμως ὅσον ἐφικτὸν, ὡς εἴρηται, τὴν τῶν φιλοθέων ἐκείνων ἀνδρῶν ἐκπεραίνειν αἴτησιν, ἡγεμόνας τῆς ἐμῆς προστησάμενος γλώττης τὰς περὶ θεὸν ἐλπίδας· ὑπὲρ οὗ καὶ τὴν ἀθλητικὴν ταυτηνὶ διαπλέομεν θάλασσαν. (Δ.) Ἀξιῶ δ' ἔγωγε, μηδένα τῶν ἐντυγχανόντων πρόχειρον εἰς τὰς καθ' ἡμῶν λοιδορίας ἔχειν τὴν γλῶτταν, εἰ

2. νῦν coni. Boiv. pro μέν.

commissuras, quarum ope vel manus tenduntur, vel genua flectuntur, debiles et infidas reddit; idque eo tempore, quo me, si unquam, maxime oportuit et propriis viribus integris vigere, et novas etiam extrinsecus, si qua arte possem, conari mihi undecunque comparare. Nec enim

Curetum socia arma, Aetolorumque iuventus
Bellatrix,

seni mihi bellum repentinum indicunt, eo usque ambitioso impetu prorupturi, donec sanguis effusus appareat: sed invaserunt me dracones ex occulto, et robusti quaesiverunt animam meam; iique nocte obscura manus mihi iniiciunt, et incruenta vulnera conantur infligere; id quod dolores mihi vehementiores affert. Nam cum et ipse incruentas de iis victorias reportem, ita fit, ut qui foris spectant, eorum multi vix possint verum discernere, atque eiusmodi sententiam ferre, quae non sit valde obnoxia calumniis persecutorum nostrorum. Nimirum verba iudicio moderari qui nesciunt, ii mysterium omne Fidei et sacrorum dogmatum pro nugis habent: qui autem sciunt, ii necessitate coacti alienantur. Tamen quantum in me erit, id quod viri illi religiosi postulant, conabor (ut iam dixi) perficere. Meis vero sermonibus auspicabuntur spes in Deo collocatae, cuius causa hoc ipsum certaminum aequor navigamus. (IV.) Nolo autem quisquam eorum, qui in haec inciderint, linguam habeat promptam ad iacienda in nos pro-

παρ' ὅλην μικροῦ τὴν ἱστορίαν, ὅσα μὲν φύσει τε καὶ προαιρέσει A. C. 1351
προσῆν ἐγκλήματα τῷ βασιλεῖ, σιγῇ κρύψαντες, ἐπαίνοις τὸ Imp. Io. Cantacuz. 5
πλεῖον διὰ φιλίαν ἐχαρισάμεθα, καὶ ἅμα διὰ τὸ σύνεργον καὶ συλ- C
λήπτορα τῶν τῆς εὐσεβείας ἔχειν ἀγώνων αὐτὸν, βασιλέα τε V. 460
ὄντα καὶ τὸ πᾶν ἐν τῇ χειρὶ τῆς νίκης καρπούμενον διὰ τὴν ἀρ-
χήν· νῦν δ' ἀνακαλυπτήρια παρὰ πᾶσαν προαίρεσιν θύειν, ὡς D
εἰπεῖν, ἥκιστα πάντων ὀκνοῦμεν. πρῶτον μὲν γὰρ αἰδοῖ τῶν
συνόντων τῇ ἀκροάσει καὶ ἡμῖν ἀγωνιζομένοις, ὑπὲρ τοὺς τετρα-
κοσίους που πάντως ὄντων, ἀνδρῶν εὐγενῶν ἀναμὶξ καὶ τῶν
ἄλλως ἐχόντων, καὶ ἅμα βασιλίδων, καὶ ὅσαι συνῆσαν ἄλλαι τῆς
φήμης δημαγωγούσης, γένους καὶ αὐταὶ καθ' ἕτερον λόγον τὰ
πρῶτα φέρουσαι, λαλεῖν τὴν ἀλήθειαν εἶναι χρεών, μὴ προφα-
νῶς αὐτοὶ ἑαυτοῖς καταγνώσεως οὐ μάλα τοι ἐλαχίστης αἴτιοι
καθιστῶμεν καὶ τὰ τῆς ἐκείνων χλεύης ἑκόντες ἐφ' ἑαυτοὺς ἑλ- E
κύσωμεν δίκτυα. δεύτερον δὲ καὶπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἁπάντων, εἰ
φιλίᾳ τις χαρίζεσθαι θέλων, ἔπειτ' ἐνίοτε καὶ ἐνιαχοῦ ψευδόμε-
νος φαίνοιτο, συγχωροίη ἂν οἶμαί τις ἴσως, ὅστις ὁμοίαις ἐμ-
πέπτωκε τύχαις καὶ πείραις· οὗ δὲ θεὸς τὸ κινδυνευόμενον, εἰ
ἐγκαλύπτεσθαί τις ὁπώσποτε βούλοιτο, πάντων οἶμαι ταῖς γλώτ-
ταις ἠκονημέναις ἐξ αὐτομάτου πρὸς τὰς αὐτοῦ λοιδορίας ἐν- F
τυγχάνειν· καὶ ὁ πάντα τἄλλα ἐπιεικέστατος, εἰ μὴ λάλος ἐν-
ταῦθα βούλοιτο γίγνεσθαι καὶ γλώτταις ὅλαις τἀνδρὶ νεμεσᾷν,

19. τις em. Boiv. pro τε.

bra, eo quod in tota fere historia, quaecunque seu naturae seu voluntatis vitio crimina illi imperatori inerant, silentio presserimus, ac in eo laudando plurimam operam posuerimus, cum ob amicitiam, tum ut ipsum socium et adiutorem in subeundis pro religione certaminibus haberemus (principem quippe, in cuius manu propter summam potestatem momentum omne positum esset ad victoriam reportandam); atque iidem nunc operta recludere, et, quod praeter sententiam plane accidit, quaedam velut anacalypteria celebrare minime refugiamus. Etenim primum ob eos, qui auditum convenerant et certantibus nobis aderant, (affuere autem plures quadringentis, nobiles promiscue et diversae conditionis homines; item imperatrices, et aliae foeminae, quotquot fama allectae confluxerant, genere ipsae quoque, quanquam haud iisdem titulis, principem locum tenentes) earum, inquam, personarum reverentia oportuit nos vera dicere, ne ipsi palam auctores essemus ferendae in nos sententiae non lenissimae, ac ne, tanquam in retia, in illorum risum nostra sponte incurreremus. Deinde et in aliis omnibus rebus, si quis amori indulgens aliquando et certis casibus mentiri videatur, tamen ei (opinor) facile ignoverit, quisquis in similes casus inciderit atque eiusdemmodi experimentum fecerit. At ubi res, quae in periculo versatur, Deus ipse est, illic si quis integumentis quibuscunque uti velit, eum puto omnium linguas ad convitiandum paratas et suapte quasi exsertas offensurum; atque etsi in caeteris omnibus rebus aliquis moderatissimus sit, tamen nisi adversus istum garrulus fiat, nisi totis linguae

A. M. 6859 Ind. 4 P. 569 ἀλλὰ φείδοιτο λοιδορίας ἥστινοσοῦν, θαυμάζοιμ' ἂν αὐτὸς, εἰ μὴ ἐς ἀβύσσους αἰσχύνης καὶ πυθμένας γίνοιτο ὑποβρύχιος, ὅστις ποτὲ ἂν ᾖ, χαλεπὸν ἀεὶ γειτόνημα τὸν τοῦ συνειδότος κτησάμενος πέλεκυν. τοσούτου τοίνυν Ὀλύμπου δεινῶν ἐπισειομένων ἡμῖν, εἰ ψεύδεσθαι βουληθείημεν, ἐνταῦθα μάλα μᾶλλον ἀνάγκη, τἄλλα παρατρέχοντας, καὶ πρὸς θεὸν μόνον ὁρῶντας, λαλεῖν τὴν ἀλήθειαν. ἔπειτ' οὐδὲ παράδοξον ἄλλως, ἐν τοῖς ἄλλοτ' ἄλλως ῥέουσι καὶ φερομένοις πράγμασι, καὶ ἀόριστον ἀνύουσι
B πλοῦν, τὸν αὐτὸν νῦν μὲν τὸ ἐπιτυχὲς καρποῦσθαι, νῦν δ' ἐν τῷ κλήρῳ τῶν ναναγούντων ἀπροσδοκήτως ῥιπτεῖσθαι. τούτου δ' οὕτως ἔχοντος, οὐκ ἂν δικαίως αἰτίαν φεροίμεθα, εἰ τῆς ἀληθείας καὶ ἡμεῖς ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ τὴν βελτίστην εἰσάγοντες πρόνοιαν τοὺς αὐτοὺς νῦν μὲν τοῖς ἐπαίνοις ἐξαίρομεν, ὅπη μὴ τοὺς ἀκούοντας βλάπτεσθαι περιγίνοιτο· νῦν δὲ τἀναντιώτατα
C δρῶντες φαινοίμεθα. (E.) Ἔτι καὶ τοῦτο τοῖς εἰρημένοις προσκεῖσθαι χρεὼν ἐνταυθοῖ. οἶμαι γὰρ τῶν ἁπάντων οὐδένα δικαίως ἐμοὶ νεμεσᾶν, εἰ περὶ θεοῦ καὶ τῶν πατρίων τῆς ἀληθείας δογμάτων κινδυνευόντων ἀπὸ τοῦ ἴσου διαλεγοίμην τῷ βασιλεῖ, πάντας καθάπαξ ἀποκρουσάμενος κολακείας λόγους, καὶ μηδεμιᾷ
D τὸν τῆς διανοίας κάλαμον βάπτειν δειλίᾳ καὶ συστολῇ βουληθείῃ, μηδ' ὑφεῖναι μηδαμῇ τοῦ τόνου μέχρι τελευτῆς αὐτῆς. κακοδαίμονα γὰρ ἐγὼ τὸν τοιοῦτον καλεῖν οὐκ ἂν ποτ' ὀκνήσαιμι, ὃς ἐν δευτέρῳ τῶν ἐνυπνίων τοῦ βίου τὰ θεῖα τιθέμενος οὔτε τοὺς

viribus hominem iratus insectetur, si ulli obiurgationi parcat, mirer equidem ipse, nisi is, quisquis fuerit, sese in imas latebras et penitissimos recessus prae pudore abditurus sit, vicinum semper importunum habiturus, stimulum ipsum conscientiae. Cum igitur nobis, si mentiamur, tanta supplicii moles impendeat, eo magis hac in parte necesse est caetera negligere, atque in Deum solum intuentes vera dicere. Ad haec nihil alioqui mirum, cum res humanae alias aliter fluant et temere volvantur, nec determinatus sit earum cursus, eundem hominem nunc felici exitu laborum fructum percipere, nunc insperata naufragorum fortuna conflictari. Quod cum ita sit, nec ipsi quidem iure reprehendemur, si in hoc opere, praecipua veritatis retinendae cura suscepta, eosdem nunc laudibus extollimus, ubi id auditoribus fraudi esse non potest, nunc contrariam plane rationem sequi videmur. (V.) Oportet etiam illud hoc loco ad ea, quae dicta sunt, accedere. Neminem omnium puto iusta indignatione mihi ob id posse succensere, quia de Deo et de patriis verae fidei dogmatis in periculum adductis sic cum imperatore disputaverim, tanquam aequalis; idemque omni prorsus adulatione longe a sermonibus meis relegata, nunquam adduci potuerim, ut obsequentem ingenio calamum ullo metu, ulla formidine imbuerem, aut ab acri illa contentione vel minimum remitterem, etsi mors esset ipsa subeunda. Enimvero ego infelicem eum vocare nullus dubitem, qui huius vitae insomniis ita res divinas posthabeat, ut nec vindicis Iustitiae

τῆς δίκης αἰδεῖται θρόνους, οὔτε μὴν τοὺς αἰθερίους δέδιε θεοῦ πρηστῆρας. ἐν γὰρ τοῖς περὶ θεοῦ καὶ τῶν θείων δογμάτων ἀγῶσιν αὐτὸν μόνον ἡγεῖσθαι δεῖν βασιλέα, τοὺς δ' ἄλλους ἐπίσης ὁμοδούλους ἅπαντας, πλουσίους ἀναμίξ καὶ πένητας, βασιλεῖς τε καὶ ἰδιώτας, καὶ ὅσοις τοῦ θιάσου καὶ τῆς χορείας ἐκείνης μετέχειν ὁπώσποτε συμπίπτει. A. C. 1351 Imp. Io. Cantacuz. 5 V. 461 E

η'. Ἑβδόμην μὲν οὖν ἦγε καὶ εἰκοστὴν ὁ μάϊος μήν, ἐν ᾗ P. 570 συγκαλεῖν ἡμᾶς δεδογμένον γέγονε βασιλέα πρὸς ἣν ὠνόμαζε σύνοδον. ἀρξάμενος δ' ἄνωθεν διεξήει, πῶς διαβόλῳ προὐργιαίτατον ἀεὶ πολεμεῖν ἀνθρώποις, ὥσπερ τινὰ κλῆρον εἰληφότι λαμπρὸν, ἀφ' οὗ τῷ προπάτορι συμπλακεὶς ἐστήσατο τρόπαιον· καὶ δι' αὐτό γέ τοι θεὸν ἐθελῆσαι τὴν ἀνθρωπείαν ἀναδεξάμενον φύσιν B δι' αὐτῆς ὁδοὺς ἡμῖν ἀγαθὰς ὑποδεῖξαι, δι' ὧν ῥᾷστον ἂν εἴη τοῖς γε ἐθέλουσι τὸν ἀντίπαλον κατασείειν· εἶθ' ὅπως καὶ ὁ διάβολος, ἑτέραν αὖθις τραπόμενος, εἰδωλολατρείαν εἰσήνεγκεν ὁμοῦ ταῖς ἄλλοτ' ἄλλαις αἱρέσεσι, κατά τε τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας καὶ τῶν δογμάτων αὐτῆς· ὅπως τε θεῖαι καὶ ἱεραὶ κατόπιν συγκροτούμεναι σύνοδοι τὰ τοιαῦτα τῆς ἐκκλησίας νοσήματα ἐθεράπευον· καὶ ἐπὶ τούτοις ὅπως καὶ ἐφ' ἡμῶν Βαρλαὰμ τὸν Λατι- C νόφρονα, τὸν ἐκ Καλαβρίας ὁρμώμενον, ἤνεγκεν ἐπὶ πονήρῳ τῆς ἡμετέρας εἰρήνης, ἄνδρα σοφὸν μέν, ἐριστικὸν δέ τινα καὶ κενοδοξίας ἡλικιώτην· ὃς ἐπεὶ τὰ μὲν πρῶτα συμβεβληκὼς ἑτέραν καὶ περὶ σοφίας ἠγωνισμένος ἐπίδειξιν ἥττηταί τε καὶ τῆς

tribunal revereatur, nec Deum ipsum aetherii ignis turbinibus armatum extimescat. Quippe in iis certaminibus, quae de Deo et de divinis dogmatis instituuntur, Deum ipsum solum imperatorem, caeteros omnes pari iure conservos haberi oportet, divites promiscue et pauperes, reges et privatos, alios denique eiusdem illius thiasi et chori quacunque ratione participes.

8. Aderat itaque dies Maii vigesimus septimus, quo nos imperator ad eam quam ipse synodum appellabat ex decreto convocaret. Atque ille rem usque a capite arcessens diabolum aiebat id ante omnia semper agere, ut bellum hominibus inferret, eam veluti praecipuam hereditatem sortitum, ex quo, cum primo parente congressus, tropaeum victor posuisset: Deum autem hominis naturam ideo accepisse, quia per eam voluisset salutares nobis vias indicare, quas quivis ingressus facile posset adversarium deiicere: deinde diabolum alio rursus conversum, quo ecclesiam Dei et ecclesiae dogmata everteret, idololatriam cum haeresibus alias aliis invexisse: tum sub haec sacrosanctas synodos coactas esse, et his ecclesiae morbis medicinam attulisse: postea in detrimentum constitutae apud nos pacis, diabolo impellente, prodiisse hac nostra aetate Barlaamum, illum scilicet Latinismo imbutum et e Calabria profectum; virum sane eruditum, sed cupidum altercandi, et qui inani gloriae a pueritia usque studuisset: eum diversi generis pugna primum commissa, et ostentandae eruditionis causa

A. M. 6859 Ind. 4 νικώσης οὐ μάλα ἀσμένως ἐκείνοις παρακεχώρηκε, καθ' ὧν εὐ-
δοκιμεῖν ἐδόκει μάλιστα, δεύτερον πλοῦν τῶν δογμάτων τοῦ Πα-
D λαμᾶ συνεπλάκη, διθείας τε ἔγκλημα προστριβόμενος καὶ ὁπόσα
τῷ τοιούτῳ ἐποικοδομεῖσθαι ἔπεται θεμελίῳ. καὶ ἵνα μὴ διατρί-
βωμεν ἐπὶ τοῖς οὕτω προδήλοις, ἐξέσται τοῖς βουλομένοις ἐκ τῶν
τότ' ἐπὶ τούτοις τομογραφηθέντων τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ καὶ
τῷ τηνικαῦτα πατριαρχεύοντι ψηφισμάτων μανθάνειν τὸ καθε-
στώς. ἐκείνου γε μὴν ὁπώσποτ' ἀπιόντος, ἕτερός τις διαδεξά-
E μενος τὰς ἐκείνου κατὰ τοῦ Παλαμᾶ λοιδορίας, Ἀκίνδυνος ὄνομα,
τὴν ὁμοίαν ἐκείνῳ καὶ αὐτὸς καταδίκην ὑφ' ὑμῶν εἰλήφει τε καὶ
ἠλάθη. νῦν δ' ἀναστάντες, οὓς οὐκ οἶδα πῶς ὀνομάσας ὀρ-
θῶς ἂν φάναι δόξω, τὰ αὐτὰ καὶ οὗτοι τῷ Βαρλαὰμ κατὰ τοῦ
P. 571 θείου φθέγγονται Παλαμᾶ. ὧν αἴτιον τὴν ἐμὴν ἔπεισιν οἴεσθαι
πραότητα, ᾗ χρώμενος ἄχρι καὶ ἐς τὴν τήμερον διετέλεσα. ἀλλ'
οὐ χαιρήσουσιν ἔτι διαγρηγορήσαντος ἐμοῦ καὶ τὴν ἐκ θεοῦ δεδο-
V. 462 μένην μοι χεῖρα καὶ κρίσιν ἔς γε τὸ τῆς εἰρήνης χρήσιμον ἀνειλη-
φότος αὐθεντικῶς. δῆλον γὰρ εἶναι τοῖς ἅπασιν οἶμαι, μηδένα
τῶν πάντων εἶναι, ᾧ πρό γε ἐμοῦ, βασιλέως ὄντος, τὰς τοιαύ-
B τας εὐθύνειν προσήκει δίκας· ἢ ποῦ τῇ βασιλείᾳ τὸ εὔδαιμον φυ-
λάττοιτο, τὸ κρίνειν οὐκ ἐχούσῃ τοὺς ὑπηκόους; ἢ τῷ ποτε
διοίσει δεσποτεία δουλείας, τῆς κρίσεως τῶν πραγμάτων οὐκ ἐφ'

2. περὶ τῶν δογμ. et τῷ Παλαμᾷ coni. Boiv. 4. τῷ τοιούτῳ em. Boiv. pro τὰ τοιαῦτα.

suscepto certamine superatum, aegre illis palma cessisse, de quibus maximam laudem speravisset: itaque altero et velut subsidiario conatu cum Palama congressum de dogmatis disputasse, ac illi de duobus Diis crimen obiecisse, et quidquid eiusmodi fundamento superaedificari consequens esset. Atque ut ne longius in his moremur, quae notissima sunt, cuilibet licebit ex iis decretis, quae super his rebus ab ecclesia Dei et ab illius temporis patriarcha scriptis Tomis promulgata tunc fuerunt, quid constitutum sit intelligere. Caeterum postquam ille hinc abiit, quocunque tandem modo abierit, alius quidam, nomine Acyndinus, illius in Palamam criminationes tuendas excepit, et a vobis pariter damnatus expulsusque est. Demum hi, quos nescio equidem quo nomine appellatos recte videbor nominasse, eadem ipsi quoque ac Barlaamus in divinum Palamam pronunciant. Cuius rei credibile est causam esse eam clementiam, qua ego ad hanc diem usque usus sum. Sed faxo iam, ne amplius ii gaudeant. Quippe expergiscar; et illam, quae in pacis commodum data mihi a Deo est, potestatem ac iurisdictionem pro imperatoria auctoritate recipiam. Nam constare apud omnes arbitror, neminem omnium esse, cuius in his controversiis dirimendis priores sint partes quam meae ipsius, utpote imperatoris. Quod si subditis ius dicere imperator non potest, ecqua porro futura est imperii felicitas? aut qua in re dominatus a servitute distabit, si de rebus cognoscendi ius uni non competat, ei nempe, qui imperium ha-

ἑνὸς ἑσταμένης, τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος καὶ δυναμένου μετ' ἐξουσίας αὐτοκρατορικῆς τοὺς μὲν τῆς πλεονεξίας κωλύειν, τοῖς δὲ τὸ ἐνδέον ἐπανισοῦν. πολλοῦ μεντἂν ἦν ἀξία δικαστικὴ βασιλείας κεχωρισμένη, εἰ δικάζοντος ἄλλου τὸ κελευόμενον ποιεῖν ἐχρῆν βασιλέα. τούτου δ' οὕτως ἔχοντος, ἐρέσθαι βούλομαι πρότερον ἐν βραχεῖ τουτουσὶ, δυοῖν θάτερον ἑλομένους ἁπλῶς ἀποκρίνασθαι. εἰ μὲν γὰρ τοῖς ἅπαξ δεδογμένοις κατὰ τοῦ Βαρλαὰμ τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ στέργοιεν, μηδὲν πλέον ἐρίζοντες, ὁμοφρονοῦντες ἔστωσαν ἡμῖν τοῦ λοιποῦ, καὶ κοινῇ τὸν Βαρλαὰμ ἀναθέματι παραπέμπωμεν. εἰ δ' οὖν τοὐναντίον πρόδηλον, καὶ ὡς ὁμόφρονας ἐκείνῳ λοιπὸν τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ καταδίκης ἀξιοῦν καὶ αὐτοὺς ἡμῖν ἕψεται. καὶ εἰ μὴ σὺν δίκῃ ταῦτα λέγω, τὴν μέσην ἰὼν ἀπαρεγκλίτως ὁδὸν καὶ μηδαμῇ τῷ ἑνὶ προστιθέμενος μέρει, ὄλεθρον εἴη κύριος ἐπάγων ἐμοί τε καὶ παντὶ τῷ γένει τοὐμῷ προφανῆ· εἰ δ' οὖν, ἐλεγχέτω τις παρελθὼν, εἴ τι τοῖς ἐμοῖς λεγομένοις εὑρίσκοι διεφθορὸς καὶ ἥκιστα τὴν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὁμονοίας ἐπισπεῦδον κατάστασιν.

A. C. 1351
Imp. Io. Cantacuz. 5

16. ἐμοὶ coni. Boiv.

beat, et pro sua summa potestate possit eos quidem, qui nimis multa sibi arrogent, coërcere; aliis autem id, quod deest, ex aequo supplere? Esset profecto magni aestimandum officium iudicis ab imperio separatum, si alio ius dicente parere imperatorem oporteret. Quae cum ita sint, volo istos primum paucis interrogare, ut duarum rerum altera electa simplex mihi responsum reddant. Nimirum illi, si ea quae ab ecclesia Dei in Barlaamum semel decreta sunt rata habeant, ne amplius rixentur, sed nobiscum de caetero consentiant; atque una voce Barlaamum anathema esse iubeamus. Si contrarium placet, evidens est illud consequi, ut eadem qua illum sententia condemnandos eos putemus, tanquam idem cum illo sentientes. Ego vero si non iure haec dico, si mediam viam non sic teneo, ut neutro declinem, nec uni magis quam alteri parti faveam; Deus, precor, mihi et omni meae stirpi certum exitium afferat; vel certe prodeat aliquis coarguatque me, si in iis quae dixi deprehenderit aliquid, quod nec sincerum esset, nec ad concordiam ecclesiae quamprimum constituendam spectaret.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΘ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER DECIMUS NONUS.

ARGUMENTUM.

Imperator et Palamas totam rem uno die transigere cupiunt. Oratio apud synodum habita a Gregora. Cantacuzeni impatientia, lenitas. Palamas, ironice dicto offensus, obstrepit. Cantacuzenus Gregoram interpellat, et ut brevior sit admonet (Cap. 1). *Imperator Palamae uni favet. Gregoram ab instituto orationis cursu abstrahit. Liberius loqui solitum regiae maiestatis reverentia comprimit. De constituendo disputationis argumento utrinque certatur. Cantacuzenus Gregorae tria obiicit. Palamae scripta quanti a Palamitis facta. Gregoras suam dicendi libertatem defendit exemplis et rationibus: ita ad tertium accusationis caput respondet. Refellit id, quod primo loco obiectum fuerat. De Thaborio lumine dicturum se promittit. Dicere exorsus subinde interpellatur* (2). *Prooemium disputationis de lumine Thaborio. Palamas eam quaestionem frustra proponit. Iconomachiae nomine notatur. Iconomachorum error de Domini transfigurati carne. Theodori Grapti verba. Sacrae imagines a Palamitis in ignem coniectae. Palamae cum Eusebio Iconomacho consensus. Palamas plura increata statuit. Eusebio peius sentit in iis, quae de Lumine, Operatione, Substantia divina, et Sacramento Eucharistiae loquitur. Palamae impietas cum Theodori Grapti argumentationibus conferenda. Illius de lumine opinio quam absurda sit* (3). *De corpore Domini, an increatum fuerit; et de hominibus, quos Palamas dixerat fieri increatos. Verba Theodori Grapti. Palamas una cum Eusebio Iconomacho refutatur. Energiae nomen ab Eunomio introductum, ab Iconomachis receptum, a Palama revocatum in lucem. Theodori Grapti cum sanctis Basilio et Gregorio consensus. Conclusio; Palamam Iconomachorum vestigiis insistere. Substantiae et Operationi eadem definitio convenit. Si corpus Christi incorporeum et increatum fieri non potest, multo minus hominis corpus. Qui virtute proficiunt, ii de novo creari dicuntur* (4).

α'. Ἐκείνῳ μὲν οὖν ἄλλα μεταξὺ παρενείραντι πλεῖστα, τὸν αὐτὸν ἐλαύνοντα δρόμον καὶ τρόπον, ἐνταυθοῖ που τὸν λόγον καταλελυκέναι συμπέπτωκεν, αὐθημερὸν βουλομένῳ τὴν ὅλην ὑπόθεσιν καταστήσασθαι. τοῦτο γὰρ εἶναι τῷ Παλαμᾷ καὶ αὐτῷ βασιλεῖ τὸ σκοπιμώτατον, ἐν βραχεῖ μακρῶν ἑαυτοὺς ἀπαλλάττειν ἐνθυμουμένοις πραγμάτων. σιωπῆς τοιγαροῦν γενομένης, καὶ τῶν ἑταίρων ἁπάντων ἀφορώντων εἰς ἐμὲ καὶ λέγειν προτρεπομένων, ἐπεὶ τὸ συγκεχωρηκὸς ἐξ ἑκατέρων ἐγὼ τῶν μερῶν εἰλήφειν, ἔλεξα τοιάδε. (B.) „Ἐπειδήπερ, ὦ βασιλεῦ, καὶ πράξεως ἁπάσης καὶ λόγου παντὸς ἡγεῖται σκοπὸς (τούτου γὰρ ἐκτὸς καὶ λόγος ἅπας μάταιος καὶ πρᾶξις πᾶσα), πυθέσθαι πρότερον ἐχρῆν ἡμῶν τὸν τοῦ παρόντος συλλόγου σκοπόν· εἶτα τοὺς λόγους πρὸς ἐκεῖνον εἰσάγειν ἐκτεινομένους. καὶ τοξότας γὰρ ὁρῶμεν οὐ τοῦτο καὶ κυβερνήτας οὐ πρός γε τὸ τοξεύειν ἢ πλεῖν τὸν σκοπὸν ἔχοντας μόνον, οὐδὲ τοῦτο βουλομένους ἁπλῶς· ἀλλ' οὗ ἕνεκα τό,τε τοξεύειν ὁ τοξότης καὶ τὸ πλεῖν ὁ κυβερνήτης ἐνεστήσαντο· ὡς ἐὰν μὴ τοῦτό γε ᾖ, μάταιος ἀμφοῖν ἡ σπουδή. τίς γὰρ ὄνησις μοχθεῖν εἰκῇ καὶ ναυαγίοις καὶ κύμασι χειμερίοις ὡς τὰ πολλὰ παραβάλλεσθαι, μή τινος ὠφελείας καὶ κέρδους τῷ σκοπῷ καὶ προθέσει προβεβλημένου; ὅμως ἐπειδήπερ ἔκ τινων ἰχνῶν τῆς σῆς ξυνήκαμεν δημηγορίας, ἐκ ποδῶν τὰ τῆς ἐκκλησίας γενέσθαι ναυάγια τὸν σκοπὸν τῆς παρούσης εἶναι σπουδῆς, πρὸς τοῦτ' ἀνάγκη καὶ τοῦ ἡμετέρου λόγου τὸν σκοπὸν καὶ τὰς ἡνίας ἰθύ-

A. M. 6859 Ind. 4 A. C. 1351 Imp. Io. Cantacuz. 5 P. 572 V. 463 P. 573 V. 464 B C

7. ἑταίρων em. Boiv. pro ἑτέρων.

His ille cum et alia plurima interseruisset, similia et eodem tendentia, ibi ferme orationi suae finem imposuit. Quippe ea ipsa die totam rem conficere cupiebat. Nimirum et Palamas et ipse imperator id maxime spectabant, ut magnis negotiis brevi defungerentur. Facto itaque silentio, cum socii in me omnes intuerentur, meque ad dicendum impellerent, ego ab utraque parte venia accepta sic disputavi. (II.) „Quandoquidem, o imperator, omnis actio omnisque oratio finem habet propositum (alioqui inutile utrumque fuerit), oportebat primum sciscitari ex nobis, quisnam esset huic concilio finis propositus: deinde ea afferre, quae ad illum finem dirigerentur. Nempe et sagittarios et navium gubernatores videmus non id tantum spectare, ut vel iaculentur vel navigent, neque id unum velle; sed finem habere id, cuius causa et sagittarius iaculari et gubernator navigare instituit; quod absque eo inanis sit utriusque diligentia. Temere enim laborare quid prodest? quid naufragiis et hibernis fluctibus indentidem iactari, nisi aliquam utilitatem, aliquod lucrum, nobis, tanquam scopum et finem, proponamus? Caeterum quoniam ex vestigiis quibusdam orationis tuae deprehendimus, praesentis negotii finem eum esse, ut ecclesiae naufragia submoveantur, idcirco nos oportet orationis nostrae scopum hunc

A. M. 6859 Ind. 4 νειν. ἐπειδὴ γὰρ οὐχ ἥκομεν ἐθελονταὶ, ἀλλ' ἤχθημεν οὐ μάλα ἐθελονταὶ, καὶ ἡμᾶς ἀνάγκη τὸν τοῦ λόγου δρόμον ἰθύνειν, οὐ πρὸς ἃ τὸ βουλόμενον ἡμῖν ὑφηγεῖται, ἀλλὰ πρὸς ἅπερ ἡ τὸ
D κράτος ἔχουσα χεὶρ καὶ γλῶττα βιάζεται, καὶ δεικνύειν μέχρι ποῦ βασιλεῦσιν ὑπείκειν χρεὼν καὶ μέχρι ποῦ μὴ χρεών. Ὁ γάρ τοι σοφὸς Σολομῶν, τρία φήσας ὑπάρχειν, οἷς εὐόδως ἔνεστι πορεύεσθαι, καὶ τὸ τέταρτον, ὃ καλῶς διαβαίνει, τοῦτ' εἶναι βασιλέα πρὸς ὑπηκόους δημηγοροῦντα ἀπεφήνατο. ὅσα γὰρ ἂν ἐθέλοι λέγειν καὶ οἷα καὶ ὅτε καὶ ὅπου καὶ πρὸς οἵους καὶ ὅσους, χρείας ἐφεστηκυίας ἠστινοσοῦν, εὐόδως ἅπαντ' ἐξέσται βασιλεῖ
E μελετᾷν, ἐφ' ὅσον τε καὶ ὅπως ἂν ἐθέλοι, πρὶν ἐφεστηκέναι τὴν χρείαν· τοσαῦτα δ' αὖ τῆς χρείας ἐνστάσης καὶ τοιαῦτα λέξειεν, ὅσα δὴ μεμελέτηκε, κωλύειν μὲν ἥκιστα δυναμένου τῶν ἀκροατῶν οὐδενὸς, ἐπικροτούντων δὲ ἁπάντων τοῖς ὕμνοις ὁμοῦ καὶ οἷον ἁμιλλωμένων σπουδῇ πρὸς ἀλλήλους, ὃς ἂν παρελάσειε ταῖς κολαξείαις τοὺς ἄλλους. τηνικαῦτα γὰρ καὶ εὐροώτερός τις αὐτὸς ἑαυτοῦ γίνεται καὶ τοὺς ἀντιλέγειν ἐθέλοντας, εἴ τινές ποτ'
F ἄρ' εἶεν, ὡς ἀμαθεῖς παρατρέχει· κἂν Σωκράτης ᾖ, κἂν Πλάτων, κἂν Πυθαγόρας, μηδὲν εἶναι τῶν πάντων οὐδὲν, ὅπερ ἂν ἐν Καιρὸς εἶναι κωλύσῃ μοίρᾳ τετάχθαι τὸν δυστυχῆ· ὥστ' εἰ μελετῴη τις τῶν τοιούτων πρὸ τῆς πείρας, μάταιά τε καὶ ἄπρακτ' ἂν εἴη μεμελετηκὼς, τοῦ βασιλέως πρὸς ἕτερα τοῦ λόγου τὸν δρόμον ἀνθέλκοντος· καὶ μικρὰ ἢ οὐδὲν ἀπεοικέναι δόξει

10. ἐφεστηκυίας em. Boiv. 19. μηδὲ γὰρ coni. Boiv.

habere et habenas eo flectere. Quippe cum huc non sponte nostra veniamus, sed acciti et minime volentes, necesse est nos, non quo voluntas nostra praecipit, sed quo fortiorum manu et lingua compellimur, nostrae orationis cursum dirigere: item ostendere, quatenus imperatoribus parere vel oporteat vel non oporteat. Enimvero sapiens ille Salomon, postquam dixit, tria esse, quae prospere vadant, et quartum, quod bene incedat; hoc ultimum de rege apud subditos concionante interpretatur. Nam quot et qualia, quo tempore et loco, apud quot et quales, in quocunque negotio dicere voluerit, ea omnia rex, quamdiu et prout libuerit, commode praemeditabitur ante ipsum negotium; idemque, ubi negotium praesens urgebit, illa ipsa dicturus est, quae et qualiacunque fuerit praemeditatus: neque ex auditoribus quisquam erit, qui possit inhibere: omnes autem quodam quasi laudum concentu applaudent, et studio inter se certabunt, quis quemque adulatione praetergressurus sit. Quippe ille tunc se ipso torrentior quodammodo exsistet; et si qui tandem velint contradicere, eos ut imperitos praetervehetur: ac tametsi Socrates sit is, qui consurget, vel Plato, vel Pythagoras, tamen nihil quidquam obstabit, quominus miser vilissimi mancipii loco habeatur. Quod si quis non prius rem aggrediatur, quam praemeditatus sit, frustra certe erit praemeditatus; propterea quod orationis cursum imperator alio retrahet: atque illo parum aut nihil vide-

τῷκαθ' ὑδάτων γράφειν πειρωμένῳ, ἢ δικτύῳ θηρεύειν ἀνέμων A. C. 1351
πνοάς. οὔτε γὰρ ὁ τοῦ λέγειν καιρὸς, ὧν μεμελέτηκεν, αὐτῷ Imp. Io. Cantacuz. 5
παρέξει τὸ καίριον, οὔθ' ἃ μεμελέτηκε λέγειν ἐθέλων μακρὰν P. 574
ἑστήξει τοῦ ναυαγίου· ἀλλὰ πάσας ἐν ἀκαρεῖ τὰς κακοδαίμονας
ἀναμετρήσει τύχας. Διὰ δὴ ταῦτα, καὶ πρός γε διὰ τὸ μὴ τοὺς
πανταχόθεν τῆς οἰκουμένης ἐπισκόπους τῶν ὀρθοδόξων παρεῖναι,
τῆς ζητήσεως οὔσης περὶ δογμάτων οὐδαμῇ τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλη-
σίᾳ συνήθων, ἥκιστα πρὸς βουλήσεως εἶναι συνέβαινε, παριέναι B
ἡμᾶς ἐνταυθοῖ· ἀλλ' οἴκοι καθημένους ἡσυχῇ τὸν ἅπαντα δια-
βιβάζειν βίον· χρεὼν γὰρ εἶναι, πρό γε τῶν ἄλλων ἁπάντων,
ἐν τούτοις τὰ πάτρια ἔθη καὶ προνόμια σῶα καὶ ἀκλινῆ καθάπαξ
τηρεῖσθαι, ὅπερ γέγραπται καὶ ὅπως πέπρακται· καθὰ καὶ ὁ
πολὺς τὴν θεολογίαν φάσκει Γρηγόριος· „ἡμεῖς καὶ μέχρι τῆς
τυχούσης κεραίας καὶ γραμμῆς τοῦ πνεύματος τὴν ἀκρίβειαν ἑλ- C
κοντες οὔποτε δεξόμεθα (οὐδὲ γὰρ ὅσιον) οὐδὲ τὰς ἐλαχίστας V. 465
πράξεις εἰκῇ σπουδασθῆναι τοῖς ἀναγράψασι, καὶ μέχρι τοῦ πα-
ρόντος μνήμῃ διασωθῆναι· ἀλλ' ἵν' ἡμεῖς ἔχωμεν ὑπομνήματα
καὶ παιδεύματα τῆς τῶν ὁμοίων, εἴ ποτε συμπέσοι καιρὸς, δια-
σκέψεως." Ἀλλὰ καὶ ἡ βίβλος τῶν πράξεων τῆς θείας καὶ οἰ-
κουμενικῆς ἕκτης συνόδου, περὶ τῆς βραδυτῆτος τῶν δυτικῶν
ἐπισκόπων ἀπολογουμένη, τὴν τῶν ἐκ Βρεττανίας καὶ τῶν Ὠκεα- D
νείων ἐκείνων μερῶν, καὶ ὅσοι καθ' ἕτερα τῆς Εὐρώπης ἐκείνων

13. *Γρηγόριος*] ΣΧΟΛ. ἐκ τοῦ ἀπολογητικοῦ. 22. *ἥμειναν* coni. Boiv. pro posteriori *ἐκείνων*.

bitur distare ab eo, qui in aqua scribat, vel qui ventorum flabra retibus captet. Nam neque tempus dicendi eiusmodi erit, ut quae ille ante proviserit opportuna futura sint; nec si provisa eloqui velit, longe aberit a naufragio; sed momento temporis omnia adversissima experturus est. His de causis, et propterea etiam, quod orthodoxorum episcopi ex omnibus orbis partibus non adessent, ubi quaestio esset de dogmatis in ecclesia Dei plane inusitatis, nequaquam nos huc prodire, sed totam vitam tranquille domi sedendo traducere volebamus. Oportebat quippe in his ante omnia morem maiorum atque privilegia salva prorsus et immota servari, prout antea scriptum factumve esset; quemadmodum magnus theologiae doctor Gregorius auctor est. „Nos (inquit) cum accuratam spiritus diligentiam ad quemlibet apicem, ad quamlibet virgulam trahamus, nunquam dederimus (neque enim fas est) vel in minimis factis recensendis, eorumque memoria ad praesens usque tempus conservanda, temere elaborasse eos, qui scripserunt; sed eo, ut nos haberemus monimenta et documenta, quibus in similium rerum tractatione, si unquam incideret occasio, uteremur." Sed et liber actorum sacrosanctae et oecumenicae sextae synodi traditatem orientalium episcoporum sic excusat, ut eius causam fuisse dicat, quod Britanniae et illorum Oceani tractuum, nec non aliarum Europae regionum epi-

A. M. 6859 Ind. 4 κλίματα, συνδρομὴν ἐπισκόπων αἰτίαν τίθησιν· „ἀναγκαίου τοῖς ἅπασιν ὄντος, ἐξ ὅλης (φησὶ) τῆς κοινότητος, καὶ ἥκιστα μονομέρεως, τὰ τοιαῦτα τελεῖσθαι· ἵνα τὰ τῇ θείᾳ καὶ ἀποστολικῇ πίστει πραττόμενα πάντες γιγνώσκοντες ὁμοφωνῶσιν ἀλλήλοις". Καὶ ὁ θειότατος δ' ὁμοίως Μάξιμος ἐν τῇ πρὸς Πύρρον διαΕλέξει μὴ δύνασθαι καλεῖσθαι σύνοδόν φησι τὰ σημεῖα μὴ κεκτημένην· οὔτε γὰρ κατὰ νόμους καὶ κανόνας γενέσθαι συνοδικοὺς καὶ θεσμοὺς ἐκκλησιαστικούς, οὔτε ἐπιστολὰς ἢ τοποτηρητὰς πρὸς τῶν ἄλλων πεμφθῆναι πατριαρχῶν· καὶ διὰ τοῦτο σκανδάλων διχονοίας τὴν οἰκουμένην πληρῶσαι. Ὅμως ἐπειδὴ καὶ ἄκουσιν ἐληλυθόσι δέδωκας, ἥντινα δήπου καὶ ἐδεδώκεις, χώραν τοῦ λέγειν, χρεών, καθάπερ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις τοὺς Fδρόμους τε καὶ περιδρόμους καθαίρουσι τῶν ἁμιλλητηρίων ἵππων, ξύλων καὶ λίθων καὶ τῶν τοιούτων ἅπαν δεικνύντες ἐλεύθερον τοὔδαφος, οὕτω καὶ νῦν ἐφ' ἡμῶν ἀρξαμένων λέγειν, ἐπηρείας ἁπάσης ἐλεύθερον εἶναι δεῖν αἰτῶ τῶν λόγων τὸν δίαυλον. ἀγάλματι γὰρ ἐοικέναι τινὶ καὶ τὸν λόγον συμβαίνει· καὶ ὥσπερ ἐκ κεφαλῆς ἐκεῖ τῆς πλάσεως ἀκωλύτου μέχρι ποδῶν ἐλP. 575 λυθυίας, ὁρᾶται πρὸς τἀκριβὲς τὰ τῆς ἁρμονίας· καὶ θαυμάζεται μέν, εἰ καλῶς τῷ τεχνίτῃ πέπρακται· εἰ δ' οὖν, αἰσχύνης ἀθλητὴς περιφανῶς ὁ πλάστης καθίσταται· οὕτω κἀνταῦθα τοῦ λόγου μηδενὸς ἐφεδρεύοντος, μηδὲ τὸ συνεχὲς ἀνασοβοῦντος

11. ἤν τινα coni. Boiv. 21. τῷ λόγῳ coni. Idem.

scopi simul convenerint; „quoniam," inquit, „necesse est ab omnibus ex tota ecclesiae universitate convocatis, non autem ab una parte, talia peragi; ut omnes ea, quae circa divinam et apostolicam fidem acta fuerint, cognoscentes, secum invicem consonent." Idem D. Maximus, in sua cum Pyrrho disputatione, non posse ait synodum vocari eam, quae ipsa synodi insignia non habeat: neque enim factam eam secundum leges et canones synodales, statutave ecclesiastica; nec epistolas aut legatos ab aliis patriarchis missos fuisse: atque eam idcirco totum orbem implevisse scandalis dissensionis. Caeterum quia nobis, postquam inviti huc venimus, dicendi locum dedisti, quicunque tandem is datus est, oportet nos, ut fit in Hippodromis (nam in iis, quacunque vel dirigendus vel circumflectendus certantium equorum cursus, operam dant, ut et lignis et lapidibus, et aliis eiusmodi obicibus, solum omne sit liberum ac vacuum), ita, inquam, nunc quoque, cum incipimus dicere, disputationis nostrae curriculum ab omni violentia liberum esse oportere censeo, et ut sit peto. Oratio nempe simulacri cuiusdam instar est: atque ut in simulacro, si a capite ad pedes usque citra ullum impedimentum opus processerit, concinnitas partium ipsa penitus perspicitur, et admirationem quidem movet, si artifex scite fecerit; sin minus, ludibrio exponit eum, qui finxit: sic etiam in hoc disputationis exordio, si nemo dolum meditetur, neque hinc usque ad finem quis-

ὥσπερ ἐκ λόχου μέχρι τελευτῆς αὐτῆς, ἐξέσται τοῖς παροῦσι κρί- A. C. 1351
νειν ὀρθῶς, εἴτε κατὰ λόγους ἡμῖν ὁ λόγος ἔδραμεν, εἴθ' ὑπερ- Imp. Io. Cantacuz. 5
όριος γέγονε τοῦ τῆς ἀληθείας σκοποῦ. Ἔπειτα, εἰ καὶ τοῦθ' B
ἡμῖν ἐξείη μὴ σιωπῇ παρεληλυθέναι, τὰ τοῖς δικαίοις προσή-
κοντα βήμασι καὶ δόξωμεν ἀγνοεῖν, ἐπειδὴ σὺ σαυτῷ τὴν τοῦ
κρίνειν ἐπιτετραφὼς ἐξουσίαν, ἃ τοῖς ἁπανταχῇ τῆς οἰκουμένης
συνιοῦσιν ἐχρῆν τῶν ἐπισκόπων ὀρθοδόξοις, ὁμωμόκεις μὴ καπη-
λεύειν τὰς δίκας, ἐχρῆν μὴ προειλημμένον γοῦν εἶναί σε τοῖς
τοῦ κατηγορουμένου δικτύοις, μηδ' αὐτοῦ σε πρόμαχον ἐκ πρώ-
της, ὅ φασι, γραμμῆς ἀπαρακαλύπτως καθιστάμενον, λέγειν
ὁποῖα τοῦτόν γ' ἐχρῆν· ἀλλὰ τοὺς τὰς κατηγορίας προβαλλομέ- C
νους πυθόμενον πρότερον, καὶ ὡς ὁ τἀγκλήματα ἔχων αὐτὸς ἀπο-
λογίας καὶ λύσεις ἑκάστοις λέγων ἀντιτίθησιν, ἔπειτα τὴν σὴν
ἐπάγειν σε κρίσιν, κατὰ τοὺς ἐν τούτοις κρατήσαντας πάλαι τῆς
ἐκκλησίας κανόνας καὶ νόμους. ἀψινθίῳ γὰρ ἐοικέναι τὴν πρό-
ληψιν ἔγωγε λέγω. ὡς γὰρ ἐκεῖνο, τῆς γλώττης ὁπώσποθ' ἁψά-
μενον, τοσοῦτον ἐσχεῖ τῇ γευστικῇ τὸ τῆς πικρίας δραστήριον,
ὡς πολλοῦ τε ἅμα καιροῦ καὶ πολλῶν δεηθῆναι γλυκέων εἰς τὴν D
πρὶν τοῦ φυσικοῦ καθήκοντος ἀντίληψιν, οὕτω κἂν τοῖς δικα-
σταῖς τὴν πρόληψιν ἴσμεν ὡς τὰ πολλὰ δυναμένην. τῶν γὰρ δι-
καζομένων ἑνός τινος προειλημμένου τοῦ δικαστοῦ τὴν διάνοιαν V. 466
πιθαναῖς ταῖς προδιηγήσεσιν, οὕτω δεινοποιόν τε καὶ δυσαπό-

2. λόγον coni. Boiv. pro λόγους. 5. μὴ δόξωμεν idem. 11. τοῦτόν γ' ἐχρῆν em. Boiv. pro τούτῳ το γ' ἐχρῆν.

quam tanquam ex insidiis prosiliat, qui continuam verborum seriem interrumpat, poterunt ii qui adstant recte iudicare, utrum orationis nostrae cursus rationi consentaneus fuerit, an longe a vero fine aberrarit. Deindo (si et illud fas est silentio haud praeterire, ne iudicis iusti officium ignorare videamur) quoniam tu potestatem tibi ipsi arrogasti iudicandi de iis rebus, ad quas diiudicandas orthodoxos totius orbis episcopos convenire oportebat, idemque te incorrupte iudicaturum esse iuravisti, cavendum saltem tibi erat, ne illius retibus praeoccupareris, qui accusaretur, neu te eius propugnatorem ab ipsis statim, ut aiunt, carceribus palam professus, ea diceres, quae e re eius essent, sed eos primum audire debueras, qui crimina obiicerent; deinde et quidquid reus ipse, defendendi sui et diluendorum criminum causa, contradiceret et singulis responderet: tum denique sententiam tuam interponere, secundum canones et leges in his rebus iampridem ab ecclesia receptos. Ego certe animum affectu praeoccupatum absinthio similem statuo. Quemadmodum enim illud, tacta quocunque modo lingua, tam acrem, tam efficacem amaritudinis vim gustui adspergit, ut et longo tempore et multo dulcium saporum usu egeat ad priorem naturalis boni perceptionem: idem etiam in iudicibus animi praeoccupati affectum scimus posse plerumque. Nam cum litigantium unus animum iudicis praeviis narrationibus, iisque probabilibus, mature occupa-

A. M. 6859 Ind. 4 νιπτον γίνεσθαι τὸ πάθος ἐκείνῳ συμβαίνειν, ὡς δυοῖν θάτερον
E γίνεσθαι κινδυνεύειν· ἢ τὸ τῆς ζημίας παράλογον ὑφίστασθαι
τὸν ἐπιόντα καὶ κακούργων φεύγειν γραφὴν ἐνίοτε παραλόγως
ἠναγκασμένον, ἢ πολλὰς ἀνατλάντα τρικυμίας ἀντιθέσεων καὶ
πολλὰς καὶ διαφόρους εἰσενεγκόντα μαρτυρίας ἀξιοπίστων ἀν-
δρῶν, εἰ τύχοι, ὀψὲ καὶ μόλα μόλις τῆς ἀληθείας ἐπιτυγχάνειν.
Εἰ δ' ἅπαξ προειληφότος ἐκεῖ τινος, τοιόνδε συμβαίνει τὸ νό-
F σημα γίνεσθαι, τί ἄν τις φαίη περὶ τοῦ Παλαμᾶ τουτονὶ καὶ
τῆς τοῦ θιάσου φρατρίας, ὅλους ἐνιαυσίους χρόνους καὶ ὅλας
ἡμέρας μηνῶν καὶ ὅλας ὥρας ἡμερῶν ἰδίᾳ σοι προσομιλούντων
καὶ τὰ τοιαῦτα συνιστουργούντων καὶ ὑφαινόντων ἐς τὸ τοῦ σφό-
δρα ἐπείγεσθαι ἐντελές, καὶ μηδὲ νῦν ἐν τοσούτῳ θεάτρῳ τὸ ἔθος
P. 576 ποιεῖν αἰδουμένων, ἀλλ' ἐγειρομένων συχνὰ καὶ λάθρα σοι πρὸς
οὓς κοινολογουμένων περὶ τῶν πρὶν κυρωθέντων (οἶμαι) πολ-
λάκις, μὴ λάθῃ τι διαῤῥὺὲν τῆς μνήμης ἐπὶ καιροῦ νῦν, ὅτε
μάλιστα ῥώμην ἐκείνοις πλείω χαρίζεσθαι δεῖ; τί τοίνυν ἄν τις
ἡμῶν εἴποι πρῶτον; τί δ' ἄν τις ὕστατον, ἐς τὸ πάνυ βραχύτα-
τον περιϊσταμένης τῆς ὥρας, ἐν οὕτω δημοσίῳ σταδίῳ, πάσης
B ὑφαιρουμένης συνδιασκέψεως, ἐνταῦθα μᾶλλον, εἴπερ που, τὴν
χρείαν ἐχούσης; προσκείσθω δ' οὖν καὶ τοῦτο τοῖς ἄνω λεχθεῖσι,
δι' ἃ δηλαδὴ τὸν ἄκαιρον ἀγῶνα τοῦτον ἥκιστα πάντων ἡμῖν
πρὸς βουλήσεως ἦν εἰσιέναι. Ἐπὶ τούτοις ἔστω καὶ τὸ τῶν κα-

1. συμβαίνει coni. Boiv. 22. ἔστω Boiv. pro ἔστι.

vit, ita alte imprimitur, ita deletu difficilis est eius mali labes, ut periculum sit, ne duorum alterum accidat; ut vel muletam iniquam sufferat is, qui posterior subit; qui et nonnunquam praeter opinionem cogitur se ipsum defendere sceleris accusatum; vel plurimis contentionum fluctibus exhaustis, multis et variis gravium virorum, si quos reperiat, testimoniis productis, sero tandem et aegre admodum veritatem assequatur. Quod si in iudice, quem quis semel praeoccupaverit, eiusmodi morbus exsistit, quid de hoc Palama, quid de eiusdem thiasi consortibus dici debet, qui totos annos, totos mensium dies, totas dierum horas tecum privatim colloquuntur, atque eiusmodi telas simul contexunt, simul nectunt, eo videlicet fine, ut valde acceleretur? quos ne nunc quidem in tanta spectatorum frequentia pudet suo more agere. Nam crebro surgunt, et furtim in aurem loquuntur, de iis credo rebus, quae saepius iam antea decretae sunt, ne quid per imprudentiam effluat tibi e memoria hoc tempore, quo illis oportet robur firmissimum accommodari. Quid primum itaque, quid ultimum dixerit quisquam ex nobis, angustissimo temporis spatio circumclusus, in hac publici curriculi luce, omni inter nos consultandi facultate adempta, qua nos tamen hoc rerum statu maxime egebamus? Itaque et haec ad eas, quae supra dictae sunt, causa accedat, quamobrem intempestivum hoc certamen minime ingredi nobis placuerit. His proxima esto regularum et le-

νόνων καὶ νόμων δίκαιον, οἷς ὑπείκειν δέον δουλείας θ' ἅμα καὶ A. C. 1351 Imp. Io. Cantacuz. 5
δεσποτείας ἁπάσας, ἐν ἠπείρῳ πάσῃ καὶ θαλάσσῃ, τὸ ἀντίστροφον ἐνταῦθα καὶ δρῶντα καὶ δημηγοροῦντα σαφῶς ἠκηκόειμέν σε· καὶ ἔγνωμεν τοῦτ' ἐκεῖνο, τὴν Λεσβίαν οἰκοδομὴν, ἣ C
5 τοῖς λίθοις τὴν τοῦ κανόνος προσάγουσα στάθμην, καὶ οὐκ ἐκείνῳ τοὺς λίθους, πάνυ σαθρὰς τοῖς χρωμένοις καὶ ἀβεβαίους παρεῖχε τὰς τοῦ μένειν ἐλπίδας ἄχρι καὶ ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἀκλόνητον. καὶ μαρτυροῦσι τῷ λόγῳ πᾶσαι πόλεις καὶ πολιτεῖαι, ὅσαι τε τοῖς παλαιοτέροις κανόσι καὶ νόμοις ἁρμοττόμεναι διηνεκὲς
10 καρποῦνται τὸ εὔδαιμον καὶ ὅσαι τῆς ἀνομίας ἐξορχουμένης αὐτῶν διηνεκέσι καὶ ταχείαις φθείρονται μεταβολαῖς. Ἔπειτα καὶ D μὴ μεταίρειν ὅρια πατέρων δόγματα καὶ τοῦθ' ἵδρειν τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας. μηδὲ γὰρ εἶναι σφᾶς τοὺς εἰρηκότας μᾶλλον ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. δῆλον δὲ ἐκ τῶν καθ' ἕκαστον ἂν εἴη τοῦτό
15 γε μάλιστα. Τῶν γάρ τοι προφητῶν λεγόντων ἔστιν εὐθὺς ἀκούειν, οὐχ ὅτι „τὰ καὶ τὰ φαμὲν ἡμεῖς"· ἀλλὰ „τάδε λέγει κύριος· καὶ τὰ καὶ τὰ προστάττει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον." εἶτ' ἐλθὼν ὁ γεννηθεὶς ἐκ παρθένου θεὸς λόγος „ἐγὼ (φησὶ) ἀπ' ἐμαυτοῦ E λαλῶ οὐδέν, ἀλλ' ὅσα πρὸς τοῦ πατρὸς ἠκηκόειν"· διδάσκων
20 ἡμᾶς οὕτωσὶ, μὴ τοῖς ἑαυτῶν, ἀλλὰ τοῖς τῶν πατρίων κανόνων ἕπεσθαι δόγμασί τε καὶ ὅροις. καὶ ἀρξάμενος οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἀπὸ Μωσέως καὶ πάντων τῶν προφητῶν, διηρμήνευεν αὐ-

4. σε em. Boiv. pro τε. 12. δόγμα καὶ τοῦθ' ἱερὸν τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλ. coni. Boiv.

gum ratio, quibus servitutem simul et dominatum omnem subesse toto terrae et maris orbe cum oporteat, nos te ordine inverso contra facere et concionari palam hic audivimus; et illam plane agnovimus Lesbiam structuram, quae amussim ad lapides, non lapides ad amussim applicabat, adeoque illis, apud quos in usu erat, fluxas prorsus et infirmas spes afferebat, ut vix ad diem proxime sequentem immotam eam permansuram esse confiderent. Atque haec, quae dico, testantur vera esse omnes civitates, omnes respublicae, cum eae, quae antiquis regulis et legibus obsequentes iugi quadam felicitate perfruuntur; tum illae, quae bacchante apud ipsas licentia continuis repentinisque mutationibus corrumpuntur. Deinde et illud sacro ecclesiae decreto cautum est, ne positi a patribus termini moveantur: neque enim magis eos, quam spiritum sanctum, ea dixisse quae dixerint. Idque ex singulis testimoniis plane constabit. Ac primum prophetas audire est dicentes, non quidem, „haec et ista nos dicimus", sed: „haec dicit Dominus; haec et ista iubet spiritus sanctus." Deinde genitus ex Virgine Deus verbum cum advenisset, „ego," inquit, „a me ipso loquor nihil, sed quaecunque a patre audivi;" atque ita docet, non nostris sed Patrum regulis, earumque praescriptis et definitionibus, obsequi nos debere. Item incipiens non a se ipso, sed a Moyse et omnibus prophe-

A. M. 6859 Ind. 4 F V. 467 τοῖς τὰ περὶ ἑαυτοῦ. καὶ τῷ διαβόλῳ πάλιν, τοὺς λίθους ἄρτους ποιεῖν ἀναγκάζοντι καὶ τὰς τῆς γῆς ὑπισχνουμένῳ χαρίζεσθαι βασιλείας, οὐκ εἶπεν ὁ θεὸς, „ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ"· ἀλλὰ τὰς τῶν πατέρων προβάλλεται ῥήσεις, „γέγραπται," λέγων, „οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος"· καὶ δὶς καὶ τρὶς τὸ „γέγραπται" τίθησι πρὸς ἀκριβῆ νουθεσίαν ἡμῶν, τοῖς τῶν πατρίων ὅρων κανόσιν ἕπεσθαι διὰ πάντων ἀντικρυς παραγγέλλων. καὶ περὶ τοῦ θείου δὲ ἐπαγγειλάμενος πνεύματος „ἐλθὼν (φησὶ) ὁ παράκλητος ἀφ' ἑαυτοῦ λαλήσει οὐδὲν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ." εἶτ' ἐλθὼν ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος „ἐγὼ παρέδωκα (φησὶ) τῶν ἐμῶν οὐδὲν ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἀλλ' ὃ καὶ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ." καὶ πάλιν Τιμοθέῳ γράφων „σὺ δὲ μένε (φησὶν) ἐν οἷς ἔμαθες καὶ ἐπιστώθης· τὰς δὲ βεβήλους καινοφωνίας παραιτοῦ." καὶ πάλιν· „εἴ τις ὑμῖν εὐαγγελίζεται (φησὶ Κολοσσαεῦσι) παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω, καὶ ἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ τις B ᾖ, κἂν ἐγὼ Παῦλος." ὅρα ὁπόσην ἔχει τὴν ἰσχὺν τὰ τῶν πατρίων κανόνων ὅρια καὶ ὅσοις τισὶ τοῖς κλείθροις καὶ μοχλοῖς τοὺς ἀεὶ διαδόχους ἀσφαλίζεσθαι διαγέγονεν. εἶτ' ἐλθόντες τῆς εὐσεβείας ἀθληταὶ καλῶς ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν τοὺς ἑαυτῶν ᾠκοδόμησαν ἀγῶνας καὶ τὰ μαρτυρικὰ παλαίσματα. Σὺ δ' εἰ μὴ καὶ τὴν τῶν κανόνων δουλώσαις ἐλευθερίαν, νόμος C αὐτοῖς ἐκείνοις γινόμενος, ἀνίσχυρον λείπεσθαί σοι φάσκεις τὴν βασιλείαν, καὶ μηδὲν ἐνεῖναι ταύτῃ σεμνόν. εἰ γὰρ ἅπερ ἄλληλα

23. εἰ δὲ coni. Boiv.

tis interpretabatur illis quae de ipso erant. Rursus diabolo, panes ex lapidibus facere iubenti, et orbis terrae regna daturum se pollicenti, non dicit Deus, „vade retro, Satana"; sed Patrum dicta opponit, et „scriptum est", ait, „quia non in solo pane vivet homo"; atque ipsum illud „scriptum est" bis terque usurpat, ut nos perfecte erudiamur, quos ille Patrum definitionibus et regulis per omnia obsequi aperte iubet. Sed et de spiritu sancto promittens „cum," inquit, „Paracletus venerit, non loquetur a semet ipso, sed quaecunque audierit loquetur." Deinde D. Paulus Apostolus veniens „ego," inquit, „meum nihil vobis tradidi, fratres, sed quod et accepi a Iesu." Rursus ad Timotheum scribens, „tu vero," inquit, „permane in iis, quae didicisti et credita sunt tibi: profanas autem vocum novitates devita." Rursus, „si quis vobis evangelizaverit," inquit Colossensibus, „praeter id quod accepistis, anathema esto, etsi angelus quispiam de caelo sit, etsi ego Paulus." Vide quantam vim habeant termini a Patribus constituti, quot repagulis et vectibus coërceantur ii, qui perpetua successione eos excepturi sunt. Tum subsequuti religionis pugiles super Apostolorum et prophetarum fundamento sua certamina suaque martyria pulchre aedificarunt. Tu vero, nisi regularum libertatem in servitutem redigas, nisi legem illis te ipsum constituas, imperium tibi relinqui affirmas nullo robore subnixum, nulla maiestate venerabile. At enim

πέφυκε συνιστᾷν, ταῦτ' ἀλλήλων φαῖμεν εἶναι φθαρτικὰ, οὐδὲν A. C. 1351
ἔτι τούτων λελείψεται τῆς οἰκείας οὐκ ἐξιστάμενον φύσεως· καὶ Imp. Io. Cantacuz. 5
τοῖς τοῦτο συγχωροῦσιν ἄνω ποταμῶν συμβήσεται χωρεῖν τὰς πηγάς. οὐ γὰρ ᾧ τῶν πατρίων κανόνων καὶ γνωμῶν ἄρχειν βούλεταί τις, τὸ σεμνὸν τῇ βασιλείᾳ περιποιεῖ· ἀλλ' ᾧ τοῖς πατρίοις κανόσι καὶ νόμοις ὑπείκειν ἐθέλει· οὐχ ἕως ἂν σωφρονεῖν τις ἐθέλοι, ἄλλως ἔχειν συγχωρεῖν οὐδαμῇ ποθ' ἕλοιτ' ἂν οὐδενί. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ κόσμιον ἀφαιροῦσι τὴν βασιλείαν, ἀλλ' ἐκεῖνοι τοῦτ' αὐτῇ βεβαιοῦσιν. εἰ γὰρ οὗτοι πολιτειῶν καὶ ἀρχῶν εὐνομεῖν βουλομένων κατάλυσις, σχολῇ γ' ἂν ἄλλο τι τῶν πάντων γένοιτο σύστασις. Ἔπειτα καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐξαιρουμένων, ἃ τ' ἔφθημεν εἰρηκότες καὶ ἃ προϊοῦσιν εἰρήσεται, τίς ἂν τοιούτῳ δικαστηρίῳ πιστεύσειεν, ἔνθα κατὰ ταὐτὸν ὅρκοι τε ἅμα καὶ ὅρκων κατάλυσις γίνεται τῶν αὐτῶν, παραπλήσιον ὥσπερ ἂν εἴ τις, τῇ ἀριστερᾷ τὴν δεξιὰν ἀποκόπτων χεῖρα, σώζειν μᾶλλον ἔλεγεν αὐτὴν οὕτωσί. Καὶ μὴν εἰδέναι σε οἶμαι καὶ τοῦτο, καὶ διὰ μνήμης ἔχειν ἔτι χλοαζούσης, πολλὰ πολλάκις πρὸς σέ μου φαμένου, μὴ σὲ τὸν ἰατρεύσοντ' εἶναι τὰ τῆς ἐκκλησίας τοιαῦτα νοσήματα. πῶς γὰρ, τὸν τούτων αἴτιον ἀεὶ γιγνόμενον; ἀλλὰ μήπω τοῦτο· ἀλλ' ἀναλαβὼν τὴν ἀρχὴν ἐφεξῆς ἀκριβέστερον τῶν παρόντων ἕνεκα διηγήσομαι· ἵν' εὐπαρακολούθητος ἅπασιν ἡ διήγησις γένοιτο, σημειουμένοις ἕκαστα πρός γε τοὺς καθήκοντας τόπους." (Γ.) Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐχαλέπαινε καὶ διῴδει θυμούμενος ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ συ-

quae a natura eiusmodi sunt, ut se invicem sustentent, ea si dixerimus a se invicem facile corrumpi, nihil iam horum supererit, quod intra naturae suae fines consistat. Hoc autem qui dederint, iis etiam fluminum fontes sursum versus referentur. Nam qui Patrum regulas et sententias potestati suae subesse vult, is non hoc pacto efficit, ut imperio maiestas salva constet; sed ita demum, si patriis institutis et legibus ultro ipse pareat; nec quisquam est qui, dum erit sanae mentis, rem aliter se habere ulli unquam homini concessurus sit. Non enim illa robur et dignitatem imperio adimunt, immo stabiliunt. Nempe ea si rebus publicis et imperiis bonae disciplinae appetentibus ruinam important, nihil quidquam aliud stabilitatem dabit. Praeterea, aliis omnibus demptis, quae vel iam dicta sunt, vel postea dicturi sumus, quis tribunali illi confidat, in quo de iisdem rebus iuratur simul et peieratur, itidem fere ac si quis laeva dextram sibi manum abscindens eo magis se eam conservare dicat. Atqui te illud scire et recente adhuc memoria tenere arbitror, quod ego apud te saepius dictitavi, non facturum esse te medicinam iis morbis ecclesiae. Ecquo autem modo faceres, qui eorum auctor semper exsistis? Sed hoc quidem nondum. Nunc a capite usque repetens accuratius deinceps rem narrabo, in gratiam eorum, qui hic adsunt; ut ii omnes, singula suo loco posita observantes, narrationem facile assequantur." (III.) At imperator aegre ferebat,

A. M. 6859 Ind. 4 P. 578 χνὰ στρεφόμενος ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ θρόνου, καὶ τοὺς πόδας ἀμοιβαδὸν νῦν μὲν ἐφαπλῶν, νῦν δὲ συναιρῶν καὶ συνάπτων. ἔστι δ' οὗ καὶ σιγᾶν ἐκέλευέ με, ἐνιαχοῦ τὴν ἡμέραν ἡμᾶς ἐπιλιμπάνουσαν προβαλλόμενος, μετά γε μὴν τῆς συνήθως ἐπιπολαζούσης τῷ ἤθει πραότητος. ἔφθη γὰρ δημοσίᾳ προκαταληφθεὶς ταῖς τῶν ἐμῶν προκαταστάσεσι λόγων, μήτ' αὐτὸν, μήτ' ἄλλον τῶν πάντων οὐδένα, τοῖς ἐμοῖς ἐμποδὼν καταστῆναι λόγοις ἐᾶσαι. συνεκρότει δ' αὐτῷ τὴν πραότητα καὶ χορὸς οἰκείων τὰ μάλιστα, περὶ αὐτόν τε ἱστάμενος καὶ λαθραίοις μὲν θυμοῖς ῥηματίσκιά τινα πέμποντες καθ' ἡμῶν ἐνιαχοῦ καὶ σποράδην, αὐτοῦ δ' ἀνυμνοῦντες προφανῶς τὸ μακρόθυμον. (*Δ.*) „Ἐπεὶ γὰρ ὁ Παλαμᾶς ἀεὶ τὸν Καλαβρὸν αἴτιον τῆς αὐτοῦ βλασφημίας εἶναι προβάλλεται Βαρλαὰμ καὶ σὲ τοῦτο πέπεικε λέγειν ἤδη, ἄκουε δή. φημὶ γὰρ, ὡς καθάπερ Γρηγορίῳ τῷ θεολόγῳ τοὺς Ἀρειανοὺς κατατρέχοντι, τὸν υἱὸν ὅμοιον ἁπλῶς τῷ πατρὶ λέγοντας εἶναι, καὶ ἅμα προστιθέντας πανούργως καὶ τὸ κατὰ τὰς γραφὰς λέγειν, τουτὶ τὸ κατὰ τὰς γραφὰς ὅμοιον φησὶ δέλεαρ τοῖς ἁπλουστέροις εἶναι, τῷ χαλκῷ τῆς ἀσεβείας περικείμενον· οὕτω καὶ Παλαμᾷ τουτωῖ δέλεαρ κατὰ τῶν ἁπλουστέρων εὕρηται τοὔνομα Βαρλαὰμ, μισουμένου διὰ τὴν τῶν Λατίνων θρησκείαν τῷ Ῥωμαίων δήμῳ παντὶ, ὅσοι πεῖραν ἔσχον αὐτοῦ. Εἶχε γὰρ τήνδε τὴν νόσον αὐτὸς καὶ πρὶν Βυζαντίοις ἐπιδεδημηκέναι τὸν Βαρλαὰμ, καὶ ὁρᾷν ἐπ' ἐμοῦ τε καὶ πλείστων ἄλλων διετείνετο

et ira tacite inflabatur, et in solio imperatorio versabat se crebra agitatione, et pedes alternis nunc distendebat, nunc connexos implicabat. Quin et silere interdum iubebat, ea ratione quod iam nos dies deficeret; suo tamen more, et conspicua illa animi lenitate. Quippe illum primis orationis meae exordiis mature praeverteram, ne vel ipse, vel eius permissu alius quisquam ex omnibus, sermones meos interpellaret. Atque hanc eius lenitatem maxime adiuvabat applaudens familiarium chorus, qui eum circumstabant, et minutula quaedam in nos dicta subinde et sparsim iaciendo furtivas iras exercebant; palam autem eum laudabant, quod lente irasceretur. (IV.) „Quoniam Palamas Barlaamum Calabrum semper opponit, eumque blasphemiarum suarum causam fuisse ait, et iam tibi ipsi ut id diceres persuasit, ausculta. Quemadmodum Gregorius theologus, insectando Arianos, qui filium patri similem absolute esse dicebant, addebantque captiose, id se secundum Scripturas dicere; quemadmodum, inquam, Gregorius theologus haec verba „similem secundum Scripturas" simplicioribus hominibus escam oblatam esse ait, impietatis hamo circumiectam; ita et huic Palamae reperta est illecebra ad simpliciores quosque inescandos; nomen dico Barlaami, viri scilicet, propter Latinam religionem, omnibus Romanis, quotquot eum usu cognorunt, odiosi. Nam hic, antequam Barlaamus apud Byzantios commoraretur, hunc morbum iam habebat, affirmabatque coram me et aliis compluribus, divinam se substantiam corporeis

τήν γε τοῦ θεοῦ σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς οὐσίαν· οὐ μόνον δ' αὐ- A. C. 1351
τὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ τούτου διδάσκαλος καὶ ὁμώνυμος Γρηγόριος ὁ Imp. Io. Cantacuz. 5
Δριμύς. καὶ πολλὰς ἐπήγαγον αὐτοῖς ἐγὼ τὰς λοιδορίας, ἐκ τῶν
θείων γραφῶν καταισχύνας τὴν ἄκαιρον καὶ ἀπαίδευτον γλῶτ-
5 ταν αὐτῶν, ὅσον ὁ τότε παρεῖχε καιρός. καὶ τοῦτο δῆλον πέ-
πραχα σοφοῖς ἀνδράσιν ἐγὼ, τῷ τε μεγάλῳ φημὶ λογοθέτῃ καὶ E
ὅσοι μετὰ τῆς σοφίας καὶ ἀρχιερωσύνῃ τὴν ἑαυτῶν ἐκόσμησαν
ἀρετήν. οἷς καὶ φρικῶδες εὐθὺς ἀκούσασι γέγονε, καὶ Μασσα-
λιανῶν ἐκάλεσαν αἵρεσιν ταυτηνὶ, κἀμὲ τῶν τοιούτων ἀπέχεσθαι
10 παρήνεσαν ὁμιλιῶν προθέσεσιν ὅλαις ψυχῆς· εἶναι γὰρ παλαιάν
τινα φήμην, ὡς μέλλον κατὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἔσεσθαί
τινα μάλα μεγίστην αἵρεσιν, κἀκ πασῶν συμμιγῆ καὶ ποικίλην, F
ἣν διορθωθήσεσθαι παγκοσμίου μικροῦ συναχθείσης συνόδου,
πάντων σχεδὸν συνιόντων ἐπισκόπων ἅμα καὶ πατριαρχῶν· καὶ
15 ταύτην ὀγδόην τε εἶναι καὶ τελευταίαν ὁμοῦ. Τοῦ δὲ χρόνου
ῥέοντος, ἐπιμῖξαι καὶ Βαρλαὰμ ἐγεγόνει Ῥωμαίοις, Καλαβρίας
τῆς αὐτοῦ γενόμενον μετανάστην πατρίδος, καὶ γνωστὸν ἐνταῦ-
θα γενέσθαι τοῖς ἄρχουσι, καὶ φιλίας οὐ πάνυ μικρᾶς πρὸς αὐ- P. 579
τῶν ἠξιῶσθαι διὰ τὸ περιὸν τῆς σοφίας· καὶ σοὶ μάλιστα πάν-
20 των καὶ πρὸ πάντων γενέσθαι δεκτὸν, ἅτε φιλολογεῖν ἐξ ἀρχῆς
αἱρουμένῳ, καὶ βίβλους πολλὰς καὶ παντοίας κτᾶσθαι φιλοτι-
μουμένῳ, καὶ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον ἐν σπουδῇ τιθε-
μένῳ μεγίστῃ. Μετὰ δέ τινα χρόνον φήμη μακρὰ καὶ συνεχὴς,

oculis intueri. Neque ipse solum; sed et eius magister idemque cognominis Gregorius Drimys. Ego vero illos, ex sacris scripturis arguens, multis convitiis insectabar, ineptumque et imperitum os eorum, prout tempora illa ferebant, dictis sugillabam. Atque id viris doctrina praestantibus notum feci; nempe magno logothetae, et aliis, quorum virtus non eruditione solum, sed et pontificia dignitate ornabatur. Qui, ut audivere, statim cohorruerunt, eamque Massalianorum haeresin esse dixerunt; ac mihi, ut ab eiusmodi hominum consuetudine toto animo abhorrerem, auctores fuerunt. Quippe vetere quadam fama vulgatum esse, exorituram adversus ecclesiam Dei aliquam haeresin longe maximam, eamque ex aliis omnibus mixtam ac multiplicem, quam coactum ex omni paene orbe concilium correcturum esset, omnibus fere episcopis et patriarchis in unum coituris: porro hanc synodum octavam simul et extremam fore. Procedente tempore ipse quoque Barlaamus Calabria, patria sua, ad Romanos commigravit, iisque se immiscuit. Ibi et principibus innotuit; et, quod doctrina praestaret, dignus iis visus est, cum quo amicitiam iungerent, nec eam quidem mediocrem. Omnium autem maxime, et prae caeteris quibuslibet, tibi acceptus fuit, utpote qui iam inde ab ineunte aevo humanioribus litteris operam ultro dare instituisses, multosque et omnis generis libros ambitiose conquireres, atque in dies novum aliquid cum dicere tum audire impensissime studeres. Aliquanto post magnus et continuus rumor, aures

A. M. 6859 Ind. 4 διαθέουσα τὰς τῶν πολλῶν ἀκοὰς, ὀψὲ καὶ ὡς ἡμᾶς ἀφίκετο,
B δηλοῦσα τὸν Βαρλαὰμ, ἐν Θεσσαλονίκῃ λόγοις τισὶν ἐντυχόντα τοῦ Παλαμᾶ, ἐπιλαβέσθαι διαῤῥήδην γράφοντος αὐτοῦ καὶ λέγοντος, σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν τοῦ θεοῦ τὴν οὐσίαν. ἴσασιν ἅπαντες πάντως μαρτυροῦντα τοῦτ' αὐτὸ καὶ ὃν ὁ Παλαμᾶς εἰς δικαίωσιν ἑαυτοῦ προβάλλεται τόμον. Τοσούτων τοίνυν ἐλέγχων οὑτωσὶ πρὸ ποδῶν ἱσταμένων ἐκ τοῦ προφανοῦς,
C καὶ πρὶν φανῆναι Βαρλαὰμ ἐν ὅροις Ἑλληνικοῖς δεικνύντων ἔχειν τὴν νόσον ἐνταῦθα τὸν Παλαμᾶν, τίς ὄνησις ἀληθὴς ταῖς τοῦ Παλαμᾶ περιέσται κατηγορίαις, ἐπὶ σαθρῷ θεμελίῳ συχνὰ κα-
V. 469 ταφεύγειν, τοὔνομα λέγω τοῦ Βαρλαάμ; πάντως διὰ τὸ τῆς θρησκείας μισηθῆναι καὶ διωχθῆναι τὸν ἄνθρωπον, ἐλπίσας ἔσεσθαί τι καὶ τοῦτο βοήθημα καθ' ἡμῶν, συνδιαβληθησομένων ἐκείνῳ. εὐπροσώπου γὰρ ἡ κακία προφάσεως εὐπορήσασα ῥᾳ-
D δίως ἐπὶ τὸ ψεύδεσθαί τε καὶ διαβάλλειν καὶ πραγμάτων χειμῶνας ἐγείρειν χωρεῖ. Οἶμαι γὰρ ὡς εἰ πάνυ πολὺν ἐσκόπει χρόνον, πῶς ἂν ἐπαινέσειε μὲν τὸν οἰκεῖον ἐχθρὸν Βαρλαὰμ ὁ σεμνὸς οὑτοσὶ Παλαμᾶς, ἑαυτοῦ δ' οὑτωσὶ φανερῶς τοὺς ἐλέγχους δείξειε τῆς δυσσεβείας ἄφυκτον ἔχειν καὶ ἄμαχον τὴν ἰσχὺν, οὐκ ἂν βελτίω τε καὶ καθαρωτέραν ταύτης εἰληφέναι ποτὲ πρόφασιν. τὸ
E γὰρ πλεῖστα καμόντα ἀρχὴν εὐπρεπῆ ταῖς ἀπολογίαις τῶν κατ' αὐτοῦ λεγομένων προθεῖναι, ἔπειτα μὴ δυνηθέντα, σαθρῷ ἐξ ἀνάγκης ἐρείδεσθαι ψεύδει, ποῦ οὐκ ἂν ἀτόπου γλώττης ἥλασεν,

vulgi pervagatus, demum ad nos quoque pervenit: Barlaamum, quasdam Palamae orationes Thessalonicae nactum, reprehendisse eum, diserte scribentem dicentemque se oculis corporeis substantiam Dei videre. Id ipsum vero, ut omnes sciunt, testatur is Tomus, quem ad sui defensionem Palamas profert. Cum itaque tot indicia sic quasi ante pedes praesentia et manifesta obversentur, quae vel antequam Barlaamus in Graeciae finibus comparuisset, eo morbo laborasse Palamam ostendant, ecquid re ipsa deinde Palamae in his accusationibus proderit ad infirmum illud praesidium confugere, ad nomen dico Barlaami? Nimirum quia ille ob religionem odio fuit et exactus est, speravit hic eam rem sibi adiumento fore adversus nos, quos cum illo eadem coniunctura esset calumnia. Nempe malitia, probabilem praetextum nacta, ad mentiendum et calumniandum et ad excitandas tempestates negotiorum proclivis est. Equidem sic statuo; hunc Palamam, virum scilicet gravem, si diutissime secum deliberasset, qua ratione adversarium suum Barlaamum laudaturus, suae autem impietatis indicia ineluctabili et invicto robore aperte confirmaturus foret, nec meliore unquam nec clariore argumento uti potuisse. Nam qui multum laboraverit, ut obiectorum sibi criminum refutationis a specioso aliquo principio ordiretur; deinde, quia haud posset, coactus sit futili mendacio inniti; is contra insectantes quo non insolentiae processisset,

ἢ τίνος ἂν ἐφείσατο λοιδορίας κατὰ τῶν διωκόντων, εἰ σκιᾷ γοῦν A. C. 1351
τινι περιετύγχανεν ἀληθείας. οὐ γὰρ ὁ Βαρλαὰμ ἦν, ὡς ἐκ τῶν Imp. Io. Cantacuz. 5
τοῦ Παλαμᾶ φαίνεται λόγων καὶ βίβλων, ὃς εἰσενεγκεῖν τῇ τοῦ
θεοῦ ἐκκλησίᾳ δοκεῖ τήν τε τῶν Μασσαλιανῶν δυσσεβῆ ταύτην
αἵρεσιν καὶ ἅμα τὸ τῆς διθεΐας καὶ πολυθεΐας ἔγκλημα· ἀλλ' ὁ F
Βαρλαὰμ ἦν μᾶλλον ὁ τοῦτον εἰσάγοντα δείξας. Ἀκούσας γὰρ
(φησὶν) ὁ Βαρλαὰμ τῶν περὶ τὸν Παλαμᾶν λεγόντων τὰ καὶ τὰ,
διθεΐας ἔγκλημα τουτοισὶ προσετρίψατο. ὁρᾷς ἐναργῆ τὴν μαρ-
τυρίαν αὐτὸν καθ' αὑτοῦ κομίζοντα, βέλτιον ἢ κατὰ πάντ'
ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. πρῶτον μὲν γὰρ αὐτοῦ κατηγορηκέναι τὸν
Βαρλαὰμ, σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ θεοῦ τὴν οὐσίαν ὁρᾷν
ἐγκαυχωμένου, φησὶ, τοῦτο δὴ τὸ τῶν Μασσαλιανῶν· εἶτα τὸ P. 580
ἄφυκτον τῆς κατηγορίας ἐκφεύγειν πειρωμένῳ, καὶ διαιρέσει τῆς
μιᾶς τρισυποστάτου χρωμένῳ θεότητος εἰς οὐσίαν καὶ χάριν, ἔτε-
ροφυᾶ μὲν, ἄκτιστον δὲ καὶ αὐτὴν, διθεΐας ἔγκλημα προστρί-
ψασθαι. Καὶ τό γε μεῖζον, ὅτι τὰς τοιαύτας αὖθις αὐτὸς ἐκ δια-
δοχῆς κατηγορίας ἀναλύειν πειρώμενος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυ-
ροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἐς τὸ πολλαπλάσιον ἐμφανίζει γράφων
τὴν αὐτοῦ κακίαν, καὶ τοῖς οἰκείοις ἀεὶ πτεροῖς ἁλισκόμενος, B
ὥσπερ σειρᾶς τινος μιᾶς ἀρξαμένης ἐκεῖθεν καὶ ἀλλήλαις ἐξηρ-
τημένας τὰς βλασφημίας ἐχούσης, μείζους καὶ χείρους ἀλλήλων
ἀεί. Τὸ γὰρ ὄνομά τινος ἐνεργείας καθ' αὑτὸ προστησάμενον,
οἱονεί τι γένος εἰς ἀπειράκις ἀπείρους διαιρεῖν ἀκτίστους θεότη-

11. ὁρᾷν add. Boiv. 18. γράφων em. Boiv. pro γραφῶν.

quibus pepercisset convitiis, si vel aliquam veritatis umbram nactus fuisset? Enimvero non Barlaamus, ut Palamas dictis et scriptis significat, impiam hanc Massalianorum haeresin, erroremque de duobus et pluribus Diis, in ecclesiam Dei invexit; immo Barlaamus ostendit, hunc ipsum esse qui inveheret. Cum, inquit, audivisset Barlaamus Palamam haec atque haec dicentem, ei crimen intulit, quasi duos Deos statuenti. Vides ipsum contra se, melius inimico et hoste quolibet, testimonium ferre luculentum. Primo enim ait se, quod Dei substantiam corporeis oculis videre gloriaretur, accusatum a Barlaamo; Massalianismi videlicet: deinde conanti sibi eius accusationis vim inevitabilem effugere, et divinitatem, quae una est in tribus personis, dividenti in Substantiam et Gratiam, natura quidem diversam, sed ipsam quoque increatam, sibi inquam crimen ait illatum ab eodem fuisse, quasi duplicem divinitatem agnoscenti. Iam, quod maius est, ea crimina alternis recurrentia dum ipse rursus diluere conatur, maiorem multo malitiam suam ex malo cordis sui thesauro expressam exhibet, et propriis quotidie plumis captus tenetur, quadam velut impiarum vocum catena inde usque ducta, ex se invicem nexarum, et aliarum aliis semper graviorum et deteriorum. Nam operationis cuiusdam nomen separatim primo posuisse; deinde illud, tanquam genus, in infinities infinitas divinitates

A. M. 6859 Ind. 4 C D E V. 470 F

τας, πῶς μὲν ἰδίᾳ καὶ καθ' αὑτὰς ἁπάσας ὑφισταμένας, πῶς δ' ἀνυποστάτους, ποίας ἀτοπίας ἐκπέφευγεν ὑπερβολήν; οὕτω σαθρὸν ἡ τοῦ ψεύδους κακία, καὶ στῆναι μὴ δυναμένη διηνεκῶς ἑαυτῇ περιπίπτει. Τὰ δὲ τοιαῦτα τῆς ἐκκλησίας ναυάγια φεύγοντας ἡμᾶς, γαλήνῃ συνεζηκότας βίου μακρᾷ, μάλα ἄκοντας ἐπὶ θέατρα καὶ δικαστήριον καθέλκεις, καὶ ὡς δή τινας τῶν κακούργων ἐπιτιμᾷς· οὐ μικρά· πλείω δ' ἀπειλεῖς, καὶ συνελαύνεις πανταχόθεν συνιέναι μὲν τῶν δεόντων οὐδέν, ἀπροφάσιστον δ' ὡς ἐπὶ πᾶν εἰπεῖν τὴν πειθῶ τῇ τοῦ Παλαμᾶ πολυθείᾳ θύοντας ἐναγίζειν. ποία ταῦτα δέξαιτ' ἂν ἀκούειν ψυχὴ, θεὸν ἕνα προσκυνεῖν εἰδυῖα, καὶ ταύτῃ συντραφεῖσα τῇ δόξῃ περιφανῶς; εἰς τοσαύτην γὰρ ἡμᾶς συνελαύνει δυσχωρίαν καὶ οὕτω δυσδιεξόδευτον τὸ τῆς σῆς δημηγορίας ἀκροτελεύτιον, ὡς ἀφύκτοις ἅμμασιν ἐνδεσμεῖσθαι νομίζειν μᾶλλον ἡμᾶς σιωπᾷν, ἢ τὸν ἐπὶ μέσης ἵστασθαι λίμνης μυθευόμενον ἐκεῖνον Τάνταλον· ὃν ἀϊδίῳ μὲν τῇ δίψῃ φλέγεσθαι λόγος, φοβεῖσθαι δ' ἀεὶ τὸν ἀφόρητον φόρτον ἐκεῖνον τοῦ λίθου, καὶ πίνειν κύψαντα μὴ δυνάμενον. τοῦτο δ' οὐ δικαστοῦ παρίστησιν ἦθος, ἀλλ' ὄψιν ἔχει πικρῶς ἐφεδρεύοντος καὶ τὰ ξίφη τῆς ἐπιβουλῆς θήγοντος καθ' ἡμῶν. Ὅμως οὐχ ἡμῖν γε τοσοῦτον μέλει τοῦ Βαρλαὰμ, ὅσον σοί γε χρεών· ὃς ἔπηλυν ὄντα τοσαύτην εἰς αὐτὸν ἐνδείξω ξενίαν, καὶ οὕτω λαμπρὰν τὴν δαψίλειαν αὐτῷ κατὰ πάντ' ἐχαρίσω, ὡς

5. μακρᾷ em. Boiv. pro μακροῦ.

increatas dividere, quae omnes seorsum et secundum se aliquatenus subsistant, aliquatenus non subsistant, quanta est insania! Adeo infirma res est mendacii perversitas, quae et stare nescit perpetuo, et in se ipsam recidit. Ea nos ecclesiae naufragia fugientes, et in longa vitae tranquillitate consenescentes, tu prorsus invitos in theatra et ad tribunal trahis, ac velut sceleratos non leniter castigas: plura autem minaris, et undecunque in eam nos necessitatem compellis, ut nihil frugi sapere possimus, sed obsequium multis illis Palamae divinitatibus sine ulla cunctatione vovere et isto quasi sacrificio litare cogamur. Haec audire quis sustineat, ita institutus, ut Deum unum sciat adorare, et ea opinione a puero plane imbutus? In eas videlicet angustias conclusio orationis tuae nos adducit, unde se expedire difficile est. Itaque, velut inextricabilibus nodis, silendi necessitate adstrictos nos putamus; idque arctius quam illum ipsum Tantalum, quem in media palude stare et sempiterna siti ardere narrant fabulae, timere autem semper saxi illius pondus iniquissimum, nec cum se inclinat posse bibere. At tu sic agendo non iudicis morem servas, sed speciem prae te fers eius viri, qui atrociter insidietur, et hostilis in nos animi gladiatoriam crudelitatem acuat. Atqui non tanta est nobis de Barlaamo cura, quanta esse tibi ipsi debet; qui illi, cum esset advena, sic benignum te hospitem praebuisti, ita splendide et prolixe in omnibus gratifica-

ἑτέρου μὴ δεῖσθαί σε μάρτυρος ἢ σαυτοῦ. ὥστ' οὐκ ἐμοί σε A. C. 1351
χρεὼν ἐγκαλεῖν δι' ἐκεῖνον καὶ τὴν ἐκείνου συνεχῶς προφέρειν Imp. Io. Cantacuz. 5
αἰτίαν μᾶλλον ἢ σαυτῷ. οὐ γὰρ ἔγωγ' ἂν αὐτὸς ὁ ταῖς ὑπεροχαῖς εἰμι τῶν τιμῶν εἰς ἀγέρωχον ἐκεῖνον ἐγείρας ὀφρὺν καὶ μετέωρον φρύνημα· οὐδ' ἔγωγ' αὐτὸς ὁ μεγαλορρήμονά σοι διδάσκαλον, καὶ διὰ σοῦ τοῖς ἄλλοις αὐτὸν τοῦ θείου Διονυσίου χειροτονήσας, καὶ ἅμα διαπρύσιον ἑρμηνέα τῶν μυστικῶν τῆς P. 581
ἐκκλησίας δογμάτων, καὶ ὅσα τῆς καθ' ἡμᾶς θεολογίας εἰσὶ μυστήρια καὶ δι' αὐτά γε ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, τὴν πάτριον γῆν ἐν δευτέρῳ θεῖναι τῆς ἀλλοδαπῆς ταυτησὶ αὐτὸν ἀναγκάσας· οὐδ' ἔγωγ' αὐτὸς ὁ καὶ κατὰ πάσης ἄλλης Ῥωμαίων σοφίας ἐντεῦθεν αὐτὸν μανῆναι πεπεικώς· ἀλλ' ἔγωγ' αὐτὸς ὁ τὰς κέδρους εἰμὶ τῆς ὀφρύος ἐκείνου συντρίψας περιφανῶς, καθάπερ ὅτε δρῦν B
καὶ κέδρον καὶ κυπάριττον ἀπογυμνοῖ τῆς κόμης ὑλοτόμου βρίθουσα παλάμη· ἔγωγ' αὐτὸς ἐκεῖνός εἰμι ὁ τότε συστείλας καὶ ἀναχαιτίσας ἐκεῖνον, ἔν τε γαλήνῃ καρδίας καὶ ἅμα τῇ τῆς ἀσφαλοῦς ἐπιστήμης ἐπιεικείᾳ, καθάπερ παράλιος ψάμμος ἀγριουμένην θάλασσαν· ἥτις ὁπόταν ὑβριστὴς καὶ ἀγέρωχος ἄνεμος, ἄνωθέν ποθεν ἐξ ἀρκτικῶν καταῤῥεύσας πηγῶν, αὐτῆς ἀναμο- C
χλεύει τὰ κύματα, διεγείρεταί τε πρὸς ἀνήκεστον θράσος καὶ ἀπειλεῖ κατὰ τῆς ἠπείρου πόλεμον περιφανῆ· ἀλλ' ἐπειδὰν ἀκούσῃ τῆς φωνῆς τῆς παραλίου ψάμμου, χείλεσιν ἀφθόγγοις ἀναγινωσκούσης τοὺς κανόνας τοῦ κτίσαντος, εὐθὺς ἀναχωρεῖ, προφανῆ δειλιῶσα θεοῦ προστάγματα καὶ ἀναχαιτίζουσα παύει θρασυνόμενον ῥόθιον. πῶς οὖν ἄν τις τῷ τοιούτῳ στέρξειεν,

tus es, ut eius rei non alio teste egeas nisi te ipso. Quamobrem non mihi te eius causa litem movere aequum est, nec de eo crimen perpetuo obiici mihi magis quam tibi. Non enim is ego sum, cuius opera ille ad honores immodicos evectus supercilium attollere et efferre se insolentius coeperit; neque is sum, qui eum tibi et aliis per te sancti Dionysii doctrinae magistrum grandiloquum, arcanorumque ecclesiae dogmatum et sacrae theologiae mysteriorum interpretem altisonum, meo suffragio constituerim, ac per haec ipsa, aliaque his similia, solum natale peregrino huic posthabere coëgerim; denique is non sum, cuius ille suasu et instinctu in reliquam omnem Romanorum eruditionem bacchatus sit. Immo ille ipse sum, qui eius superbiae cedros palam confregi; velut lignator, qui valida manu quercum, aut cedrum, aut cupressum coma exuat: ille ipse sum, qui eum tunc animi tranquillitate et solidae scientiae modestia continui repressique, velut arena littoralis mare iratum sistit, quod protervo et feroci vento alicunde e septentrionalibus tractibus effuso, et imos fluctus subvertente, in effraenem audaciam erumpit, et continenti solo bellum apertum indicit: at postquam arenae vocem audierit, Creatoris praescripta mutis labiis praelegentem, manifestas Dei leges expavescens, retrocedit statim, et aestus sui insolentiam comprimit. Ecquis itaque eiusmodi hominem probaverit,

A. M. 6859 Ind. 4 ὅστις τὸν αὐτὸν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νῦν μὲν ἐπαινεῖ, νῦν δὲ ψέγει;
D ὃν γὰρ εἰς αἰθέρα φάναι ἀνῆγες τέως, ὡς ἐν θεολογίαις κράτιστον, μηδὲν εἰδότα δεικνύεις ἀρτίως. πῶς δ' ἄν τις ἐμοὶ νεμεσώη, ἐκεῖνον καὶ τότε καὶ νῦν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπίσης λοιδοροῦντι, ἐφ' οἷς ἡμῖν δηλαδὴ πεπολέμηκε; λέγω δὴ τῷ περὶ Ἕλληνα λόγον καὶ τὴν θύραθεν παιδείαν χωλεύειν τὸν ἄνδρα τὰ κράτιστα. καὶ σοὶ μὲν γέγονε ὁ φίλος ζῶν, ἐχθρὸς τεθνηκὼς, καὶ ὁ τε-
E λέως τότε χρηστὸς πᾶν τοὐναντίον ἄρτι ὤν· ἐμοὶ δ' ὥσπερ τότε ἐχθρὸς, οὕτως οὐκ ἄρτι ὢν φίλος. ὥστε σὺ μὲν ἀρτίως ἐκεῖνον λοιδορῶν φίλον λοιδορεῖς· ἐγὼ δὲ τῆς ἐμῆς καὶ νῦν φιλίας τιθέμενος ὑπερόριον πρὸς τὸν οὐδαμῆ ποτε φίλον τοῦτο φαίνομαι δρῶν. ὃς οὖν ἐν πᾶσι τοὺς τῆς θεωρίας καὶ τῆς τῶν πραγμάτων πείρας θεμελίους ἀσαλεύτους ὁμοίως τηρεῖ, τοῦτον ἄρα πᾶς τις οἶμαι κρίνειεν ἂν λέγειν ὀρθῶς, κἀν τοῖς γε ἄλλοις ἅπασι, καὶ οἷς συντέθραπται δόγμασι τῆς πίστεως, βεβηκέναι
F καλῶς. Ἔπειτα πῶς τῆς ἐκείνου κρίσεως αὔταρκες πέρας τότ' εἰληφυίας, νῦν ἀνακρίνειν βιάζῃ, πλείοσιν ἄλλαις ἡμῖν βλασφημίαις ἁλισκομένου τοῦ Παλαμᾶ, ἃς ὁσημέραι γράφων ἐκεῖθεν προστίθησί τε καὶ ἐπιδείκνυται. οὐ γὰρ ἴσμεν ὄντος ἐκείνου νεκροῦ πυνθάνεσθαι ἃ τε ἔφασκε τότε καὶ ἃ νῦν. εἰ δ' ἀναγκαῖον
V. 471 ὑμῖν ἐστι τοῦτο, ἔστι παρ' Ἕλλησί τις σοφιστὴς νεκρικοὺς διαλόγους ποιούμενος. ἐκεῖνος, εἰ βούλεσθε, κομιεῖ τὰ ἐκείνου λεχθέντα τε καὶ λεγόμενα πάνυ καλῶς. ἡμῖν γὰρ ἀδύνατον σφό-

4. ἐπίσης em. Boiv. pro ἐπί σε. 8. ἀρτίως utrobique coni. Boiv.

qui eundem in iisdem rebus nunc laudet, nunc vituperet? Nam tu, quem eo tempore ad caelum fere tollebas, ut praestantissimum theologum, eundem nunc nihil scire arguis. Ecquis autem mihi succenseat, qui illum, quemadmodum tunc, ita nunc quoque dictis incessam ob easdem res, in quibus nos ipse oppugnabat? Graecas dico litteras, et profanam eruditionem, valde in illo claudicantem. Et ille quidem vivus, amicus tuus fuit; mortuus, evasit inimicus: ille tum perfecte bonus, nunc omnium pessimus: mihi, ut olim fuit inimicus, ita nec hodie amicus est. Sic tu eum nunc insectando amicum insectaris: ego vero, ab amicitia mea alienum eundem habens, illum qui nunquam amicus fuit alienum duco. Qui igitur sententiam et institutam agendi rationem in omni re fixam et immotam servat, eum credo quilibet iudicaverit recte sentire, atque, ut caeteris omnibus, ita iis, quibus innutritus sit, fidei dogmatis bene insistere. Iam quid est, quod illius causam, re omni iudicata, contendis recognoscere, cum nos Palamam aliarum blasphemiarum convincamus, earumque plurimarum, quas quotidie ex eo pergit scribendo aggerare et ambitiose iactare? Nos certe illum qui mortuus est haud possumus, quae tunc dixerit, quaeve nunc dicat, interrogare. Quod si id vos necessarium ducitis, est vetus sophista Graecus, qui mortuorum fingit colloquia. Is quidem, si vultis, quae ab illo dicuntur dictave sunt, referet vobis pulcherrime: nos id facere omni-

δρα τουτί." (E.) Τοῦ μέντοι Παλαμᾶ παραφθεγξαμένου τι πρὸς A. C. 1351
ὀργὴν διὰ τὰς εἰρωνείας, εἰχόμην ἐγὼ τῶν ἐξῆς, οὐδὲ μικρὰ Imp. Io. Cantacuz. 5
γοῦν παραβομβοῦντος ἐκείνου πεφροντικώς. „Φαίη δ' ἄν τις ἴσως P. 582
τἀληθοῦς φροντιστὴς παρελθών, μηδαμῆ τὸν Παλαμᾶν ἀπαλ-
λάττειν εἰκότως τῶν ἐγκλημάτων, εἰ Λατῖνος ὢν ἐκεῖνος οὐκ
ὤκνησε παῤῥησίᾳ τῆς ἀσεβείας ἐλέγχους αὐτῷ παριστᾶν. Οὐ γὰρ
ὅτι Λατῖνοι, τοῦ γένους ἀφιστάμεθα· ἀλλ' ἐνίων χάριν ἐγκλη- B
μάτων· ὧν ἐν μέρει κειμένων, τἆλλα πάνθ' ἥκιστ' ἂν εἶεν ἡμῖν
ἀκοινώνητοι. ἦ γὰρ ἂν καὶ τὴν ἔνσαρκον αὐτῶν δογματιζόντων
οἰκονομίαν καὶ θάνατον καὶ ταφὴν καὶ ἀνάστασιν πρός γε τοῖς
ἄλλοις τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, ἡμῖν γε δήπου διὰ τὸ Λατί-
νους εἶναι ὁμολογεῖν οὐκ ἐξείη. ἄπαγε. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Σισίνιον
τὸν Ναυατιανὸν ἡ πρώτη παρεκρούσατο σύνοδος διὰ τὴν θρη- C
σκείαν, ἀλλὰ καὶ κράτιστον ἔσχεν ἐπίκουρον κατὰ τῆς Ἀρείου
μανίας. καὶ Ὠριγένην δ' ἀποσειόμενοι τῶν γε βίβλων τὰς πλεί-
στους ἥκιστ' ἀποσειόμεθ' αὐτοῦ. μάρτυρες τῶν λεγομένων μάλα
τοι ἀψευδεῖς αἱ κατὰ Κέλσου τοῦ καταράτου μάχαι καὶ ἀντιῤῥή-
σεις καὶ τἆλλ' ὁπόσα τοῖς θείοις πατράσι φιλοπονήσασι προσεί-
ληπται βιβλία ἐκείνου τῶν τῆς θείας γραφῆς ἐξηγητικῶν. καὶ ἵνα
σιωπήσω τὰ πλεῖστα, τὴν ἁγίαν τετάρτην καὶ οἰκουμενικὴν πα- D
ραινοῦσαν εὑρίσκομεν σύνοδον, καὶ ὁμοίως τὴν ἕκτην, μὴ πάνθ'
ὅσα φάσκειν ἐγγίνεται τοῖς αἱρετικοῖς φεύγειν ἡμᾶς εἶναι χρεών.
εἰ γὰρ ἕνα θεὸν ὁμολογούντων ἐκείνων ποιητὴν ἁπάντων ἡμεῖς

9. δογματιζόντων Boiv. pro δογμάτων.

no nefas est." (V.) Hoc loco Palamas, ironia offensus, nescio quid per iram interloquutus est. Ast ego hominis obstrepentis ne minimam quidem rationem habui; et continuo pergens ad reliqua, „enimvero", inquam, „si quis huc prodeat veritatis studiosus, dicturum eum opinor, non eo Palamam obiectis criminibus absolvi, quod qui ipsum impietatis palam arguere non timuit, fuerit Latinus. Quippe ab ea gente, non quia Latini sunt, alieni sumus, sed ob quasdam criminationes, quae si seponantur, minime iidem in caeteris omnibus repellendi erunt a nostra communione. Alioqui incarnationem, mortem, sepulturam, resurrectionem Dei et servatoris nostri aliaque illis docentibus assentiri nos, quoniam Latini sunt, non liceret. Apage. Nec enim Sisinnium Novatianum ob superstitionem prima synodus reiecit. Quinimmo adversus Arii dementiam adiutorem eum habuit validissimum. Ac nos, tametsi Origenem aversamur, tamen plerosque eius libros minime repudiamus. Cuius rei testes sunt non mendaces illae cum exsecrando Celso luctae et antirrheticae disputationes, et caeteri eius omnes in sacram scripturam commentarii, quos sancti Patres ad suas lucubrationes adiunxerunt. Atque, ut pleraque silentio praeteream, sacrosanctas synodos oecumenicas, quartam et sextam, scimus monere, haud fugienda esse quaecunque ab haereticis dicantur. Nam si ab iis discedo-

A. M. 6859 Ind. 4 ἀποσχοίμεθα, τάχιστ' ἂν τὴν τοῦ πυρὸς ἐφ' ἑαυτοὺς ἑκόντες ἑλκύσαιμεν γέενναν. οὗ τί τῶν ἁπάντων χείριστον; καὶ τῶν ἀργύρου δὲ καὶ τοῦ χρυσοῦ μεταλλευτῶν οὐχ ὁμιλητῶν ἡγεμόσι καθισταμένων, διὰ τὸ πάνυ τοι ἀγροικίζεσθαι, τοὔργον περὶ πλεί-
E στου τούτοις καθίσταται. καὶ ἁλουργίδες δ' ἔτι καὶ πορφύραι χρήσιμοι τοῖς βασιλεῦσίν εἰσιν· ἀλλ' οὐδὲ μικρᾶς γοῦν τινος οἱ δρῶντες θέας ἐκείνων ἴσως τυγχάνουσιν οὗτοι, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ μισοῦνται διὰ τὸ τῆς ἐκεῖθεν ἀηδίας ἀπόζειν. οὔκουν οὔτ' ἐκεῖνον ἄρα τῆς ἀληθοῦς ἀπάγει κατηγορίας τὰ τῆς θρησκείας, οὔτε τῷ Παλαμᾷ βοηθεῖ, οὐχ ἕως ἂν ἁλίσκοιτο τούτοις προφανῶς τοῖς ἐγκλήμασιν. Ἐκεῖνό γε μὴν ἐροίμην ἂν ἡδέως σε, πῶς τῶν
F Ἰωάννῃ τῷ πατριάρχῃ γραφέντων, περί τε τῶν τοῦ Παλαμᾶ καὶ Βαρλαὰμ καὶ τῆς ἐκκλησίας θορύβων, τὰ μὲν ἀρεστά σοι γίνεται, τὰ δ' οὔ, πρός γε τὸ τῷ Παλαμᾷ βουλόμενον ἀνθέλκοντί τε καὶ μεθέλκοντι μετὰ πολλῆς τῆς ἀρχικῆς ἐξουσίας τὰς ψήφους. ἢ γὰρ ἅπασι στέργειν χρεὼν τοῖς ἐκείνῳ πατριαρχεύοντι πεπραγμένοις κατά γε τοὺς τῆς ἐκκλησίας θεσμούς, ἢ μηδὲν τῶν ἁπάντων. ἀλλὰ τοῦ πρώτου κρατοῦντος, χώραν οὐκ ἔχει τὸ δεύτερον.
P. 583 Εἰ δὲ δεῖ μερίσαντας ἡμᾶς εἰς δύο τἀκείνῳ πραχθέντα περί γε τοῖν δυοῖν τούτοιν ἀνδροῖν ἑκατέρῳ ἑκάτερα δοῦναι, τῷ μὲν τὰ πρῶτα, τῷ δὲ τὰ δεύτερα, σκεπτέον ποτέροις τῆς κρίσεως αἱ βελτίους ἔψονται ψῆφοι. ἀεὶ γὰρ ἦν πατριάρχης ἐκεῖνος, ἄχρι ἧς ἡμέρας αἱ μέσαι φυλακαὶ τῆς νυκτὸς ἐγκρατῆ Βυζαντίου κατέστησάν σε, ἱερέας τε χειροτονῶν καὶ ἐπισκόπους καὶ τὰς τῶν

remus, rerum omnium auctorem Deum unum confitentibus, statim in nos gehennam ignis ultro ipsi traheremus: quo quid peius unquam fuerit? Sic quanquam auri et argenti fossores, eo quod omnino agrestes sunt, principibus familiares non fiant, tamen ab his illorum opificium plurimi aestimatur. Sic etiam conchyliatae vestes et purpurae utiles regibus sunt: earum vero artifices ipsi illorum adspectu ne minimo quidem frui solent, immo illis nonnunquam odio sunt, eo quod ingratum odorem inde referant. Itaque Barlaami secta nec a vero dicendo ipsum excludit; nec Palamam, quamdiu horum criminum manifeste convincetur, excusat. Caeterum illud ex te lubens quaesierim, quomodo ea, quae ab Ioanne patriarcha de Palama et Barlaamo deque ecclesiasticis tumultibus scripta sunt, partim probes, partim improbes, suffragia scilicet ad Palamae arbitrium summa prorsus auctoritate huc illuc torquens. Quaecunque enim ab illo, dum patriarcha esset, acta sunt secundum instituta ecclesiae, vel omnia ea, vel eorum nihil approbandum. Atqui (apud te) prima sic valent, ut postrema locum non habeant. Quod si nos ea, quae idem patriarcha in duorum istorum hominum causa constituit, bifariam dividere oportet, et utraque utrique attribuere, huic priora, illi posteriora, videndum iam utra utris praeferri debeant. Quippe ad eum diem, quo Byzantium in tuam potestatem mediae noctis vigiliae redegerunt, patriarcha usque ille esse perstitit, qui

δικαστηρίων ψήφους ἐπισφραγίζων. ἐμοὶ δοκεῖ τοῖς δευτέροις. εἰ A. C. 1351
γὰρ καὶ πάλαι κείμενοι νόμοι πολιτειῶν λυόντων πολλάκις, δυοῖν Imp. Io. Cantacuz. 5
θάτερον, ἢ κακοῦ τινος ἀπαντήσαντος δι' αὐτούς, ἢ βελτιόνων B
δευτέρων φανέντων ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων δεδοκιμασμένης πεί- V. 472
ρας καὶ τριβῆς, σχολῇ γ' ἂν κωλύσειέ τις ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς λελῦ-
σθαι τοῖς δευτέροις αὐτοῦ τὰ πρῶτα, κακοῦ τινος ἀπαντήσαντος
ἐκ τῶν πρώτων, κἀκ συναρπαγῆς συμβὰν οὕτωσί πως ἴσως ἀπα-
τηθέντος. εἰ δὲ καὶ λύσις δοκεῖ μὲν εἶναι τῶν πρώτων τὰ δεύτερα
τἀνδρὸς ἐκείνου, οὐκ ἔστι δὲ, ἀλλ' ἔχει τὴν προσήκουσαν ἀκο- C
λούθησιν ἄμφω, εἴ τις μετὰ γνώμης βούλοιτο κρίνειν ἀπαθοῦς,
ἤ που σαφὴς ἀδικία, ξὺν αὐθαδείᾳ λύειν καὶ κυροῦν, τοὺς μὲν
ἐκείνου ταδὶ, τοὺς δὲ ἐκείνου ταδί. Ὧν συγχωρουμένων τοῖς ἄρ-
χουσιν, οὐκ οἶδ' ὅπη στήσεται καὶ ποῖ περιχωρήσει τὰ τῆς ἐκ-
κλησίας δόγματα καὶ πρός γε τὰ τῆς πολιτείας πράγματα, πρὸ
ποδῶν ἐναργῶς τῆς τῶν ὅλων φθορᾶς ἱσταμένης. οὐ γὰρ εἰς ἕνα D
τινὰ καὶ δύο τὰ τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι πέφυκεν, ἀλλὰ πάνθ'
ἑξῆς τὰ πρόσω λαμπρῶς ἐπιβόσκεται· καὶ νόμος οὗτος διὰ πάσης
γράφεται γῆς, κακῶν ἀρχηγὸς τῶν μεγίστων. οὐ γὰρ ἔτ' ἔθη
καὶ νόμιμα προσήκοντ' ἄρχουσί τε καὶ ἀρχομένοις ἔσται τηρού-
μενα οὐδ' ὃ μὲν ἐπιτάξει, ὃ δ' ὑπακούσεται· ἀλλ' ἔσθ' ὁμοῦ
πάντα χρήματα, καὶ αὐτοῖς πρώτοις κομιεῖ τὴν βλάβην τοῖς ἀρ-
ξαμένοις τε καὶ προδείξασιν. Εἰ μὴ διὰ γοῦν ἄλλο τι, διὰ γοῦν E

2. λύονται coni. Boiv.

sacerdotes et episcopos ordinaret, et iudicum decreta consignaret. Equidem posteriora puto praeferenda. Nam si rerum publicarum positae antiquitus leges propter duorum alterum saepe abrogantur, quia scilicet vel priores mali alicuius occasionem praebuerint, vel posteriores experientia exploratae et rerum usu probatae meliores visae sint; ecquis uni homini interdicat, ne priora eius decreta per posteriora rescindantur, si quod ex prioribus malum emerserit, et ille per obreptionem, ut fit, deceptus fortasse fuerit? Sin eius viri posteriora decreta priorum abrogationem videntur quidem continere, re ipsa autem non continent; sed utraque, si quis sine affectu iudicet, apta consecutione congruunt, certe haec vel illa per hos vel per illos rescindi temere et confirmari evidens est iniquitas. Hoc si principibus liceat, quis doctrinae ecclesiasticae et reipublicae ipsius status, communi omnium ruina velut pedibus obversante, quisve exitus tandem futurus sit non video. Etenim ecclesiae mala eiusmodi non sunt, ut in uno aut altero subsistant; sed quidquid reliquum est, id omne progrediendo late absumunt. In omnem terrarum orbem lex ista sancitur, maximorum malorum caput futura. Iam nec mos maiorum, nec legum praescripta, principibus et privatis convenientia, servabuntur; nec altero iubente alter parebit: sed omnia permiscebuntur, et illis primis detrimentum afferent, qui auctores aliis fuerint et exemplum dederint. Cum igitur, si mi-

A. M. 6859 Ind. 4 τἀποβαίνοντα ἐκεῖθεν ἄτοπα, τηρεῖν ὑπάρχοντος ἀναγκαίου τὰ μήκει χρόνου βεβαιωθέντα καὶ γράμμασι κυρωθέντα νόμιμά τε καὶ δόγματα, στέργειν λοιπὸν καὶ ἡμῖν καὶ δέχεσθαι τοὺς κατὰ καιροὺς ἐπισκόπους καὶ βασιλέας, οἷς ὑπὲρ οἵων δή τινων ψηφίζονται, καὶ οἷς οἵων δή τινων καταψηφίζονται· ὡς ὁμοίαν συνά-
F γεσθαι τὴν ἀνάγκην κἀνταῦθα, στέργεσθαι καὶ τοὺς κατὰ τοῦ Παλαμᾶ ψηφισθέντας τε καὶ γραφέντας διὰ τὰς ἄλλας αὐτοῦ βλασφημίας ἀναθεματισμοὺς Ἰωάννῃ τῷ πατριάρχῃ, ταῖς ἄλλαις ἐπίσης ἐκείνου χειροτονίαις καὶ πράξεσιν, αἳ μέχρι καὶ ἐς τὴν τήμερον κατὰ τὸ ἀκλινὲς διασώζονται. τούτου δ' οὕτως ἔχοντος, εὖ ποιεῖν καὶ ἡμᾶς ἐξ ἀνάγκης ἕπεται, τὴν τοῦ Παλαμᾶ κοινωνίαν ἀποσειομένους καθάπαξ καὶ ἀποτρέποντας." (ς'.) Τοῦ δὲ
P. 584 βασιλέως τὴν μακρηγορίαν ἡμῖν ὀνειδίζοντός τε καὶ ἀνακόπτοντος, „ἔτι μικρὸν εἰπὼν ἀπαλλάξομαι", ἔφην ἐγώ. καὶ ἀνενεγκὼν ἐκεῖσε τὸν λόγον, „ἢν ἐθέλῃς," ἔφην, „ὦ βασιλεῦ, μάλα τοι ῥᾴστη γέ-
B νοιτ' ἂν ἡ τῆς εὐσεβοῦς εἰρήνης τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ πρὸς τὸ πρότερον τῆς ἁπλότητος ἴχνος ἀνάλυσις. τῆς γὰρ δυνάμεως τῇ βουλήσει καλῶς συντρεχούσης, μηδὲν ἂν ἔτ' εἶναι μηδαμῇ μήτε πρὸς τὸ κάλλιστον, μήτε μὴν πρὸς τὸ χείριστον, ὃ γένοιτ' ἂν ἐμποδών. καὶ Κωνσταντίνῳ ἐκείνῳ τῷ βασιλεῖ τριακοσίων ἐγγὺς ἐνιαυτῶν εἰδωλολατρίας ἐν βραχεῖ διορθώσασθαι ἐξεγένετο· καὶ τοὐναντίον αὖθις, Ἰουλιανοῦ πρὸς εἰδωλολατρίας νενευκότος, μικροῦ πάντες ἦσαν αὖθις ὁμοίως ὑπήκοοι τὴν ταχίστην παλιν-

21. εἰδωλολατρείαν hic et deinceps coni. Boiv.

nus ob alias causas, saltem ob ipsa incommoda, quae inde oriuntur, necesse sit instituta ac dogmata ea servari, quae longo tempore confirmata et litteris consignata sint; superest iam, ut episcopos et principes aliis temporibus alios approbemus et recipiamus, quidquid ii pro quolibet vel contra quemlibet decernant. Unde necessario consequitur, anathematismos, qui adversus Palamam ob caeteras eius blasphemias ab Ioanne patriarcha decreti et scripti fuerunt, approbandos esse in praesenti, aeque ac ordinationes ab eo factas, et alia eiusdem acta, quae ad hodiernam usque diem firma et stabilia permanent. Quod cum ita sit, et nos necesse est recte facere, qui Palamae communionem omnino respuamus et aversemur." (VI.) Ibi imperator longiorem sermonem exprobrare et nos reprimere coepit. „Ego vero", inquam, „ubi pauca addidero, finem faciam." Tum orationem inde repetens, „facillimum (dixi) si velis, o imperator, in Dei ecclesia fuerit piam tranquillitatem restituere, et ad prima simplicitatis vestigia revocare. Nempe ubi potestas cum voluntate probe conspirat, nihil est praeterea, quod sive ad optima sive ad pessima festinantibus moram obiiciat. Itaque trecentorum ferme annorum idololatriam Constantinus ille imperator brevi tempore correxit. Contra Iuliano, ad idolorum cultum reverso, omnes paene populi obsequentes ad eandem superstitionem celerrime

δρομήσαντες· καὶ οὕτω γε προϊών τις ἀεὶ ῥᾳδίως τοῖς ἄρχουσιν A. C. 1351
ἑπόμενον ὄψεται τὸ ὑπήκοον, καθάπερ πνοαῖς ἀνέμων πίπτοντα Imp. Io. Cantacuz. 5
φύλλα δρυὸς, καὶ εἴ τι τῶν οὕτω ῥᾳδίων καὶ κούφων. φέρε τοί- C
νυν, ἀπόδος, ὦ βασιλεῦ, τὴν πρὶν εὐκοσμίαν ἐκείνην τῇ τοῦ
Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, ἣν αἱ τοῦ Παλαμᾶ διεσπάραξάν τε καὶ διεμερί-
σαντο καινοφωνίαι, μυρίων ὅλην μικροῦ θορύβων τὴν οἰκου-
μένην ἐμπεπληκυῖαι. Ῥᾷστον δ' ἔσται σοι πάντως τοντὶ, φλογὶ
πυρὸς τὴν ὅλην αὐτοῦ βίβλον βουληθέντι χαρίσασθαι, πασῶν ἀνα-
μὶξ τῶν αἱρέσεων οὖσαν συμφόρημα. εἰ δὲ τῶν ἀμαθῶς ἐχόντων D
ἐνίους διαδιδράσκοι τὰ βλάσφημα, διά τε τὴν τῶν λέξεων σύγχυσιν V. 473
καὶ τὸ τῆς φράσεως σκοτεινόν τε καὶ ὁμιχλῶδες, ἡμεῖς ἀναπτύ-
ξαντες δείξομεν καθ' ἕκαστά τε καὶ κατὰ πλῆθος. Τοιαῦτα γὰρ
τὰ τῶν αἱρέσεων ἐπιτηδεύματα, ποικίλα τινὰ καὶ δυσδιάκριτα,
καὶ πολλὴν τὴν ὁμοιότητα διασώζοντα πρὸς τὰς ἐν ὄρεσι λόχμας
καὶ φάραγγας· ἵν', ὡς ἐκεῖθεν οἱ λῃσταὶ τοῖς ἐν ἁπλότητι παρι- E
οῦσι καρδίας ἀπροόπτως ἐπιπηδῶσιν, οὕτως ὡς ἐκ σκότους οὗτοι
τοῦ ξυμμιγοῦς καὶ γριφώδους τῶν ὁμωνύμων ἅμα καὶ πολυωνύ-
μων λέξεων τὸ τῆς εὐσεβείας βάλλωσι ἁπλοῦν. ἐχρῆν ἂν ἴσως
ἐξ ἀντιθέτου, τῆς εὐσεβείας ἁπλότητι κοσμούσης, πολυμιγῆ
τινα καὶ ποικίλην τὴν ἀντίπαλον εἶναι κακίαν. Καὶ τοῦτο δῆλον
τίθησιν εὐθὺς ὁ πολὺς ἐν θεολόγοις Γρηγόριος· „ἦν ὅτε ἤκμαζε F
τὰ ἡμέτερα (φάσκων) καὶ καλῶς εἶχεν· ἡνίκα τὸ μὲν περιττὸν
τοῦτο καὶ κατεγλωττισμένον τῆς θεολογίας καὶ ἔντεχνον οὐδὲ

19. κοσμουμένης coni. Boiv.

revoluti sunt. Ita quilibet deinceps usque progrediendo populos principibus facile obsequi videbit, ut ventorum flabellis decidua quercuum folia, aut si quid aliud mobile et leve est. Age igitur, imperator, pristinum illum splendorem restituito ecclesiae Dei, quam nova Palamae dogmata lacerarunt ac discerpserunt, toto fere orbe infinitis turbis repleto. Id autem facillimum tibi fuerit, si velis integrum eius librum, hoc est omnium promiscue haereseon farraginem, igni donare. Quod si ea quae insunt blasphema et impia imperitos quosdam ideo fugiunt, quia verbis confusis et obscuro tenebrosoque sermone involvuntur, nos singula et universa explicando indicabimus. Eiusmodi sunt haereticorum commentationes, perplexae videlicet et indiscretae, montium silvis condensis abruptisque voraginibus persimiles; ut quemadmodum latrones inde improvisi insiliunt in eos, qui illac animo simplici et incauto pertranseunt, ita hi ex confusione et obscuritate dictionum, plura eodem vocabulo aut eadem pluribus significantium, quasi ex tenebris, in veritatis simplicitatem tela intorqueant. Ac fortasse oportebat, eo quod pietati ornamento esset simplicitas, ita contraria ratione impietatem multiplicem esse et variam. Id autem statim magnus theologiae doctor Gregorius ita esse declarat, cum ait: „fuit quondam tempus, cum res nostrae florerent ac praeclare se haberent; cum nimirum superflua haec et verborum lepore atque arte fucata tractandae theo-

A. M. 6859 Ind. 4 πάροδον εἶχεν εἰς τὰς θείας αὐλάς· ἀλλὰ ταὐτὸν ἦν ψήφοις τε παίζειν, τὴν ὄψιν κλεπτούσαις τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως, ἢ κατορχεῖσθαι τῶν θεατῶν παντοίοις καὶ ἀνδρογύνοις λυγίσμασι, καὶ περὶ θεοῦ λέγειν τι καὶ ἀκούειν περίεργον· τὸ δ' ἁπλοῦν τε καὶ εὐγενὲς εὐσέβεια ἐνομίζετο. ἀφ' οὗ δὲ Σέξτοι καὶ Πύρρω-
P. 585 νες καὶ ἡ ἀντίθετος γλῶσσα, ὥσπερ τι νόσημα δεινὸν καὶ κακόηθες, ταῖς ἐκκλησίαις ἡμῶν εἰσεφθάρη, καὶ ἡ φλυαρία παίδευσις ἔδοξε, καὶ ὅ φησι περὶ Ἀθηναίων ἡ βίβλος τῶν πράξεων, εἰς οὐδὲν ἄλλο εὐκαιροῦμεν, ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον, ὥ τίς Ἱερεμίας ὀδύρεται τὴν ἡμετέραν σύγχυσιν καὶ σκοτόμαιναν, ὁ μόνος εἰδὼς ἐξισοῦν θρήνους πάθεσιν;" ὅρα ὅπως τὴν πρὸν ὁ
B μέγας τῶν θείων μακαρίζων δογμάτων ἁπλότητα θρήνων ἄξιον μακρῶν τὸ περιττὸν καὶ ποικίλον ἥγηται τῆς θεολογίας, ἅτε χειμώνων καὶ ναυαγίων αἴτιον τῇ τοῦ θεοῦ γινόμενον ἐκκλησίᾳ. Οἷς γὰρ ἀναγκαίοις εἶναι γέγονε, πρὸς τοῦ δημιουργοῦ τῆς φύσεως ἁπλῶ καὶ τοῖς πᾶσιν εὐπόριστα δεδόσθαι ταῦτα συμπέπτωκεν· ἵνα μὴ δυσχεροῦς τῆς ἀναγκαίας τῇ φύσει χρείας καθισταμένης, ὄλεθρος τοῖς οὖσι κατόπιν ἀκολουθῇ. καὶ πρῶτον ἐπὶ τῶν σω-
C ματικωτέρων τὸν λόγον γυμνάσαντες ἐκ τῶν τῇ αἰσθήσει γνωριμωτέρων, ὡς διὰ βαθμίδος τινὸς, ἀναγάγωμεν εὐπαρακολουθητότερόν τινα τρόπον ἐπὶ τὰ θεῖα τῆς ἐκκλησίας δόγματα. οἶμαι γὰρ, ὡς τὸ μέγα τοῦτο στοιχεῖον, τὸν ἀέρα, τὸν ἄφθονον

4. καινότερον καὶ περίεργον Anastasii ed. Billiana. 5. τοῦ λόγου post εὐγενὲς add. Bill. 8. πράξεων, ut habent libri editi, pro πατέρων em. Boiv.

logiae ratio ad divinas caulas ne aditum quidem habebat: verum idem erat calculis ludere, inversionis celeritate obtutum oculorum fallentibus, aut omnigenis et lascivis corporum flexibus spectatores ludificari, quod novi quidpiam ac curiosi de Deo vel dicere vel audire: simplex contra ingenuaque oratio atque doctrina, pietas existimabatur. At posteaquam Sexti et Pyrrhones, et contradicendi libidine incitata lingua, velut gravis quidam ac malignus morbus, in ecclesias nostras magno nostro malo irrepserunt ac nugacitas doctrinae atque eruditionis opinionem tulit, quodque Actorum liber de Atheniensibus narrat, ad nihil aliud vacamus, quam ut novi aliquid dicamus vel audiamus, o quis Hieremias confusionem nostram caliginemque deplorabit, qui solus lamentationes calamitatibus exaequare novit!" Viden ut magnus vir veterem dogmatum simplicitatem beatam ducat, idemque theologiae superfluas et multiplices quaestiones maximis lamentis dignas iudicet, quod in Dei ecclesiam procellae et naufragia per eas invehantur? Quae scilicet necessaria erant, ea naturae auctor simplicia et omnibus parabilia proposuit; ne si ea, quibus natura necessario indiget, paratu difficilia essent, consequeretur inde rerum interitus. Ac primum quidem in rebus corporeis proludentes, ex iis quae sensui notiora sunt, velut gradatim, ad sacra ecclesiae dogmata sic adscendamus, ut quivis facile assequi possit. Equidem vastum hoc elementum, aërem dico, naturae universae

πάσης φύσεως πλοῦτον, διὰ τοῦτο πᾶσι προῦθηκεν ὁ θεὸς ὄρεσι A. C. 1351
καὶ σπηλαίοις καὶ νήσοις καὶ ἠπείροις, ἄχρις αἰθέρος καὶ οὐρα- Imp. Io. Can-
νίων ἀντύγων, ἁπλοῦν καὶ ἀποίκιλον, ἵνα μηδὲν μηδαμῇ τῶν tacuz. 5
εἰς χρείαν ἰόντων τὴν τοῦ ζῆν αἰτίαν καθ' οἱονδήτινα ζημιοῖτο D
τρόπον· καὶ οὐδὲν ἁπλῶς τῶν ἐν κόσμῳ τούτου γέγονεν ἄμοιρον,
πλὴν ἢ ὃ παντάπασιν ἐστέρηται τῆς γενέσεως. Ἔπειτα τὸ τῆς
αἰθερίας ἐκείνης λαμπάδος φῶς ἀρίθμει μοι δεύτερον ἀναγκαῖον·
τὴν οὐρανίου λέγω πέπλου πορφύραν, τὴν τἀπίγεια πάντα βό-
σκουσαν ἡλίου φλόγα. πᾶσι γὰρ καὶ οὗτος ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ τοῖς
βουλομένοις ἀεὶ δῶρον ἄσυλον πρόκειται, πλουσίοις ἐπίσης καὶ E
πένησιν, ἄρχουσι καὶ ἀρχομένοις· καὶ οὐδὲν ἐπὶ γῆς ἀμέτοχον
τῶν ἐκείνου γέγονεν ἀγαθῶν, πλὴν ἢ ὃ μὴ μετέσχε τοῦ εἶναι.
Ἐπὶ τούτοις καὶ τρίτον ὅρα μοι ἀναγκαῖον τῇ φύσει, τὴν ὑγρὰν
τῶν ὑδάτων οὐσίαν, ἄπειρον καὶ αὐτὴν κεχυμένην ἀέρι καὶ γῇ καὶ V. 474
πᾶσι τόποις ἐμφανέσι καὶ ἀφανέσι. μαρτυροῦσί μοι τῷ λόγῳ πο-
ταμοὶ καὶ λίμναι καὶ πηγαὶ καὶ ὅση τοῖς ἐγκάτοις ἔνεστι τῆς γῆς F
ὑδάτων φύσις. ἀλλὰ γὰρ, ἵνα μὴ λάθωμεν εἰς μῆκος λόγου
παρενεχθέντες, τοῖς τῶν μεγίστων τοῦ κόσμου στοιχείων ἡδίστοις
καθ' ἕκαστα λόγοις ἐνδιατρίβοντες, ἐς τὸ πρότερον ἴχνος τὸν
λόγον φέρε ἐπανακάμψωμεν. Τὸν γὰρ αὐτόν μοι τρόπον ὅρα κἀν-
ταῦθα περὶ τῆς πίστεως. ὡς γὰρ τῶν εἰρημένων οὐδὲν οὐδαμῇ
ποικίλον καὶ πολυσχιδὲς ἀποπέφανται, ὡς τὸ μὲν τῶν μερῶν ἐφ'
ἑκάστου τούτων μετέχεσθαι, τὸ δ' οὔ· καὶ τὸ μὲν ὑπὸ τοῦδε

divitem censum, idcirco (ut opinor) omnibus montibus, speluncis, insulis, continentibus, hinc usque ad aethera et ad caelestes orbes, unum et simplicem Deus praetendit, ut ne eo vivendi principio quicquam eorum quae indigerent ullo modo fraudaretur; nihil ut prorsus in toto orbe expers eius sit, nisi quod rerum genitarum conditione omnino caret. Deinde in rebus necessariis secundo loco numeres mihi oportet aetheriae illius lampadis lucem, illam caelestis pepli purpuram, illam dico terrestrium omnium altricem solis flammam. Quippe et iste volentibus quibusque publice et privatim prostat perpetuo, sacrum et inviolabile donum, divitibus aeque et pauperibus, principibus et privatis; ac nihil est in terra eius beneficiorum expers, nisi quod omnino nullum est. Ad haec tertium esto bonum, naturae necessarium, humida aquarum substantia, quae et ipsa aëre, terra, omnibus locis, tam apparentibus quam latentibus, in immensum funditur. Testes mihi sunt fluvii, lacus, fontes, et quaecunque inest terrae visceribus nativa aquarum vis. Sed ne maximis elementis sigillatim enarrandis, gratissimo dicendi argumento, sic immoremur, ut sensim oratio nostra longius excurrat, ad institutum reversi prioribus vestigiis insistamus. Eodem modo ipsam quoque Fidem in praesenti spectes volo. Nempe, ut eorum quae dixi nihil quicquam varium, nihil multiplex esse apparuit, ita ut eorum singulorum partes aliae communicarentur, aliae non item, et illae

A. M. 6859 Ind. 4 P. 586 μὲν, ὑπ' ἐκείνου δ' οὔ· ἀλλὰ πάντα πάσης ἐπίσης τῆς τούτων μετέχειν δέδεικται φύσεως, κατὰ τὴν ἰδίαν ἕκαστα δύναμίν τε καὶ βούλησιν· οὕτω καὶ ὁ τῆς πίστεως λόγος, ἁπλοῦς καὶ ἀποίκιλος, πᾶσιν ἐπίσης πλουσίοις καὶ πένησι δέδοται, ἄρχουσί τε καὶ ἀρχομένοις. Οὐ γὰρ ἄλλο μὲν τὸ βασιλέων καὶ ἡγεμόνων εἶναι βάπτισμα νόμος, ἄλλο δὲ τὸ σκαπανέων καὶ ἁλιέων· οὐδ' ἐκείνου μὲν τόδε, ἐκεῖνο δὲ τοῦδε· ἀλλ' ἓν καὶ ταὐτὸν καὶ πᾶσι καὶ ἀεί. „ἐν ἑνὶ γὰρ (φησὶν ὁ ἀπόστολος) πνεύματι ἡμεῖς πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν αὐτοῦ, εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι· καὶ πάντες εἰς ἓν πνεῦμα ἐβαπτίσθημεν"· ὡς ἂν μηδαμῇ μηδενὶ τῶν πιστῶν τὸ ζωτικὸν ὡς ἀληθῶς τῆς ψυχῆς ζημιοῦσθαι ἐξῇ, μήτε καθ' οἱονδήτινα χρόνον, μήτε καθ' οἱονδήτινα τρόπον. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖ, κατὰ μὲν τὸ τῆς ἀναγκαίας χρείας ἀνάλογον, καὶ ἡ τῶν ἀναγκαίων στοιχείων ζυγοστατεῖται χορηγία, πολύχους ὁμοῦ καὶ ἀνενδεής· τὰ δ' ἄλλ' ὁπόσ' ἐνδεχομένην ἔσχε τὴν χρείαν, καὶ ἥκιστα πᾶσιν ἐπίσης ἐπάγουσαν τὴν ἀνάγκην, σπανιώτερά πως καὶ ἄλλα ἄλλοις προσώποις καὶ ἄλλα ἄλλοις μερίζεται τόποις, τῆς πρὸς ἀλλήλους ἕνεκα φυσικῆς ἑνώσεώς τε καὶ σχέσεως· οὕτω κἀνταῦθά μοι σκόπει τὰς ποικίλας τῶν ἀρετῶν ἰδέας ἄλλας ἄλλως ἄλλοις, ἐπὶ τῶν συστοίχων ἴσως καὶ ἀντιθέτων ἐλαττωμάτων, μεριζομένου τοῦ κτίσαντος. ὥσπερ γὰρ εἰ ὁ πάντων ἐκεῖ προμηθεὺς τὰ τοῦ βίου τερπνὰ διανέμειν ἐπίσης ἅπασιν ἅπαντ' ἐδίδου τῇ φύσει, ἀνέραστος ἦν δήπου γε καὶ ἀταλαίπωρος ἡ τούτων ζήτησις, μηδενὸς μηδενὶ

9. αὐτοῦ abest ab editis. 10. ἐποτίσθημεν libri editi.

quidem ab hoc non ab illo participarentur, sed solidam eorum naturam omnibus, pro uniuscuiusque propria facultate ac voluntate, ex aequo communicari constat; ita et Fidei doctrina, simplex et expers varietatis, omnibus ex aequo divitibus, pauperibus, principibus, privatis traditur. Non enim aliud imperatorum et ducum, aliud fossorum et piscatorum baptisma esse iuris est: nec illi quidem hoc, huic vero illud; sed unum et idem omnibus et semper proponitur. „Etenim in uno spiritu," inquit Apostolus, „omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Iudaei, sive Graeci, sive servi, sive liberi, et omnes in uno spiritu baptizati sumus"; ne ullus prorsus fidelium possit ea re, quae vitam animae re ipsa tribuit, ullo tempore aut ullo modo fraudari. Atque ut illic legitima necessariorum elementorum portio copiose et ad plenum suppeditatur; caetera, quorum usus varius et mutabilis est, nec omnibus aeque necessarius, fere rariora sunt, aliaque aliis personis et locis dividuntur, quo ii naturalem inter se coniunctionem et affectionem retineant; ita et hic varias virtutum species observare est, quas Creator alias aliis divisit, prout fortasse vitia iis affinia contrariaque exsistebant. Nam ut illic, si divina providentia naturae permisisset omnes vitae voluptates omnibus ex aequo distribuere, inamabilis et incuriosa utique esset earum conquisitio; et quia nemo alterius cuius-

κατὰ μηδένα γέ τινα χρῆσθαι δεομένου τὸν τρόπον, καὶ ῥᾷστα δὴ A. C. 1351
τοὐντεῦθεν τῆς φιλαλληλίας ὑποτέμνεσθαι συνέβαινε τοὺς λόγους· Imp. Io. Cantacuz. 5
ἐπειδὴ δ' ἔδει κοινωνὸν τὸν ἄνθρωπον εἶναι διὰ τὸ τῆς ἀγάπης
χρήσιμον καὶ ἀνακέκραται λοιπὸν τοῖς λυπηροῖς τὰ ἡδέα, λυπεῖ
μὲν τῷ ἐνδεῖ, τέρπει δ' αὖ ἐν προθύροις οἰκίζων τὴν ἐλπίδα τῆς E
εὐπορίας, διδοῦσαν παλάμην ἀντίπαλον τῇ πλεονεξίᾳ τοῦ ἐν-
δεοῦς· καὶ ζητεῖ μὲν οὗτος, δίδωσι δ' ἐκεῖνος· καὶ τοὐναντίον
αὖθις καὶ διὰ πάντα ἑκάτερον· καὶ νόμος τοῦτο γίνεται φιλίας
καὶ δεσμὸς ἀλλήλοις ἄφυκτα ἰσχύων· καὶ τοῦτ' ἔστιν ὃ γῇ μὲν
πλωτὴν ἐργάζεται θάλασσαν καὶ ταύτην αὖθις ἐκείνῃ βάσιμον·
καὶ Τάναϊς μὲν δι' αὐτό γέ τοι τοῦτο δρόμον ποιούμενος ὑπερό-
ριον ἐπιῤῥεῖ τῇ Ἑλλάδι, καὶ Ἴστρος ἐπ' Αἴγυπτον ἔρχεται, καὶ F
Μαιώτιδι Νεῖλος κοινοῦται τὸ ῥεῦμα· οὕτω κἀνταῦθα δίδοσθαί
φησι ὁ θεῖος ἀπόστολος παρὰ τοῦ πνεύματος ἄλλῳ μὲν λόγον
σοφίας, ἄλλῳ δ' ἑρμηνείαν γλωσσῶν, ἄλλῳ δὲ προφητείαν, καὶ
ἄλλῳ μὲν ἰαμάτων χαρίσματα, ἄλλῳ δ' ἐνεργήματα δυνάμεων·
καὶ ἄλλοις μὲν ἄλλα, καὶ ἑτέροις ἕτερα· ἐν οἷς ἐνίοτε καὶ ἐπιστῆ-
μαι καὶ τέχναι τὸ κράτος ἔχουσι· ὡς μήτ' εἰς ὀφρὺν ἐκφέροιτο
διὰ τὸ ἀνενδεὲς τὸ τῆς εἰκόνος ἀρχέτυπον ἐνθυμούμενός τις, μήτ'
εἰς ἀπογνώσεως ὀλισθαίνοι βυθοὺς, ἀχορήγητον ἔχων τὴν φύσιν P. 587
παντὸς ἀγαθοῦ καὶ μηδαμῇ παρ' οὐδενὸς εἰς οἱανδήτινα χρείαν V. 475
κατὰ μηδένα καλούμενος χρόνον· ὡς γίνεσθαι δῆλον ἐκ τούτων
ἁπάντων, τήν τε τῶν ἀναγκαίων φύσιν εἶναι μίαν καὶ ἅμα πᾶσιν
ὁμοίαν τὴν κτῆσιν· τὴν δέ γε τῶν ἐνδεχομένων οὔτε μίαν, οὔτε

8. παντὸς coni. Boiv.

quam opera ad ullam rem indigeret, facillime idcirco mutui amoris causae praeciderentur: ac quoniam oportuit caritatis causa hominem homini sociari, et molesta demum iucundis temperari, idcirco eadem providentia per indigentiam contristat, et rursus proxima copiae spe oblata, et parato contra indigentiam auxilio abundantiae, animos recreat; unde fit, ut alius petat, alius largiatur, et utrinque rursus contrarium omnino accidat; quae amicitiae lex est, et coniunctionis vinculum firmum ac irruptum: atque ea res mare terris navigabile, et terras mari pervias praebet; ac per illud Tanais, limites suos longe praetergressus, in Graeciam influit, et Ister in Aegyptum pervenit, et Nilus cum Maeotide aquas communicat: sic etiam in his Apostolus dicit, dari per spiritum alii quidem sermonem sapientiae, alii interpretationem sermonum, alii prophetiam, alii gratiam sanitatum, alii operationem virtutum, et aliis alia, et diversis diversa; in quibus nonnunquam scientiae et artes primas tenent; ut nec per arrogantiam sese quisquam efferat, archetypum se, cum imago sit, ob id reputans, quia nulla re careat; nec ad imam desperationem dilabatur, eo quod naturam boni omnis exsortem habeat, et a nemine unquam ad ullam utilem operam advocetur. Itaque ex his omnibus patet, necessariorum bonorum naturam unam, ac possessionem apud omnes eandem esse; contingentium autem

A. M. 6859 Ind. 4 πᾶσιν ἐπίσης ὁμοίαν ἀεὶ, ἀλλ' ἄλλοτ' ἄλλως καὶ ἄλλοις ἄλλως
B ἔχουσαν· τὴν μὲν οὖν τῶν εὐσεβῶν πίστιν πάτριον τοῖς ἀναγ-
καίοις ἀποδιδόναι, τὴν δὲ τῶν δογμάτων σοφίαν τῷ τῆς πίστεως
ἐποικοδομεῖν θεμελίῳ, καθόσον καὶ ὅπου καὶ ὅτε καὶ οἷς ἂν ἐν-
δέχοιτο. ἄνευ μὲν γὰρ τῆς ἁπλότητος τῆς ἐκ τοῦ θείου βαπτίσμα-
τος πίστεως, Χριστιανὸν ἀδύνατον εἶναι· σοφίας δ' ἄνευ δο-
γμάτων, οὐδὲν κωλύει. „Ἦ γὰρ οὐδὲν ἂν ἦν τῆς πίστεως ἡμῶν
ἀδικώτερον, εἰ πρὸς τοὺς σοφοὺς ἔπιπτε μόνον", φησὶν ὁ θεῖος
Γρηγόριος. τοὺς γὰρ τοιούτους λαβυρίνθους, κατ' ἐκεῖνον τὸν
C ὄφιν, καὶ ὁ τῶν αἱρετικῶν ὑποδυόμενος θίασος, καὶ εἰς διδασκάλους
ἕνεκα κενοδοξίας μετασχηματιζόμενοι, συναρπάζουσι κακουργίαις
ῥημάτων διανοίας ἀπειροκάλους, ἐκ τῶν ἐντεῦθεν ὑποδειγμάτων
λυμαινόμενοι τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ τῆς θεολογίας καταῤῥυπαίνον-
τες, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος. καὶ τοῦτον εἶναί φημι καὶ ὃν ὁ
θεῖος πεφόβηται φόβον ἀπόστολος, „μήπως (φάσκων) φθαρῇ τὰ
D νοήματα ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς ἐν Χριστῷ". „εἰ γὰρ αὐτὸς
ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται", φησὶν, „οὐ μέγα εἰ καὶ οἱ διάκο-
νοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται ὡς διάκονοι δικαιοσύνης." Ἃ μὲν
οὖν εἰκὸς ἦν εἰπόντας περὶ τῆς πίστεως, δεῖξαι ὅσον τὸ ἀναγ-
καῖον, δίχα προσθήκης καὶ ἀφαιρέσεως στέργειν αὐτῇ, καὶ ὅσον
αὖθις τῶν δογμάτων τὸ ἐνδεχόμενον, καὶ ὡς ἅπασι μὲν ἀνάγκη
E Χριστιανοῖς τὴν δέουσαν εἰδέναι τῆς πίστεως προσκύνησιν, οὐ
πᾶσι δ' ὁμοῦ καὶ τὴν τῶν δογμάτων ὁμοίαν σοφίαν καὶ τὸ θεο-

nec esse uniusmodi, nec omnibus ex aequo aut eandem semper, sed alias aliter et aliis aliam obvenire: ac orthodoxorum quidem Fidem patriam in res necessarias referri debere: dogmatum autem scientiam eximiam superaedificandam Fidei fundamento, in quantum, et ubi, et quando, et quibus usus fuerit. Nam sine Fidei ex sacro baptismate pendentis simplicitate fieri non potest, ut quisquam sit Christianus; sine eximia dogmatum scientia, nihil obstat. „Alioqui, inquit divus Gregorius," „nihil esset Fide nostra iniustius, si ea in solos sapientes caderet." Quippe veteris illius Serpentis ritu in eiusmodi labyrinthos furtim sese insinuans profana haereticorum turba, et inanis gloriae causa habitu magistrorum induto, fallacibus verbis imperitas mentes seducunt, humilibus comparationibus violata veritate, pollutaque theologia, ut inquit Magnus Basilius. Et hunc timorem aio divi Apostoli fuisse, cum timere se diceret, ne corrumperentur sensus nostri, et excidérent a simplicitate, quae est in Christo. „Etenim," inquit, „si ipse Satanas transfigurat se, non est magnum si et ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiae." Quae igitur de Fide a nobis dici par erat, ut ostenderemus quam necesse esset eam nos nihil addendo, nihil detrahendo, volentes acceptare; tum quam inconstans foret dogmaticarum quaestionum usus, atque ut necesse esset legitimum Fidei cultum omnes scire, at non item omnes parem habere dogmatum scientiam, nec

λογεῖν, οὐ μὴν οὐδ' ἀεὶ, οὐδ' ἄνευ κοινῆς συνόδου τῶν πανταχῆ A. C. 1351
τῆς οἰκουμένης ἐπισκόπων· καὶ ὡς πρὶν ἢ φανῆναι τὸν Καλα- Imp. Io. Cantacuz. 5
βρὸν Βαρλαὰμ, θησαυρὸς τῶν τοιούτων ἦν καινοφωνιῶν ἡ τοῦ
Παλαμᾶ καὶ γλῶττα καὶ χεὶρ, εἴρηται· μετρίως μὲν νῦν, διὰ
τὴν τῶν ἀντιθέτων ὀχλοκρατίαν· εἰρήσεται δ' ἐξῆς πλατύτερόν F
τε καὶ καθαρώτερον, εἰ πᾶσα δυναστεύουσα χεὶρ ἀπείη. Δυοῖν
οὖν ὁπότερον ἂν βούλοιτο Παλαμᾶς αἱρείσθω· ἢ τῶν ἀκαίρων
καὶ μηδὲν αὐτῷ προσηκουσῶν προφάσεων ἀφιστάμενος δεχέσθω
παραπλησίως ἡμῖν τὴν τῆς εὐσεβοῦς ἁπλότητα πίστεως, πάσας
πρότερον τὰς αὐτοῦ πυρὶ παραδεδωκὼς βλασφημίας· ἢ τῆς αὐ-
τοῦ κοινωνίας ἀφισταμένους ἡμᾶς ἐνοχλείτω μηδέν. οὐ γὰρ νό-
μος ἐκκλησίας, οὔτ' αὐτῷ, μηδαμῶς εὐσεβεῖν αἱρουμένῳ, βίαιον
ἐπιφέρειν οὐδὲν, οὔθ' ἡμῖν εὐσεβοῦσιν· ἢν μή τις βούλοιτο τυ-
ραννεῖν. τί γὰρ κενοδοξίας ἐνταῦθα δεῖ, τῇ ψυχῇ μαχομένης P. 588
καὶ τῷ αἰωνίῳ παραπεμπούσης πυρί; ἢ τίς φρονήσει καὶ νῷ διοι-
κῶν ἑαυτὸν, ἔπειτα τὸ σκεῦος τοῦ πνεύματος ὁρῶν τὸν ἀπόστο-
λον λέγοντα, ὡς οὐδέν εἰμι καὶ ὡς οὔπω κατειληφέναι λογίζομαι
ἐμαυτὸν, οὐχ ὑποπτήσσει καὶ ὑποπίπτει, ἵνα καὶ σύνεσιν ἔχειν
δόξῃ, καὶ ἅμα τῆς ὀρθῆς οὐκ ἀπόσχηται πίστεως; καὶ τῶν ἀστα-
χύων γὰρ τοὺς πίπτοντας μᾶλλον ἀγαπωμένους ἴσμεν τοῖς γεωρ-
γοῖς, ἢ τοὺς ἀκλινῶς ἱσταμένους. ἐφόδιον γὰρ ταῖς τῶν σχημά- B
των ἐναλλαγαῖς, ἐκεῖ μὲν τὸ βρίθεσθαι τοῖς καρποῖς, ἐνταῦθα
δὲ τῆς κουφότητος τὸ κακόδαιμον. εἶεν."

bus pugnat? Qui itaque alteri maledicit, eum constat et alteri simul maledicere. Quamobrem Palamas magno illi ecclesiae defensori Theodoro, contra iconomachos sic pugnanti, dum convitiatur, eodem tempore etiam Magno Basilio convitium facit. His autem sanctis Patribus qui pugnat, eum necesse est heterodoxorum, quibus illi pugnabant, videri amatorem. Et hinc igitur patet, Palamam in omnibus perpetuo et continenter eorum, qui iconomachiae propugnatores fuerunt, vestigia persequi, ab lumine Thaborio, tanquam ab aliquo perfugio, itidem ut illos profectum. Atque haec causa est, cur Thabor ei semper in ore sit. (IX.) Sed me illud paene effugit. Nimirum si substantia nihil aliud est, nisi res per se subsistens, nec alio egens ad exsistendum, ut et scientia docet, et sanctus iste doctor supra dixerat, erit etiam operationis definitio eadem, etsi ipsis nominibus differre videantur: erit, inquam, operatio res per se subsistens, nec alio egens ad exsistendum. Ita quippe servabitur ratio identitatis, ut ille ipse rursus alibi dixit. „Si idem sunt, ergo non sunt duo, sed unica natura. Compositio enim differentiam indicat eorum, quae simul coëunt, eaque diversae substantiae esse declarat." (X.) Quod igitur in Deo operationem, et potentiam, et sapientiam, et vitam, et quaecunque nomina divinitati ab hominibus tribui solent, ab substantia distingui non permittat doctrina ab ecclesiae doctoribus tradita, nec lumen dici increatum aliud, praeter

ἄκτιστον ἄλλο παρὰ τὴν θείαν λέγειν οὐσίαν, οὔτε θεότητας τῆς μιᾶς ἐπέκεινα τρισυποστάτου φύσεως, οὔτ' ἀσώματόν τε καὶ ἄκτιστον δύνασθαι γίνεσθαι τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα, εἴρηται. εἰ δ' ἐπὶ Χριστοῦ τοῦτ' ἀδύνατον, τίς οὕτως εὐήθης ἂν εἴη, ὥστ' ἄνθρωπον γίνεσθαι λέγειν ἄκτιστόν τινα τῶν πάντων, ἀσώματόν τε καὶ ἄναρχον κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον, καὶ ὅσα τοῖς ἀσεβέσιν αὐτονομουμένῃ γλώττῃ προῖκα ληρεῖν συγκεχώρηται. οἷς γὰρ ἐς ἀρετῆς προκόπτειν ἐγγίνεται λόγον, τούτοις οὐκ ἀκτίστοις γίνεσθαι πρόσεστι. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. τοὐναντίον μεντἂν μᾶλλον δείσειε γενέσθαι κτιστοῖς ἐς τὸ πολλαπλάσιον, ὡς ἄλλοις τε πλείστοις ἐστὶ δεδογμένον καὶ δὴ καὶ Παύλῳ τῷ θείῳ· εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις, ἀνακαινίζεσθαι τὴν πρὸς τὰ κρείττω ῥοπὴν καὶ ἀντίληψιν τῶν καλῶν· ἣν δὴ κτίσιν καὶ ὁ θεῖος ἐπιζητεῖ Δαβὶδ, καρδίαν καθαρὰν ἐν αὐτῷ κτίζεσθαι, καὶ πνεῦμα τοῖς ἐγκάτοις εὐθὲς ἐγκαινίζεσθαι.

A. C. 1351 Imp. Io. Cantacuz. 5 D V. 485 E

substantiam divinam, nec alias divinitates, praeter unam in tribus personis naturam, nec incorporeum et increatum corpus Christi posse fieri, hactenus dictum est. Quod si id in Christo fieri non potest, quisquamne adeo stolidus, ut aliquem ex omnibus hominibus naturali ratione increatum fieri dicat, incorporeumque, et principio carentem, et quidquid impiis lingua effraeni temere et gratis effutire licuit? Nam qui virtutis ratione proficiunt, non ideo ii increati fiunt. Ac multum quidem abest ut fiant. Immo creatos eos fieri tanto magis oporteat; quemadmodum, tum aliis plurimis, tum divo Paulo visum est, dicenti: si qua in Christo nova creatura sit, propensionem ad meliora et virtutis professionem renovari: cuiusmodi creaturam divus quoque David requirit, ubi cor mundum creari in se, et spiritum rectum innovari in visceribus postulat.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Κ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER VIGESIMUS.

ARGUMENTUM.

Soluta quaestione de lumine Thaborio, Gregoras ad alteram criminationem refellendam transit. De Deo disputare periculosum est. Quid sancti Patres super ea re praeceperint, et quatenus ipsi de Deo disputarint. Gregorius Nazianzenus. Basilius Magnus. Chrysostomus. Athanasius. Isaac Monachus. Ioannes Climacus. D. Paulus. Acta Conciliorum generalium (Cap. 1). *Cantacuzenus, pauca loquutus, respondendi munus Palamae concedit. Huius imparati, et nihil tale praemeditati, anxietas. Iudicium de Palamae doctrina, stilo, ingenio. Eius auctoritas apud Cantacuzenum nimia. In maximas angustias adductus orationem a lumine Thaborio orditur. Operationem et substantiam in Deo differre ait. Qui operationes participent, eos affirmat increatos fieri. Plura increata statuit. Substantiam divinam negat posse participari. Adversarios contemnit. Acta Concilii generalis sexti perperam interpretatur; item verba S. Basilii* (2). *Quo consilio Palamas D. Basilii et Concilii oecumenici sexti verba protulerit. Sanctos Patres laudat, nec nominat. Operationem et substantiam idem esse in Deo constat ex illis ipsis testimoniis ab eo allatis. Item ex verbis Sanctorum Athanasii et Cyrilli. In divinis notiones nominibus minime respondent. Quae ex duabus rebus (substantia et operatione) constant, ea non sunt simplicia, sed duplicia. D. Maximus de binario numero. Conclusio* (3). *Gregoras aeger et ieiunus disputandi munus sociis tradit, qui et ipsi commentarios scripsere de suis cum Palama certaminibus. Vetera in Barlaamum decreta rursus leguntur. Palamitae ad lumen Thaborium perpetuo recurrunt. De gloria divina impium dogma apud synodum explicant. Orthodoxorum unus indignabundus exclamat. Minis terretur et obmutescit. Concilium dimittitur. Populus in Palamitas saevit. Orthodoxis favet et gratulatur. Hi, quamquam superiores, tamen suam sententiam adversariis approbare non potuerunt. Animus principi aversus et durus. Quinam vere iniuriam patiantur* (4). *Pala-*

mas Cantacuzenum adit. In Gregoram et in caeteros orthodoxos acri oratione invehitur. Ut Palamae iussa imperator exsecutus sit. Orthodoxorum diversi affectus, fiducia, trepidatio, moeror (5). *Gregoras sese in Concilio iterum sistere recusat. Socios hortatur ad veritatem fortiter defendendam. Illi ut secum veniat, aegre tandem persuadent. Ab imperatore seorsum seductus promissis et aliis artibus tentatur. Proponitur ei quaestio de substantia et operationibus divinis. Testimonium D. Basilii. Respondet Gregoras. Cantacuzenus de nova disputandi ratione incunda deliberat cum Palama. Episcopum Tyri excludere statuunt. Item contumeliis et calumniis orthodoxos terrere. Palamas socios suos advocatum abit* (6). *Gregoras aliique orthodoxi introvocantur. Cantacuzenus minatur gravissima. Eius cum Xerxe, Persarum rege, comparatio. Episcoporum Palamitarum imperitia. Orthodoxi frustra conantur contradicere. Cantacuzeni vultus et verba. Gregoram discipuli timidiores descrunt; alii silent. Gregorae et orthodoxorum episcoporum secessio; quos imperator primum exire vetat; deinde, suadente Palama, abire patitur. Palamitae, egressis orthodoxis, imperatorem adulantur. Quidquid libuit decernunt* (7).

α'. Πολλῶν δ' ἐπιῤῥεόντων, εἰ μαρτυρίας ἁγίων εἰσάγειν ἐθέλοιμεν, οὔθ' αἱ τῆς κεφαλῆς ἀλγηδόνες ἐῶσι τανῦν διεξιέναι καθ' ἕκαστα πάντα, οὔτ' ἀνάγκη πᾶσα νῦν λέγειν ἀθρόον, ὁπόσα καὶ ταῖς ἄλλαις ἐκείναις λῃστρικαῖς συνόδοις ἀκούειν καὶ λέγειν συμπέπτωκεν. εἰρήσεται δὲ κατὰ χώραν γενομένοις ἑκάστων ἅπαντα, προϊόντος ἡμῖν σύν γε θεῷ τοῦ λόγου. νῦν δὲ ἐκεῖσε ἐπάνειμι. (B.) Ἐπεὶ γὰρ δεύτερον ὁ βασιλεὺς ἐκεῖ μοι προσῆγεν ἔγκλημα, τὴν τοῦ θεολογεῖν ἀπαγόρευσιν, τοὺς ἁγίους ἄνω καὶ κάτω διαῤῥήδην θεολογεῖν προβαλλόμενος, οἷς καὶ Παλαμᾶν ὑποδείγματι χρώμενον τὰς νέας ταύτας ἔλεγε γράφειν θεολογίας, ὑπὲρ ὧν καὶ τὸ οἰκεῖον αἷμα διδόναι μάλα προθύμως ὁ ἀῤῥεπὴς κριτὴς ἰσχυρίζετο, φέρε καὶ πρὸς τοῦτ' ἀπαντήσωμεν, ἔφην ἐγώ. (Γ.) „Ὅτι μὲν δεδιέναι ἡμᾶς δεῖν, καὶ μὴ ἐξεῖναι τοῖς βουλομένοις θεολογεῖν, θείων πατέρων φασὶ θεσμοὶ καὶ κανόνες,

A. M. 6859 Ind. 4 A. C. 1351 Imp. Io. Cantacuz. 5 P. 600

Si Sanctorum testimonia velim afferrè, succurrunt mihi multa. Sed me nec dolores capitis ea nunc sigillatim omnia recensere patiuntur; nec plane necesse est, quaecunque in aliis illis iconomachorum scilicet conciliis, seu potius latrociniis, audita vel dicta sunt, universa simul proferre. Omnia autem Deo iuvante, et singula quidem suo loco, infra dicturi sumus. Nunc ego illuc redeo. (II.) Quoniam ibidem imperator alterum mihi crimen obiiciebat, quod de Deo disputari vetarem, idemque Sanctos opponebat, qui de Deo passim et diserte disputarent, aiebatque Palamam eorum exemplo novas illas theologias scriptitare, pro quibus se vel sanguinem suum libentissime effusurum aequus scilicet iudex affirmabat; age, inquam, ad istam quoque criminationem respondeamus. (III.) „Rem esse periculosam, de Deo disputare, nec volenti cuique id licere, sanctorum Patrum scita et

A. M. 6859 Ind. 4 ἴσασι οἷς ἔθος αὐτοὺς μετιέναι. ὅτι δὲ καὶ μὴ περιεργάζεσθαι νόμους πατρίους, καὶ ἅπερ ἐκείνοις θέσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ συμπέπτωκεν ὅρια μὴ κινεῖν, καὶ τοῦτο δόγμα καὶ νόμον ἐκείνων εἶναι, οἶμαι τὸν ἀντεροῦντα εἶναι μηδένα, πλὴν ἢ ὅστις τε βούλοιτο
D χλεύης ὑπεύθυνον προῖκα δρᾶν ἑαυτὸν ἀνθρωπίνης καὶ ὃς ἔνοχος εἶναι ταῖς ἐκείνων οὐ φρίττει ἀραῖς. ἦ πολλὴ μεντἂν ἀωρία, Πυθαγορείους μὲν πενταετηρικῇ μὲν γλώττης σιγῇ, μακροτέρᾳ δ' αὖ πολλῷ συγκαταθέσει ψυχῆς, τὰ τοῦ διδάσκοντος δέχεσθαι δόγματα· ἡμᾶς δ', οἷς εὐαγγελικῇ συντετράφθαι γέγονεν εὐσεβείᾳ, μὴ μάλα ἐθέλειν περιεργίας ἁπάσης ὡς ποῤῥωτάτω τοῖς πατρίοις ἐμμένειν κανόσι καὶ δόγμασι. ἡδέως δ' ἄν σ' ἐροίμην,
P. 601 V. 486 εἰ πρὶν ἐκείνους θεολογῆσαι, ἔοικεν ἀνθρωπίνην αὐτοὺς συννενοηκέναι δύναμιν ὑπερβαίνειν καὶ θανάτου μεῖζω κίνδυνον ἀπειλεῖν ἀθανάτου ψυχῆς τοῖς οὕτως αὐτομολοῦσι πρὸς τὴν ἐγχείρησιν· καὶ νῦν δεῖ μᾶλλον πείθεσθαι μετὰ τὴν πεῖραν αὐτοῖς προσταχθέν· εἰ δὲ πρὶν πειραθῆναι, δεῖ μᾶλλον ἡμᾶς, ἀμαθεῖς τινας ὄντας καὶ μάλα ἀξυνέτους, τῶν ὑπὲρ νοῦν φοβεῖσθαι τὴν πεῖραν, ὁμοίως ἐκείνοις, μακρῷ σοφωτέροις ἡμῶν καὶ πρὸ τῆς
B πείρας οὖσι, καὶ μὴ ἐπιπηδᾷν ἀδεῶς οὕτωσὶ τῇ θεολογίᾳ, καθάπερ τῇ γε χλόῃ τὰ βοσκήματα. ἦ γὰρ ἂν ὅμοιον εἴη, ὥσπερ ἂν εἰ δέκα τινὲς τῶν ἀπὸ γενέσεως τυφλῶν, ἐκκλησίαν ἀθροίσαντες,

12. Hunc locum Boiv. sic restituit: εἰ πρὶν ἐκείνους [οἶει προστεταχέναι, πρὶν πειραθῆναι· ἢ μετὰ τὸ θεολογῆσαι. εἰ μὲν δὴ μετὰ τὸ] θεολογῆσαι, ἔοικεν ἀνθρωπ.

canones definiunt. Hoc illis notum, qui in iis versati sunt. Quinetiam ne in leges patrias curiosius inquireretur, neve termini, quos illi ecclesiae posuissent, moverentur, ab iisdem Patribus cautum sancitumque est: neque id opinor quisquam inficiabitur, nisi qui gratis velit incurrere in publicos risus, quive eorundem Patrum exsecrationibus obligari non perhorrescat. Absurdissimum sane fuerit Pythagoreos quinquennali linguae silentio, animi autem obsequio longe diuturniori, magistri sui dogmata approbasse; nos vero, sancta Evangelii disciplina a puero institutos, nolle citra ullam curiositatem Patrum decretis ac praescriptis stare. Illud quidem ex te lubens quaesierim, utrum istos putes [ea sanxisse, rem ipsam nondum expertos, an postquam experti fuissent. Si eos censes] prius de Deo disputasse, [deinde disputari vetuisse;] ii rem humanis viribus altiorem, et eorum qui sic sponte aggrederentur animae immortali periculum morte ipsa gravius allaturam, videntur iudicasse: ac iisdem, post experientiam iubentibus, tanto magis nunc obediendum. Sin antequam experti fuissent, eo magis nos, qui rudes sumus et minime intelligentes, oportet earum rerum, quae intellectum superant, experientiam formidare, exemplo illorum, qui vel ante factum periculum longe nobis sapientiores fuerunt, cavendumque est, ne in theologiam sic temere insiliamus, ut pecudes in pascua. Perinde quippe fuerit, ac si homines decem, qui caeci nati sint, advocata concione, de eius telae, quam prae manibus habeant, coloribus

περὶ χρωμάτων ἤριζον τῆς ἀνὰ χεῖρας κρόκης, ἕκαστος ἀλη- A. C. 1351
Imp. Io. Cantacuz. 5
θεύειν οἰόμενος ἢ κατὰ πάντας. οἶμαι ἂν πάντα τινὰ τῶν ὁρώντων θρήνου καὶ γέλωτος εἰληφέναι σπονδὰς ἐν ψυχῇ, καὶ Δημοκρίτους ἅμα καὶ Ἡρακλείτους δοκεῖν ἐνταῦθα συννημένους. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐκείνους ἐθρήνησε, τῆς τῶν ὀμμάτων οὕτως ἀπηρτημένους αὐγῆς τὸν ἅπαντα βίον; τίς δ' οὐκ ἂν τὸ Σαρδόνιον ἐπεγέλασε, περὶ ὧν οὐκ ἴσασι διαπληκτιζομένους ἄρτι ὁρῶν; ὅμως εἰ δοκεῖ, τῆς ἐπιπλήξεως μικρὸν καθυφέντες θεωρήσωμεν, ἅ τε πρὸς ἀπαγόρευσιν ἡμῖν τοῦ θεολογεῖν ἐπιτάττουσι καὶ ἃ θεολογεῖν καὶ πῇ καὶ ὅπως δὴ συμπέπτωκεν· ὡς ἂν κἀνταῦθα ῥυθμός τις ᾖ καὶ θεμέλιος εὐταξίας ὁ τὰ τῆς γλώττης περιζωννύμενος σκῆπτρα, καὶ μὴ τοὐναντίον κανὼν μὲν εὐβουλίας ἀκανόνιστος ᾖ φιλοτιμία, θεσμὸς δ' εὐκαιρίας, ἄθεσμος ἀκαιρία. ὅπη γὰρ φιλοτιμία τρόφιμος ἀβουλίας, διὰ μυχῶν ἀκαιρίας δραμοῦσα, τῶν ὅρων καταχορεύει τῆς εὐταξίας, ἐκεῖ καὶ πέρας ἀκολουθεῖν ταῖς τῶν πράξεων ἐπιβουλαῖς ἀντιστρατευόμενον, καὶ μάλα γέ τοι τῶν εἰκότων. πρῶτος μὲν οὖν ὁ πολὺς ἐν θεολογίαις Γρηγόριος τοσοῦτον ἀποδειλιᾷ πρὸς θεολογίαν τὴν γλῶτταν κινεῖν, ὅσον τὴν χεῖρα πρὸς φλόγα πυρός· ὡς καὶ πολλοὺς εἰς παραίτησιν λόγους προβάλλεσθαι, ἐν οἷς οὔθ' ἑαυτὸν ἐγχειρεῖν τοῖς περὶ θεοῦ προχείρως δίδωσι λόγοις, οὔθ' ᾧ θρασέως ἐγχειρεῖν ἂν γένοιτο ἀποδέχεσθαι. „οὔτε γὰρ ἐπαινετὸς", φησί, „ὁ πόθος· ἀλλὰ καὶ φοβερὸν τὸ ἐγχείρημα." εἰσάγει δὲ καὶ Ὀζᾶν ἐκεῖνον, ὃς τῆς

16. ἐπιβολαῖς coni. Boiv.

rixentur, vera quisque, magis quam caeteros omnes, dicere se arbitrati: quod quisquis viderit, is, ut opinor, risum et luctum, velut foedere sociatos, animo concipiat, ut ibi Democriti et Heracliti in unum coaluisse videantur. Ecquis enim istos non defleat, oculorum lumine per omnem vitam sic destitutos? Ecquis rursus Sardonium risum teneat, qui eosdem nunc cernat de iis rebus, quas ignorant, inter se digladiari? Nos tamen, si videtur, paulo minus obstupescentes, consideremus, tum quae sancti Patres de cavendis theologicis disputationibus nobis praecipiant; tum quae, et ubi, et quomodo iidem de Deo disputaverint; ut hic quoque formula aliqua sit et fundamentum bonae disciplinae, quo moderandae linguae ratio innitatur: ac non contra eveniat, ut et boni consilii regula sit ambitio nullis regulis adstricta, et opportunitatis norma abnormis importunitas. Quippe ubi ambitio imprudentiae alumna, per summum opportunitatis neglectum, boni ordinis finem proterve transilit, ibi et exitus consequi primae aggressioni contrarios valde consentaneum est. Primus Gregorius, ille scilicet inter theologos eximius, linguam ad theologicas disputationes appellere sic reformidat, ut manum ad flammam. Proinde multis verbis se excusat, proditque se non facile accedere ad disputandum de Deo, et eos, qui id temere audeant, minime probat. „Neque enim," inquit, „laudabile est desiderium; sed et conatus ipse metuendus." Et Ozae exemplum

A. M. 6859 κιβωτοῦ πάλαι μόνον ψαῦσαι τολμήσας ἀπώλετο, φυλάσσοντος
Ind. 4 F θεοῦ, φησὶ, τῇ κιβωτῷ τὸ σεβάσμιον· καὶ ἅμα μηδὲ τῶν τοί-
χων τοῦ ἱεροῦ ψαῦσαι τοῖς πολλοῖς ὂν ἀσφαλὲς, ἑτέρων φησὶν
ἐδέησε τοίχων, τῶν ἔξωθεν. καὶ πάλιν· „ἀκούεις γέννησιν· τὸ
πῶς μὴ περιεργάζου. ἀκούεις ὅτι πνεῦμα τὸ προϊὸν ἐκ τοῦ πα-
P. 602 τρός· τὸ πῶς μὴ πολυπραγμόνει. εἰ δὲ πολυπραγμονεῖς υἱοῦ γέν-
νησιν καὶ πνεύματος πρόοδον, κἀγὼ σοῦ πολυπραγμονῶ τὸ κρᾶμα
ψυχῆς καὶ σώματος. πῶς εἶ χοῦς καὶ εἰκὼν θεοῦ; τί τὸ κινοῦν
σε, ἢ τί τὸ κινούμενον; πῶς τὸ αὐτὸ καὶ κινεῖ καὶ κινεῖται; πῶς
αἴσθησις ἐνταῦθα μένει καὶ τὸ ἐκτὸς ἐπισπᾶται; πῶς ὁ νοῦς ἐν
σοὶ μένει καὶ γεννᾷ λόγον ἐν ἄλλῳ νοΐ; πῶς λόγῳ νόημα διαδί-
δοται; εἰ σαυτὸν οὐκ ἔγνως, ὅστις εἶ ὁ περὶ τούτων διαλεγόμε-
B νος, εἰ ταῦτα οὐ κατέλαβες, ὧν καὶ ἡ αἴσθησις μάρτυς, πῶς
θεὸν ἀκριβῶς, ὅπερ τε καὶ ὅσον ἐστὶν, εἰδέναι ὑπολαμβάνεις;
V. 487 πολλῆς τοῦτο τῆς ἀλογίας." καὶ πάλιν· „τὸ τάχος ἔστω σοι μέχρι
τῆς ὁμολογίας, εἴ ποτε ταύτην ἀπαιτηθείης· τὸ δ' ὑπὲρ ταύ-
την, εἶναι δειλότερον. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἡ βραδυτὴς, ἐνταῦθα δὲ ἡ
ταχυτὴς ἔχει τὸν κίνδυνον." εἰ δέ τις ἐνίστασθαι βούλοιτο, λεγέτω
C μοι παρελθών, τί βουλόμενος οὐκ ὀλιγάκις ὁ μέγας οὗτος διδά-
σκαλος οὕτωσί πως τοὺς ἑαυτοῦ σχηματίζει λόγους τοῖς τἀναν-
τία προφέρουσι, καὶ νῦν μὲν ὄντα γεγέννηκε καὶ συλλογιζομένοις,

10. ἐν τῷ αὐτῷ pro ἐνταῦθα Billiana editio. 21. κατασυλλογιζο-
μένοις coni. Boiv.

proponit, qui Arcam olim solummodo attrectare ausus periit, asserente, inquit, Deo reverentiam Arcae debitam. Et quia ne ipsius quidem templi parietes contingere tutum cuilibet erat, idcirco aliis, inquit, parietibus opus fuit, nempe exterioribus. Tum idem rursus: „generationem audis: modum ne curiosius inquiras. Audis Spiritum ex Patre procedere: id quomodo fiat, ne anxio studio perscruteris. Quod si in Filii generatione et Spiritus processione pervestiganda curiosum te praebes, ego quoque pari curiositate tuam animae corporisque coniunctionem et temperamentum inquiram. Quomodo pulvis es et Dei imago? Quid est quod te moveat, aut quid quod moveatur? Quomodo idem movet et movetur? Quomodo sensus in eodem manet, et externa attrahit? Quomodo mens in te manet, et in alia mente sermonem gignit? Quomodo cogitatio per sermonem impertitur? Si te ipsum non nosti, quisquis es qui de his rebus disputas, si haec nondum intellectu comprehendisti, quorum sensus ipse testis est, quo tandem modo, quid et quantus sit Deus, te certo tenere ac scire arbitraris? Magnae profecto id stultitiae est." Tum rursus: „Promptus esto, usque ad Fidei confessionem, siquando a te exigatur. Quod superat, timidior sis oportet. Etenim illic cunctatio, hic celeritas periculosa est." Si quis velit instare, prodeat ac dicat mihi, quid sit cur magnus iste doctor simili ferme verborum figura haud raro utatur adversus eos, qui contraria obiiciunt, ac nunc eum, qui exsisteret, genitum fuisse, nunc Filium crea-

νῦν μὲν κτίσμα τὸν υἱὸν, νῦν δὲ θελήσεως υἱόν. πρὸς γὰρ τὰς A. C. 1351
ἀτόπους ἐπιεικῶς καὶ πέρα τῆς φύσεως ἐρωτήσεις ἐκτόπους ἐπι- Imp. Io. Can-
εικῶς κἀκεῖνος τὰς ἀποκρίσεις εἰσάγει, καί φησι· „πάλιν οἱ σωμα- tacuz. 5
τικοὶ τὰ σωματικά. περὶ γὰρ ἐμὲ καὶ σὲ ταῦτα." καὶ πάλιν, „θέ-
λων σε," φησὶν, „ὁ σὸς πατὴρ γεγέννηκεν, ἢ μὴ θέλων;" καὶ αὖ- D
θις· „ὁ χρόνος ἐν χρόνῳ, ἢ οὐκ ἐν χρόνῳ;" καὶ τὰ ἑξῆς παρίημι
λέγειν, οἷς ὁπλίζει τὰς γλώσσας ἡμῶν, ὁπότε καὶ ἡμῖν βουλομένοις
εἴη τὰς ἐκτόπους τῶν ἀντιθέτων ἀναλύειν ἕριδας. ταῦτα δ' οὐ
βουλομένου θεολογεῖν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα τι φεύγοντος, καὶ
νουθετοῦντος ἡμᾶς, οὐ λόγοις μόνον, οὐδ' ἔργοις μόνον, ἀλλὰ
καὶ πράξεσιν εὐλόγοις καὶ λόγοις ἐμπράκτοις." (Δ.) Ἐγὼ δὲ E
πολλὰ λέγειν ἔχων ἐκ τῶν τοῦ μεγάλου τοῦδε πατρὸς καὶ διδα-
σκάλου τῆς ἐκκλησίας εἰς τὴν τῶν ἔμοιγε εἰρημένων ἀπόδειξιν,
ὁπόσα γοῦν μοι κἀκεῖ λελάληται, λέγω δὴ περὶ τοῦ μήτε θεολο-
γεῖν, μήτε περιεργάζεσθαι μήτε τοὺς ταῦτ' ἐπιάττοντας, μήθ'
ὧν ἕνεκα ἐπιτάττουσιν, ἱκανὰ καὶ ταῦθ' ἥγημαι πρός τε τὴν
τῆς ἐμῆς ἀληθείας ἔνδειξιν πρός τε τὴν τῶν ἀντιθέτων ἀναίρε-
σιν. οὐ γὰρ ἀσυνέτοις νῦν ὁμιλοῦμεν, ἵνα πλειόνων δεοίμεθα F
λόγων. ἄλλως τε καὶ ᾧ τὸ ἱκανὸν οὐχ ἱκανὸν, οὐδὲν ἱκανόν· ᾧ
δὲ καὶ τὸ μικρὸν ἱκανὸν, πάντ' οἶμαι γένοιτ' ἂν ἱκανά. ἰτέον
οὖν ἐστι κἀπὶ τοὺς ἄλλους ἡμῖν, ἵν' ἐξ ἑκάστων βραχέα ἐρανισά-
μενοι, οἷς ἂν μήθ' ὑφιέναι τοῦ μάχεσθαι μήτ' αὖ συνιέναι ῥᾳ- P. 603
δίως ἐξῇ, τούτων τὰ στόματα ῥᾳδίως ἡμεῖς ἀποῤῥάψωμεν. φησὶ

9. τοι coni. Boiv.

turam esse, nunc voluntatis esse filium, perperam argumentantur. Nempe insolentissimis et naturae captum excedentibus interrogatis responsiones et ipse plane insolentes opponit. et ait: „Rursus corporei corporea. Haec enim ad me et ad te pertinent." Item, „volensne," inquit, „pater tuus te genuit, an nolens?" Item haec: „Tempus estne in tempore, an non?" Reliqua omitto, quae ille velut arma nobis suppeditat, quoties et nos voluerimus insolentes rixantium adversariorum quaestiones resolvere. Porro haec non eius sunt, qui de Deo velit disputare, sed eius, qui valde id fugiat, ac nos non meris verbis, aut meris operibus, sed et operibus disertis et efficacibus verbis admoneat." (IV.) Ego vero, tametsi multa magni istius Patris et ecclesiae doctoris testimonia possim afferre, ad meorum dictorum confirmationem, tamen quae illic attuli, ut ostenderem non oportere disputari de Deo, nec aut in eos qui vetarent, aut quam ob causam vetarent, inquirendum esse curiosius, ea ipsa certe sufficere arbitror cum ad declarandam sententiae meae veritatem, tum ad refellendum errorem adversariorum. Non enim loquimur nunc iis, qui minime intelligant, sic ut pluribus verbis opus sit. Deinde cui non satis fuerit id quod satis est, ei nihil satis erit. Parum autem cui satis sit, ei opinor quaelibet satis futura sunt. Pergamus itaque ad alios, ut ex singulis pauca excerpendo os facile illis obstruamus, quibus nec desistere a pugna nec intelligere facile

A. M. 6859 Ind. 4 τοίνυν καὶ ὁ πολὺς τὰ θεῖα Βασίλειος· „ἀρκέσθητι λέγειν ὡς ἐδιδάχθης· καὶ μή μοι τὰ σοφὰ ταῦτα λέγε, ὅτι ἀγέννητόν ἐστιν, ἢ γεννητόν· καὶ εἰ μὲν ἀγέννητον, πατήρ· εἰ δὲ γεννητὸν, υἱός· εἰ δὲ μηδέτερον τούτων, κτίσμα. ἐγὼ γὰρ μετὰ τοῦ πατρὸς οἶδα, B οὐ μὴν δὲ πατέρα, τὸ πνεῦμα· καὶ μετὰ τοῦ υἱοῦ παρέλαβον, οὐχ υἱὸν δ' ὠνομασμένον." καὶ πάλιν· „ἀκολουθότερον ἦν, διὰ τὸ γεγεννῆσθαι τὸν υἱὸν, γέννημα προσαγορευθῆναι καὶ οὐχ υἱόν· ἀλλ' οὐκ εἴρηται. διὸ χρὴ τὸν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντα τὸ τοῦ Χριστοῦ δικαστήριον καὶ εἰδότα ὅσος ὁ κίνδυνος ἀφελεῖν τι ἢ προσθεῖναι τοῖς παραδεδομένοις ὑπὸ τοῦ πνεύματος, μὴ παρ' ἑαυτοῦ φιλοτιμεῖσθαι καινοτομεῖν· ἀλλὰ τοῖς προκατηγγελμένοις παρὰ τῶν ἁγίων ἐφησυχάζειν." καὶ πάλιν· „πίστιν δὲ ἡμεῖς οὔτε C παρ' ἄλλων γραφομένην ἡμῖν νεωτέρων παραδεχόμεθα, οὔτ' αὐτοὶ τὰ τῆς ἡμετέρας διανοίας γεννήματα παραδιδόναι τολμῶμεν, ἵνα μὴ ἀνθρώπινα ποιήσωμεν τὰ τῆς εὐσεβείας ῥήματα· ἀλλ' ἃ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων δεδιδάγμεθα, ταῦτα τοῖς ἐρωτῶσι διαγγέλλομεν." καὶ πάλιν· „ὅτι τὸ τῆς θεολογίας μυστήριον τὴν ἐκ τῆς ἀβασανίστου πίστεως ζητεῖ συγκατάθεσιν, πιστεῦσαι V. 488 δεῖ (φησὶν) ὅτι ἔστι θεὸς, καὶ μὴ ζητῆσαι μηδὲ ζυγομαχῆσαι τί D ἐστιν." ὁρᾷς καὶ τὸν μέγαν τοῦτον διδάσκαλον, ὅσην τοῖς τοιούτοις ἀποδίδωσι τὴν αἰδὼ, καὶ αὐτός τε ὁμολογεῖ μὴ τολμᾷν μήτε τὰ θεῖα περιεργάζεσθαι, μήθ' ἕτερόν τι νεώτερον δέχεσθαι,

22. μήθ' ἑτέρων τι νεώτερον δέχεσθαι, μήτ' αὐτὸς παρεισάγειν Boiv. legendum videtur.

est. Basilius, in divinis multum versatus, „contentus esto," inquit, „ita loqui, ut edoctus es: nec tu mihi subtilia haec dicas; vel ingenitus est, vel genitus: si ingenitus, Pater; si genitus, Filius; si horum neutrum, creatura est. Nam ego Spiritum scio cum Patre esse, at non et Patrem esse. Item eum cum Filio esse, non autem Filium nominatum fuisse didici." Rursus: „consequens erat Filium, eo quod genitus esset, genituram appellari potius quam Filium. Non tamen ita dictus fuit. Qui igitur Christi iudicium prae oculis habeat, et aliquid sive demere sive addere iis, quae a Spiritu tradita sunt quam periculosum sit intelligat, eum oportet nihil de suo novum ambitiose comminisci, sed iis acquiescere, quae olim Sancti pronunciarunt." Rursus: „nos vero nec Fidem, quam recentiores alii nobis praescripserint, admittimus, nec quae mens nostra pepererit, ea ipsi tradere audemus, ne humana per nos fiant verae religionis verba: sed quae ex sanctis Patribus didicimus, ea interroganti cuique denunciamus." Rursus: „quoniam divinitatis mysterium Fidem citra examen assentientem requirit, credere oportet (inquit) Deum esse, ac non quid sit quaerere et contentiose disputare." Vides quantam et hic doctor eximius reverentiam his rebus praestet, atque ut fateatur, nec se in divina inquirere curiosius, nec recens quicquam aut ab aliis accipere, aut

μήτ' αὐτοὺς παρεισάγειν· ἀλλ' ἐμμένειν ἁπλῶς τοῖς δοθεῖσι A. C. 1351
περὶ πίστεώς τε καὶ θεολογίας δόγμασι τῶν πρὸ αὐτοῦ διδασκά- Imp. Io. Cantacuz. 5
λων τῆς ἐκκλησίας αὐτός τε ἐπαγγέλλεται καὶ ἡμῖν ἐγκελεύεται;
τίς οὖν οὕτως ἀνόητος ἔσται, ὡς τοιοῦτον κανόνα καὶ στάθμην E
τῆς ἐκκλησίας ταπεινώσει τοσαύτῃ χρώμενον βλέπων, ἔπειτα
παρὰ φαῦλον θέμενος, εἰς ἀνδραποδώδη θελήσειεν ἀποτρέχειν
ἤθη, καὶ πλὴν τῆς ὀψοποιητικῆς τε καὶ κραιπαλώσης ὀφρύος, καὶ
τοῦ πρὸς ἀργύριον ὅλον ἀπασχολεῖν τὸ τοῦ νοῦ φανταζόμενον,
πλέον εἰδότας ἀνθρώπους οὐδέν, καὶ τῆς εὐνομίας τὴν ἀνομίαν
ποιεῖσθαι κανόνα; Ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ πλεῖστα τούτου παραδραμιὼν F
ἐφ' ἑτέραν ἔλθω μεγάλην τῆς ἐκκλησίας σάλπιγγα, φησὶ καὶ ὁ
θεῖος ἐν ταπεινώσει καρδίας Χρυσόστομος· „τὰ γεγραμμένα δέ-
χομαι· τὰ μὴ γεγραμμένα οὐκ ἐπιζητῶ. τὰ παραδεδομένα ἀσπά-
ζομαι· τὰ μὴ παραδεδομένα οὐ πολυπραγμονῶ." καὶ πάλιν· „σο-
φός τις", φησὶ, „παραινεῖ λόγος, χαλεπώτερά σου μὴ ἐπιζήτει,
καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ ἐξέταζε. ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ."
καὶ πάλιν· „ἀρκεῖ πρὸς εὐσέβειαν εἰδέναι ὅτι ἔστι θεὸς, καὶ μη-
δὲν πλέον ζητεῖν." καὶ πάλιν· „ἐὰν προσέλθῃ σοι", φησὶ, „Μανι-
χαῖος, λέγων τὴν ὕλην προϋπάρχειν, κἂν Μαρκίων, κἂν Ἑλλή- P. 604
νων παῖδες, λέγε πρὸς αὐτούς· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς οὐρανὸν
καὶ τὴν γῆν. ἀλλ' οὐ πιστεύοι τῇ γραφῇ; ἀποστράφητι λοιπὸν
αὐτὸν, ὡς μαινόμενον καὶ ἐξεστηκότα." καὶ πάλιν· „οὐ παύσῃ,
ὦ ἄνθρωπε, τὰ περιττὰ ζητῶν; περιττὸν γὰρ τοιαῦτα εἰκῇ πολυ-
πραγμονεῖν. οὐδὲν τῆς ἀμαθίας ταύτης σοφώτερόν ἐστιν· ἐν

de suo obtrudere: sed quae a priscis ecclesiae doctoribus de Fide et theologia dogmata tradita sint, in iis se profiteatur omnino perseverare, et nos ut perseveremus hortetur? Quisnam itaque adeo excors futurus est, ut cum eiusmodi regulam normamque ecclesiae videat tanta uti modestia, tamen eam parvi faciat, et ad servilia ingenia malit transcurrere; nempe ad eos homines, qui nihil aliud sciunt, nisi cupediis et crapulis gloriari et totam mentem in pecuniae cogitatione defixam habere, nec aliam sibi aequitatis regulam constituere, nisi iniquitatem? Verum plerisque etiam huius testimoniis omissis, ad aliam ecclesiae tubam illustrem veniq. Ait et divinus egregia cordis humilitate Chrysostomus: „Quae scripta sunt, accipio: quae haud scripta, non requiro. Tradita amplector: haud tradita non investigo curiose." Rursus, „quaedam (inquit) sententia sapienter admonet: Altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris. Quae mandata sunt tibi, haec cogita." Rursus: „ad veram pietatem satis est sciri, Deum esse, ac nihil amplius exquiri." Rursus: „si Manichaeus ad te (inquit) accedat, dicatque materiam praeexistere, si Marcion, si quis ex Graecis, dic illis: in principio creavit Deus caelum et terram. At Scripturae non credit? Eum tu, tanquam furiosum et mente alienatum, aversare." Rursus: „non desines, o homo, supervacanea quaerere? Nam haec temere scrutari supervacaneum est. Eiusmodi ignorantia nihil do-

A. M. 6859 Ind. 4 οἷς οἱ μὲν ἐπαγγελλόμενοι μηδὲν εἰδέναι σοφώτατοι πάντων εἰσίν.” ἀλλὰ γὰρ ἐπιλείψει χρόνος ὅλος, κομίζειν θελήσαντα καὶ
B τοῦ μεγάλου τούτου φωστῆρος τῆς ἐκκλησίας, ὁπόσα θεολογεῖν τε ἀποτρέπει καὶ μόνην ἀσπάζεσθαι τῶν δογμάτων ὁμοῦ καὶ τῆς πίστεως ἁπλότητα. ἀλλ᾽ ὅρα δή μοι καὶ τὸν μέγαν τῆς ἐκκλησίας ἀθλητὴν καὶ διδάσκαλον Ἀθανάσιον, μὴ ἀνέχεσθαι φάσκοντα
C τῶν κατὰ τῆς πίστεως ἐπιχειρούντων καινοτομεῖν, κἂν τὰς ἀπὸ τῶν γραφῶν λέξεις φθέγγωνται. „οὐ γὰρ ὀρθῇ διανοίᾳ, ἀλλ᾽ ὡς ἔνδυμα προβάτων τὰ ῥήματα περιβαλλόμενοι, ἔνδον τὰ Ἀρείου φρονοῦσιν, ὡς τῶν αἱρέσεων ἡγεμὼν διάβολος. καὶ γὰρ κἀκεῖνος ἐλάλει μὲν τὰ ἐκ τῶν γραφῶν, ἐφιμώθη δὲ παρὰ τοῦ σωτῆρος.” ἀκούεις καὶ τούτου ταὐτὰ τοῖς προειλημμένοις διδάσκοντος. ἀλλὰ μηδὲ τὸν ἀσκητικώτατον παραδράμωμεν Ἰσαὰκ, παῦσαι λέγοντα θεολογεῖν, οὐ μόνον μετ᾽ ἀλλοτρίων τῆς πίστεως, ἀλλὰ καὶ μετὰ
D τῶν οἰκείων αὐτῆς· μηδὲ τὸν πολὺν Ἰωάννην, τὸν τῆς ἀσκητικῆς ὑποστάτην κλίμακος· ὃς τὸ αἴτιον ἐφεξῆς οἱονεὶ τῆς ἐκείνου ῥήσεως ἀποδίδωσι οὕτωσίν· „οὐ γὰρ ἐγκληθησόμεθα”, φησὶν, „ἐν ἐξόδῳ ψυχῆς, ὅτι οὐ τεθεολογήκαμεν, ἀλλ᾽ ὅτι ἀδιαλείπτως οὐ πεπενθήκαμεν.” καὶ τί δεῖ βίβλων ἁμάξας ὅλας ἁγίων κομίζειν ὑμῖν, οἷς ἐξ ὀνύχων ἐστὶ γινώσκειν τὸν λέοντα; βαδιοῦμαι δ᾽ ἐφ᾽
E ἕτερα. οὐ γὰρ εἶπον μὲν οἱ διδάσκαλοι ταυτὶ, οὐκ ἠσφαλίσαντο δὲ τοῖς προσήκουσι μοχλοῖς καὶ κλείθροις· οὐδ᾽ ἠσφαλίσαντο

4. ἀσπάζεται coni. Boiv. 10. ὡς ὁ τῶν coni. idem.

ctius. In his rebus qui se nihil scire profitentur, ii sunt omnium sapientissimi.” Enimvero tempus me prorsus deficiat, si et huius quoque magni ecclesiae luminis testimonia velim afferre, quaecunque a theologicis disputationibus deterrent, dogmatumque et Fidei simplicitatem solam amplectuntur. Sed ecce magnus quoque ecclesiae pugil et doctor Athanasius negat se eos ferre posse, qui novum aliquid contra Fidem inceptant, etsi ii sumptas ex Scripturis dictiones pronuncient. „Illi enim ea verba non recto sensu, sed velut ovium vestimentum induunt; intus autem cum Ario sentiunt: quemadmodum haereseon princeps Diabolus. Quippe et hic Scripturarum verba loquebatur; at eum Servator coëgit obmutescere.” Huncine audis eadem docentem, ac illa quae iam dicta sunt? Sed nec Isaacum, praestantissimum Ascetam, omittamus: „desine,” inquit, „de Deo disputare, non solum cum iis, qui alieni sunt a Fide, sed et cum Fidei cultoribus;” nec illum, qui Scalam asceticam fundavit, celeberrimum Ioannem. Hic velut continenti oratione eorum quae ab illo dicta sunt causam reddit: „nec enim,” inquit, „in exitu animae eo arguemur, quod de Deo haud disputaverimus, sed quod iugiter non luxerimus.” Et quid necesse est libris Sanctorum plena vobis plaustra afferre, quibus leonem ex ungue cognoscere est? Ad alia progredior. Haec sancti doctores non modo dixerunt, sed et idoneis vectibus repagulisque firmarunt; nec firmarunt modo, verum etiam inevitabilibus diris et anathema-

μὲν, οὐ περιήλασαν δ' ἐπ' ἐκείνοις ἔτι πύργους φάναι καὶ ἡμι- A. C. 1351
πύργια, καὶ ἀφύκτοις συνέσφιγξαν ἀραῖς καὶ ἀναθέμασι. μετὰ Imp. Io. Cantacuz. 5
γὰρ τό γε τοὺς εὐαγγελιζομένους ἕτερα μακρῷ καθυποβαλεῖν ὁ V. 489
θεῖος ἀπόστολος ἀναθέματι καὶ τάδε φησὶν, εἰς μαρτύριον βε-
βαιότερον συμβιβάζων τὰ πάλαι τοῖς νῦν. „γέγραπται γὰρ," φησὶ,
„ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ F
βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά." ἐῶ γὰρ τὰς τῶν θείων
καταλέγειν τούτοις συνόδων οἰκουμενικὰς πράξεις, ὅσοις καθ'
ἕκαστον ἀναθέμασι τοὺς ἐκείνως ἔχοντας βάλλουσιν. ἀλλ' ἵν' ὡς
ἐν κεφαλαίῳ συνελὼν εἴπω· „πάντα," φασὶ, „τὰ παρὰ τὴν ἐκκλη-
σιαστικὴν παράδοσίν τε καὶ ὑποτύπωσιν τῶν ἁγίων πατέρων καινο-
τομηθέντα τε καὶ πραχθέντα ἢ πραχθησόμενα, ἀνάθεμα ἔστω."

β'. Ἐπὶ τούτοις ἀνέκοψέ μοι τοῦ λόγου τὸν δρόμον ὁ βασι- P. 605
λεύς· καὶ λέγειν αὐτὸς ἐθέλων διχῇ καὶ τριχῇ τὴν γνώμην ἐσχί-
ζετο. ἐβούλετο μὲν γὰρ τὰ τῷ Παλαμᾷ περαίνειν ἐπηγγελμένα,
καθ' ἡσυχίαν δηλαδὴ καθημένῳ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ, καὶ προσω-
πεῖον αὐτοῦ παρ' ὅλον αὐτὸς καθίστασθαι τὸν ἀγῶνα λόγοις
ἅμα καὶ πράγμασιν· ἐβούλετο δ' αὖ καὶ φιλοτιμίας ἐπίδειξίν
τινα τῷ συλλόγῳ παρέχειν ποικίλον, μνημόσυνον ἑαυτῷ μηχα- B
νώμενος δῆθεν αἰώνιον καὶ γέμιον καυχήματος ἐμβριθοῦς. ἔπειτα
τὴν τοῦ ἀγῶνος διάθεσιν βλέπων οὐ κατὰ γνώμην ἐκβεβηκυῖαν
αὐτῷ (οὐ γὰρ εἶχεν ἐκ πείρας ἰσχὺν ἁπάντῃ εἰς τὰς προτεθείσας
τῶν θείων πατέρων χρήσεις· οὔτ' αὖ λογισμῶν αὐτοχθόνων καρ-

8. ὅσοις em. Boiv. pro ὅσοι.

tis, quasi quibusdam turribus et propugnaculis cincta, constrinxerunt. Nam D. Apostolus, postquam eos, qui alia evangelizaverint, gravi anathemati subiecit, ut firmius sit testimonium, vetera cum novis componens, „scriptum est," inquit, „maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus quae scripta sunt in libro legis ut faciat ea." Sacrosanctarum synodorum oecumenica acta his addere supersedeo; quae sigillatim eos, qui eius modi sint, anathemate percellunt. Tamen, ut paucis et summatim veluti complectar; „quaelibet," inquiunt, „praeter ecclesiasticam traditionem et praescriptam a Sanctis formulam de novo introducta, vel acta vel agenda, anathema sunto."

2. Haec cum dixissem, orationis meae cursum imperator abrupit, ac loqui ipse gestiens duplici triplicique sententia in partes varias trahebatur. Volebat nempe ea, quae Palamae promisisset, sic perficere, ut is quidem cum aliis quietus sederet; ipse autem et verbis et re ipsa personam eius per totum illud certamen ageret. Volebat rursus ambitiosa et multiplici ostentatione se ipsum in Concilio venditare, atque ita memoriam sempiternam et magnificae iactantiae plenam aucupari. Deinde ubi vidit certamen eo deductum esse, ut sibi ex sententia non succederet (nam neque ille usu sic valebat, ut ad opposita sanctorum Patrum testimonia posset respondere; nec ea prudentia propria et domestica fruebatur, ut

A. M. 6859 Ind. 4 πός τις ὑπῆρχεν αὐτῷ, ἵν' ὅλην ἐκ περιουσίας ἑαυτῷ τὴν τοῦ
C συνειδότος πιστεύων ἡγεμονίαν μὴ ῥᾷστα ταῖς τῶν ἔξωθεν αἰ-
φνιδίως ἐπεισρεόντων ἀπροσδοκήτων παρέχῃ παθῶν ἐμβολαῖς τὸ
τῶν λογισμῶν περιτρέπεσθαι βουλευτήριον) ἐπὶ πόδα τε ἀνεχώ-
ρει καὶ συνεστέλλετο παραχρῆμα. πολλῶν οὖν ἀνελίξας ἐν βραχεῖ
λογισμῶν λαβυρίνθους, καὶ πολλῶν ἠθῶν ἐπιπλανηθῆναι χρώ-
ματα δοὺς τῷ προσώπῳ κατὰ τὸ συμβεβηκὸς, καὶ μικράττα
D φθεγξάμενος, ὅσα τοῖς τοῦ λόγου προοιμίοις ἀρκέσειν εἰς κεφα-
λὴν ἐδόκει, τῷ Παλαμᾷ λοιπὸν τὴν τῶν ἐμοὶ προτεθέντων ἀπάν-
τησιν παρεχώρει. (B.) Τῷ δὲ καὶ αὐτῷ παρὰ προσδοκίαν τοῖς
τοιούτοις ἐμπεπτωκότι (οὐ γὰρ ἦν ἐν μελέταις δεήσεσθαι λόγων
οὐδὲ μικρῶν εἰς ἀπάντησιν· κατορθώσειν γὰρ ᾤετο πάντ' ἐν
βραχεῖ βασιλικῆς δυνάμει χειρὸς καὶ χείλεσιν ἀφθόγγοις, ὡς μη-
E δὲν εἰς τὴν ὑστεραίαν ὑπολειφθῆναι φροντίδος λείψανον ἡμετέ-
ρας) διηπορεῖτο καθ' ἑαυτὸν, αἰσχυνόμενος γλώσσῃ κωφῇ παρα-
V. 490 θέσθαι τὸ πρᾶγμα, καὶ φωραθῆναι γυμνὸς τῶν τῷ καιρῷ προσ-
φυῶν νοημάτων. (Γ.) Ὀλιγομαθὴς γὰρ οὗτος ὢν, ὅταν ἰδίᾳ
P. 606 τοῖς προστυχοῦσιν ὁμιλῇ, ἢ δι' ἀμαθίαν οὐκ ἔχουσιν ἀντιφθέγ-
γεσθαι, ἢ διὰ φιλίαν ἐλέγχειν συστελλομένοις, ἢ τό γε μεῖζον
δεδιόσι μὴ τῆς αὐτοῦ πρὸς βασιλέα διαβολῆς ἀγώνισμα γένοιντο
(ταὐτὸν γάρ ἐστι Παλαμᾷ τε ἀντειπεῖν κἀκ τοῦ προφανοῦς δια-
λοιδορεῖσθαι καὶ βασιλεῖ), ἐπαινεῖσθαι ἔδοξεν ἐνίοις ἐνιαχοῦ. ἐς δ'
ὑπαίθρους ἀντιλογίας καὶ ἀντιθέσεις, κατ' ἔνστασιν ἀντιπαράστα-

omni animi imperio plene per se ipsum potitus, repentinis atque improvisis supervenientium extrinsecus affectuum impressionibus iudicium suum subverti haud facile pateretur) coepit statim pedem referre et contrahere se. Multis itaque brevi temporis spatio velut labyrinthis cogitationum evolutis, multorum affectuum coloribus incertis et temere obortis vultu suffuso, pauca demum loquutus, quantum satis esse videbatur ad proludendum, et ad quoddam veluti caput orationi imponendum, ad ea, quae proposueram, respondendi munus Palamae concessit. (II.) Hic vero in eam necessitatem praeter opinionem ipse quoque adductus, qui sibi ad respondendum ne minima quidem oratione opus fore praevidisset (omnia quippe se, imperatoris manu et potestate, silentio ipso feliciter statim confecturum putarat, sic ut nullam postridie reliquam nostri curam habiturum se speraret) secum anxie deliberabat. Pudebat nempe eum taciturnitati rem omnem permittere, ac rationum pro tempore excogitandarum inopem sese deprehendi. (III.) Etenim parum ille eruditus, ubi ii, cum quibus privatim forte colloquutus est, vel prae ignorantia nihil contradixere, vel ob amicitiam refellere veriti sunt, vel, quod gravius est, timuerunt ne eius calumniis apud imperatorem oppugnarentur (scilicet Palamae contradicere, et imperatori palam convitiari, una et eadem res est), alicubi et a quibusdam visus est laudari. At in apertis dicendi certami-

σιν ἐχούσας, εἰσαγόμενον πρόσωπον, ἀθαρσέστατός ἐστιν ἐπιεικῶς A. C. 1351
ὁ ἀνὴρ καὶ κομιδῇ ψοφοδεής· καὶ τὸ συνεχὲς ἀεὶ τῶν αὐτῷ λεγο- Imp. Io. Cantacuz. 5
μένων καὶ γραφομένων συγχέων καὶ φθείρων ἐξ ἀμαθίας ἡμιτελῆ B
τινα καὶ ἡμίεργα φαίνεται κῶλα καὶ κόμματα συννφαίνειν ταῖς τῶν
λόγων ἐννοίαις· ὡς αἰνιγματώδεις εἶναι δοκεῖν αὐτοὺς καὶ ἀμφιβίους
καὶ ἀμφιῤῥέπεῖς, καὶ οἷα τὰ βουγενῆ ἀνδρόπρωρα τοῖς θύραθεν
λέλεκται φιλοσόφοις. οὐ μόνον δ' ἐκ τοῦ γε τὴν τῶν λόγων ἀλ-
ληλουχίαν αὐτὸν διασπᾶν ἀσαφῆ καὶ ἀδιανόητον τοῖς ἀκούουσι
τίθησι τὴν διάνοιαν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον καὶ τοῦθ' ἁλίσκε- C
ται δρῶν ἐξεπίτηδες, ταῖς τῶν λέξεων ὁμωνύμοις καὶ διλήμματον
νοῦν καλυπτούσαις χρώμενος· ἵνα κλέπτης ὢν ἀνασοβῇ τὴν
σαγήνην τῆς ἀληθείας, ἐντεῦθεν ἐκεῖσε μετάγων τὸν νοῦν, κἀκεῖ-
θεν ἐνταῦθα. καὶ ὥσπερ τοὺς τοῦ Πλάτωνος διαλόγους (ὡς ἔφη
τις) ἄνω καὶ κάτω παιδικοὶ καθυβρίζουσιν ἔρωτες, οὕτω καὶ
τούτου τοὺς λόγους ὁμωνυμίας ἐκτόπου καθυβρίζουσι σμήνη, νῦν
μὲν ἄκοντος, ἀμαθίας ἀνακιρναμένης τῇ κακονοίᾳ· νῦν δ' ἑκόν- D
τος, πλάνης εἵνεκα τῶν ἀκουόντων, κρυπτούσης μὲν τὴν τῶν
λόγων κακίαν, βλαπτούσης δ' ἔτι μᾶλλον, διὰ τὸ ἀμφιῤῥεπὲς
τῶν λέξεων καὶ διπρόσωπον, οἷς ἂν μὴ σὺν ἐπιστήμῃ διεξιέναι
ἐξῇ. τῷ γὰρ τῆς λέξεως οὗτοι παραπλησίῳ συναρπαζόμενοι ῥᾷ-
στα τῷ τῆς πλάνης ἀγκίστρῳ περιπείρονται, ἀντὶ τοῦ προσήκον-
τος τῷ μὴ προσήκοντι τοῦ σημαινομένου προστρέχοντες ἐξ E

7. οὐ μόνον em. Boiv. pro ὁ μόνον.

nibus, ubi acri contentione et coram disputatur, in publicum et quasi in scenam productus, minime hic homo audax est, sed strepitu vel minimo facile terretur. Eorum autem, quae sive dicit sive scribit, ordinem sic semper ex inscitia confundit et pervertit, ut semifactis et dimidiatis fere periodorum membris et commatis orationis suae sententias contexere videatur. Idcirco eius dicta aenigmatum similia sunt et ambigua, et sensu incerto suspensa, qualia illa, quae profanis philosophis βουγενῆ et ἀνδρόπρωρα appellata sunt. Atque ille non modo continuam orationis seriem interrumpendo obscurum et iis qui audiunt intellectu difficilem reddit verborum sensum; sed plerumque id de industria facere deprehenditur, homonymas et ancipitem sensum celantes dictiones usurpando, ut sententia hinc et inde in hanc vel illam partem translata, veritatis laqueos fur callidus evadat. Itaque, ut de Platonis dialogis aliquis dixit, eos puerorum amoribus passim dedecorari, ita et huius orationes vocum absurde ambiguarum multitudine foedantur, nunc ipso invito, per inscitiam malae menti admixtam, nunc eius voluntate, ut auditores in errorem inducantur ea fraude, quae verborum malignitatem occultat, atque eo magis propter ambiguitatem et duplicem quodammodo dictionum frontem illis nocet, qui eas cum scientia legere haud possunt. Nempe hi vocum affinitate decepti hamum sibi erroris facillime infigunt, pro significatione propria impropriam amplexi per ignorantiam; velut passerculi et pisces,

A. M. 6859 Ind. 4 ἀγνοίας, καθάπερ καὶ στρουθοὶ καὶ ἰχθύες ῥᾷστα ταῖς τῶν θηρευτῶν ἁλίσκονται παγίσιν, ὁρῶντες μὲν τὸν δόλον, οὐ συνορῶντες δὲ τὴν ἔνδον μηχανὴν, καὶ τῷ μὲν δόλῳ προσφύονται, τῇ ὑποκειμένῃ δὲ συνέχονται μηχανῇ. διὰ δὴ ταῦτα καὶ γέλωτα ὀφλισκάνων μειδιᾷν μὲν τῷ προσώπῳ δοκεῖ καὶ αὐτὸς, δεινὸν δ' ἐν καρδίᾳ καὶ παντὸς ἡγεῖται θανάτου μεῖζον· καὶ τὴν ἧτταν
F ἐξ ἀληθείας καρπούμενος διαπρίεται ὑπ' ὀργῆς· καὶ ἀμύνεσθαι βουλόμενος μὲν, οὐ δυνάμενος δὲ, καθάπερ εἰς ἀσπίδα καὶ τεῖχος καταφεύγει τὸν βασιλέα, μάλα θρασεῖαν καὶ διαβάλλουσαν ἐπαγόμενος γλῶτταν· καὶ οὕτωσί πως, οἱονεί τινι πανοπλίᾳ, τῇ βασιλικῇ καταχρώμενος αὐθεντίᾳ, τοῖς νικῶσιν ἀντιπεριϊστᾷν
P. 607 τὴν ἧτταν δοκεῖ· καθάπερ τὰ βρέφη, ἅπερ ὁπότε ταῖς τῶν γονέων χερσὶν ἀνεχόμενα τοῖς οἰοισδήτισιν ἀστείου χάριν ἀνδράσιν ἐπιῤῥίπτεῖται, χαίρει τε καὶ οἷον ἐπαγάλλεται τῇ νίκῃ, καὶ τὰς χεῖρας ἐπικροτεῖ. τὸν γὰρ αὐτὸν καὶ οὗτος τρόπον ποιῶν ὡς ἐφ' ὁμολογουμέναις ταῖς νίκαις σκιρτᾷ, καὶ οὐκ αἰδεῖται νηπιώδη μνηστευόμενος ἑαυτῷ καυχήματα, καὶ οἷα κἂν παῖς δραχμῆς ἐκ τῆς ὀρχήστρας ἢ ὀβολοῦ πρίασθαι αἰσχυνθείη. γράμ-
B μασι γὰρ σχεδὸν παντάπασιν ἀνομίλητον εὑρίσκων αὐτὸν ἄλλας
V. 491 τε τίθησι συσκευάζων διαβολὰς καὶ ῥᾷστα δεδίττεται, βασιλείας προφασιζόμενος κίνδυνον, εἰ ἐπικρατέστερά πως τὰ τῶν ἀντιθέτων λογικὰ προβλήματα γένοιτο· καὶ οὕτω κατεπάδων καὶ παρεξάγων τὰ ὦτα διηνεκῶς ῥᾷστα πρὸς τὸ βουλόμενον ἔχει συνεφελκόμενον· κἄπειτα μετὰ γαύρου καὶ μετεώρου περιϊὼν τοῦ
C ἤθους καὶ τοῦ φρονήματος ὅλην ἐπὶ τῆς ὀφρύος οἴεται φέρειν

qui insidiantium laqueis facile irretiuntur, et cum escam videant, latentem intus hamum non vident, adeoque, esca apprehensa, hamo subiecto attinentur. Quamobrem iste, cum irridetur, vultu quidem ipse quoque subridet: at secum tacite indignatur, et quavis morte peius id ducit, et veritate ipsa victus prae ira disrumpitur; tum ulcisci cupit, nec potest; ideoque insolentem et maledicam linguam secum afferens ad principem, tanquam ad clypeum aut ad propugnaculum, confugit. Sic imperatoria auctoritate velut quadam armatura abutendo putat se conversa vice victorem ex victo exsistere: itidem ut infantes, qui parentum manibus sublevati, et in obvios quosque per iocum iactitati, gaudent et velut victoria exsultant et manus complodunt. Nam et iste eodem modo, velut omnium confessione victor declaratus, exsultat, nec erubescit puerilis gloriolae ornamenta ambitiose affectare, qualia vel adolescentulum pudeat drachma aut obolo ex orchestra mercari. Literarum quippe omnino fere rudem nactus tum alias calumnias confingit, tum illum facillime territat ea ratione, quod periclitari imperium dicat, si adversariorum argumenta ullo modo praevaleant. Ita dum eius aures sine fine incantat et decipit, eum quocunque vult facillime obsequentem trahit. Ferox deinde et superbus incedens, animisque elatus, totam se arbitratur ferro supercilio

τὴν Πιερίαν. (Δ.) Νῦν οὖν ἐπὶ τοσούτου θεάτρου πρὸς βασι- A. C. 1351
λέως μικρὸν εἰς τὴν καθ' ἑαυτὸν ἀπάντησιν ἀφεθεὶς παρὰ το- Imp. Io. Cantacuz. 5
σοῦτον ἦκε στενοχωρίας, ὥστε καὶ ἃ πολλάκις κἂν ταῖς ἀγυιαῖς κἂν ταῖς πλατείαις ἦν μεγαληγορῶν, λέληθε τέως αὐτὸν, καὶ ἀκροσφαλῆ τινα καὶ παραπεποδισμένην προὔτεινε γλῶτταν. οὐκ ἔχων γὰρ ἐκ τοῦ ῥᾴστου προχειροτέραν τοῖς λόγοις ἀρχὴν παρα- D
σχεῖν τὸν εἰωθότα καὶ νῦν ἐδόκει βαδίζειν δρόμον, κἀκεῖνον αὖθις τῆς ἀπορίας ποιεῖσθαι προκάλυμμα, καθάπερ οἱ κοχλίαι τὰ ὄστρακα καὶ τοὺς εἰωθότας καὶ ἀεὶ φερομένους οἰκίσκους. ὃ δὲ ἦν τὸ Θαβώριον ὄρος, ᾧ καὶ πάσας πανταχοῦ τῶν οἰκείων λόγων παρεκβάσεις ἐξεπίτηδες καὶ τὴν πλείστην ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τούτῳ δίδωσι τῷ μέρει τὴν διατριβήν. (Ε.) „Ἐγὼ γὰρ E
(φησὶ) τῶν πατέρων ἀκούων, τὸ ἐν ὄρει τῷ Θαβωρίῳ φῶς τοῦ σωτῆρος λεγόντων ἄκτιστόν τε καὶ, παρὰ τὴν τοῦ θεοῦ οὐσίαν, ἄλλην θεότητα καὶ ἐνέργειαν, οὐκ ἄν ποτε φαίην ταὐτὸν ἐνέργειαν καὶ οὐσίαν θεοῦ, οὐδὲ τὸν υἱὸν καὶ λόγον τοῦ θεοῦ, σοφίαν καὶ δύναμιν καὶ ἁγιασμὸν καὶ ζωὴν καὶ ἀλήθειαν καὶ βουλήν. ταὐτὸν γὰρ ἂν εἴη λέγειν θεὸν ἀνενέργητον καὶ ἄσοφον καὶ ἀδύναμον καὶ ἀβούλητον καὶ ἄζων καὶ ἁπλῶς πάντων ἐστε-
ρημένον. εἰ γὰρ μὴ τὴν ἐνέργειαν φαίημεν διαφέρειν τῆς οὐσίας F
ἐκεῖ τοῦ θεοῦ, καὶ ἄλλην τινὰ καθ' ἑαυτὴν εἶναι θεότητα ταύτην, ἥτις ἐστὶ σοφία καὶ φῶς καὶ ζωὴ καὶ δύναμις καὶ ἁγιασμὸς καὶ ὅσα ἡ θεία γραφὴ τὸν θεὸν ὀνομάζει, λείπεται θεὸν

Pieriam. (IV.) Hic igitur tam frequenti spectantium coetu ab imperatore paulisper nunc emissus, et pro se ipse iussus respondere, in eas angustias adductus est, ut illa statim oblitus sit, quae in vicis et plateis magnifice saepe iactaverat: ac linguam titubantem et impeditam coepit exserere. Quoniam autem orationi suae exordium magis promptum et paratum accommodare haud poterat facillime, idcirco ei visum est solitam viam ingredi, et illud rursus inopiae suae velamen obtendere, ut cochleae testas et quas perpetuo gestant domos exiguas. Erat porro illud mons Thabor, ad quem iste de industria passim et semper in orationibus suis digreditur, et in qua parte diutissime plerumque immoratur. (V.) „Ego," inquit, „cum Patres audiam, lumen illud, quod in monte Thabor exstitit, increatum, et aliam a Dei substantia divinitatem operationemque esse dictitantes, nunquam certe unum et idem esse dixerim operationem et substantiam Dei, nec Filium et Verbum Dei, sapientiam, et potentiam, et sanctificationem, et vitam, et veritatem, et consilium (vocaverim). Item quippe esset, ac si dicerem Deum expertem operationis, insipientem, impotentem, voluntate, vita, omnibus denique (attributis) carentem. Nisi enim dicamus operationem illic a substantia Dei distingui, et aliam quandam per se divinitatem esse eam, quae est sapientia, et lumen, et vita, et potentia, et sanctificatio, et quaecunque Deo nomina tribuit sacra Scriptura, superest ut Deum operationis expertem, et talem prorsus, qua-

A. M. 6859 Ind. 4 ἀνενέργητον οἴεσθαι σέβειν ἡμᾶς, καὶ ὅσα γε εἰρηκότες ἔφθημεν. ἢ πῶς ἂν εἴη κοινὴ τῶν τριῶν ὑποστάσεων, μὴ καθ' αὑτὴν ἀνυπόστατος οὖσα, θεότης ἑτέρα φύσεως καὶ ὑποστάσεων ἐκείνων;

P. 608 ἢ πῶς ἄλλως ἂν εἴη κοινὴ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἐνέργεια, ἄκτιστός τε καὶ οὐσιώδης καὶ φυσική; οὐ γὰρ θέμις τὴν οὐσίαν οἴεσθαι τοῦ θεοῦ πρὸς τὰ γῆϊνα κατιέναι καὶ σοφίζειν καὶ ἁγιάζειν καὶ ζωοποιεῖν (ἄπαγε· βλάσφημον γὰρ καὶ δαιμόνων εὕρεμα σκοτεινόν), ἀλλ' ἀφ' ἑκάστης ἕκαστα γίνεσθαι τῶν ἀκτίστων τούτων ἐνεργειῶν· ὧν οἱ μετέχοντες ἄκτιστοί τε γίνονται καὶ ἄ-

B κτιστα πράγματα, ὅσα τε νῦν καὶ ὅσα τοῖς προφήταις ἐφάνη θαυμάσια· ὧν καὶ βάτος, ἡ καινομένη μὲν, οὐ δαπανωμένη δέ· καὶ τὸ πύρινον ἅρμα τοῦ Ἠλίου, καὶ ὁ τὸν Ἰσραὴλ ὁδηγῶν πύρινος στῦλος ἐκεῖνος· καὶ ὁ τὰς ρπ χιλιάδας τῶν Ἀσσυρίων ἐν ῥιπῇ θανατώσας ἄγγελος· προσθήσω δ' ἔτι καὶ τὴν ἀνθρώπινον ἀφεῖσαν φθέγμα τοῦ Βαλαὰμ ὄνον, καὶ ὅσα τοιαῦτα κατὰ καιροὺς ἐγεγόνει θαύματα. οὐ γὰρ μετέχει τῆς οὐσίας οὐδαμῇ τῶν

C ἐν κόσμῳ κτισμάτων οὐδὲν τοῦ θεοῦ. τάχιστα γὰρ ἂν φθαρείη τὰ πάντα, πρὶν ἢ φθῆναι μετασχεῖν. φθαρτικὴ γὰρ ἐκείνη καὶ ἀναλωτικὴ τοῖς ἐγγίζειν ἐπειγομένοις ἐστί. σύμφωνα τοιγαροῦν

V. 492 τοῖς πατράσι λέγοντί μοι καὶ γράφοντι μικρὰ φροντίζειν ἔπεισι τῶν ἐγκαλούντων, ἅπαξ θεσμοθετηθὲν καὶ ἐπιψηφισθὲν, τῇ τοῦ Βαρλαὰμ καταλέγεσθαι μοίρᾳ, καὶ ἀποψηφίζεσθαι σφᾶς κατ'

14. ἔτι Boiv. pro ὅτι.

lem supra diximus, colere nos arbitremur. Alioqui quomodo trium hypostaseon communis esse possit divinitas, a natura et ab illis ipsis hypostasibus diversa, nisi per se ipsam careat subsistentia? Aut quanam alia ratione communis Deo et hominibus fuerit increata et substantialis et naturalis operatio? Neque enim fas est credere substantiam Dei ad terrestria descendisse, eandemque et sapientes facere, et sanctificare, et vivificare (apage: quippe haec blasphemia est, et daemonum inventio tenebrosa) sed singula ex singulis hisce increatis operationibus oriri: quas qui participant, ii increati exsistunt. Item increata sunt tum ea, quae hoc tempore, tum quaecunque olim prophetis mira apparuerunt: in quibus rubus ardens et inconsumptus; igneus Eliae currus, columna illa ignea, quae Israëlitis praecivit, et is qui rapido impetu centum octoginta millia Assyriorum interfecit angelus. Quinetiam addo asinam Balaami, quae humanam vocem emisit, et quotquot his similia miracula variis temporibus exstiterunt. Etenim ex iis, quae in mundo sunt, rebus creatis nulla prorsus est, quae Dei substantiam participet. Quippe omnia statim pereant prius quam huius participes fiant; quoniam ea est vis ipsius, ut eos perdat et consumat, qui ad eam propius accedere cupiant. Mihi itaque cum sanctorum Patrum dictis congrua dicenti scribentique eos, a quibus accusor, parvi facere animus est: cum illud semel sancitum decretumque sit, eos omnes cum Barlaamo ponendos, et ut illum explodendos, qui haud dubitent me

ἐκεῖνον, ὁπόσοι μου κατηγορεῖν οὐκ ὀκνοῦσιν ἀεὶ, καὶ πολυθεΐαν A. C. 1351
καταψηφίζεσθαι, καὶ τἄλλα ὅσα σφίσιν ἠριθμηταί τε καὶ συλ- Imp. Io. Cantacuz. 5
λελόγισται κατ' ἐμοῦ. ἢ οὐκ ἴσασι, ὡς ὅτε ἐμοῦ πολυθεΐαν οὗτοι D
καταψηφίζονται, μονοθεΐαν ἐγὼ καταψηφίζομαι σφῶν καὶ γίνε-
ται σφισιν ἡ κατηγορία τοῦ ἐγκλήματος μείζων. οὐ γὰρ Ἰουδαίων
καὶ Περσῶν εἰμι παῖς, ἵνα καὶ μονοθεΐτης ἀκούω, καθάπερ οἱ
τάλανες οὗτοι. εἰ δέ που ταῖς λέξεσι οὗτοι μόναις προσχόν-
τες ἥκιστα ταῖς διανοίαις συμβιβάζειν ἴσασιν αὐτὰς, τί τοῦτο E
τῇ ἀληθείᾳ λυμαίνεται, τῆς τῶν λόγων ἐννοίας ὑγιαινούσης;"
(ς'.) Ταῦτ' ἔλεγε· καὶ ἅμα, οἷς ἀεὶ μὴ στέργειν προὔθετο καὶ
οἷς τὴν ἔργῳ παρέχεται μάχην καὶ ἀνθίσταται κομιδῇ τῶν λόγων
αὐτοῦ πανταχῇ, τούτων μέρος ἀπειληφὼς προεκόμιζε. ταῖς γὰρ
τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου πράξεσι προὔργου ποι-
ούμενος μάχεσθαί τε καὶ ἀντιπράττειν, ὡς προϊοῦσι δειχθήσε- F
ται, διαφθείρας τὸν νοῦν, ἐκ τοῦ μηδαμῇ συνιέναι δύνασθαι,
διὰ τὰς ἐμφύτους κῆρας τῆς τε κακοηθείας καὶ ἀμαθίας, ὅμοιον
ποιῶν τοῖς Ἐπικουρείοις· ὡς γὰρ ἐκεῖνοι, τῇ σφετέρᾳ δυνάμει τὸ
τοῦ ἡλίου παραμετροῦντες φαινόμενον, ποδιαῖον τὸν ἥλιον ἀπε-
φαίνοντο εἶναι, οὕτω καὶ οὗτος τὴν ἀμβλύτητα τῆς ἑαυτοῦ δια-
νοίας ταῖς τῶν ἁγίων προσνέμει γραφαῖς· καὶ ὥσπερ ἀσυμφώ- P. 609
νους τῇ διανοίᾳ τὰς λέξεις τοῖς οἰκείοις συντίθησι λόγοις αὐτὸς,
οὕτω καὶ τῶν ἁγίων οἴεται τὰς γραφὰς, καὶ οὕτω ταύτας παρεξ-
ηγεῖται. ἦν δ', ὃ τῆς ἁγίας ἕκτης συνόδου μόνον ἀπειληφὼς

accusare et reum agere erroris Deos multos statuentis, aliorumque criminum, quae iidem enumerarunt, et argumentando in me collegerunt. An ignorant, cum ii me ut multas divinitates statuentem damnant, tum me eosdem ut unam divinitatem statuentes damnare? Hoc illis crimen gravius obiicitur, quam quo ipse accusor. Ego enim nec Iudaeorum nec Persarum sum filius, ut quemadmodum miseri isti unius divinitatis cultor audiam. Quod si iidem, ad solas voces attendendo, minime eas cum sententiis possunt conciliare, hoc quidem veritati quid nocet, cum sanus sit verborum sensus?" (VI.) Haec ille dixit; tum quae constituit nunquam approbare, quibus re ipsa et bellum indicit et passim in orationibus suis vehementer adversatur, eorum partem excerptam profert. Nam sacrosancti et generalis Concilii sexti acta imprimis studet oppugnare et infringere, ut infra ostendetur. Horum sententiam, quam ob insitas labes, malignitatem dico et ignorantiam, nullo modo potest intelligere, depravat. Quod quidem more Epicureorum facit. Nam ut illi solem, quatenus apparet, pro suo captu metientes, pedalis moduli esse dicebant, sic iste mentis suae stuporem scriptis Sanctorum affingit: et quemadmodum ipse orationes suas verbis componit minime cum sententia congruentibus, eiusmodi quoque esse Sanctorum scripta existimat, eaque sic male interpretatur. Quod autem unum ex sancta sexta synodo excerptum proferebat, illud fuit: per in-

A. M. 6859 Ind. 4 προὔτεινε, τὸ, τὴν ἄκτιστον ἐνέργειαν ἄκτιστον οὐσίαν χαρακτηρίζειν· κἀκ τῶν τοῦ θείου Βασιλείου τὸ, ἐκ τῶν ἐνεργειῶν γνωρίζομεν τὸν θεόν· ἡ γὰρ οὐσία αὐτοῦ μένει ἀμέθεκτος.

B γ'. Ταῦτα δ' οὐχ ὅτι τὸν νοῦν εἰδέναι δυνάμενος ἔλεγεν, ὡς δειχθήσεται προϊοῦσιν ἡμῖν (μηδὲ γὰρ ἀνελέγκτους ἡμῖν οἴεσθε παραδραμεῖσθαι κἀκείνας ὁπόσας ἠκηκόειτε βλασφημίας αὐτοῦ. αἱ μὲν γὰρ καὶ προκαταλέλυνται μικρὸν ἀνωτέρω, λόγοις θ' ἡμετέροις καὶ γραφικαῖς μαρτυρίαις· αἱ δὲ προϊοῦσιν ἡμῖν ἱστὸς C ἀράχνης σύν γε θεῷ φανήσονται) οὐχ ὅτι τοίνυν οἶδεν ἐκεῖνα προὔτεινεν. ἀλλ' ὁρῶν ὡπλισμένους ἡμᾶς καὶ σφόδρα τοι πε- V. 493 φραγμένους ἀφθόνοις ταῖς θείαις γραφαῖς, δεδιὼς μὴ ἀπὸ πρώτης, ὅ φασι, γραμμῆς κληροῦχος τῆς ἥττης γένηται, πρὶν εἰς ἐξέτασιν μείζω καὶ τελειοτέραν ἐληλυθέναι, συμφέρειν ἔδοξεν αὐτῷ, μετεωρίσαντι τὰς τῶν πολλῶν ἀκοὰς, δεῖξαι καὶ ἑαυτὸν τὰς θείας συνόδους ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις πατράσι συναιρομένας ταῖς D βλασφημίαις αὐτοῦ κεκτημένον, δέλεαρ τοῦτο τοῖς ἁπλουστέροις προτείνων, τῷ χαλκῷ τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ περικείμενον. (B.) Ἐπεὶ καὶ ὅταν συχνὰ ἐπιφέρῃ, κατὰ τοὺς θείους λέγειν πατέρας, τυφλὸν καὶ ἀσαφὲς τοῦτ' ἐπιφέρων, μήθ' οἵτινές εἰσιν οἱ λέγοντες, μήθ' ἃ λέγουσιν ἀποσαφῶν, οὐκ ἄλλους ἐν- νῷ ἔχειν οἶμαι πατέρας αὐτὸν, ἢ ἑαυτὸν καὶ ὅσοι κατ' αὐτὸν κα- E κόδοξοι πάλαι γεγένηνται. πλὴν γὰρ αὐτοῦ οὔθ' εὕρηταί ποθ'

4. ὡσεὶ coni. Boiv. pro ὅτι.

creatam operationem increatam substantiam certo charactere signari: item illud ex D. Basilii scriptis: Deum ex operationibus cognoscimus; quoniam eius substantia imparticipabilis manet.

3. Porro haec ille non ideo dicebat, quod verborum mentem assequi posset, ut postea ostendemus. Etenim quascunque eius blasphemias audivistis, illas ne arbitremini sic praetermissuros esse nos, ut non redarguamus. Ac earum quidem aliae paulo supra nostris disputationibus et Scripturae testimoniis refutatae iam fuerunt; alias, Deo iuvante, ut aranearum telas, ulterius progressi resolvemus. Illa itaque, non quia intelligeret, proferebat; sed ubi nos vidit sacris Scripturis armatos et cumulatissime instructos, veritus ne ab ipsis (ut aiunt) carceribus infelicem exitum sortiretur, expedire sibi credidit, antequam ventum esset ad maius perfectiusque examen, vulgi auribus arrectis ac suspensis, ostendere se ipsum quoque sacras synodos et sanctos Patres habere suis blasphemiis patrocinantes, et hanc veluti escam, errori suo tanquam hamo circumiectam, simpliciori cuique porrigere. (II.) Enimvero cum hanc formulam, „ut sancti Patres loquuntur", subinde repetit, obscuram scilicet et incertam, non declarans quinam ii sint, nec quae dicant, eum puto non alios Patres in animo habere, nisi semet ipsum, et quotquot iampridem in eosdem quibus ipse errores prolapsi sunt. Quippe, eo excepto, nunquam alius quisquam

οὕτω γραφόμενά τε καὶ νοούμενά τῳ τῶν ἁπάντων ἑτέρῳ μέχρι καὶ ἐς τὴν τήμερον οὐδενὶ οὔτε πρὸς αὐτοῦ, οὔτε πρὸς ἡμῶν, οὔτε πρὸς ἑτέρου τῶν ἁπάντων οὐδενός. ἦ γὰρ ἂν ἐτίθει τε καὶ τὰς ἁπάντων ἀκοὰς περιηύλει, λαλίστερος ἑαυτοῦ γιγνόμενος, καὶ περιεκρότει πλέον ἢ θαλάττης ὑβριζούσης φλοῖσβοι παραλίους πέτρας. (Γ.) Ὅτι γὰρ ἀνωτέρω μικρὸν πρὸς τοῦ σοφωτάτου δέδεικται πατρὸς ἐκείνου τοῦ Γραπτοῦ Θεοδώρου, ὅτε τὰς τοῦ μεγάλου φωστῆρος τῆς ἐκκλησίας Βασιλείου ῥήσεις διερμηνεύων προκεκόμισταί μοι, ἐπὶ τῆς ἁπλῆς καὶ ἀσωμάτου λέγων φύσεως τὸν αὐτὸν ἐπιδέχεσθαι λόγον τὴν ἐνέργειαν τῇ οὐσίᾳ· (πρᾶγμα γὰρ αὐθύπαρκτον, μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς σύστασιν, ὁπότερον ἂν ἐθέλοι τις, ἀπεφήνατο) δῆλον παντί που. ὅτι δὲ καὶ τοῦτ' ἐκείνῳ κατὰ ταὐτὸν κομιδῇ λαμπρῶς συναποδείκνυται, δῆλον ἂν εἴη καὶ τοῦτο τοῖς βουλομένοις. τὸ γὰρ ἄκτιστον ἐνέργειαν ἄκτιστον οὐσίαν χαρακτηρίζειν, εἰπόντα, μήτε μὴν διαφορὰν ἀκτίστου πρὸς ἄκτιστον (πῶς γὰρ, ὃ τοῖς πᾶσι ὁμοῦ πατράσιν ἀπείρηται, μηδὲν τῆς θείας καὶ τρισυποστάτου φύσεως ἕτερον ἄκτιστον εἶναι διαῤῥήδην ὁμολογοῦσι) μήθ' ὅτι ἕτερον θατέρου θάτερον, τὴν πρὸς ἐκεῖνα δεικνύντος ἐστὶ συμφυΐαν τε καὶ ταὐτότητα. μηδὲ γὰρ ἄν ποτε φύσιν ἔχειν, ἐν τοῖς οὕτως ἀναγκαίοις διαφωνεῖν τοὺς ἁγίους. ὡς γὰρ ἐκεῖ λόγων ταὐτότης, οὕτως ἐνταῦθα τὸ χαρακτηρίζειν εἰς ἕνωσιν ἄγει τὰ τῇ λέξει δύο δοκοῦν-

A. C. 1351 Imp. Io. Cantacuz. 5

P. 610

B

C

11. *ὑπόστασιν* coni. Boiv. 15. *μηνύειν* coni. idem. pro *μήν*.

ex omnibus ad hanc diem usque ab eo aut a nobis repertus est, qui sic vel scripserit vel senserit. Alioquin hic protulisset, et se ipso loquacior, omnium aures circumsonando et perstrependo, fremitum maris vicisset, circum saxa maritima debacchantis. (III.) Idem quippe esse substantiam et operationes divinas paulo supra demonstratum esse, cuilibet patet: illic scilicet, ubi sapientissimum Patrem Theodorum Graptum, magni ecclesiae luminis D. Basilii verba interpretantem, atque in simplici et incorporea natura definitionem eandem operationi ac substantiae convenire dicentem, produximus. Quippe utramlibet definiendam esse dixit, rem per se subsistentem, nec ad consistendum alia re indigentem. Sed et luculentissime hoc ipsum illo Concilii generalis sexti testimonio pariter demonstrari, evidens cuivis futurum est. Nam qui per increatam operationem substantiam increatam certo charactere signari dicit, ac neque aliquam increati ab increato differentiam indicat (quomodo autem indicaret, contra omnium simul Patrum auctoritatem, qui nullum aliud, praeter divinam in tribus hypostasibus naturam, increatum esse diserte confitentur?) neque alterum ab altero diversum esse ait, is certe illarum rerum naturalem coniunctionem et identitatem declarat. Nec enim in iis, quae adeo necessaria sunt, Sanctos dissentire ratio patitur. Nempe ut illic definitiones eaedem, ita hic ipsum *χαρακτηρίζειν*, quod est certo charactere signare, unum ef-

A. M. 6859 Ind. 4 D τα. τὸ γὰρ χαρακτηρίζειν τῷ δηλοῦν ταὐτόν ἐστιν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· ἡ ἄκτιστος ἐνέργεια, ἐπεὶ τῆς ἁπλῆς καὶ ἀσωμάτου λέγεται φύσεως, αὐτὴν τὴν ἄκτιστον οὐσίαν χαρακτηρίζει, καὶ δηλοῖ, καὶ παρίστησι. καὶ ἅμα βεβαιοῖ μοι τὸν λόγον ὁ χαρακτὴρ καὶ ἡ ἀπαράλλακτος τοῦ πατρὸς εἰκών, ὁ υἱός. (Δ.) Εἰ δὲ βούλεσθε, καὶ μαρτυρίας ἐγὼ προενεγκεῖν οὐκ ὀκνήσω μυρίας διαφόρων E πατέρων, ἃς κατὰ τῶν ὁμοίων τῇ δόξῃ τἀνδρὶ τουτῳῖ καλῶς ποιοῦντες ἐκεῖνοι πάλαι γεγράφασιν. αὐτίκα τοίνυν ὁ μέγας φησὶν Ἀθανάσιος· „οὐκ ἀμφίβολον, ὅτι αὐτός ἐστιν ἡ τοῦ πατρὸς ζῶσα βουλὴ καὶ ἐνούσιος ἐνέργεια, καὶ λόγος ἀληθινός." καὶ πάλιν· „ἑνὸς ὄντος υἱοῦ, τοῦ ζῶντος λόγου, μίαν εἶναι δεῖ τελείαν καὶ πλήρη τὴν ἁγιαστικὴν καὶ φωτιστικὴν ζωήν, οὖσαν F ἐνέργειαν αὐτοῦ καὶ δωρεάν, ἥτις ἐκ πατρὸς ἐκπορεύεται." καὶ πάλιν· „ἀλλ' οἱ ἀσεβεῖς οὐ θέλουσι λόγον καὶ βουλὴν ζῶσαν εἶναι τὸν υἱόν, περὶ δὲ τὸν θεὸν βούλησιν καὶ φρόνησιν καὶ σοφίαν, V. 494 ὡς ἕξιν συμβαίνουσαν καὶ ἀποσυμβαίνουσαν." (Ε.) Καὶ ὁμοίως ὁ θεῖός φησι Κύριλλος· „εἰ ὁ υἱός ἐστιν ἡ ζῶσα καὶ οὐσιώδης P. 611 ἐνέργεια καὶ δύναμις καὶ σοφία τοῦ πατρὸς, ἐνέργεια πάντως καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον." καὶ πάλιν· „οὐκ ἀλλότριόν ἐστι τῆς θείας οὐσίας τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἐνέργεια φυσική τε καὶ οὐσιώδης καὶ ἐνυπόστατος." (ς'.) Ὁρᾷς μαρτυρίας κομιδῇ σαφεστάτας, καὶ πᾶσι γνωρίμους αὐτόθεν, καὶ μηδὲν μήτ' αἰνιγματῶδες μήτε γρῖφον ἐχούσας, ἀλλ' ἐμφανῶς καὶ διαρρή-

ficit ea, quae, si nomen spectes, videntur duo esse. Nam χαρακτηρίζειν idem est ac denotare. Perinde est igitur ac si dixisset, increata operatio, quoniam simplicis et incorporeae naturae esse dicitur, substantiam ipsam increatam denotat, designat, et repraesentat. Atque id, quod dico, eo confirmatur, quod filius sit Patris character et indiscreta imago. (IV.) Ego autem libenter testimonia infinita, quae Patres varii adversus homines huic similes et idem sentientes olim scripserunt (et ii quidem recte) vobis, si vultis, producam. Statim igitur magnus Athanasius, „non dubium est", ait, „quin ipse sit vivum Patris consilium, et operatio substantialis, et Verbum verum." Ac rursus: „cum unus sit Filius, Verbum vivum, unam esse oportet perfectam et plenam, sanctificam et illuminatricem vitam, eius operationem et donum, quae ex Patre procedit." Rursus: „at impii nolunt Filium esse Verbum et consilium vivum, sed voluntatem, et prudentiam, et sapientiam, quae sit apud Deum, tanquam habitus accedens et recedens." (V.) Pariter D. Cyrillus, „si," inquit, „Filius est viva et substantialis operatio, et potentia, et sapientia Patris, plane etiam Spiritus sanctus operatio est Filii." Rursus: „Spiritus Sanctus non est a substantia divina alienus, sed est operatio naturalis, substantialis, et per se subsistens." (VI.) Vides testimonia prorsus clara et perspicua, quae quivis statim intelligit, quae nihil aenigmati simile, nihil obscurum habent, sed aperte et diserte

δην ἀπαγγελλούσας ἡμῖν, ἐπὶ τῆς ἁπλῆς καὶ θείας φύσεως τῇ A. C. 1351
οὐσίᾳ ταὐτὴν τὴν ἐνέργειαν εἶναι, καὶ οἷον αὐτοενέργειαν τὴν Imp. Io. Cantacuz. 5
οὐσίαν, ὡς ἀνωτέρω που δέδεικται διαρκέστερον. ὁρᾷς δ' ὡς B
καὶ ἀσεβεῖς προφανῶς τοὺς μὴ ταῦτα βουλομένους ἀποκαλοῦσι
οἱ θεῖοι πατέρες, καὶ ὅσα ἐπὶ τούτοις ἔτι φασίν. ἄλλως τε καὶ
τὸ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ἐνέργειαν φάσκειν τοὺς
ἁγίους, τί δηλούντων ἐστὶν ἕτερον, ἢ τὸ τῆς οὐσίας καὶ ἐνερ-
γείας ταὐτόν; (Z.) Εἰ γὰρ τῇ τῶν λέξεων δοίημεν προφορᾷ
καθάπαξ ἕπεσθαι τὰς ἐννοίας, καθάπερ ἐπὶ τῶν συνθέτων, οὕτω C
κἀπὶ θεοῦ, οὐ διπλοῦν ἔσται μόνον τὸ ἁπλοῦν, ἐξ οὐσίας δη-
λαδὴ καὶ ἐνεργείας συγκείμενον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα γέ τοι πολλα-
πλοῦν. τί γὰρ ἂν φαίη τις, τῶν ἁγίων ἀκούων λεγόντων, ἕνα
θεὸν, μίαν ἀρχὴν αἰώνιον, ἄκτιστον, ἀγένητον, μίαν οὐσίαν,
μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν, μίαν θέλησιν, μίαν ἐνέργειαν,
μίαν ἐξουσίαν, μίαν κυριότητα, μίαν βασιλείαν, ἐν τρισὶ τε-
λείαις ὑποστάσεσι γνωριζομένην μιᾷ προσκυνήσει; μὴ πολλα- D
πλοῦν καὶ ποικίλον καὶ πολυσύνθετον λέγουσι τὸν θεόν; ἄπαγε·
πῶς γὰρ, οἷς καὶ πᾶσαν ὥραν καὶ καιρὸν ἐμέλησε, σφίσι τε αὐ-
τοῖς καὶ ἅμα ἀλλήλοις ὁμόφωνα λέγειν ἀεὶ, καὶ μὴ μᾶλλον μηδ'
ἧττον ἀντίφωνον περὶ τῶν τοιούτων μηδὲν μηδαμῇ μηδεπώποτε
φθέγξασθαι; ἁπλοῦν γάρ φασιν εἶναι τὸ θεῖον καὶ ἀσύνθετον·
τὸ δ' ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων συγκείμενον, σύνθετον. εἰ γὰρ
τὸ ἄκτιστον, φασὶ, καὶ ἄναρχον καὶ ἀσώματον καὶ ἀθάνατον E

nobis declarant, in simplici et divina natura eandem esse operationem et substantiam, et hanc quasi *αὐτοενέργειαν* esse, ut fusius supra demonstratum est. Vides ut eos, qui haec non sentiunt, palam impios vocent sancti Patres, et quae praeterea addant. Iam vero iidem Sancti, cum et Filium et Spiritum operationem Patris esse dicunt, quid aliud innuunt, nisi idem esse substantiam et operationem? (VII.) Quod si demus, ut in compositis, ita et in Deo notiones dictionibus, prout hae sonant, respondere; non duplex modo, ex substantia scilicet et operatione conflatum, sed et valde multiplex erit id, quod simplex est. Quid enim putet is, qui Sanctos audiat dicentes, unum Deum, unum principium aeternum, increatum, non factum; unam substantiam, unam divinitatem, unam virtutem, unam voluntatem, unam operationem, unam potentiam, unam dominationem, unum imperium, in tribus hypostasibus perfectis una adoratione noscendum? Numquid illi Deum multiplicem et varium, et ex multis rebus compositum dicunt? apage. Nam id quomodo dicant, qui horis omnibus, omni tempore curaverunt, ut secum ipsi semper et inter se invicem consonarent, ac ut nihil prorsus de his unquam pronunciarent, quod plus minusve dissonum foret? Deum quippe aiunt simplicem esse et compositionis expertem: quod autem ex pluribus et variis rebus constet, id esse compositum. Etenim, inquiunt, si increatum, et carens principio, et in-

A. M. 6859 Ind. 4 καὶ αἰώνιον καὶ ἀγαθὸν καὶ δημιουργικὸν καὶ τὰ τοιαῦτα οὐσιώδεις διαφορὰς εἴποιμεν ἐπὶ θεοῦ, τὸ ἐκ τοσούτων συγκείμενον οὐχ ἁπλοῦν ἔσται, ἀλλὰ σύνθετον· ὅπερ ἐσχάτης ἀσεβείας ἐστίν. ὁρᾷς; (H.) Εἰ δ' οὕτως ἐπὶ τούτων, πῶς δ' οὐκ ἂν κἀπὶ
F δυάδος ὁμοίως νοηθείη διπλόη τις καὶ διαφορὰ τῆς ὑποκειμένης οὐσίας πρὸς τὴν ἐνέργειαν, ἐκεῖ διάφορον κατὰ τὸν Παλαμιᾶν οὖσαν; ἡ γὰρ δυὰς οὐχ ἓν, οὐδ' ἁπλοῦν, οὐδ' ἄναρχον, οὐδ' ἄπειρον, ἀλλὰ σύνθετον ἐκπεπερασμένον. (Θ.) Πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ ὁ θεῖος τάδε περὶ τῶν τοιούτων διέξεισι Μάξιμος. „ἡ δυὰς οὔτ' ἄπειρος, οὔτ' ἄναρχος, οὔτ' ἀκίνητος, οὔτε μὴν ἀρ-
P. 612 χὴ καθόλου τινὸς εἶναι δυνήσεται." καὶ πάλιν· „οὐδεὶς δέ, μεμοιραμένος ὁπωσοῦν τοῦ λογίζεσθαι, εἴποι ἂν ἄπειρον εἶναι, ᾧ ἐξ ἀϊδίου συνθεωρεῖταί τι ἢ συνεπιθεωρεῖται κατ' οὐσίαν διάφορον." καὶ μετ' ὀλίγον· „καθ' ὃν γὰρ εἴποιμεν λόγον ἢ τρόπον δύνασθαί τι ἕτερον αὐτῷ κατ' οὐσίαν διάφορον παραβάλλεσθαι, τὸν ὅλον τῆς ὅλης ἀπειρίας αὐτῷ συναφαιροίμεθα λόγον. εἰ δ' ἄπει-
B ρον εἶναι οὐ δύναται, ᾧ ἐξ ἀϊδίου συνυπάρχει ἕτερόν τι κατ'
V. 495 οὐσίαν διάφορον, ἄπειρον εἶναι οὐδαμῶς ἐνδέχεται δυάδα." καὶ ἀλλαχοῦ· „οὐδὲν τῶν ὄντων ἄναρχον, ᾧ ἕτερον συνεπινοεῖται, οὐδ' ἀπερίγραπτον, οὗ τι ἕτερον προεπινοεῖσθαι δύναται." εἰ δέ τις μὴ ῥᾳθυμοτέραν πως ἔσχε τάξιν περί γε τὰ τοιαῦτα, ἀναγνώτω καὶ τῆς περὶ θεολογίας ἑκατοντάδος τουτουΐ τοῦ ἀνδρὸς

11. καθόλου Boiv. pro καθ' ὅλου.

corporeum, et immortale, et aeternum, et bonum, et creandi vim habens, et alia eiusmodi, in Deo substantiales differentias esse dixerimus, quod ex tot rebus constabit, id non simplex erit, sed compositum; quod est extremae impietatis. Vides? (VIII.) At si in his ita se res habet, quidni et in iis, quae duo sunt, pariter duplicitas aliqua et differentia intelligatur, substantiae videlicet subiectae, et operationis, quae illic secundum Palamam diversa res est? Nam quae est duplex, ea nec una, nec simplex, nec principio carens, nec infinita res est, sed composita et finita. (IX.) Ac praeter alios divus Maximus hac de re sic loquitur. „quod est duplex, id nec infinitum est, nec principio carens, nec immobile, neque etiam principium ullius rei esse poterit." Rursus: „nemo autem, rationis utcunque particeps, infinitum esse illud dixerit, cui aliquid substantia diversum coëxsistens vel inexsistens intelligitur." Et paulo post: „etenim si qua ratione, aut si ullo modo aliud quid substantia diversum posse ei comparari diceremus, hoc ipso totius infinitatis totam rationem simul ab eo tolleremus. Quod si infinitum esse illud non potest, cui ab aeterno coëxsistit aliquid substantia diversum, nullo unquam modo continget, ut quod duplex est, id sit infinitum." Et alibi: „nullum ens est principii expers, cui aliud inexsistens cointelligitur; nec incircumscriptum, quo quid prius intelligi potest." Quod si quis ad ea inquirenda segnior haud fuerit, legat ex centum capitibus, quae hic vir de theologia scripsit, tertium, quartum, quintum

κεφάλαια γ̄, δ̄, ε̄, ς̄, πολλὴν τοῖς ῥηθεῖσι διασώζοντα τὴν συμ- A. C. 1351
φωνίαν. (I.) Εἰ οὖν μήτε προεπινοεῖσθαι μήτε συνεπινοεῖσθαι Imp. Io. Cantacuz. 5
τῇ θείᾳ δύναταί τι ἕτερον οὐσίᾳ, πῶς ἕτερον καὶ διάφορον οὖσα C
κατὰ τὸν Παλαμᾶν ἡ ἐνέργεια θεότης ἄκτιστος ἂν εἴη, παντὸς
τοῦ μετὰ τὴν οὐσίαν ἐκείνην συναριθμουμένου τοῖς κτίσμασιν;

δ'. Ὅτι δὲ μὲ, καὶ πλείω προθυμούμενον λέγειν, ἧκιστα D
συνεχώρουν αἱ συνήθεις τῆς κεφαλῆς ἀλγηδόνες (ἡ γὰρ τῶν
σπλάγχνων δριμύτης, αὔξην εἰληφυῖα μακρὰν ἐκ τῶν λογισμῶν
ἀγώνων ἐκείνων, καὶ ἅμα τοῦ τῆς ὥρας καύματος, καὶ πρός γε
τῆς πανημερίου νηστείας, καὶ ἄκοντα μάλα συνώθει σιγᾶν· οὐ
γὰρ ἐξ ἑωθινοῦ ταῖς Συβαριτικαῖς ἐκείναις τραπέζαις καὶ ἡμεῖς
κατὰ τοὺς παλαμναίους ἐνησχολήμεθα, οὐδ' ὅσα Διονύσου πε- E
ριχορεύουσι θίασοι διατριβὴν παρέχειν ἐγνώκειμεν, ἀλλὰ παννύχιοί
τε καὶ πανημέριοι φροντίδες καὶ θείων κινδυνευόντων μελέται
δογμάτων τὴν ἡμῶν ἀπησχόλουν τότε ψυχήν) διὸ καὶ τὸν λόγον
οἱ σὺν ἐμοὶ λογάδες ἄνδρες ἐκεῖνοι διαδεξάμενοι, ὧν τὸν βίον
ἔφθημεν εἰρηκότες ἀρετὴν ὁμοῦ καὶ σοφίαν κοσμεῖν, ἄριστά τε P. 613
καὶ τελεώτατα διειλέχθησαν, καὶ μάλα γενναίαν τὴν ὑπὲρ τῆς
ἀληθείας ἔνδειξιν ἐνεδείξαντο. ῥᾴδιον δ' ἔσται κἀκεῖνα μανθά-
νειν τοῖς βουλομένοις ἐξ ὧν κἀκείνοις γεγένηται ὑπομνήματα.
οὐδὲ γὰρ σιγῇ κρύψαντες οὐδ' αὐτοὶ λήθης ἀφῆκαν κληροῦσθαι
βυθούς· ἀλλ' ὅσον ὁ τοῦ διωγμοῦ καιρὸς καὶ αὐτοῖς ὁμοίως
ἡμῖν συγκεχώρηκε, γραφῇ τὰ τοιαῦτα παρέπεμψαν, καὶ, ὅσον

12. ἐς ὅσα coni. Boiv.

et sextum, quae cum supradictis valde consonant. (X.) Si igitur divinae substantiae nihil diversum nec praeintelligi potest nec cointelligi, ecquomodo operatio, quam Palamas aliud diversumque esse dicit, divinitas increata fuerit; cum quicquid posterius est illa substantia, in creaturarum numero sit?

4. Plura me dicere cupientem solitus capitis dolor non sivit. Quippe et viscerum acrimonia, quam illorum certaminum curae, et illius tempestatis calor nimius, simulque inedia toto die tolerata, valde auxerant, quantumvis nolentem me ad silendum compulit. Non enim, ut impii Palamitae, Sybariticis illis mensis mane operati ipsi quoque fueramus; nec in iis, quae Bacchi chorus frequentat, tempus conterendum esse censueramus: sed animum nostrum per illud tempus occupaverant perpetuae diu noctuque sollicitudines, et sacrorum dogmatum in discrimen adductorum commentationes. Itaque illi, quos virtute simul et doctrina ornatos supra diximus, lectissimi viri, qui mecum aderant, dicendi munere suscepto, optime et copiosissime disputarunt, ac veritatis fortiter defendendae nobile exemplum ediderunt. Facile autem erit volenti cuique illa discere ex commentariis, quos ii etiam fecerunt. Nam nec ipsi ea silentio pressere, nec obruenda oblivioni tradidere: sed quatenus persecutionis tempus iis quoque permisit, litteris mandaverunt, et ecclesiae mala singuli, quantum li-

A. M. 6859 Ind. 4 ἐφικτὸν, τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐξετραγῴδησαν ἕκαστος πάθη, μή-
B που καὐτοῖς ὀψιγόνοις αἱ τῶν ἀντιθέτων πλεονεκτήσασαί πως
διαβολαὶ τὰς ἀπειροκάλους λυμήνωνται διανοίας, οὐ σιδήρῳ καὶ
πυρὶ καὶ ὅπλοις βαρβαρικοῖς, ἀλλὰ τῇ τῆς πολυμιγοῦς αἱρέσεως
ἐκείνης κακίᾳ, θάνατον ἀθάνατον τῇ ἀθανάτῳ ψυχῇ προξενή-
C σασαι. (B.) Ἄρτι δὲ καὶ νὺξ ἐπιοῦσα ἠρέμα καὶ κατὰ βραχὺ
τὰς ἡλιακὰς αὐγὰς ἐπεβόσκετο, καὶ τὰ τῆς ἡμέρας συνέστελλε
V. 496 κράσπεδα, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ὀφθαλμῶν τὸ καθαρῶς ἐν οἰ-
κοις βλέπειν ἀφῃρεῖτο, καὶ λαμπάδες πυρὸς εἰσεφέροντο, φῶτα
κτιστὰ κομίζουσαι· καὶ ἅμα ἀνεγινώσκοντο πάλιν, ἃ κατὰ τοῦ
Βαρλαὰμ ἐκείνου τοῦ Καλαβροῦ περὶ τοῦ θείου φωτὸς ἐψήφισται
πάλαι πολύν τινα χρόνον, κατὰ τὴν σφετέραν ἀεὶ συνήθειαν.
D μηδὲ γὰρ ἄλλην ἔχοντες ἀποστροφὴν οὐδαμῇ, μηδὲ προκάλυμμα
τῆς σφετέρας ἥττης οὐδέν, περὶ τὸ ὄρος ἐκεῖνο διηνεκῶς ἐξ ἀνάγ-
κης εἱλοῦνται, καὶ συχνὴν παρ' ἐκεῖνο κακούργως ποιοῦνται τὴν
ἀναχώρησιν, μὴ λάθῃ ῥοθίοις ἴσως παρενεχθέντα σιγῆς τὰ σφίσιν
ἀεὶ τιθηνούμενά τε καὶ γαλακτοφορούμενα τῆς εἰκονομαχίας ὄργια.
(Γ.) Σιγῆς οὖν ἡμῶν καταψηφισθείσης, καὶ τῶν ἐκεῖ ῥηθέντων
τὰ πλείω κατὰ τὸ σφίσι βουλόμενον ἐξηγουμένων αὐτῶν, καὶ ἣν
E ὃ ἐκ Δαμάσκου φησὶ Ἰωάννης ὑπερτελῆ καὶ προτέλειον δόξαν,
ἐκείνων ὑφειμένην ἀποδεικνύντων εἶναι θεότητα, τῆς θείας ἑτέ-
ραν οὐσίας, καὶ ἄκτιστον μὲν καθ' ἑαυτὴν, διαφέρουσαν δ' ἀπει-
ράκις ἀπείρως, καὶ ἠλλοτριωμένην ἐκείνης παντάπασι, καὶ ἀνού-

2. καὐν τοῖς coni. Boiv. 13. προκάλυμμα em. Boiv. pro προσκά-
λυμμα. 18. ῥηθέντων em. Boiv. pro ῥηθῶν.

cuit, tragice lamentati sunt, ne forte apud posteros calumniae adversariorum, postquam superiores quodammodo evasissent, rudis vulgi mentes inficerent, animaeque immortali non ferro, aut igne, aut barbaricis telis, sed illius miscellaneae haereseos labe, mortem immortalem afferrent. (II.) Iam autem et nox adveniens sensim et paulatim solis lumen absumebat, et extremas diei oras sic condebat, ut in domibus non clare hominum oculi cernerent; iam igniferae lampades allatae creata lumina apportabant, cum rursus lecta sunt ea, quae multo ante tempore adversus Barlaamum illum Calabrum de divino lumine decreta fuerant. Hic scilicet illis perpetuus mos est. Nullum usquam aliud diverticulum, nullum nisi hoc cladi suae obtendendum velum habent; adeoque circa illum montem coguntur semper versari, et subinde illuc per fraudem sese recipere, ne forte ea quae iidem usque in sinu fovent et nutriunt iconomachiae Orgia, velut in maris fluctus delata, silentio alto sensim mergantur. (III.) Cum itaque nos damnati silentio essemus, et eorum quae illic dicta fuerant pleraque hi pro sua voluntate interpretarentur; et quam Ioannes Damascenus ὑπερτελῆ et προτέλειον gloriam vocat, isti divinitatem inferiorem, aliam ab substantia divina, ac per se quidem increatam, infinities autem infinite ab illa diversam et omnino alienam, denique substantiae expertem esse dictita-

σιον, ἐτύλμησέ τις τῶν ἡμετέρων, „ὦ ἥλιε," περιπαθῶς ἀναβοῆ- A. C. 1351
σαι καὶ „τί ἄν τις (φάναι) φαίη περὶ τοῦ σαρκωθέντος λόγου Imp. Io. Cantacuz. 5
θεοῦ, ἐπεὶ γὰρ ὑπὲρ ταύτην οὐ δύναταί τι ὑπάρχειν (πῶς γὰρ, ὑπερτελῆ καὶ προτέλειον οὖσαν; τῆς γὰρ ὑπερτελοῦς οὐδὲν τε- F
λεώτερον) ἔοικεν αὐτὸν ὑποβεβηκότα καὶ τῆς ὑφειμένης ταύτης εἶναι καὶ τῶν κτισμάτων πολλῶν. καὶ λύεται μὲν εὐθὺς τὸ μέγα τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας μυστήριον, καὶ ἅμα πάντα συλλήβδην εἰπεῖν ἐκκλησίας δόγματα· καὶ οὐδὲ ποιητὴν τοῦ παντὸς ἔχει τις ἄν ἔτι δοξάζειν ἕτερον, πλὴν τῆς νεωστὶ ψηφισθείσης καὶ δο-
γματισθείσης ταύτης ἀνουσίου καὶ ὑφειμένης θεότητος. καὶ μα- P. 614
ταία λοιπὸν ἡ μέχρι νῦν ὀρθοδόξων εὐσέβεια, καὶ δῆμος ἁγίων ἔφθαρται πως, μὴ συνέντων ἃ κηρύττει Παλαμᾶς. τῆς ἀνοχῆς σου Χριστέ!" ταῦτ' εἶπε· καὶ πάνυ σφοδρῶς ἐπιτιμηθεὶς ἔπτηξέ τε καὶ σεσιώπηκεν. ἤκουσε γὰρ, μὴ θεμιτὸν ἐν βασιλείοις εἶναι, βασιλικοῖς βουλήμασί τε καὶ δόγμασιν ἀντιλέγειν, ὃς τὸν ἐς τὴν ὑστεραίαν ἥλιον ἀπαθὴς θεάσασθαι βούλοιτο. καὶ πολλῶν δ' ἄλλων ἐπὶ τούτοις ἐκεῖ λαληθέντων ἐκείνοις κατ' ἔφεσιν ἡγεμονικὴν, B
ὁ σύλλογος διελύετο, τριταίους αὖθις προσταχθὲν ἐς τὴν ὁμοίαν ἐκκλησίαν δεῖν ἀθροισθῆναι ἡμᾶς. ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέ-
δραμε. (Δ.) Πρὶν γὰρ δεδυκέναι τὸν ἥλιον, ἠρέμα καὶ κατ' ὀλίγους ὁ δῆμός τε ὑπεξήεσαν καὶ ἅμα ἐπὶ τούτοις καὶ σὺν τούτοις, ὅσον τῆς πόλεως ὄψις ὑπῆρχε, σύνδυο καὶ σύντρεις λελῃθότως

8. ἔχοι coni. Boiv.

rent; quidam ex nostris, animo vehementius commoto, exclamare ausus est: „O caelum! ecquid igitur de incarnato Verbo Deo dicendum erit? Quando enim haec nihil potest supra se habere (quomodo autem possit, quae super omnia et prae omnibus perfecta est? nam quae est summe perfecta, ea nihil est perfectius) apparet eum maiori subesse, inferiorisque esse divinitatis, et creaturam unam de multis exsistere. Atque ita statim tollitur magnum incarnationis mysterium; tolluntur omnia, simul quasi collecta, ecclesiae dogmata; nec iam huiusce rerum universitatis conditorem alium agnoscere est, praeter istam, novis decretis nova doctrina constitutam, substantiae expertem, et alteri subiectam divinitatem. Proinde inanis est ea, quae hactenus viguit, orthodoxorum religio: deletur ipse quodammodo exercitus Sanctorum, qui ea quae Palamas praedicat non intellexerunt. Proh tuam, Christe, patientiam!" His dictis, gravissime correptus est, exterritusque obmutuit. Nimirum haec illi vox reddita: non licere ei, qui solem postera die incolumis vellet adspicere, principum voluntati decretisque in mediis palatiis refragari. Cum autem et alia multa ibidem ab illis, prout principi libebat, dicta essent, Concilium dimissum est ea lege, ut triduo post ad similem concionem rursus convocati adessemus. Sed illud paene me praeteriit. (IV.) Ante solis occasum sensim et paulatim plebeii, tum post eos et simul cum ipsis viri totius civitatis spectatissimi, bini ternique clam elapsi, domum se receperunt. Hi transeundo ac circum-

A. M. 6859 Ind. 4 ὑπεξιόντες, ἀνεχώρουν οἴκαδε· οἳ δὴ καὶ τρανῇ τῇ φωνῇ, διϊόν-
C τες τε καὶ περιϊόντες, ἐκήρυττον ἅ τ' εἶδον ἅ τ' ἤκουσαν· ὡς
ἀκουστὴν ἐν βραχεῖ καὶ θεατρικὴν γενέσθαι πάσῃ τῇ πόλει τὴν
μετ' αἰσχύνης ἧττων τοῦ Παλαμᾶ, καὶ οἵτινες εἶεν ὁμόδοξοι
τουτῳΐ, καὶ ἅμα τὰς αἰτίας, δι' ἃς ἡττήθη τε καὶ ἠσχύνθη. 5
ὅθεν τῶν οἰκιῶν ἐκθέοντες, ὡς ἔτυχον ἕκαστοι, φύρδην εἰπεῖν,
ἄνδρες, γυναῖκες, ὁμοῦ καὶ παισὶ, τάς τε παρόδους καὶ τὰς
D τριόδους συχνοὶ καὶ σποράδην καὶ ἀναμὶξ διελάγχανον, ἄλλοι
κατ' ἄλλα μέρη τῶν ὁδῶν συνιστάμενοι, καὶ ἐποπτεύοντες καὶ
ἀνερευνῶντες ὅστις εἴη ὁ Παλαμᾶς, ἐφιέμενοι τοὺς ὀδόντας ἐμ- 10
πῆξαι τῷ ταλαιπώρῳ, ὅτι τὰ πάτρια τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας
V. 497 καταλύειν τολμᾷη δόγματα· καὶ ἅμα συχνοῖς ἀναθέμασι καθυ-
πέβαλλον, ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος ἅπαντες· ὡς ἐκεῖνον, δεί-
σαντα μὴ διασπαραχθῇ περιφανῶς οὕτωσὶ, συσταλῆναί τε τὴν
E ταχίστην καὶ ἀποκρύψασθαι. τῶν δ' ἄλλων, ὅστις ἔγνωσται 15
σαφῶς τῆς ἐκείνου φατρίας ὢν, χωρὶς πληγῶν οὐδεὶς ἀπηλλάτ-
τετο, πλὴν ὅστις ὑπόκρισιν ἑτέρου προσώπου λαμβάνων ὁμοίως
τοῖς ἄλλοις ἀναθέματι καὶ ἀραῖς Παλαμᾶν καὶ αὐτὸς καθυπέ-
βαλλε. καὶ μὲν δὴ κατόπιν ἡμᾶς ἐπιόντας τοῖς ὕμνοις ἐγέραιρόν
τε καὶ ἐστεφάνουν, ὡς τῆς πατρίου δόξης καὶ εὐσεβείας ἀθλη- 20
F τὰς καὶ προβόλους καὶ ῥᾷστα δὴ τὸ ζῆν ἑτοίμους προΐεσθαι
λαμπρῶς ὑπὲρ τῶν κειμένων ἄνωθεν τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας
δογμάτων. (E.) Καὶ ὁ μὲν τῆς πρώτης ἡμῖν ἡμέρας ἐκείνης
πλοῦς οὕτω καλῶς καὶ σὺν ἀσφαλείᾳ διήνυσται, τῆς τοῦ θεοῦ
δεξιᾶς οἰακιζούσης τὴν τῶν ἡμετέρων ἀγώνων ὁλκάδα καὶ κῦμα 25

eundo, quae viderant et quae audierant, clara voce nunciabant. Sic brevi tempore aures totius urbis pervasit, et spectaculum publicum fuit, victi Palamae et sectatorum eius ignominia: tum quas ob causas victus ac pudore confusus fuisset, divulgatum est. Itaque domibus exsilientes, ut fors tulit, singuli confuso ordine, viri, mulieres, pueri, vicos et compita frequentes, rari, promiscui, inter se partiebantur, et alii aliis vicorum partibus insessis, quisnam esset ille Palamas explorabant et curiose investigabant, atque illi infelici, quod sanctae Dei ecclesiae patria dogmata rescindere auderet, dentem infestum infigere cupiebant: eundemque omnes, velut de compacto, exsecrabantur, multoque et crebro anathemate percellebant. Unde ille, veritus ne sic palam discerperetur, celerrime se subduxit et occuluit. Caeterorum, quos de eius sodalitio esse constitit, plagarum expers nullus effugit, nisi qui, persona alia per simulationem induta, Palamam ipse quoque aliorum exemplo devovisset et anathema esse iussisset. At nos, qui pone sequebamur, tanquam patrii dogmatis Fideique athletas ac propugnatores, atque ut vitam pro antiqua ecclesiae Dei doctrina effundere paratissimos, laudibus remunerabantur et coronabant. (V.) Ita primi illius diei cursum prosperum et inoffensum peregimus, nostram in iis certaminibus navim Dei manu gubernante, et fluctus quoscun-

πᾶν ἀντιβαῖνον ἰσχυρῶς ἀποτρεπομένης. πολλαῖς γὰρ χειμώνων A. C. 1351
ἀντιπνοίαις περιτυχόντες, ἀρχοντικῶν τε καὶ ἡγεμονικῶν, πολ- Imp. Io. Cantacuz. 5
λαῖς δ' ἐμπεπτωκότες πειρατῶν εἰπεῖν ἐφεδρείαις, πρεσβυτέρων, P. 615
ἐπισκόπων τε καὶ τῶν τοιούτων (ἐῶ γὰρ τῶν γε παραβομβούν-
των κολάκων τὸ πλῆθος) ὑπερέσχομεν ξὺν γε θεῷ, κινδύνου
παντὸς καταπεπλευκότες ὑπέρτεροι. εἰ δὲ μὴ καὶ τοὺς ἀνθιστα-
μένους αἰσθέσθαι πεπείκαμεν, καὶ ἀνανῆψαι, καθάπερ ἐκ μέθης
μεγάλης, τῆς πλάνης, καινὸν οὐδέν. κύριοι γὰρ ἡμεῖς οὐ τῆς B
τῶν ἀλλοτρίων γνώμης, ἀλλὰ τῆς πρὸς τὸ τοῦ ζήλου καλὸν ὁρ-
μῆς καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας λόγων· τῶν δ' ἐντεῦθεν ἀπο-
βαινόντων, μόνη καθάπαξ ἡ δυναστεύουσα κρίσις ἅμα καὶ χείρ.
ταύτην δ' εἰς ἀντίπαλον τῆς ἀληθείας μοῖραν ἀποῤῥαγεῖσαν ὁλο-
σχερῶς, καὶ τῷ χρόνῳ βεβαιωθεῖσαν, σιδηρᾶν τινα καταστῆναι
ξυμπέπτωκε καὶ ἀνεπίστροφον ὅλως εἰς τὴν τοῦ κρείττονος φύ-
σιν. οὐ γὰρ δικαιοσύνης ἄσκησις, οὐδ' ἐπιστήμης κανόνες, ἀνε- C
χάλκευσάν τε καὶ οὕτως ἐσφυρηλάτησαν, ἀλλ' ἐριννύες κακοδαί-
μονες καὶ πονηρῶν Τελχίνων θίασος. τὰ μὲν γὰρ ἀπὸ δικαίας
ἀρχόμενα ῥίζης καὶ εὐπαγοῦς μονιμώτερον καὶ τὸ ἄνθος φυλάτ-
τει, καὶ οὐ ῥᾷστα θορυβούμενον ὑφ' ἡλιακοῦ τινος καύσωνος·
τὰ δ' ἀσθενῆ καὶ ἀδόκιμον ἔχοντα τοῦ καλοῦ τὴν ἀρχὴν ἐν μέσῃ
τῇ ἀναδρομῇ μαραινομένην ὡς τὰ πολλὰ τὴν τῆς ἀρετῆς ἀκμὴν D
καταλείπει. διότι ἐκεῖ μὲν αὐτοφυεῖς τινες καὶ αὐτόχθονες τοῦ
καλοῦ συνοικοῦντες τρόποι πρόδρομον κήρυκα τὴν τοῦ ἄνθους

que oppositos fortiter depellente. Tametsi enim multae nobis procellae a principibus et ab imperatore, ventis quasi reflantibus, obiectae sunt, atque in multas, ut ita dicam, praedonum insidias incurrimus, presbyterorum dico, et episcoporum, aliorumque eiusmodi (omitto adstrepentium adulatorum turbam); tamen, Deo iuvante, ex omnibus periculis emersimus, et appulsa ad portum navi superiores evasimus. Quod si adversariis non persuasimus, sic ut sensum acciperent, et ex errore, tanquam ex magna ebrietate, ad bonam frugem se reciperent, nihil mirum. Quippe penes nos est non voluntas hominum dissidentium, sed eius quae zelo inest laudis studium et veritatem defensura oratio: eventus autem ex iudicio et manu principis praepotente omnino pendent. Porro a veritatis partibus avulsus ille, et adversae factioni addictus, sic tempore obfirmatus est, ut ferreus quodammodo evaserit, et ad melius institutum convertere se haudquaquam curet. Neque enim eum aequitatis ratio explorata, aut aliqua scientiae regula, sed Furiae infelices, et malorum geniorum thiasus, talem reconflarunt, et velut malleatum indurarunt. Quae videlicet ex radice oriuntur bona et solida, eorum flos diuturnior, aestivi solis ardore haud facile affligitur. Quae autem infirmam et minus generosam habent pulchri bonique originem, ea plerumque in medio progressu marcescentem virtutis florem deserunt. Itaque illa quidem ingenuas et indigetes quasi virtutes socias habent, quae evidentibus praesagiis latentem generositatem declaran-

A. M. 6859 Ind. 4 αὐτάρκη παρέχονται βλάστην, ἐκ τῆς προφανοῦς οἱονεὶ μαντικῆς τἀφανοῦς τὴν εὐγένειαν ἐμφανίζοντες. ἐνταῦθα δ' ἀχορήγητον ἔχουσαι ῥίζαν ἀγαθῶν πηγῶν ἀφθονίας, αἱ τοῦ ψεύδους αὔλακες, βραχὺ φανεῖσαι, λοιπὸν ἀπεκρύψαντο. τὸ γὰρ ἀπ' εὐνοίας
E καὶ δικαίου πηγαζόμενον ζήλου, εἰ μὴ προσηκόντων ἐπιτυχὲς κατασταίη, ἀδικεῖται μὲν οὐκ αὐτό· ἀλλ' ὃς τὰς τῆς δίκης μὲν λαχὼν διευθύνειν πλάστιγγας, ἔπειτα τῆς τοῦ προσήκοντος ἀποῤῥαγεὶς φαντασίας, οὐκ ἐνέμεινεν οἷς ἔστερξεν.

P. 616 V. 498 ε'. Ὁ μέντοι Παλαμᾶς περίφοβον ὅλην ἐκείνην τὴν νύκτα διενεγκὼν, καὶ μάλιστα πεφροντισμένην, ἅμα ἕω ἀπῄει ἐς τὰ βασίλεια, ὑβριοπαθῶν καὶ μανίας μεστός· καὶ τῷ βασιλεῖ παραστὰς γλώττης ἀσελγείᾳ τὸ μαινόμενον ἐδημοσίευε τῆς ψυχῆς, τά τε χθὲς αὐτῷ συμπεσόντα περιπαθῶς ἀφηγούμενος καὶ πρὸς
B πάντας θυμοὺς ἐκριπίζων αὐτοῦ καθ' ἡμῶν τὴν ψυχήν· καθάπερ θαλάττης πρόσωπον, ὁπότε βαρὺς καὶ μαινόμενος ἀπαρκτίας ἐνσκήψειεν ἐπ' αὐτὴν, αἰτίους ἡμᾶς ὁμόσε προφασιζόμενος γεγενῆσθαι τῆς τῶν Βυζαντίων ἐκείνης φορᾶς κατ' αὐτοῦ. (B.) Καὶ ,,εἰ μὴ διαναστῆναι βούλοιο πρὸς ἐκδίκησιν," φησὶ, ,,κατὰ τῆς βασιλείας αὐτῆς αὐτίκα μάλα τὸν κίνδυνον ἥξειν προσδόκα. οἶσθα
C γὰρ, οἶσθα σαφῶς, ὡς ἅπερ ἐμοὶ νενόμισται περὶ πίστεως καὶ δογμάτων, ταῦτα πάντως καὶ σοί. ἐῶ γὰρ λέγειν λοιδοριῶν καὶ χλευασμῶν, εἰρωνείας μεστῶν, ὁπόσοι πολλοὶ καὶ ποικίλοι παρὰ τὰς ἀγυιὰς καὶ πλατείας ἀκρατῶς καλινδοῦνται, μακρὰν ἡμῖν τὴν ἀσέβειαν ἐγκαλοῦντες, καὶ τῆς ὅλης πίστεως ἐμφανῆ παρα-

tes, florem exuberantem, velut praecurrentem nuncium, praemittunt: haec vero, quia fundus mendax bonorum fontium uberem copiam radici non sufficit, aliquantisper visa assurgere omnino demum evanescunt. Enimvero quod ex animo bene affecto et ex zeli iustitia tanquam fonte profluit, id si successu legitimo careat, ipsum quidem iniuria minime afficitur: sed qui lances Iustitiae moderandas sortitus, vera ratione excussus est, nec in iis quae probaverat perseveravit, is vere iniuriam patitur.

5. Caeterum Palamas, totam illam noctem maximo metu et gravissimis curis anxiam cum traduxisset, orto statim die in palatium abit, indignabundus et furoris plenus, ad imperatorem accedit, animum furentem impudentibus verbis prodit, quae heri sibi acciderint dolentissime narrat; atque ut Aquilo violentus et insanus irruens agitat faciem aequoris, ita hic omnes iras afflando animum illius ventilat, ob eam scilicet causam, quod Byzantii nostro instinctu illam in se irruptionem fecerint. (II.) Ac, ,,nisi te," inquit, ,,erigas et ad ultionem accingas, in ipsam statim imperatoriam maiestatem periculum invasurum esse exspecta. Scis quippe, scis profecto, quae de Fide et dogmatis opinio mea est, eandem prorsus tuam quoque esse. Nam convitia et plenas ludibrii cavillationes silentio praetereo, quibus multis et variis per ipsas vias et plateas intemperanter adversarii indulgent, magnam nobis impietatem et Fidei totius apertam viola-

σπόνδησιν. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν, ἐμοὶ μαχομένους σοί γ' εὐ- A. C. 1351
νοεῖν· οὐδ' αὖ τοῖς ἐμοῖς ἀντιλέγοντας δόγμασιν ἅμα συναί- Imp. Io. Cantacuz. 5
ρεσθαι σοί. σὺ δ' εἰ μὴ πρὶν, ἀλλὰ νῦν ὀψὲ γοῦν ὀρθῶς τῶν
ἐμῶν βουλευμάτων ἐκείνων μεμνήσῃ. ἢ οὐδὲ λόγων ἐγώ σοι προὔ- D
λεγον οὐδὲ μικρῶν γοῦν μεταδιδόναι χρὴ σφισι καὶ παῤῥησίας;
ἢ πόθεν ἄλλοθεν παμπληθὲς κεκίνηται καθ' ἡμῶν, καὶ τίς εἰς
τοσαύτην καὶ τοιαύτην κακίαν ἐξέμηνε τὴν ταχίστην, μὴ μόνον
ὁπόσον τοῦ δήμου, ἀλλ' ἤδη καὶ ὅσον ὄψιν ἔχει τιμῆς τε καὶ
γένους εὐκλεεστέρου; οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ἢ τῆς τοῦ Γρηγορίου
μακρηγορίας ἐκείνης, οὐδὲν γαληνὸν οὐδὲ λεῖον ἐχούσης, ἀλλὰ E
πολὺ μὲν καὶ ποικίλον, καὶ οἷον εἰπεῖν ἀκανθῶδες ὅλον, τῆς
περινοίας τὸ ὑφέρπον ἀπεμφαινούσης· δημοτερποῦς δ' ἄλλως,
καὶ πρός γε τὸ δημαγωγικώτερον εὖ συγκειμένης, καὶ συναναχρωννυμένης ἠρέμα πρὸς τὴν πλὴν ἡμῶν τῶν ἄλλων θέλησιν. ἢ
πῶς οὐκ ἂν εἰς θάρσος ἐπῆρτο περιφανῶς, οὐδὲν ἀντιβαῖνον καὶ
βίαιον φάσκοντά σε θεώμενος, οὐδὲ δρῶντα μηδὲν κατὰ τῆς P. 617
παῤῥησίας καὶ τῶν ἐλέγχων ἐκείνων, καὶ ὅσα μεταξὺ χαριεντίσματα προὔφερε, κοινῇ κατειρωνευόμενος ἅπαντας καὶ σκώπτων εἰς ἀμαθίαν, καὶ μηδὲν ἐκ τοῦ ἥττονος φάσκων, ἀλλ' ὅλον
τὸν λόγον κατατείνων δόλιχον ἀδεῶς κἀπὶ γλώττης συχνὰ παρεισκυκλῶν ἐκ τοῦ μείζονος τὸ πάτριον σέβας τῆς πίστεως, καὶ τὸ
μὴ χρῆναι κινεῖν πατέρων ὅρια, μηδ' εὐαγγελίζεσθαι τῶν κυρω- B

2. αὖ τοῖς em. Boiv. pro αὐτοῖς.

tionem exprobrantes. Neque vero fieri potest, ut qui mecum pugnant, ii tibi bene velint, nec qui meis dogmatis contradicunt, socios ii se tibi adiungant. At tu, si non antehac, saltem nunc demum mea illa consilia recte recordaberis. Nonne ego illud te praemonueram, ne pauca quidem dicendi liberiusve proloquendi copiam iis fieri oportere? Undenam vero, nisi inde, quamplurimi in nos consurrexerunt, aut quo instigante tot talesque furias celerrime conceperunt non solum plebeii, sed et quotquot dignitate ac generis gloria conspectiores sunt? nulla certe alia re impulsi, nisi illa Gregorae oratione perlonga, quae nihil lene aut aequabile habuit; sed quae multiplex et varium et velut salebrosum exhibuit, quidquid subtilius cogitatum sub ipsis verbis latebat et quasi subrepebat; alioqui tamen ad vulgus delinirendum et ad captandum populi favorem accommodata, atque ad omnium voluntatem, praeterquam ad nostram, sensim conformata. Quidni autem ille aperta audacia elatus fuisset, qui te nihil contrarii, nihil duri seu dicere seu facere videbat adversus illam dicendi libertatem, illasque refutationes, et quaecunque false dicta intermiscuit, cum omnes simul cavillando iocandoque ut indoctos irrideret, ac nihil sic loqueretur ut inferior, sed absque ullo metu totam orationem longius produceret, et patriam Fidei reverentiam, tanquam superior, in ore haberet et subinde iteraret, auctorque esset, ne termini a patribus constituti moverentur, aut praeter illa, quae sancita et recepta essent, alia evangelizarentur; sed ut

A. M. 6859 Ind. 4 V. 499 ϑέντων καὶ παραληφθέντων ἕτερα, ἀλλ' ἐκείνοις μόνοις ἐμμένειν καὶ στέργειν τὸν ἅπαντα χρόνον, οἷς τε ἔμαθέ τις καὶ ἐπιστώθη πρὸς τῶν ἀποστολικῶν κανόνων καὶ θεσμῶν. καὶ τί δεῖ πάντ' ἐκεῖνα λέγειν καθ' ἕκαστα; ἴσασι γὰρ ἅπαντες, ὁπόσοι τοῦ θεάτρου γεγόνασιν ἐκείνου μεστοὶ, πῶς ἐκείνην σχεδὸν ἀνάλωσε τὴν C ἡμέραν, ἐν ἁπλότητι λόγων ὑποκαθημένην τε καὶ ὑφέρπουσαν οἱονεὶ προλοχίζων καὶ παραμιγνὺς περίνοιαν, καὶ τὰ μὲν οἰκεῖα ἐξαίρων, τῶν κειμένων ὅρων δῆθεν ἐξιόντα οὐδαμῇ, πασῶν δὲ καὶ παντοίων γεμούσας ἐκτόπων ἐπιεικῶς ἀποφαίνων βλασφημιῶν τὰς ἐμὰς συγγραφάς· ὡς πάνθ' ὁμοῦ λαμπρῶς ἐκδημαγωγηθῆναι τὰ πλήθη· παροξυνθῆναι δ' ἅπαντας καθ' ἡμῶν, ὅσοι τε τῶν εὐπατριδῶν καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως ἐχόντων. ἀλλ' ἄγε δὴ, με- D ταπεμψάμενος πάντας ἀγορανόμους ὁμοῦ καὶ δημάρχους, κέλευε μαστιγίας ἐκείνους ἅπαντας ἀποδεῖξαι ταχέως, καὶ τῶν ἱματίων γυμνοὺς, καὶ ἅμα πάσαις καὶ παντοδαπαῖς ἐγκεκλεισμένους εἱρκταῖς, ὅσοι τοῦ σύρφακος ὄχλου τυχόντες οὐκ αἰδοῦνται τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἐγχειροῦντες, ἵνα μονότροπός τις ἅπασι γένηται φόβος· ὥστε τῆς ἀγοραίου καὶ θεατρικῆς παῤῥησίας τὴν ταχίστην ἀποσχομένους πρὸς τὴν ὡρισμένην ἕκαστον ἐπείγεσθαι τοῦ E βίου τελευτὴν οὑτωσί. κἄπειτά σοι δεδογμένον ἔστω, καὶ προὐργιαίτατον ἁπάντων μάλιστα, συνέδριον ἅμα τῷ πατριάρχῃ τήμερον πάντων ἐνταῦθα γενέσθαι τῶν ἐπισκόπων. ἅπασι γὰρ ἐπὶ ξυροῦ τὰ τῆς καταδίκης ἐπίσης ἵσταται, συλλειτουργοῖς καὶ ὁμόφροσιν ἅπασιν οὖσιν ἡμῖν· καὶ χρὴ πᾶσιν ἐπίσης φροντίζειν ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν. εἰ δέ τινες, εὐλαβείας προφάσει, τῆς ἡμῶν ὁμο-

ca sola perpetuo observarentur et approbarentur, quae quisque didicisset, et quorum fidem ex canonibus et constitutionibus Apostolorum firmam accepisset. Quid vero necesse est omnia et singula recensere? Quicunque illo spectaculo se expleverunt, ii sciunt quomodo ille diem fere consumpserit; occultam et clam subrepentem solertiam in simplicitate sermonis quasi insidiatricem collocans et interserens; ac sua quidem verbis extollens, utpote extra constitutos fines nequaquam evagata; mea autem scripta quibuslibet et cuiusquemodi absurdis blasphemiis plena utique affirmans. Sic totam multitudinem facile sibi mancipavit; et quoscunque patricios ac diversae conditionis homines in nos irritavit. Agedum Aediles et Tribunos plebis omnes arcesse, tum quotquot de infima plebe non verentur captu suo altiora affectare, quamprimum vestibus exutos, et quolibet passim carcere inclusos, verberibus caedi iube. Ita omnes unus et simplex metus continebit. Ita publica et aperta audacia statim abiecta, praescripta quisque vitae munia studebit implere. Deinde sic statuito, et ante omnia operam dato, ut omnes hodie episcopi cum patriarcha huc conveniant. Periculum quippe evidens et praesens omnibus pariter impendet, ne condemnentur, quoniam ii omnes nobiscum faciunt et sentiunt: adeoque omnes oportet sibi ipsis aequali sollicitudine consulere. Quod si qui per speciem

νοίας ἀποῤῥήγνυσθαι πάνυ τολμῶεν, τάχιστ' ἂν σοῦ βουλομέ- A. C. 1351
νου τῆς σφετέρας αἴσθοιντο κακοβουλίας. οὔτε γὰρ ἐκείνους Imp. Io. Cantacuz. 5
ἕξουσιν οὓς εἵλοντο φίλους, καὶ ἅμα οὓς ἔχουσιν, ἀπολωλεκέναι F
σφίσι δεήσει· μᾶλλον δ' ὧν ἔχουσιν ἐπισκοπῶν στερήσονται, καὶ
ἅμα τῶν προσδοκωμένων ἀπὸ σοῦ λημμάτων ἥκιστα ἐπιτεύξον-
ται· καὶ πρός γε ὧν ἀποτυγχάνουσι οὗτοι βλέποντες ἀντιλαμβα-
νομένους ἑτέρους, ἀποπνιγήσονται ῥᾷστα τοῖς ἐκτόποις νέφεσι
τῶν λογισμῶν· καὶ ἢ μεταμεληθέντες ἐμπειρίας τοῖς ἄλλοις
ὑπόδειγμα πρὸς τὸ βέλτιον ἔσονται· ἢ τῇ κακοβουλίᾳ στοιχή-
σαντες, ἥνπερ εἵλοντο, ταύτῃ καὶ συμφθαρήσονται, γεγονότες P. 618
εἰς ἀβάτους ἐρημίας ἐξόριστοι. ταύτην ἔγωγε μόνην ὁρῶ τὴν
ὁδὸν, ἐπιῤῥῶσαι μὲν ἱκανὴν τὰ ἡμέτερα, τὰ δὲ τῶν ἀντιθέτων
ῥᾳδίως κατενεγκεῖν. εἰ γὰρ ἀνίσχυροι τήμερον ὑφ' ἡμῶν οὕτωσὶ
καθιστάμενοι παρανόμων γράφονται ἡμᾶς, εἰ χώραν ἕξουσι τοῖς
προβαλλομένοις ἐγκλήμασι καὶ θρόνων καὶ τιμῶν ἀπελαύνειν
ἡμᾶς, ποῦ οὐκ ἂν αἰσχύνης ἐλάσειε τὰ ἡμέτερα, ποῦ δ' οὐκ ἂν B
ὀφρύος καὶ τύφου τὰ σφέτερα αὐτῶν; ἢ πολλὴ μεντἂν εἴη ῥᾳ-
θυμία, καὶ θανάτου φάναι γείτων κομιδῇ, περιορᾷν καθημένους
ἡμᾶς οὕτωσὶ ἀργοὺς, καὶ τὰ μέγιστα περὶ ἐλαχίστου τιθέντας,
μὴ πρὶν ἢ πᾶν τι παθεῖν, ἀντιπεριάγειν ἐκείνοις ὅλῃ δυνάμει
τἀγκλήματα καὶ τοὺς ἐντεῦθεν κινδύνους, ἡμᾶς δὲ καθῆσθαι
κριτὰς ἐκείνων καὶ ἄρχοντας, καὶ ὅπερ ἂν ἡμῖν δόξειε, τοῦτ' C
εἶναι σφίσι νόμον καὶ δόγμα, καὶ πᾶν ὅτιπερ ἂν ἡμῖν αὐτοῖς ἐπι-

5. ἀπὸ Boiv. pro ὑπό.

metus, rupto concordiae vinculo, plane a nobis conentur discedere, ii, si velis, imprudentiam suam cito agnoscent, qui nec illos, quos amicos delegerint, habituri sunt, et iis, quos nunc habent, amissis necessario carebunt. Immo et episcopatibus, quos possident, spoliabuntur, et sperata ex te emolumenta minime consequentur: et cum alios videbunt ea percipere, quorum ipsi possessione exciderint, dolore oppressi disrumpentur; atque aut poenitentiam agentes, exemplo aliis praeibunt, ut quid sit melius cognoscant; aut si in eo, quod amplexi fuerint, malo consilio perseveraverint, in invias solitudines relegati, cum suo illo malo consilio male peribunt. Hanc ego viam solam reperio corroborandis rebus nostris, adversariorum autem partibus deprimendis parem. Nimirum hi, si hodie, viribus per nos ita imminutis, reos nos agunt; quid si obiectis criminibus facultatem habituri sint nos sedibus et dignitatibus expellendi? quanta quaeso ignominia nostra futura est, quantum illis supercilii et arrogantiae accedet! Gravis certe torpor et proximus morti fuerit, si sic ignavi desidendo, et quae maxima sunt minimi faciendo, res nostras despiciamus, ac non, priusquam quidvis ipsi patiamur, crimina et imminentia inde pericula in eos totis viribus adnixi retorqueamus: ut eorum iudices et praesides sedeamus, eaque illis lex sit, illud placitum, quod a nobis decretum fuerit: denique ut

A. M. 6859 Ind. 4 κλώσειε πεπρωμένη καὶ τύχη, τοῦτ' εἶναι στερρὰν τῶν σφίσι πραγμάτων κρηπῖδα καὶ ἀμετάκλωστον βίου παντὸς ἐφόδιον." (Γ.) Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως εἴρηται τῷ θαυμαστῷ Παλαμᾷ· καὶ οὐκ εἴρηται μέν, οὐ πέπρακται δ' εὐθύς· οὐδὲ πέπρακται μὲν D εὐθὺς, οὐχ ὡς συντέτακται δέ· ἀλλὰ καὶ πέπρακται μὲν αὐθη- 5
V. 500 μερὸν, τελεώτερον δ' ἢ καθ' ἅπαν τὸ σύνθημα. οὕτως ὀξίῤῥοπον δείκνυσιν εἰς ἔργα τὸν βασιλέα τῆς τοῦ Παλαμᾶ τιμῆς ὁ πόθος, καὶ πάντων ἔργων ἔμπροσθεν τὰ τῆς ἐκείνου γνώμης τίθεται δόγματα. τὰ μὲν γὰρ ἔπραττε παραχρῆμα, τὰ δ' ἐπηγγέλλατο παραχρῆμα. (Δ.) Ἦν τότε ἰδεῖν παντοδαπῶν ἀνθρώπων 10
E μεριζομένας τὰς γνώμας, καὶ τῶν μὲν θαρσαλεωτέρων μάλιστα νῦν γινομένων, καὶ πλείονα πῆξιν τῇ πρὸς θεὸν ἐλπίδι καὶ πίστει παρεχομένων, καὶ πρὸς ἀθλητικοὺς ὁπλιζομένων τὴν γνώμην ἀγῶνας καὶ μαρτυρικὰ παλαίσματα· τοὺς δ' ὑπ' ὀδόντα τῇ θηριωδίᾳ λοιδορουμένους τῶν διωκτῶν· τοὺς δ' ὑπεπτηχότας ὑπὸ φρίκης 15
καὶ δέους τῶν τε παρόντων καὶ φαινομένων δεινῶν, τῶν θ'
F ὑποπτευομένων μὲν, μείζω δ' ἢ κατὰ τὰ φαινόμενα τὸν θόρυβον τῇ ψυχῇ προαναφωνούντων· καὶ νῦν μὲν καταδυομένους καὶ κρυπτομένους· νῦν δ' ἀναδυομένους, ὡς ἐξ ᾅδου πυλῶν, καὶ φαινομένους οἷς ἐθάῤῥουν, καὶ στεναγμοῖς ἀφθόγγοις ὁμοῦ καὶ 20
δάκρυσι κλεπτομένοις ὑποδηλοῦντας τὴν ἄδηλον κάμινον τῆς ψυχῆς. εἶεν.

P. 619 ς'. Οὕτω γε μὴν τουτωνὶ γιγνομένων, καὶ οὕτω πανηγυρί-

quidquid nobis fatum ac fortuna praefinierint, id ii rerum suarum fundamentum firmum et totius vitae praesidium immotum ducant." (III.) Atque haec quidem in hunc modum dicta sunt ab inclyto illo Palama: neque vero sic dicta sunt, ut non statim perfecta sint; neque perfecta quidem statim, sed aliter quam convenerat: enimvero et ea ipsa die, et cumulatius quam quidquid convenerat, peracta fuerunt. Adeo imperatorem, quoties Palamam cupit ornare, ea ipsa cupiditas ad res agendas promptum efficit; adeo quidquid Palamas animo decreverit, id ille rebus omnibus agendis antevertendum putat. Quaedam enim statim exsecutus est, quaedam exsecuturum se statim promisit. (IV.) Ac tum videre erat, homines omnis generis scindi in diversos affectus; aliis tum maxime confidentibus, et firmiorem in Deo spem cum firmiori fide coniunctam collocantibus, animumque ad certamina athletica et ad martyrii luctas armantibus; aliis persecutorum immanitatem mussando accusantibus; aliis consternatis metu et formidine malorum, cum praesentium et oculis obversantium, tum eorum, quorum exspectatio, etsi incerta, maiorem tamen anxietatem animo denunciabat, quam quae ob oculos posita essent; ac modo quidem abdentibus se et latitantibus; modo emergentibus, tanquam ex inferorum portis, et in eorum, quibus fiderent, conspectum prodeuntibus, occultumque animi dolorem per suspiria muta et per lacrymas furtivas significantibus. Esto.

6. Haec cum ita fierent, et ovantis persecutionis theatrum tota civi-

ζοντος διωγμοῦ τῆς πόλεως θέατρον γενομένης ἁπάσης, ἦκεν ἡ A. C. 1351
τρίτη τῆς προθεσμίας ἡμέρα, καθ' ἣν ἐχρῆν τὴν δευτέραν συν- Imp. Io. Cantacuz. 5
ιόντας αὖθις ἡμᾶς ἐκτελεῖν ἐκκλησίαν· καὶ πάλιν εἰς τὴν ἐμὴν
οἰκίαν τὸ καθ' ἡμᾶς ἠθροίζετο μέρος, κατὰ τὴν ἤδη ῥηθεῖσαν
εἰκόνα τῆς πρώτης ἐκείνης ἡμέρας. ἐμοὶ μὲν οὖν ἅπαν ἀπηγορευ- B
κότι τὸ εὔελπι, δι' ἃ μοι δεδήλωται, καὶ μηκέτι μηδὲν τὸ ἀμιλ-
λώμενον λείπεσθαι πρὸς τοσαύτην ἐξ ἀντιπάλου ῥαγεῖσαν κακίαν
σαφῶς ἐγνωκότι, καὶ ἅμα ῥοπὴν εἰληφυίας ἐκ τῶν παρόντων ἀγώ-
νων καὶ λογισμῶν ἐπιπονώτερον ἤδη πολλῷ τῆς ἐμῆς συνορῶντι
κατορχουμένας κεφαλῆς τὰς συνήθεις ὀδύνας αὐτῆς, βέλτιον ἔδο- C
ξεν, ἐῤῥῶσθαι φράσαντα συνόδους καὶ παῤῥησίας τοιαύτας οἴ-
κοι καθῆσθαι, κἄν τι δέῃ παθεῖν, οἴκοι τοῦτο παθεῖν· ἵν' εἰ
μή τι τὸν ἅπαντα βίον οὐ μὴ τεθέαται οἶκος πρὸς ἀρετὴν διακεί-
μενον εὖ, ἀλλ' οὖν τοῖς ἐμοῖς τελευταίοις βαπτόμενος αἵμασιν
ὀψὲ γοῦν μίαν ταύτην γνοίη με κεκτημένον ἀρετὴν πολλοῦ τινος
ἀξίαν, τὸ μὴ πολλοῦ τινος ἄξιον νομίζειν τὸ ζῆν. (B.) Διὸ τοῖς ἄλ-
λοις ἀνάγκην προσῆγον μὴ βραδύνειν, ἀλλὰ τοῖς ἐμοῖς βοηθοῦντας D
νοσήμασιν ἀπιέναι προθύμως, οὐκ εἰς ἐλέγχους καὶ διαλέξεις ἀλη-
θείας ζητουμένης· ἀπειρηκέναι γὰρ καὶ αὐτὴν ἤδη καὶ πρὸς αἰθε-
ρίους ἀποπτῆναι θαλάμους, ἀφανείᾳ κεκαλυμμένην μακρᾷ· ἀλλ' V. 501
εἰς σφαγὴν καὶ μαρτυρικὰ παλαίσματα καὶ θανάτου μακροῦ δει-
νότερα δεσμωτήρια. τοιαύτην γὰρ καθ' ἡμῶν ἐξενηνέχθαι χθὲς καὶ
πρότριτα, δεσμοῖς ἀδαμαντίνοις τισὶ καὶ ἀῤῥήκτοις κεκυρωμένην, E
ψῆφον πρὸς τῶν ἀντιπάλων καὶ τῆς ἐξουσίας ἀρχόντων. τῶν γὰρ

tas exstitisset, advenit praefiniti temporis dies tertius, quo nos oportebat rursum convenire, et alteram concionem celebrare. Atque in meam domum rursus, ut prima illa die, eodem quo dixi modo, confluxere ii, qui nostrarum partium erant. At ego, qui ob eas, quas declaravi, causas spem omnem bonam abieceram, ac mihi nihil iam reliquum esse certo sciebam, quod ei quae tanta ex adverso erupisset improbitati sustinendae par foret, simulque eos dolores, qui in caput meum grassari solerent, maiorem in modum certaminibus et curis praesentibus aggravari videbam, satius duxi, conciliis et liberrimis illis sermonibus valere iussis, domi sedere, et si quid perferendum esset, id domi perferre; ut me domus mea, si minus per totam vitam ad virtutem recte institutum vidisset, saltem cruore meo ad extremum tincta, quantumvis sero agnosceret instructum ea virtute, quae, cum vitam haud magni faceret, magni ipsa fieri deberet. (II.) Quamobrem ab aliis vehementer coepi contendere, ne cunctarentur, sed ut mihi aegro succurrentes abirent alacriter, non ad veritatem per argumenta et disputationes investigandam; iam quippe et ipsam cessisse, et densa caligine involutam in caelum avolasse; sed ad caedem, ad martyrii luctamina, ad vincula denique omni morte graviora. Nempe eam in nos ab adversariis, et ab iis, penes quos potestas esset, heri et nudiustertius latam esse sententiam, adamantinis quibusdam et irruptis nodis munitam. Nam mitiores

A. M. 6859 Ind. 4 μετριωτέρων, ἃ τοῖς ἐξωτερικοῖς καὶ τὸ πλεῖστον δημοτικοῖς κατεψήφισται, τὰ μὲν ἤδη πέπρακται, τὰ δ' ἔτι πράττεται, τὰ δὲ καὶ πραχθήσεται. καὶ τούτων οὐδὲν οὐδένα πάντων ὑμῶν ἀγνοεῖν
P. 620 οἶομαι, θορύβου τοσούτου τὴν πόλιν περιηχήσαντος ἅπασαν. χρεὼν οὖν, μὴ φιλοψυχοῦντας, ἀλλ' ἐρρωμένους, ὁμόσε πρὸς τοὺς τοιούτους χωρεῖν ἀγῶνας. θνητῆς γὰρ λαχοῦσι φύσεως ἦν μὴ νῦν θανεῖν ἐξῇ, διὰ γοῦν τὸ τῆς φύσεως ὄφλημα τεθνήξεσθαι πάντως ἕψεται προϊοῦσι· καὶ δεῖ μὴ τὸν ἀκλεᾶ πρὸ τοῦ μετ' εὐκλείας περιμεῖναι θάνατον. (Γ.) Μιᾷ δ' ἀπειρηκότων φωνῇ, μὴ ἐθέλειν χωρεῖν ἐς βασιλείους προκλήσεις καὶ οὕτω βαρ-
B βαρικὰ συνέδρια πλὴν ἐμοῦ, δείσας ἐγὼ μὴ πρόφασιν τοῦτ' εἰληφόσιν ἐκείνοις, οἷς πάντα λίθον κινεῖν καθ' ἡμῶν περίεστιν, ἐρήμην καθ' ἡμῶν εὐχερῶς καταδιαιτᾷν ἐπιγένηται, μάλα μόλις τῆς καθέδρας ἐξαναστὰς ἅμα πᾶσιν ἐκείνοις ἀπῄειν ἐκεῖσε ἀποθανούμενος, καὶ τῇ ἐκεῖ τελευτῇ συμπαραπέμψων τὰ πολνε-
τῆ μου τῆς κεφαλῆς νοσήματα. (Δ.) Ἄρτι δὲ περί που τὰ μέ-
C σα γενομένοις τῆς βασιλείου αὐλῆς ἀπήντησέ τις ἡμῖν τῶν πάνυ τῷ βασιλεῖ προσῳκειωμένων, καὶ μόνον ἁπάντων ἔμεγε ἀπειληφὼς προσῆγε τῷ βασιλεῖ. κοινολογήσασθαι γὰρ ἔλεγε βούλεσθαί μοι τῶν αὐτῷ γε ἀποῤῥήτων ἔστιν ἅ. προσεληλυθότι μοι γοῦν τυχεῖν προσγεγένηται μὲν, παρὰ δόξαν μὲν ἐμοὶ, σφίσι δ' ἐξεπίτηδες σφόδρα, τινὸς τῶν πάνυ μοι φίλων ἐκ παλαιοῦ,
D διὰ βασιλικῆς κἀκείνου προκλήσεως ἐκεῖσε τηνικαῦτα παρόντος

poenae, quae in laicos, eosque maximam partem plebeios, decretae fuerunt, eae partim vel iam sumptae sunt, vel nunc quoque sumuntur, vel postea exigentur. Neminem autem ex vobis puto quicquam horum ignorare, tantus tumultus totam urbem personuit. Oportet itaque vos, non conservandae vitae cupidos, sed animo forti instructos, istis certaminibus vosmet obiicere. Mortalem naturam sortiti estis. Proinde etsi licet nunc vobis mortem effugere, tamen naturae debitum eiusmodi est, ut aetate longius provectis omnino mori necesse futurum sit. Nec vos decet, gloriosa morte posthabita, eam exspectare, quae laude caritura est. (III.) Illi vero una voce renunciant, nolle se imperatoris vocatu tam barbara concilia sine me adire. Quamobrem veritus, ne illi qui omnem in nos lapidem movent, hac occasione arrepta, sententiam in nos, velut deserti vadimonii reos, facile pronunciarent, aegre tandem e sede excitatus, cum iis omnibus moriturus, et inveteratos capitis morbos simul cum vita dimissurus, illuc me contuli. (IV.) Iam nos fere in media palatii aula versabamur, cum ex intimis imperatoris quidam accurrit. Is unum me ex omnibus assumptum ad imperatorem deducit. Eum scilicet nonnulla mecum velle communicare aiebat, quae arcana sibi essent. Ubi propius accessi, quendam veteri amicitia mihi coniunctissimum offendo, qui et ipse imperatoris vocatu illic tum aderat mei gratia. Id ut mihi nec opinanti, ita illis omni-

ἐμοῦ γε εἵνεκα. ὧν μεταξὺ καθεσθέντι μοι λέγειν ἤρξαντο κατὰ A. C. 1351
συνεκδοχὴν καὶ ἀμοιβαδὸν, παρὰ θατέρου ἄτερος τὰς τῶν λό- Imp. Io. Cantacuz. 5
γων ἀφορμὰς πορίζοντές τε καὶ ποριζόμενοι, καὶ πείθειν ἐπιχει-
ροῦντες, πρῶτον μὲν χρημάτων ἐπαγγελίαις ἀφθόνοις, καὶ ὅ μοι
πρὸς βουλήσεως εἴη ἂν ἕτερον ἅπαν. ἐπεὶ δ' ἐντεῦθεν τῶν σκο-
πουμένων ἠλαύνοντο, μηδὲ τὴν πρώτην ἀκοὴν ἐμοῦ γε προσιε- E
μένου μηδὲ μικρὸν γοῦν, τὸν δεύτερον πλοῦν διαλέγεσθαι ἐπε-
χείρησαν. (E.) Καὶ ἦν ἡ τῆς διαλέξεως εἰσαγωγή· ὅτι τε τῆς
θεότητος ὄνομα δεύτερόν ἐστι τῆς θείας οὐσίας καὶ ταῖς ἀκτί-
στοις ἐνεργείαις κυρίως μᾶλλον ἁρμόττει· καὶ ὅτι τῶν τοιούτων
ἀκτίστων ἐνεργειῶν πολλὴ καὶ ἄπειρος ἐκ τῆς θείας οὐσίας ἐστὶν
ἡ διαφορὰ, κἀκ τῶν ἐνεργειῶν γινώσκομεν τὸν θεόν· καὶ ὡς ὁ
μέγας φησὶ Βασίλειος, „ἐκ μὲν τῶν ἐνεργειῶν γνωρίζειν λέγομεν F
τὸν θεὸν ἡμῶν, τῇ δ' οὐσίᾳ αὐτοῦ προσεγγίζειν οὐχ ὑπισχνού-
μεθα. αἱ μὲν γὰρ ἐνέργειαι αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς καταβαίνουσιν· ἡ
δ' οὐσία αὐτοῦ μένει ἀπρόσιτος." ταῦτα καὶ τὰ παραπλήσια λέ-
γοντες ἐπῆγον οἰκείας παρεξηγήσεις καὶ συλλογισμοὺς ἐκτόπους
καὶ ἀνοσίους καὶ μαινομένους· ὡς ἐπειδὴ πρὸς ἡμᾶς αἱ ἐνέργειαι
καταβαίνουσι, κἀκ τούτων γνωρίζομεν τὸν θεὸν, ἄκτιστοι ἄρα
εἰσὶ θεότητες· καὶ ὅσοι μὴ συμφωνοῦσιν ἡμῖν, βλασφήμους ἑαυ- P. 621
τοὺς καθιστῶσι περιφανῶς. (ς'.) Ἐμοὶ δὲ καὶ ἀσθενῶς ἔχοντι,
καὶ μόνῳ τῶν ἄλλων ἀπειλημμένῳ συμμάχων ἀπροσδοκήτως ἐνε- V. 502

12. κἀκ em. Boiv. pro κἀν. 14. ἡμᾶς coni. Boiv.

no praemeditatis accidit. Ego vero inter illos consedi. Tum autem ii coeperunt vicissim et alternis me alloqui, alter alteri mutua suppeditantes dicendi argumenta. Ac magna primum pecuniae vi et omni alia re, quamcunque optavissem, promissa, inflectere conati sunt. Deinde, quia hac non succedebat, propterea quod nec prima quidem dicta auribus vel minimum admitterem, altero demum et velut subsidiario conatu, ad disputandum mecum aggressi sunt. (V.) Disputationem hinc ordiri visum est, quod nomen θεότητος inferius esset substantia divina, et magis proprie operationibus increatis conveniret: item quod operationes hae increatae magno et infinito discrimine a divina substantia distarent; quodque ex operationibus Deum cognosceremus, dicente magno Basilio: „Deum ex operationibus quidem cognoscere nos dicimus; at appropinquaturos esse ad eius substantiam non promittimus: quoniam eius operationes ad nos descendunt; substantia vero eiusdem inaccessibilis manet." Haec et similia cum dictitarent, perversas de suo interpretationes, argumentationesque absurdas, impias, et insanas subiungebant: quoniam nempe operationes ad nos descenderent, atque ex iis nos Deum cognosceremus, oportere eas increatas esse divinitates; et quorum dicta cum suis non consentirent, eos palam blasphemiae reos sese constituere. (VI.) Ego vero, qui et aegrotabam, et caeteris sociis exclusis unus praeter spem insidiosis retibus in-

A. M. 6859 Ind. 4 δρευόντων δικτύων ἐντὸς, τί ἔδει ποιεῖν ἕτερον, ἢ βραχυλογίᾳ χρησαμένῳ, εἰ δυναίμην, ἀπαλλάττεσθαι τὴν ταχίστην; οὐ γὰρ φυγομαχεῖν εὐθὺς ἐχρῆν, καὶ ταῦτα πρόφασιν ἱκανὴν κεκτημέ-
B νους ἀποφυγῆς τήν τε νόσον καὶ ἅμα τὴν μόνωσιν. ἦ γὰρ ἂν κατὰ νώτου κείσεσθαι ἔμελλον, δειλίας γραφόμενοι καὶ λειποταξίου δίκην ἐπάγοντες. πρὸς μὲν οὖν τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, μὴ τῇ οὐσίᾳ μᾶλλον ἢ ταῖς ἐνεργείαις ἁρμόττειν κυρίως καὶ πρώτως, πρώτην ποιουμένῳ καὶ τὴν ἀπάντησιν, ἤρκεσε παραχρῆμα πρὸς λύσιν τὸ τοῦ θείου πατρὸς ἐκεῖνο γεγονὸς ἀνὰ στόμα· „θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, λέγω πατρὸς, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, οὔτε
C ὑπὲρ ταῦτα τῆς θεότητος χεομένης, ἵνα μὴ δῆμον θεῶν εἰσαγάγωμεν, οὔτε ἐντὸς τούτων ὁριζομένης, ἵνα μὴ πενίαν θεότητος κατακριθῶμεν.“ καὶ πάλιν· „θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, ἑνὶ φωτὶ περιαστράφθητε καὶ τρισίν· ἑνὶ μὲν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, εἴτ' οὖν θεότητος· τρισὶ κατὰ τὰς ἰδιότητας, εἴτ' οὖν ὑποστάσεις,
εἴ τινι φίλον καλεῖν, ἢ πρόσωπα. οὐδὲν γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέ-
D ρωσι. διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως, ἵνα οὕτως εἴπω, καὶ συνάπτεται διῃρημένως. ἓν γὰρ ἐν τρισὶν ἡ θεότης, καὶ τὰ τρία ἕν, τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης, ἢ τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἃ ἡ θεότης· τὰς δὲ ὑπερβολὰς καὶ ἐλλείψεις ἐλλείψωμεν.“ καὶ ὁ Νυσσαέων δ' ὁμοίως φάσκει Γρηγόριος· „εἰ τὸ ΘΕΟΣ ὄνομα οὐσίας σημαν-

8. κεκτημένους Boiv. pro κεκτημένοις. 9. ΣΧΟΛ. τοῦ Θεολόγου, εἰς τὸ ἅγιον πάσχα. 13. ΣΧΟΛ. τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ εἰς τὰ φῶτα. 22. ΣΧΟΛ. ἐκ τοῦ πρὸς Ἕλληνας.

terceptus haerebam, quid aliud facere debui, nisi ut me, si possem, brevi oratione quamprimum inde expedirem? Pugnam certe detrectare statim haud oportuit, tametsi declinandi idonea ratio erat morbus ipse cum solitudine coniunctus. Illi enim a tergo instantes crimen mihi timiditatis obiecturi, et quod locum deseruissem, reum acturi fuissent. Ad argumentum igitur ex eo ductum, quod nomen θεότητος proprie et primario non magis substantiae quam operationibus conveniret, primum respondi; eique refellendo suffecit statim illud divi doctoris, quod tum mihi praesto in ore exstitit: „Cum Dei dico, Patris dico et Filii et Spiritus sancti. Divinitas nec ultra haec diffunditur, ne Deorum turbam inducamus; nec citra hos fines consistit, ne de inopia divinitatis damnemur.“ Et rursus: „Dei autem cum dico, uno lumine et tribus circumfusi irradiemini: uno quidem, secundum rationem substantiae seu divinitatis; tribus autem, secundum proprietates seu hypostases (si quis malit ita vocare) seu personas. Nam de nominibus nulla nobis rixa futura est, quamdiu syllabae ad eandem notionem ferent. Quippe et indivisim dividitur, ut ita dicam, et divisim connectitur: quoniam divinitas unum est in tribus; et tria illa, in quibus est divinitas, seu quae, ut accuratius loquar, divinitas est, unum sunt. Excessus autem ac defectus omittamus.“ Pariter et Gregorius Nyssenus ait: „si hoc nomen, Deus, substantiam significat, unam divinae Trinitatis sub-

τικόν ἐστι, μίαν οὐσίαν ὁμολογοῦντες τῆς ἁγίας τριάδος ἕνα A. C. 1351
θεὸν εἰκότως δογματίζομεν, ἐπειδὴ μιᾶς οὐσίας ἓν ὄνομα τὸ Imp. Io. Cantacuz. 5
ΘΕΟΣ ἐστι." καὶ πάλιν· „ἔστι τοίνυν ἰδίωμα τῆς ἀϊδίου οὐσίας, E
ἧς ἐστι πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα, τὸ πάντα ἐποπτεύειν
καὶ θεωρεῖν καὶ γινώσκειν, οὐ μόνον τὰ ἔργῳ γινόμενα, ἀλλὰ
καὶ τὰ τῷ νῷ λαμβανόμενα· ὅπερ μόνης ἐστὶν ἐκείνης τῆς οὐ-
σίας. ἐντεῦθεν εἰλημμένον τὸ ΘΕΟΣ ὄνομα, κυρίως λεγόμενον,
σημαίνει τὴν οὐσίαν ἐκείνην, ἣ δεσπόζει πάντων ὡς ἀληθῶς." καὶ
πάλιν· „μιᾶς τοιγαροῦν ὑπαρχούσης τῆς οὐσίας, ἧς ἐστι πατὴρ F
καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα, καὶ ἑνὸς τοῦ παραδηλοῦντος αὐτὴν
ὀνόματος, φημὶ δὴ τοῦ ΘΕΟΣ, εἷς θεὸς ἔσται κυρίως καὶ ἀκο-
λουθότερον τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας." (Z.) Ταῦτα μὲν δὴ οὖν, καὶ
ὅσα ἄλλα τῶν θείων πατέρων ἐκ τοῦ προχείρου τέως ἐπῆει τῇ
μνήμῃ, τὴν ὁμοίαν ἀκολουθίαν ἀεὶ διασώζοντα, καθόσον ἐφι- P. 622
κτὸν, προενεγκόντες ἐκείνῃ τῇ διαλέξει περὶ τοῦ τῆς θεότητος ὀνό-
ματος ἐξ αὐτοσχεδίου δεδώκαμεν. καὶ ἅμα ὠνείδιζον ἔγωγε σφί-
σιν, ὅτι τῶν θείων πατέρων τῇ θείᾳ οὐσίᾳ τὸ τῆς θεότητος ὄνομα
διαῤῥήδην διδόντων, αὐτοὶ παρεξηγούμενοι προδήλως ἐκείνους
συκοφαντοῦσιν. ὄνομα γὰρ κύριον ἢ μὴ ὑπάρχειν ὅλως τῇ θείᾳ
φασὶν οὐσίᾳ, ἢ ἡμῖν γε μὴ ὑπάρχειν· ὃ δ' οὖν σφίσι δογματι- B
σθὲν ἐκ τῶν τιμιωτέρων ἡμῖν ἐκδέδοται, στέργειν καὶ ἡμᾶς εἶναι
ἀνάγκην, καὶ μηδαμῇ περαιτέρω προβαίνειν, μηδὲ πολυπραγμο-
νεῖν. εἰ δέ που καὶ δι' οἰκονομίαν τινὰ ἐνίοις ἐνίοτε καὶ ἐνιαχοῦ

stantiam confitendo, unum Deum statuere nos apparet; quoniam unius substantiae unum nomen est, Deus." Et rursus: „est igitur proprietas aeternae substantiae, cuius substantiae est Pater et Filius et Spiritus sanctus, quod omnia inspectet, contempletur, et cognoscat, non solum quae re ipsa exsistunt, sed et quae intellectu tantum percipiuntur; quod est solius eiusce substantiae. Hinc sumptum est nomen θεὸς, quod proprie dictum substantiam illam significat, quae omnium vere domina est." Et rursus: „cum itaque una sit substantia, cuius est Pater et Filius et Spiritus sanctus, et unum nomen eam denotet, nempe Deus; erit proprie unus Deus: idque ipsius substantiae rationi magis consentaneum est." (VII.) Haec nos, et quaecunque alia sanctorum Patrum dicta in promptu tum fuerunt atque in mentem venerunt, similem usque consecutionem quoad fieri potuit conservantia, produximus, et ad illam de divinitatis nomine disputationem ex tempore adhibuimus. Tum hoc illis simul exprobravi, quod cum sancti Patres nomen θεότητος diserte tribuerent divinae substantiae, hi perperam interpretando aperte illos calumniarentur. Etenim aiunt ii, divinae substantiae nomen proprium vel non exsistere, vel nobis haud exsistere. Quod itaque iidem, ab excellentioribus attributis ductum, in rebus dogmaticis usurparunt, et nobis tradiderunt, eo nos contentos esse necessario oportere, non autem ultra progredi et curiosius inquirere. Quod si qui singulari aliqua ratione aliquando et alicubi dissonum quid pronunciassent,

A. M. 6859 Ind. 4 V. 503 παρέφθεγκταί τι, δόξαν ἴσως ἐναντιολογίας παρέχον, μὴ νόμον εἶναι τὸ σπάνιόν τε καὶ δυσδιάγνωστον. (H.) Περὶ δ' ὧν αὖθις τὸν μέγαν εἰσῆγον ἐκεῖνοι Βασίλειον, λέγοντα γινώσκειν ἐκ
C τῶν ἐνεργειῶν ἡμᾶς τὸν θεόν· ἀλλὰ μὴν ἀκτίστους ἐκεῖνος ἥκιστα φύσκει θεότητας εἶναι τὰς τοιαύτας ἐνεργείας, ἔγωγε ἔφασκον. ἢ γοῦν μὴ δι' ἑαυτῶν ἀναγινώσκειν ὅλως ἀπεφαινόμην αὐτούς, ἢ ἀναγινώσκοντας μὴ γινώσκειν ὅλως ἃ ἀναγινώσκουσιν. εἰπὼν γὰρ ὁ θεῖος πατὴρ, ἐκ τῶν ἐνεργειῶν γινώσκειν ἡμᾶς τὸν θεὸν, ἐν τῇ αὐτῇ παρακατιὼν ἐπιστολῇ ἑαυτὸν αὐτὸς ἐξηγεῖται, φάσκων·
D „οἱ μαθηταὶ πότε αὐτὸν προσεκύνησαν; οὐχ ὅτε τὴν κτίσιν αὐτῷ εἶδον ὑποτεταγμένην; ἀπὸ γὰρ θαλάσσης καὶ ἀνέμων ὑπακουσάντων αὐτῷ ἐγνώρισαν αὐτοῦ τὴν θεότητα. οὐκοῦν ἀπὸ μὲν τῶν ἐνεργειῶν ἡ γνῶσις· ἀπὸ δὲ τῆς γνώσεως ἡ προσκύνησις". „καὶ ἅμα ὁρᾶτε," ἔφασκον, „ἐνεργείας τὰ θαύματα λέγοντα τὸν θεῖον διδάσκαλον. πῶς οὖν θάλασσαν καὶ ἀνέμους καὶ τὰ τοιαῦτα θεό-
E τητας ἀκτίστους φατὲ, καὶ τοὺς θείους πρηστῆρας οὐ φρίττετε; ἔπειτα οὐδέ τοι τὸν τῶν ὄντων γινώσκομεν αἴτιον· κἀκ τῆς διαφορᾶς τῶν ὄντων τὴν τοῦ ὄντος διδασκόμεθα σοφίαν, τὸν υἱόν· καὶ ἐκ τῆς τῶν ὄντων φυσικῆς κινήσεως τὴν ἐνυπόστατον τοῦ ὄντος μανθάνομεν ζωὴν, τὴν τῶν ὄντων ζωοποιὸν δύναμιν, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον." (Θ.) Ὁ βασιλεὺς δ' εὐθὺς ἀνίσταται, γέμων
F ὀργῆς καὶ θυμοῦ· καὶ βραχὺ προβὰς τοῦ θαλάμου τὸ ποιητέον ἐκοινολογεῖτο κρύφα τῷ τε Παλαμᾷ καὶ τοῖς ἐπισκόποις· εἶναι

17. κἂν ἐκ coni. Boiv.

quod contrarie dictum videri posset, id quidem, utpote rarum et obscurum, legem non esse. (VIII.) Quatenus autem Basilium Magnum inducebant, dicentem cognosci a nobis Deum ex operationibus; „at eas operationes", inquam, „minime ille increatas divinitates esse ait." Omnino ergo, aut ipsos per se non legere, aut legendo non intelligere ea quae legerent, affirmabam. Nam sanctus hic Pater, postquam dixit, Deum ex operationibus cognosci a nobis, suam ipse mentem infra in eadem epistola interpretatur his verbis: „Discipuli quando eum adorarunt? Non cum creaturam ei submissam viderunt? Nempe ii divinitatem eius ex eo cognoverunt, quod et mare et venti obedirent ei. Itaque ex operationibus nata cognitio, ex cognitione adoratio." „Ac videte", inquam, „simul sanctum hunc doctorem operationes vocantem ea, quae sunt miracula. Quomodo itaque vos mare et ventos et similia increatas vocatis divinitates; tum iidem igneos Dei turbines haud exhorrescitis? Iam vero nec ipsum entium auctorem cognoscimus, sed ex varietate entium sapientiam eius qui est, nempe Filium, cognoscimus; et ex motu entium naturali vitam eius, qui est, per se subsistentem intelligimus, nempe entium vivificam virtutem, Spiritum sanctum." (IX.) Ibi imperator irae et indignationis plenus surrexit, et paulo extra cubiculum progressus coepit clam cum Palama et episcopis quid agendum esset consultare: verba quippe in praesenti negotio vim persua-

γὰρ ἀνίσχυρον ἐνταυθοῖ τὴν ἐκ λόγων πειθώ. καὶ ῥᾴονα πάν- A. C. 1351
των ἄλλων εὗρισκε τρόπον οὐδένα, τὴν ταχίστην ἀποσκευάσα- Imp. Io. Cantacuz. 5
σθαι πάντας ἡμᾶς, ἢ καθ' ἃς ὁ Παλαμᾶς τε αὐτῷ προεζωγράφησεν ὑποθήκας καὶ αὐτὸς ἤδη πείρᾳ μεμάθηκεν ἀκριβῶς. αἳ δὲ ἦσαν ἀποψηφίζεσθαι κομιδῇ τὴν διὰ γραφικῶν ἀποδείξεων ἤδη διάλεξιν· ἥκιστα γὰρ εἶναί σφισιν ἐντεῦθεν τὰς ἀποβάσεις P. 623
λυσιτελούσας· θᾶττον γὰρ ἂν παθεῖν ὑφ' ἡμῶν αὐτοὺς, ἃ δρᾷν καθ' ἡμῶν ἐμελέτησαν, ἢ δρᾷν ἃ παθεῖν ἡμᾶς ἐμελέτησαν. συνέθεντο δ' ἐξῶσαι τοῦ συνεδρίου καὶ τὸν Τύρου ἐπίσκοπον, τοῦ τῶν Ἀντιοχέων πατριάρχου τὰ δίκαια φέροντα· εἰ δ' ἐπιμένων ἐνίσταιτο, προβαλλόμενος τὴν ἐκείνου κατὰ τοῦ Παλαμᾶ καθαίρεσίν τε καὶ ἀποκήρυξιν, κἀκεῖνον αὐτῷ συγκαθελεῖν εὐθὺς καὶ τῆς ἡμῶν B
ἐκτεμεῖν ἐκκλησίας. (I.) Ὅθεν ἔδοξεν, ὕβρεσι καὶ διαβολαῖς ἀποσκευασαμένοις πρότερον ἡμᾶς ἐκπληκτικώτερον τρόπον, καθ' ἡσυχίαν ψηφίζεσθαί τε καὶ δογματίζειν τὰ τοιαῦθ' ἅπαντα κατὰ βούλησιν, μηκέτ' ὄντος ὃς ἀντιστήσεται μηδενός· εἶναι γὰρ ὡς τὰ πολλὰ πολλάκις ἔφασκον τὰ τῶν δρωμένων θρασύτερα πολλῷ τῶν πραοτέρων ἀνυσιμώτερα. ταῦτα πολὺν ἐνίσταξεν ἵμερον ταῖς τῶν ἐπι- C
σκόπων ψυχαῖς, ἐξ ἁμάξης ἀναλδην παῤῥησιάζεσθαι καθ' ἡμῶν. καὶ τί γὰρ μοχθηροτέραις ψυχαῖς, ἀμαθίᾳ συντεθραμμέναις παντὸς ἀγαθοῦ, ῥᾷον ἄλλο τῶν ἄλλων ἕτερον, ἢ πρὸς ἀτόπους ὁρμὰς προτροπή; δείσαντες γὰρ, μὴ πρὸς τῶν θείων γραφῶν ἀσεβεῖς ἐξελεγχθῶσιν, ἀσέβειαν δρῶσι πάνυ πανηγυρικὴν ὁμοῦ

dendi minimam habere. Atque ut nos quamprimum amoliretur, nullam plane aliam rationem reperit faciliorem ea, quam et Palamas praeceptis suis designatam ei proposuisset, et ipse iam usu probatam penitus cognovisset. Id autem erat, omnino iam abrogandam esse eiusmodi disputationem, quae ex Scripturis argumenta repeteret: inde scilicet consequi eos exitus, qui haudquaquam sibi expedirent: quae enim illi in nos exsequi meditarentur, ea ipsos a nobis passuros citius, quam exsecuturos ea, quae nos pati voluissent. Iidem Concilio expellere constituunt episcopum Tyri, qui patriarchae Antiocheni iura tuebatur: quod si is persisteret et instaret, illius patriarchae sententiam allegando, qua Palamas depositus damnatusque esset, tum ipsum quoque statim cum patriarcha exauctorare, et ab ecclesiae nostrae communione abscindere. (X.) Prius itaque nos, contumeliis et calumniis atrocioribus perculsos, amovere statuunt; quo deinde illa omnia ad libitum tranquille decernant, et pro dogmatis haberi iubeant, ubi iam nemo futurus sit qui adversetur. Plerumque enim et saepius efficaciora esse aiebant ea, quae audacius, quam quae segnius agerentur. Id episcoporum animis magnam instillavit libidinem incessendi nos convitiis palam ac petulanter, velut de plaustro. Ecquid porro deterioribus ingeniis, in quibus coalita inest boni omnis ignorantia, magis proclive, quam ad insanos affectus labi et impelli? Nempe ii veriti, ne ex sacris Scripturis impii arguerentur, magna pompa, magno apparatu velut in theatro ex-

A. M. 6859 καὶ θεατρικήν· ὅμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐν πελάγει νηχόμενος,
Ind. 4 D εἶτα ψεκάδας ἰδὼν καὶ βροχῆς ἀμυδρὰ προοίμια, ὕφαλος κατε-
δύετο πρὸς τὸ πέλαγος, μὴ διάβροχος ὑπὸ τῶν ἀερίων ψεκάδων
V. 504 ἐκείνων γένηται. (IA.) Ὁ μὲν γὰρ Παλαμᾶς, παρεγκλίνας μι-
κρὸν, ἐξενολόγει καὶ συνήθροιζε τῶν περιβομβεῖν καὶ παραβομ- 5
βεῖν καὶ παραφθέγγεσθαι δυναμένων οἷς ἐνετύγχανεν· οἱ δ'
ἠκόνουν τὰς ἀτόπους καθ' ἡμῶν γλώττας.

P. 624 ζ'. Εἰσκεκληκότες γὰρ καὶ ἡμᾶς ὀψὲ μετ' ὀργῆς, βίαιοι κα-
θάπαξ καὶ τἀνόσια πάντα γίνονται τολμηροὶ καθ' ἡμῶν· καὶ
τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας προστάται καὶ οἱ ποιμαίνειν λαχόντες 10
τὸν τοῦ θεοῦ διαφθείρουσιν ἀμπελῶνα· καὶ ὅσα κατὰ τῶν τοι-
ούτων ἡ θεία ἐτραγῴδησε πάλαι γραφή. (B.) Καὶ πρῶτον μὲν
B ὁ βασιλεὺς, ὑπὸ δειλίας ἐλαυνόμενος ἐκείνης, ἣν ὁ Παλαμᾶς
πρώτριτα ταῖς τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἐνέσπειρεν αὐλαῖξι, τὰς παλα-
μναιοτάτας ὕβρεις καὶ ἀπειλὰς καθ' ἡμῶν ἐξετόξευεν, οὐκ Ἀτλαν- 15
τικοῦ κληρουχίας πελάγους, καὶ γῆς ποιήσειν ἔξω τῆς οἰκουμένης
(Ξέρξου γὰρ ταῦτα καὶ τῆς ἐκείνου βαρβαρικῆς ἀπονοίας καὶ
τρυφῆς ἦν) ἄλλα δ' ἐκείνων μείζω καὶ σφόδρα ἀπιόντα, ὡς
εἰρήσεται προϊόντος τοῦ λόγου. τῶν γὰρ ἀνίσων καὶ ἀνομοίων ἀρ-
C χῶν τε καὶ προαιρέσεων, ἄνισά τε καὶ ἀνόμοια πάντως εἶναι εἰκὸς 20
καὶ τὰ τῶν πραττομένων ἑκατέρωθεν λήγοντα. οὐδὲ γὰρ πάτριον
ἐκεῖνος ἐξώμνυτο σέβας, οὐδὲ θρησκείαν θρησκείας ἠλλάττετο,
οὐδ' ἐθῶν καὶ δογμάτων ἔθη καὶ δόγματα, παλαιῶν καινότερα

positam impietatem suam re declarant: perinde illi facientes, ac si quis in mari natans, stillis demum et levibus pluviae praeludiis conspectis, profundo mari sese immergat, ne aëriis illis roribus perfundatur. (XI.) Etenim Palamas, paulatim inde abscedens, auxiliares copias accitum ivit, et quoscunque circumstrependi, obstrependi, et importune obloquendi facultate pollentes reperit, eos omnes congregavit. Hi autem insolentes linguas in nos acuebant.

7. Tandem et nobis iracunde introvocatis, violenti prorsus et ad omne scelus prompti in nos consurgunt; ac ecclesiae Dei antistites, ii scilicet, quibus pastorum munus obtigit, vineam Dei vastant. Omitto caetera, quae adversus eiusmodi homines sacra Scriptura tragice olim declamavit. (II.) Ac primum quidem imperator, illo metu agitatus, quem triduo ante Palamas animo eius altius impresserat, contumeliis et minis dirissimis, velut telis quibusdam, nos incessit; non ille incolendum Atlanticum mare, nec extra terram habitabilem quaerenda exsilia comminatus (quippe haec Xerxem et barbaricam eius dementiam ac lasciviam decebant) sed alia his graviora et multum abhorrentia, ut infra dicetur. Scilicet ubi principia et instituta inaequalia et dissimilia sunt, ibi etiam inaequales et dissimiles utrinque esse actionum exitus plane consentaneum est. Porro ille nec religionem patriam abiuraverat, nec morem doctrinamque veterem novo recensque constituto more doctrinaque mutaverat, nec fidem, ei quem colebat Deo

καὶ νεότακτα· οὐδ' ὅρκους ἐπάτει θρησκευομένου θεοῦ. (Γ.) Εἰ A. C. 1351
δέ τις ἐνίσταιτο, Ξέρξην θαυμάζων ἐκεῖνον, ὅτι γῆς καὶ θαλάσ- Imp. Io. Cantacuz. 5
σης ἦρχε πάνυ τοι πλείστης, καὶ στρατὸν ἐπήγετο μυριάριθμον, D
ὧν ἡμεῖς παντάπασιν ἐστερήμεθα· ἀλλὰ θεοτήτων καὶ θεῶν
ἀπείρων τε καὶ ἀκτίστων ἥκιστα εἶχε στρατόπεδα· ἀλλὰ πάντ' ἦσαν αὐτῷ κτιστὰ καὶ θνητὰ κατ' αὐτόν. ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ μεμαρτύρηκε, νῦν μὲν γελῶν, νῦν δὲ δακρύων· τὸ μὲν ὅτι πλεί- E
στης ἠπείρου καὶ θαλάττης καὶ στρατοπέδων ἄρχει παμπόλλων· τὸ δὲ ὅτι, θνητῶν καὶ προσκαίρων ὑπαρχόντων, οὐδεὶς ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔσται φαινόμενος ἔτη, οὔτ' αὐτὸς, οὔτ' οὐδεὶς οὐδαμῆ τῶν αὐτῷ ἑπομένων. οὐ γὰρ ἦν πω τότε Παλαμᾶς, οὐδὲ τῷ πολλῷ συνῆν ἐκείνῳ βασιλεῖ παραπλήσιος ἐν τοσούτοις στρατεύ- P. 625
μασιν οὐδεὶς Παλαμᾷ τουτῳΐ, τεχνητὴν κτίζων ἀθανασίαν καὶ ἀκτισίαν, καθάπερ τοὺς κεραυνοὺς καὶ πρηστῆρας ἐκ γῆς οἱ Κύκλωπες πάλαι κατὰ τοὺς μύθους τῷ Διΐ· ἐνταῦθα δὲ τοὺς τοιούτους φόβους ὑπερορίους εἶναι, καὶ λήθης καλύπτεσθαι μάλα V. 505
πυθμέσιν ὑποβρυχίοις, ἃ τ' ἀκτίστων ἅμα καὶ ἀθανάτων τῶν τ' ἐχόντων ἅμα καὶ τῶν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων. εἶεν. (Δ.) Ἀρξα- B
μένων δ' ἐξῆς καὶ τῶν ἐπισκόπων λαλεῖν, ἦν ἀκούειν νῦν μὲν δικτύων καὶ θαλάσσης ἀπόζοντας λόγους· νῦν δὲ σκαπάνης τινὸς καὶ δικέλλης ἀξίους· νῦν δ' οὐδὲν καμινιαίας αἰθάλης ἀπεοικότας, τῷ ἀμαυρῷ τε καὶ δυσήχῳ καὶ ἀνάρθρῳ τῆς λαλιᾶς. καὶ

2. ὅτι Boiv. pro ὅτε. 18. ἐκτὸς coni. Boiv. pro ἐκ.

iuratam, pedibus subiecerat. (III.) Quod si quis Xerxem illum miratus instet ac dicat, eum terrae et maris tractibus quam longissimis imperasse, et innumerabiles secum exercitus ductasse, quibus nos rebus omnino deficiamur: at is (respondebitur) divinitates Deosque infinitos et increatos in castris minime habebat; sed erant illi omnia creata et mortalia, eique similia. Cuius rei et ipse sibi testis fuit, nunc ridendo, nunc flendo. Ridebat autem, quod imperium terra et mari latissime patens et exercitus numerosissimos haberet; idem flebat, quod cum hi mortales et caduci ad certum tempus duraturi essent, nemo post centesimum annum usquam compariturus foret, non ipse, non ullus alius ex iis, qui se sequerentur. Nimirum eo tempore Palamas nondum erat, nec in tanto exercitu cum rege potentissimo versabatur quisquam huic Palamae similis, qui immortalitatem et increatam naturam per artem crearet, quemadmodum de terra olim fulmina et tela ignea Iovi fabulosi illi Cyclopes. Hinc vero longe absunt ii metus, altissima oblivione velut demersi, propterea quod increati et immortales sint tum principes, tum ii qui principibus parent. (IV.) Deinceps cum et episcopi loqui coepissent, audire erat eos sermones, qui nunc retia et mare redolerent, nunc sarculum et ligonem saperent, nunc fornacis fuligine tincti viderentur. Adeo obscura, et sono ipso dura, nec bene articulis distincta, illorum oratio erat. Ut paucis dicam, nihil tum frugi,

A. M. 6859 Ind. 4 συνελόντι φάναι, πλὴν τῶν ἐπισκοπικῶν ἐνδυμάτων οὐδὲν
C ὑγιὲς ὁρᾷν καὶ ἀκούειν τέως ἦν ἐκεῖ. (E.) Βουληθέντων δὲ καὶ
ἡμῶν ἀντιφθέγξασθαί τι μικρὸν, κραυγαῖς ἀσήμοις τε καὶ ἀνάρ-
θροις καὶ συνεχεῖ πατάγῳ χειρῶν ἐξεπίτηδες ἡμᾶς τε ὑπερεφώνουν
ἐκεῖνοι καὶ σιωπᾷν κατηνάγκαζον, καθάπερ ἀγριουμένης θα-
λάττης μεμηνότα κύματα τοὺς ἀνὰ τὸν αἰγιαλὸν ὁμιλοῦντας ἠρέ-
μα. ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι παρ' οὐδὲν ἐληλύθεσαν ἡμᾶς διαῤῥῆξαι,
καθάπερ αἱ Βάκχαι πάλαι Πενθέα, φασὶν ἀττικίζοντες μῦθοι.
D ἀλλ' ἡμῶν γε ἐπιμενόντων ἔτι, καὶ μικράν τινα λόγου ζητούν-
των χώραν ἡμῖν ἐγγενέσθαι, οὔτ' ἤκουεν οὔτε προσεῖχεν οὐδείς.
(ς'.) Ὀψὲ δ' ἐνιδὼν βλοσυρόν τι καὶ ἀπηγριωμένον ὁ βασιλεὺς
πρὸς ἡμᾶς, „χαίρειν," ἔφη, „τουτὶ, κατεσπουδασμένους ἐθέλειν
ποιεῖσθαι λόγους τῆς ἐμῆς οἰκίας ἐντὸς, οὐχ ἑκόντος ἐμοῦ, τοὺς
E τῆς ἐμῆς θελήσεως ἐχθίστους, καὶ οὓς οὐκ ἔχω πῶς ὀνομάσας."
ταῦτ' ἔλεγεν ὁ ἀῤῥεπὴς ἐκεῖνος κριτὴς, ὁ τὴν μέσην καὶ ἀπαρέγ-
κλιτον καὶ οὐδαμῇ ποθ' ἑτεροῤῥεπῆ βαδίζειν ὁμωμοκώς. (Z.) Ἐγὼ
τοίνυν, καὶ πάλαι μὲν περιαλγὴς ὢν ἐκ τῆς κεφαλῆς, ἤδη δὲ καὶ
λύπῃ λύπην προσειλήφειν, ἐκ τοῦ μηδὲ τριτημόριον πρὸς τῶν
ἀντιθέτων ἐμοὶ καταλελεῖφθαι τοῦ χοροῦ τῶν ἐμῶν φοιτητῶν.
F ἰδόντες γὰρ ἐκεῖνοι τῇ προτεραίᾳ πλείστους μὲν ἐμὲ περιϊσταμέ-
νους ἐκείνων, πλείστους δ' ἔγγιστα καθημένους ἐμοῦ, ζηλοτυπίᾳ
βαρείᾳ τὸν οἰκεῖον καθ' ἡμῶν ἀνεχάλκευσάν τε καὶ ἀνεπύρσευσαν

14. πῶς ὀνομάσω coni. Boiv.

praeter episcopalem habitum, illic vel videres vel audires. (V.) Volentibus autem nobis paululum contra hiscere, illi de industria indistinctis confusisque clamoribus editis, et complosis usque manibus, nostras voces vincebant; et nos, velut saevientis pelagi furentes undae eos, qui in littore placide colloquuntur, conticescere cogebant. Nam quod nihil abfuerit, quin nos illi, ut olim Pentheum Bacchae fabulis Atticis celebratae, membratim discerperent, id quidem ego sileo. Ac quanquam adhuc exspectantes maneremus, et ut nobis exiguus saltem dicendi locus esset postularemus, nemo nec audivit nec animum advertit. (VI.) Demum imperator, torvo quodam et efferato obtutu in nos fixo, „lepidum sane istud," inquit, „homines voluntati meae infensissimos, quos equidem quo nomine appellem nescio, velle mea in domo me invito orationes habere accurate elaboratas." Haec iudex aequus, qui se medium et indeclinabilem fore et neutram in partem propensurum unquam iuraverat. (VII.) Mihi igitur, qui capitis dolore vehementissimo iampridem laborabam, novus dolor accessit, eo quod ab adversariis nec tertia quidem mihi pars relicta esset mei discipulorum chori: quorum plurimos circumstare me, plurimos item proxime assidere, cum vidissent superiori die; gravi zelotypia affecti multo vehementiorem invidiam in nos suam reconflarunt, ac velut incendium ventilan-

φθόνον ἐς τὸ πάντη ἀκμαιότερον, καὶ τῶν τε οἰκείων ἐκείνοις A. C. 1351
ἠπείλησαν δήμευσιν καὶ ἀγώγιμον εἰς εἰρκτὴν τοὐπιτίμιον εἶναι, Imp. Io. Cantacuz. 5
εἴ τις ἁλοίη τὸ δεύτερον ἔτι συνέδριον ἐμοὶ συμπαρών. διὸ καὶ
ὅσοι τὰς ψυχὰς ἀσθενέστεροι πρὸς τοιούτους ἦσαν ἀγῶνας καὶ P. 626
πείρας, ἠρέμα τῆς ἐμῆς ἐγγύτητος ἀπηλλάττοντο· οἱ δ' ἔτι παρέμενον τῇ προτέρᾳ σιγῇ, ὡς ἑκάστῳ προαιρέσεώς τε καὶ γνώμης ἐνῆν. (H.) Ταῦτα τοίνυν ὁρῶν ἐγὼ, καὶ ἅμα τὸν βασιλέα πολυτρόπως ἐπ' αὐτοφώρῳ μαχόμενον ἡμῖν συνορῶν, καὶ πρός γε ἔτι φόνου πνέοντας τοὺς ἐπισκόπους καθ' ἡμῶν, ἀναστὰς ἐξῄειν τοῦ
βήματος καὶ ἅμα ἑώρων συνεξιόντας ἅπαν τὸ μέρος ἐμοί. καὶ B
θροῦς ἐγεγόνει πολὺς, τοῦ μὲν βασιλέως κατέχειν ἐγκελευομένου τοῖς πελεκυφόροις, καὶ μὴ ἐᾷν ἀπιέναι ἡμᾶς· ἡμῶν δὲ αἱρουμένων θάνατον μᾶλλον, ἢ τὸ λῃστρικὸν ἐκεῖνο συνέδριον ἑστῶσιν ὁρᾷν ὀφθαλμοῖς. ὑψὲ δ' ὁ σεμνὸς Παλαμᾶς, αὐτῷ λογισάμενος
εἶναι καθ' ἡδονὴν τὴν ἡμῶν ἀπουσίαν, ἀφιέναι παρῄνει τῷ βασιλεῖ. ῥᾷον γὰρ εἶναί σφισιν ἔλεγεν ἐντεῦθεν ἡμᾶς τε φυγοδικίας C
γράφεσθαι καὶ σφᾶς ταχίστην ἐπιτιθέναι ταῖς καθ' ἡμῶν οὕτω ψήφοις τὴν τελευτὴν, ἢ παρόντων καὶ ἀντιλεγόντων ἡμῶν. (Θ.) Διὸ καὶ, ἀπιόντων ἡμῶν, ὕμνοις οἱ περὶ Παλαμᾶν πάνυ V. 506
παμπόλλοις ἐγέραιρον τὸν βασιλέα, ἐξ οὐρίας ἐκείνοις τὰ κατὰ βούλησιν παρεχόμενον πλεῖν· καὶ τοιαύταις κολακείαις τὸ τῆς ψυχῆς ἐκείνου κατέψων ἡδόμενον. ὡς γὰρ ἐς τὰς ἱπποδρομίας D
ῥᾳδίαν ταῖς τῶν ἵππων δίδωσιν ἁμίλλαις τὰ τῶν πεδίων ἱππή-

do excitarunt, bonorum publicationem minati, eaque indicta poena, ut qui mecum in altero consessu affuturus esset, is deprehensus in carcerem duceretur. Hinc factum est, ut quotquot ad eiusmodi certamina et pericula subeunda animo erant minus forti, ii paulatim a latere meo discesserint; alii vero in priore silentio perstiterint, pro sua quisque voluntate et sententia. (VIII.) Ego itaque, cum et haec viderem, et simul imperatorem multis modis palam nobis adversari intelligerem; tum praeterea episcopos cernerem in nos saevire et caedem spirare, surrexi et e curia excessi; ac eos, qui partium nostrarum erant, mecum omnes exeuntes conspicatus sum. Ibi magnus rumor exortus, cum et imperator lictoribus ediceret, ne abire sinerent sed tenerent; et nos mortem praeoptaremus, quam ut Concilium illud latrocinii simile intueremur fixis oculis. Tandem venerabilis ille Palamas, qui absentiam nostram sibi iucundam esse sentiebat, auctor imperatori exstitit, ut nos missos faceret. Facilius quippe futurum sibi aiebat, detrectati iudicii nos accusare, atque ita ferendis in nos decretis finem imponere, quam si et adessemus et contradiceremus. (IX.) Quare Palamitae, abeuntibus nobis, imperatorem, quod secundam et optatam puppi suae auram adspirasset, profusis laudibus remunerabantur, et eiusmodi adulationibus titillatum eius animum permulcebant. Nempe ut patentes campi equis certantibus facilem cursum offerunt, sic ille

A. M. 6859 Ind. 4 A. C. 1351 Imp. Io. Cantacuz. 5

λατα, οὕτως ἀνειμένας εἴωθε παρέχειν καὶ αὐτὸς κομιδῇ τοῖς κόλαξι τὰς ἀκοὰς ἀεί. εἶτα καθ' αὑτοὺς αὐτοὶ καὶ λέγοντες καὶ δρῶντες ἐπέραινον ὅσα τὸ βουλόμενόν σφισιν ἐπήγγελλε τῆς ψυχῆς.

assentatoribus vacuas aures commodare omni tempore prorsus consuevit. Itaque illi iam soli secum, quidquid animi libido dictavisset, verbis pariter et factis exsequebantur.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΚΑ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER VIGESIMUS PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Cantacuzenus Gregoram arcessit. Animum eius tentat solitis artibus; nullo autem successu. Quae hactenus in Concilio dixerit, ea pacis et concordiae studio dixisse se affirmat. Maiorem in posterum acquitatem suam fore promittit. Palamitarum doli, consilium, fiducia (Cap. 1). *Sessionem tertiam orthodoxi a Fidei professione auspicantur. Excerpta ex libris Palamae leguntur et expenduntur. Illius in se defendendo labor irritus. Gregoras unum ex discipulis producit, qui disputandi munus excipiat. Palamas, victus ab adolescente, omnibus deridiculo est. Ex viginti capitibus tria tantum excussa. Exitus tertiae sessionis* (2). *Acta post sessionem tertiam. Sessio quarta, eademque ultima. Orthodoxi partim volentes, partim etiam nolentes adsunt. Imperatoris iracundiae, protinus erupturae, Gregoras caute occurrit. Recitantur aliquot capita, ex libris Palamae excerpta. Episcopi nonnulli, ex illius amicis, dogmatum novorum insolentia offensi, turbas cient. Palamae violentia. Cantacuzeni iniquitas. Testimonia a Palamitis allata examinantur. Gregoras fusiorem narrationem et accuratas refutationes editurum se promittit, si mortis pericula imminentia effugiat. Redit ad propositum. Tumultus et confusio. Quid tandem decretum sit. Orthodoxi vapulant. Episcopis duobus adempta insignia dignitatis; barba vellicata. Gregorae discipulis quid acciderit. Episcopus Tyri cur sessioni ultimae haud interfuerit. Gregoras et alii ut dimissi sint* (3). *Gregoras domo includitur. Silentium ei perpetuum indicitur. Consolatur se melioris fortunae spe, quam ei spondet ipsa rerum humanarum mutabilitas. Idem cum illustrium Sanctorum casibus suam calamitatem comparat. S. Basilii verba ad praesens tempus accommodat. Alia sanctorum Patrum dicta subiuncturum se promittit, quae tamen haud profert* (4). *Palamitae victores impudenter exsultant. Praemia eis data. Poenae orthodoxis irrogatae. Palamitarum dogma impium. Saevitia. Tomus synodicus. Gregoram multi ex amicis deserunt; atque*

etiam Cabasilas. Huius ingenium et studia. Ut Gregorius Nazianzenus eiusmodi homines alloquutus sit. Gregoras suam sortem deplorat. Salomonis verba. Darii morientis apophthegma (5). *Tomus synodicus inusitatis caeremoniis consecratus. Auctoribus probro est. Palamitae magna et praeclara imperatori promittunt. Byzantina suburbia a Genuitis Galatacis incenduntur. Palamitarum promissa exitu ipso refutata. Rerum hodiernarum cum antiquis comparatio. Qui hodie persecutionem patiuntur, eorum conditio peior est quam antiquitus fuit. Orthodoxi non habent quo fugiant. Imperium angustissimis finibus comprehensum. Somnia prophetica explosa; idque verbis D. Basilii, quae in Palamitas apte admodum cadunt* (6).

A. M. 6859 Ind. 4 P. 627

α'. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον, καὶ οὕτω τὰ τῆς δευτέρας καθέδρας ἠνύετο. ὁ μέντοι βασιλεὺς καθ' ἑαυτὸν τῇ ὑστεραίᾳ γενόμενος, καὶ συνιδὼν, ὡς οὐκ εὐοδά σφισι τὰ τῆς καθ' ἡμῶν ἔσται ἐπιβουλῆς, εἰ μὴ παροῦσιν ἡμῖν ἐπιθεῖεν τὰ ψηφιζόμενα, δύο παρῆλθον ἡμέραι, καὶ μετάπεμπτον ἔσχεν ἐμὲ, καὶ ταῖς εἰωθυίαις αὖθις θωπείαις τε καὶ τῶν βασιλικῶν ἐκείνων
B δωρεῶν ἐπειρᾶτο παραφέρειν ἐπαγγελίαις· οὐκ οἶδα, εἴθ' ἑκὼν ἐπιλανθανόμενος, εἴτ' ἄκων ἀπατώμενός τε καὶ συναρπάζειν ἐπιχειρῶν. ἃ γὰρ οὐ δὶς καὶ τρὶς μόνον, ἀλλ' ἑπτάκις εἰπεῖν ἑπτὰ διελὼν καὶ εἰπὼν, καὶ ἀποτυχὼν, ταῦτα παρεισκυκλῶν ἀεὶ καὶ
C ἐς ταὐτὰ παλινδρομῶν, ἕτερά τε καὶ διάφορα πρὸς διαφόρους, καὶ οὐ πρὸς ἕνα ἐμὲ τὰ αὐτὰ, λέγειν ᾤετο. (B.) Ὅμως ταῦτα λέγων προσενεκάλει τὰ πρότριτα γεγονόθ' ἡμῖν, ἡμῶν καθαπτόμενος, μὴ συνιέντων δῆθεν τῆς σπουδῆς ἐκείνης καὶ τοῦ σκοποῦ, πρὸς εἰρήνην ἀστασίαστον οἰκονομικῶς σχηματίζοντος καὶ ποικίλλοντος τούς τε λόγους καὶ διὰ κύκλου τινὸς, ἀδήλου τοῖς

10. ἀπέτυχεν coni. Boiv. 11. ταὐτὰ Boiv. pro ταῦτα.

Et haec quidem ita se habuerunt, et hic finis fuit secundae sessionis. At imperator, qui postera die secum privatim animadverterat, non cessura esse feliciter ea, quae in nos machinati essent, nisi ipsi praesentibus nobis eam quam tulissent legem imponerent; duobus ex eo diebus elapsis, me arcessitum solitis blanditiis et illarum rursus largitionum principalium pollicitationibus conatur pervertere; nescio utrum sponte oblitus, an praeter voluntatem deceptus, et obrependi studio delusus. Nimirum is, quae dicendo et exponendo, non solum bis terque, sed et septies quasi septimo, nil profecerat, ea cum repeteret semper, et eodem subinde recurreret, alia et diversa apud diversos homines, non autem eadem apud me unum, dictitare se arbitrabatur. (II.) Tamen ille haec sic dicebat, ut etiam ea, quae triduo ante a nobis facta essent, criminaretur, et nos verbis corriperet; qui illud videlicet studium consiliumque eius non intellexissemus, sermones suos ad pacis concordiam caute et providenter componentis, eosque variantis, ac per circuitus quosdam vulgo ignotos circumdu-

πλείστοις, περιϋόντος καὶ περιάγοντος, καὶ τὰς διαφόρους τῶν A. C. 1351
πλείστων μετεωρίζοντος γνώμας. κἀκείνῳ μὲν, ταῦτα καὶ τὰ Imp. Io. Cantacuz. 5
τοιαῦτα λέγοντι, τὰς εἰωθυίας καὶ μείζους τῶν ἀντιῤῥήσεων ἀντεπῆγον αὐτός. καὶ πολλὴν ἰδίᾳ διατετριφότες ἐν τούτοις ἡμέραν D
ἐπ' ἀτελέστοις αὖθις διελύθημεν ταῖς ἐλπίσι. ὅμως ἠξίου πάλιν καὶ ἐπηγγέλλετο, συνελεύσθαι αὖθις ἡμῖν διδόναι τὴν τοῦ λέγειν ἅπασαν ἄδειαν, ὡς εἰκὸς, καὶ μὴ συνηγορεῖν ὁμοίως ἔτι τῷ Παλαμᾷ, μηδὲ τοῖς ἐκείνου πᾶσαν διδόναι ῥοπήν. (Γ.) Ἓξ P. 628
παρῆλθον ἐκεῖθεν ἡμέραι, μέχρις ἂν ἐς αὐτάρκη παρασκευὴν τὰ ἐκείνων ἀπαρτισθῇ καθ' ἡμῶν δίκτυα. ὧν γὰρ ἐν τοῖς δυσὶν ἐκείνοις ἀπετύγχανον συνεδρίοις, ταῦτ' ἐπανορθοῦντες (ὡς V. 507
ᾤοντο) νῦν πρὸς τὸ σφίσι βέλτιον, θαῤῥαλεώτερον ἤδη τὸ τοῦ ἀγῶνος ἀνεκαλοῦντο στάδιον. καὶ πάλιν εἶχεν ἡμᾶς τὸ συνέδριον ἐκεῖνο καὶ τὸ βασίλειον βῆμα.

β'. Βέλτιον δ' ἔδοξεν ἡμῖν, ἐκ πρώτης εἰπεῖν ἀφετηρίας B
ἀποκρουομένοις τὰς τῶν ἐφεδρευόντων ἐκείνων ἐπιβουλὰς, παῤῥησίᾳ τὸ τῆς καθολικῆς ἀναγνῶναι πίστεως ἱερὸν σύμβολον, ἐς κοινὴν καὶ συνήθη τοῖς ὀρθοδόξοις ὁμολογίαν. (Β.) Οὗ δὴ γενομένου, τῶν τοῦ Παλαμᾶ βλασφήμων δογμάτων τὰ γνωριμώτερα τοῖς πολλοῖς, ὑφ' ἡμῶν ἐκλεγέντα, πρὸς τοῦ ἡμετέρου μέ- C
ρους ἀνεγινώσκετο παῤῥησίᾳ, παρακειμένων ἅμα καὶ τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, καὶ τὸ ἀπαράλλακτον ἅπαν περιφανῶς μαρτυρούντων. ὅθεν οὐκ ἦν αὐτῷ πρὸς οὐδὲν ἀναδύεσθαι τῶν ἐγκεκλημένων, καίτοι πολλάκις μὲν ἐπιχειρήσαντι, πολλάκις δ' ἐπι-

centis, atque ita diversas plurimorum hominum mentes suspendentis. Haec et talia dicenti solitas ego et validiores solito responsiones opponebam. In his magnam diei partem cum privatim colloquendo consumpsissemus, spe irrita rursus discessimus. Caeterum velle se denuo aiebat spondebatque, ubi nos rursum convenissemus, omnem dicendi licentiam dare, ita ut par esset; ac non aeque ut antea patrocinari Palamae, et eius partibus favorem omnem accommodare. (III.) Dies inde sex effluunt, dum retia, quae nobis tendebantur, perfecte parata et instructa essent. Quae enim in illis duabus prioribus sessionibus nullo successu gesserant, ea nunc, prout melius sibi futurum esset, reformare se existimantes, maiore iam audacia stadium et certamen repetebant. Ac nos rursus idem Concilium et illa principalis curia praesentes habuit.

2. Porro melius visum nobis est, insidiantium fraudes in ipso, ut aiunt, limine eludere, sacro catholicae Fidei symbolo palam et alta voce, secundum communem et usitatam orthodoxorum professionem, perlecto. (II.) Id ubi factum est, coeperunt deinde impia Palamae dogmata, ea scilicet quae vulgo notiora excerpseramus, palam et ipsa a nostris perlegi, appositis eiusdem scriptis, quae differentiam omnem prorsus abesse luculenter attestabantur. Itaque illi nullum crimen obiiciebatur, unde posset fugiendo et elabendo se expedire: quod cum saepe tentasset, toties haesit suis

A. M. 6859 Ind. 4 σχεθέντι, ἐμποδὼν τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων ἐκ τοῦ προφανοῦς
D ἱσταμένων καὶ ἐπιστομιζόντων λαμπρῶς. καὶ τὰ μὲν πλεῖστα διὰ μῆκος καὶ κόρον παρεῖται. τῆς γὰρ αὐτῆς κἀκεῖνα ποιότητος ἦν. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ θαλάττης πικρᾶς οὐ τόδε μὲν τῶν μερῶν ἀπωθεῖται τὴν γεῦσιν, ἐκεῖνο δ' οὔ· ἀλλὰ πάνθ' ὁμοῦ τὴν αὐτὴν παρέχει τοῖς γευομένοις ποιότητα· οὕτω καὶ πάντ' ἐκεῖνα τἀνδρὸς τουτουΐ συγγράμματα τῶν αὐτῶν ἐκπέφανται βλασφημιῶν ἐχόμενα. διαφορὰν μὲν γὰρ ἴσως εὗρεν ἄν τις κατὰ
E τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον τοῦ βλασφημεῖν· κακίας δ' οὐδὲν οὐδαμῆ τῶν μερῶν ἐξιστάμενον. (Γ.) Ἦν γε μὴν τοιαδὶ τὰ προκομι- 10
P. 629 σθέντα, καὶ οὕτως ἔχοντα.*** (Δ.) Τούτων ἔνια μὲν κἀν τῷ πρώτῳ τῆς ἡμέρας βήματι, προκομισθέντα πρὸς ἐμοῦ, περιφανῆ τὴν ἀντίῤῥησιν ἔσχηκεν, ὡς ἀνωτέρω μοι γέγραπται· τῶν δ' ἄλλων ἔνια καὶ αὐτὸς ὡμολόγει κατὰ τὴν λέξιν ἡμαρτῆσθαι αὐτῷ, καὶ διορθοῦσθαι ὑπισχνεῖτο· κατὰ μέντοι τὸν νοῦν πάντ' 15 ἔχειν ὑγιῶς διετείνετο. ἀποδεικνύειν δ' ἀρξάμενος οὐκ εἶχεν ἁγίων
B οὐδένα σύμμαχον, ὅτι μὴ συγχέων καὶ παραφθείρων καὶ ἅμα παρεξηγούμενος, καὶ οἷον αὐτὸς ἑαυτῷ μαχόμενος. ὁ γὰρ τῷ οἰκείῳ νῷ τὰς οἰκείας λέξεις μὴ τιθέναι συμφώνους δυνάμενος ἄκων αὐτὸς ἑαυτῷ μάχεται· ὁ δ' ἑαυτῷ μαχόμενος σχολῇ μεντἂν ἑτέρῳ συμ- 20 φωνοίη τῶν πάντων, σχολῇ δ' ἂν ἀπόσχοιτο πάσαις ἁγίων γραφαῖς

11. Desunt hoc loco dogmata excerpta ex libris Palamae. Erant autem capita viginti, ut infra dicetur. Hic defectus suppleri potest ex errorum Palamae Synopsi, edita ab Arcudio. Sed et non pauca, ex iisdem Palamae libris excerpta, infra reperies in disputatione Gregorae cum Cabasila. BOIV.

ipsius scriptis manifeste impeditus, et plane obmutescere coactus. Ac pleraque, quod longiora essent, fastidii vitandi causa omissa sunt. Erant quippe illa eiusdem omnia naturae. Quemadmodum enim mare ita amarum est, ut non aliqua parte gustum repellat, aliqua admittat, sed eundem ubique gustantibus saporem obiicit; ita et huius viri scripta omnia ad easdem blasphemias pertinere evidens est. In quibus etsi fortasse aliquis maioris minorisque impietatis discrimina reperiat, tamen pars nulla usquam extra mali labem posita deprehendi potest. (III.) Quae autem prolata sunt, ea eiusmodi fuerunt et ita habuere.*** (IV.) Horum quaedam primae sessionis die prolata a me palamque et aperte refutata sunt, ut supra scripsi. In caeteris quaedam et ipse fatebatur perperam a se esse enunciata, eaque se correcturum promittebat; at in omnibus sententiam ipsam sanam esse contendebat. Idem exorsus probando rem demonstrare, Sanctorum nullum habebat sibi suffragantem, nisi cum dicta confundebat et corrumpebat et male interpretabatur, et secum ipse quasi pugnabat. Quisquis videlicet verba sua cum sua ipsius mente conciliare et componere non potest, is secum invitus pugnat: qui vero secum pugnat, is haudquaquam cum alio ullo consenserit, nec facere unquam possit, quin ab omnibus Sanctorum scriptis,

διαφέρεσθαι, πῶς μὲν δι' ἀμαθίαν, πῶς δὲ δι' ἀγνωμοσύνην καὶ μοχθηρίαν ψυχῆς. λόγος μὲν γὰρ ἀνθρώποις ἅπασι δίδοται· τρόπος δ' ἀγαθὸς οὐ πᾶσιν, οὐ μὴν οὐδὲ τὸν λόγον εὖ διοικοῦσα σύνεσις. ὅθεν ἀποκρουόμενος πανταχόθεν καὶ ἐπιστομιζόμενος καὶ μὴ ἔχων μηδαμῆ βεβαίαν ἀποστροφὴν ἐπὶ τὸ Θαβώριον αὖθις ἐποιεῖτο τὴν ἀναχώρησιν, Βαρλαὰμ καὶ βίον αὐτοῦ προφασιζόμενος, καὶ ὅσα τισὶν ἀραχνίοις ὑφαίνεσθαι προσεώκει. ὅθεν καὶ λίαν εὐχεροῦς καὶ προδήλου τυγχάνοντα τῆς ἀναλύσεως μόνον εἶχε τὸν βασιλέα λαμπρῶς ὑπεροιδοντα, κατὰ τὸ μηδαμῆ προσῆκον, μηδὲ καλύπτειν τὴν ἀδικίαν ἰσχῦον, τοσούτου παρόντος πλήθους ἀνδρῶν. (Ε.) Ἐγὼ μὲν οὖν βραχύ τι ὑπεῖπον, ἔπειτα πῶς μὲν διὰ τὴν εἰρημένην ἀδικίαν, πῶς δὲ διὰ τὰς τῆς κεφαλῆς ἀλγηδόνας, τοῖς σοφοῖς ἐκείνοις συμμάχοις ἀφῆκα διαγωνίζεσθαι. ἐπιῤῥαπίζειν δ' ὅμως καὶ οὑτωσί πως τοῦ Παλαμᾶ τὴν ὀφρὺν σκεψαμένῳ ἕνα τῶν ἐμῶν εἰσάγειν ἐπῄει μοι φοιτητῶν ἀντ' ἐμοῦ πρὸς τὴν ἐκείνου πάλην, ἵνα μᾶλλον αἰσχύνοιτο. τὸ γὰρ ἄντικρυς πρὸς ἐκεῖνον ἐμὲ διαλέγεσθαι καὶ τὴν ἀκαιρίαν ἐκείνου φιλονεικεῖν ἐκείνῳ μὲν εἶχε τιμὴν, ἐμοὶ δὲ καὶ μάλα πάντων ἥκιστα· τοσαύτην τοίνυν ἔδοξε πᾶσι τοῖς τότε παροῦσιν αἰσχύνην ὁ Παλαμᾶς ὠφληκέναι καὶ κωμικήν τινα χλεύην, ὑπ' ἐκείνου τοῦ νεανίου κατὰ κράτος ἡττώμενος, ὅσην λεγόντων ἐστὶν ἀκούειν ἁπάντων. κοινὸν γὰρ τοῖς ὅλοις ἀφήγημα γέγονε Παλαμᾶς ἐκεῖθεν καὶ γελοῖον τοῖς ὅλοις ἐντρύφημα. (ς'.) Ἀλλὰ νὺξ ἐπὶ τούτοις

A. C. 1351 Imp. Io. Cantacuz. 5 V. 508

partim ignorantia, partim malitia et perverso ingenio, discrepet. Ratio quippe omnibus hominibus data; morum probitas non data omnibus, nec quae rationem recte moderetur sollers intelligentia. Quamobrem undecunque repulsus, quia os ei obstruebatur, nec ullum usquam perfugium erat, in quo posset consistere, rursus se ad Thaborium recipiebat, Barlaamum et illius mores praetexens, et alia aranearum telis similia. Quae facili et evidenti ratione cum resolverentur, solus imperator aperte tuebatur, idque indecore et eo modo, qui tot hominibus praesentibus iniquitatem velare haud posset. (V.) Ego igitur pauca subiecci. Tum doctos illos adiutores, partim ob eam quam dixi iniquitatem, partim ob capitis dolores, sivi decertare. Tamen Palamae arrogantiam sic quoque sugillare cum instituissem, libuit unum ex discipulis meis producere, qui, ut maior esset illius ignominia, meam cum eo luctam vicarius exciperet. Nam quod per me ipse contra disputarem, et cum homine importuno rixarer, id quidem illi honorificum erat, mihi autem minime. Quanto itaque Palamas pudore affectus, quantum omnibus, quotquot tum aderant cum ab illo adolescente profligatus est, comico risu dignus visus sit, ex omnium sermone accipi potest. Quippe ex eo publica omnium fabula ac omnibus deridiculo et ludibrio Palamas fuit. (VI.) Sed nox superveniens coëgit quemque, et

A. M. 6859 Ind. 4 ἰοῦσα τῶν οἴκοι μεμνῆσθαι καὶ μάλιστα πάντων τοὺς ἡμετέρους ἠνάγκαζε, νήστεις τ' ὄντας καὶ πόρρω που βαδίζειν ἄλλον ἄλλοθι τῆς πόλεως ὀφείλοντας, προμηθείας ἁπάσης ἐρήμους, καθάπερ ἀπύλιδάς τε καὶ ἀνεστίους τινὰς γεγονότας ὑπὸ τοῦ δωγμοῦ τουτουΐ. μετὰ γὰρ τὰς ἀποψηφίσεις καὶ παντελεῖς καταδίκας
P. 630 καὶ τιμωρίας, τά τε δικαστήρια καὶ τὰ τῶν ἐξετάσεων βήματα συνιστᾶν ἐπῄει τοῖς ἀρρεπέσι τούτοις κριταῖς, τοῖς καὶ ἀκαπήλευτον ὁμωμοκόσι φυλάττειν τὸ συνειδός. τριῶν οὖν μόνων, ἠναγκασμένως καὶ τούτων καὶ μάλα μόλις, ἐκ τῶν τῆς διπλῆς δεκάδος κεφαλαίων τὴν ἐξέτασιν εἰληχότων, κἂν τοῖς τρισὶ δημοσίαν
τὴν ἧττταν εἰληφότος τοῦ Παλαμᾶ, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν τὰ ἐφεξῆς παρεπέμπετο ψῆφον. καὶ ταῦτα μέν, ἐς τοῦτο τύχης ἐλάσαντα, τοὺς ἐλέγχους ἐκείνου τἀνδρὸς καὶ τὸν σύλλογον ἔλυσεν.

V. 509 B γ'. Οὐκ ἦν δὲ ἠρεμεῖν οὐδαμῇ Παλαμᾶν ἐπὶ τούτοις, οὐδὲ τὸν τῦφον μετριάζειν ἐκεῖνον, ὡς πορρωτάτω τὴν λῆξιν ἢ κατὰ τὰ προσδοκώμενα τῶν μελετηθέντων οὕτωσὶ σχεδιασάντων. κενοδοξία γὰρ, ἀποτυγχάνουσα τῆς ἐφέσεως, μεμηνυίας τινὸς ἀναιδείας γίνεται μήτηρ, καὶ πᾶσαν ψυχῆς ἐλευθερίαν ἀνδραποδίζεται, καὶ ὅλους ἀναμοχλεύει θεμελίους ἀγάπης. ναὶ μὴν οὐδ'
C αὐτῷ τὰ τοιαῦτ' ἔδοξεν ἀρεστὰ βασιλεῖ, ἔρεισμα κράτιστον ἐπαγγειλαμένῳ καὶ τεῖχος εἶναι μὴ ῥᾷστα μηδέσι ῥηγνύμενον παρ' ὅλον αὐτῷ καθίστασθαι ἀγῶνα. ὅθεν Εὐρίπου δίκην ἅπαντ' εὐθὺς ἐκεῖνα ἀνετρέπετο, καὶ κρατῆρες ὅρκων ἐκείνων ἀνεκίρναντό

2. πόρρω που et τῆς πόλεως em. Boiv. pro πόρρω τοῦ et τῆς πρότερον.

omnium maxime nostros, domi suae meminisse; ieiunos scilicet, et alium alio per urbem ituros, neglectos prorsus et incuratos, utpote qui per eam persecutionem erronibus urbe et domo carentibus pares evasissent. Etenim aequissimis illis iudicibus, qui se iuraverant conscientiam integram servaturos, tum demum placuit iudicia et tribunalia cognoscendi causa constituere, cum istos abdicationibus, ultima damnatione et suppliciis coërcuissent. Idcirco, cum ex bis decem capitibus tria tantum, eaque vix et perquam aegre, excussa essent, et in illis ipsis tribus Palamas victus publice esset, sequentia subsequuturae sessionis suffragiis reservata sunt. His ad eum exitum deductis, illum hominem refutandi finis factus, coetusque dimissus est.

3. At Palamas, cuius cogitata longe alium quam speravisset exitum sic derepente nacta fuerant, his acquiescere nullo pacto nec modum ponere arrogantiae suae poterat. Etenim vanae gloriae cupiditas, ubi ea re excidit quam appetebat, furiosae cuiusdam impudentiae mater efficitur, omnem animi libertatem captivam rapit, omnia caritatis fundamenta convellit. Sed nec imperatori ipsi illa placuerunt, qui firmissimum praesidium, et murum haud facile perrumpendum, per omne certamen fore se illi promiserat. Quamobrem illa omnia, Euripi instar, statim retro conversa sunt; sanci-

τε καὶ συνεχέοντο, καὶ εἰρηναίων ἐπαγγελιῶν ἐκείνων ἐπατοῦντο A. C. 1351
θεσμοὶ καὶ συμβόλαια. καὶ πάλιν βουλαὶ καὶ μελέται παλίνστρο- Imp. Io. Cantacuz. 5
φοι διεννυκτέρευόν τε καὶ κύβων δίκην ἀνερρίπτοντο. οὕτω μὲν
οὖν ἡγεμόνες ἐκεῖνοι, τῶν ἐφεξῆς συνεδρίων τὰς καθ' ἡμῶν εἰ- D
5 ληφότες μελέτας καὶ συσκευὰς, ὁποίας καὶ ὅσας ἱκανὰς ᾤοντ'
εἶναι, τήν τ' οἰκείαν ἀποτρίψασθαι δειλίαν καὶ ἅμα ἡμᾶς τὴν
ταχίστην ἀποσκευάσασθαι, πρὸς βάραθρον ἀφανείας ὠσάμενοι,
ἐκκλησίαν ἐκήρυττον, δίκης ὄνομα χρηστὸν ἀναθέμενοι γνώμαις
ἀδίκοις καὶ ἀνοσίοις (Β.) Καὶ παρῆμεν ἡμεῖς, πῶς μὲν οὐ P.
10 σφόδρα ἑκόντες, πῶς δὲ καὶ σφόδρα τοὐτί· ἄκοντες μὲν, ἐπεὶ
μὴ λέληθεν ἡμᾶς τὰ καθ' ἡμῶν, ἅ τε τὴν μελέτην ἔμπρακτον
ἔσχεν καὶ ἃ τὴν πρᾶξιν ἐν προθύροις ἔτι σφίσιν αὐλιζομένην
ἐταμιεύετο, καὶ μάταιον εἰς τοὐμφανὲς τὴν ἡμῶν παρεῖχεν εἰσα-
γωγήν· ἑκόντες, ὅτι πρὸς θεὸν βλέποντες, καὶ τὸν τοιοῦτον τῆς
15 ἀθλήσεως ὑπ' ἀθλοθέτῃ τρέχοντες ἐκείνῳ δίαυλον, τὰς ἀγαθὰς B
οὐκ ἐφεύγομεν τοῦ μέλλοντος ἐλπίδας, εἰ καὶ τὸ τῆς εὐσεβείας
κράτος, ἔτεσι πλείστοις καὶ βίβλοις ἁγίων μακραῖς κυρωθὲν,
ὃ παρὼν οὐκ ἠγκαλίζετο χρόνος· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ λέγειν
ἅπασαν ἄδειαν ἡμῶν τε ἀφαιρούμενος καὶ τοῖς δρᾷν εὐχερῶς
20 τὰ κατὰ βούλησιν ἔχουσιν ἔκτοπα χαριζόμενος τὰ τῆς ἀληθείας
ἀνάκτορα πᾶσιν ὅπλοις καθαιρεῖν τε καὶ λύειν ἠπείγετο, μήτ'
ἀκοῆς μήτε γνώμης οὐδεμιᾶς μήτε νέμεσιν θείαν μήτ' ἀνθρώπων C
προσδεχομένης αἰδώ. (Γ.) Τοῦ μέντοι βήματος οὕτω συγκρο- V. 510

23. προσδεχομένης Boiv. pro προσδεχομένην.

tum iureiurando foedus turbatum et confusum; pacificarum promissionum leges et pacta conventa pedibus conculcata. Tum rursus deliberationes et consilia per totam noctem versata in omnem partem ac tesserarum instar iactata sunt. Sic illi principes, cum de sessionibus deinceps futuris consultassent, machinasque et fabricas in nos apparassent, quales et quantas timori suo abstergendo, nobis vero funditus delendis ac pessumdandis pares fore arbitrabantur, concionem vocant, sententiis iniustis et impiis speciosum iustitiae nomen imponentes. (II.) Nos vero affuimus, partim nolentes, partim etiam volentes: nolentes quidem, quoniam structas nobis fraudes haud nesciebamus, sive eas quarum molitio ad exitum perducta esset, sive illas quae exsecutionem, velut in limine morantem, adhuc integram sibi reservabant, efficiebantque ut introduci nos inutile palam foret: volentes autem, propterea quod in Deum intuentes, et eo praemia statuente istud martyrii stadium currentes, bonas de futuro spes non refugiebamus; tametsi religionis auctoritatem, annis plurimis et Sanctorum libris multis firmatam, praesens tempus non admittebat, sed libertate ipsa dicendi nobis prorsus ablata, ac illis qui absurda quaelibet facile perpetrarent concessa, sacra veritatis praesidia demoliri et evertere omni armorum genere festinabat, nullis auribus, nullis animis, seu indignationis divinae metum, seu hominum reverentiam accipientibus. (III.) Conflato in

A. M. 6859 Ind. 4 τηθέντος, εἰδώς τε ἅμα καὶ ἰδὼν μεγάλῳ στρατηγουμένους θυμῷ τὸν βασιλέα καθ' ἡμῶν προοιμιάζεσθαι θέλοντα λόγους τὴν πρώτην, ὅσον ἐφικτὸν, ἀνέστελλον ἔφοδον ἔγωγ' αὐτὸς, ἐπὶ τὸ προκείμενον καὶ τὸ πρότερον ἴχνος τοῦ λόγου (φάσκων) ἐπανέλ-
D θωμεν, ὡς ἂν ὁ λόγος καθ' εἱρμὸν ὁδεύων λήξεσιν ἐντύχοι χρη- 5
στοῖς. οὐ γὰρ ἂν φθάνοιμεν ἄλλως κρημνοῖς καὶ φάραγξι καὶ σκοπέλοις ἀτόποις εἰπεῖν περιπίπτοντες, καὶ πλάνους ἀντλοῦντες τῶν Ὀδυσσέως χαλεπωτέρους· καὶ οὐ τέλος θορύβων ἡμῖν ὁ παρὼν ἔσται καιρὸς ἐγγυώμενος, ἀλλ' ἀρχὰς θορύβων ἐφ' ἑτέροις ἑτέρων, κἀπὶ διωγμοῖς διωγμῶν. ταῦτα παρὰ τὴν πρόθεσιν 10
τῆς ψυχῆς ἀκηκοότι τῷ βασιλεῖ, οὐ προθύμως μὲν οὐδ' ἀνεπα-
E χθέσιν ἤθεσιν, ἐνδιδόναι δ' οὖν ἐξεγένετο βραχύ τι, καὶ ὅσον ἀφοσιώσασθαι τὴν τῶν παρόντων ὑπόνοιάν τε καὶ νέμεσιν. (Δ.) Ὅθεν εἰσιὼν ὁ ἀναγινώσκων ἀρχὴν ἐποιεῖτο κεφαλαίων τὸ τέταρτον. τὰ γὰρ τρία τῇ προτεραίᾳ ἀνέγνωσταί τε καὶ κατέ- 15
γνωσται, μὴ δυνηθέντος τοῦ γεγραφότος καὶ βεβλασφημηκότος ἰατρεύειν οὐδὲν οὐδαμῇ, οὐ μᾶλλόν γε ἢ λίθοις ὀπτικὴν προσαρ-
F μόττειν δύναμιν. μόλις οὖν καὶ μετὰ μίλα μακροῦ τοῦ τῆς ψυχῆς ἀκουσίου λαληθῆναι συγχωρηθέντων ἑνὸς καὶ δυοῖν κεφαλαίων, ὁ Παλαμᾶς αἰσχυνόμενος αὖθις ἐπὶ μετρίοις οὐκ ἤνεγ- 20
κεν, ἅτε μᾶλλον ἤδη συνορῶν καὶ τῶν φίλων ἐπισκόπων ἐνίους ταραττομένους πρός γε τὸ ὑπερβάλλον τῶν ἐκτόπων ἐκείνων βλασφημιῶν, καὶ θορυβεῖν ἐπιχειρούντων ἐκεῖνο τὸ βῆμα, καὶ ἀπο-

hunc modum tribunali, cum et scirem et viderem imperatorem adversus nos praefari sic velle, ut in eius verbis magna dominaretur iracundia, primam ipse impressionem, quantum in me fuit, repressi: ac nos (dixi) ad propositum argumentum et ad institutam disceptationem prioribus vestigiis insistendo redeamus, ut haec disputatio ordine procedat, adeoque bonum exitum sortiatur. Alioqui facere haud possumus, quin praecipites ruamus, ac tanquam in voragines delati, aut ad scopulos allisi, in absurda incidamus, et erroribus gravioribus iactemur quam quibus ipse Ulysses: nec finem nobis, sed aliarum ex aliis turbarum persecutionumque initium, hodiernus dies spondebit. His imperator praeter sententiam auditis, de vehementia remisit; non quidem libenter, nec more eius qui haud gravaretur, remisit tamen paululum, quantum scilicet necesse erat ad suspicionem et indignationem eorum qui aderant amovendam. (IV.) Ingressus itaque lector a capite quarto exorsus est. Nam superiori die tria perlecta et damnata fuerant: ac nulli mederi is a quo scripta et impie pronunciata erant ullo modo potuerat, non magis quam lapidibus facultatem videndi accommodare. Cum igitur unum et alterum caput recitari aegre et voluntate admodum repugnante permissum esset, Palamas rursum pudore affectus non tulit amplius moderate, praesertim ubi dilectorum etiam episcoporum nonnullos vidit blasphemiarum illarum nimia insolentia vehementius iam commoveri, et illi tribunali turbas ciere, palamque

σκώπτειν πεπαῤῥησιασμένῃ καὶ ἀπαρακαλύπτῳ τῇ γλώσσῃ, μηδὲ δύνασθαι λεγόντων φέρειν τὰς τῶν ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων λοιδορίας, διὰ τὸ συσκιάζειν τοσούτους πειρᾶσθαι βλασφημιῶν θησαυροὺς, κἀκ τῶν ἀλλοτρίων κακῶν ἴδιον ὄλεθρον καρποῦσθαι ψυχῆς· ὥστε καὶ πάνυ τοι ἐλαχίστου ἐδέησεν ἐκπολεμωθῆναι κατ᾽ ἀλλήλων ἐκείνους, ἔριδος ἐξ ἀλλήλων μεριζομένων ἀλλήλοις ἐγγινομένης καὶ ἀναῤῥιπιζομένης ἀεὶ πρὸς τὸ μεῖζον, καὶ οὔσης λοιπὸν αὐτάρκους, ἡμῶν σιωπώντων, ἀπονητὶ πρὸς εὐδίαν τοὺς τῆς ἐκκλησίας κατευνασθῆναι χειμῶνας. (Ε.) Οὐ γὰρ ἔχων οὐδὲν ὑγιὲς ἀντιλέγειν ὁ Παλαμᾶς ἤχθετο, νῦν μὲν πρὸς ἐκείνους θυμομαχῶν καὶ βιαζόμενος ἀνήνυτα· νῦν δ᾽ ὀνειδίζων τῷ βασιλεῖ, καὶ φανερῶς προδοσίαν ἐγκαλῶν, παρὰ τὰς συνθήκας ὅλως ἐνδεδωκότι τοῖς ἐγκαλοῦσιν· ὥστε καὶ τοὺς παρόντας ἐρεθίζειν οἷς διεξίασι κατ᾽ αὐτοῦ. ὅθεν καὶ συχνὰ στρεφόμενος ἐπὶ τῆς καθέδρας οἷς μὲν διελοιδορεῖτο θρασύτερον μᾶλλον ἢ πικρότερον, καὶ πικρότερον μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν οἰκείαν λῆξιν ἕκαστον· οἷς δ᾽ ἠπείλει κολάσεις πικροτέρας μᾶλλον ἢ ἐδύνατο· νῦν δὲ ἐμήνυε κρύφα τῷ βασιλεῖ πρὸς οὓς διὰ τῶν θαλαμηπόλων τὴν ἀπόῤῥητον φλεγμονὴν τῆς ψυχῆς. (ς΄.) Ὁ δὲ (καὶ γὰρ οὐδὲ πρότερον τελέως ἀπείχετο συμμαχῶν αὐτῷ σποράδην κἀκ συγχῶν τῶν διαστημάτων ἀκροβολίζων καὶ ξιφῶν ὀξυτέρους λόγους καθ᾽ ἡμῶν καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ) ἀλλὰ νῦν ἁπάσας πύλας ἀναπετάσας ἐκείνης τῆς σκηνῆς καὶ τοῦ δράματος πρὸς ἐμφανοῦς κακίας καθ᾽ ἡμῶν ἐξερῴαγη πυρσὸν, οὐ θυραῖόν τινα τουτονὶ οὐδ᾽ ἐπη-

A. C. 1351
Imp. Io. Cantacuz. 5
P. 632
B
C
D

et aperte mordacibus dictis illudere, ac negare se principum privatorumque convitia posse ferre, ideo in se iacta, quod tot tantosque acervos blasphemiarum obumbrare conarentur, et ex alienis morbis suae ipsorum animae exitium colligerent: ut perparum abfuerit, quin sibi invicem bellum indicerent, orta inter dissidentes mutua contentione, quae magis ac magis instar ventilati incendii exardescens poterat iam sola, tacentibus nobis, tempestates ecclesiae sedare, et in serenitatem vertere. (V.) Etenim Palamas, qui nihil validi habebat quod reponeret, angebatur; ac nunc quidem cum illis stomachabatur et incassum saeviebat; nunc imperatori convitiabatur, eumque proditionis palam arguebat, quod accusatoribus, praeterquam convenerat, omnino cessisset, sic ut illi insectando se eos etiam qui aderant irritarent. Itaque e cathedra, corpore subinde huc illic converso, alios contumeliose obiurgabat, audacius quidem ille quam acerbius, et acerbius quam pro sua conditione singulos; aliis poenas minabatur graviores quam posset decernere: nunc denique imperatori per cubicularios, in aurem insusurrare iussos, arcanum animi dolorem furtim indicabat. (VI.) At hic, qui nec antea auxilium ei suum omnino denegarat, sed sparsim et crebris intervallis verba in nos gladiis acutiora pro eo eminus intorserat, tum demum, velut portis omnibus illius scenae et tragici spectaculi patefactis, aperti furoris flammam in nos effudit; non illam quidem foris

a. In seinem Glauben und Begehren eine Sicherheit, die [illegible] Zweifels in sich hat, [illegible] und [illegible] [illegible] [illegible]

δ' ἐκείνοις ἀναγκαῖα, ταῦτα κῆρες ἐπισφαλεῖς καὶ νοσήματα τοῖς A. C. 1351
tuisse coram exhiberi. Quippe (aiebam) nec divina Evangelia ab Apostolis, nec sapientum ecclesiae antistitum praeceptiones, nec sacra dogmata sic scripta sunt, ut in lucem edita haud fuerint; nec sic quidem edita sunt, ut tacita latuerint; sed et toto orbe, quacunque habitabilis est, praedicantur sine fine, et, mortuis iis qui scripserunt, permanent scripta immortalia, quovis cippo, quibuslibet simulacris perenniora: eaque non solum iis, qui utuntur, vivum et veluti spirantem fructum afferunt; sed et illorum, a quibus scripta sunt, voluntatem officiosamque providentiam perpetuo repraesentant, et veram ipsis immortalitatem tribuunt. Nempe ea est natura rerum sensilium, ut quia sensibus cognatae et quasi familiares sunt, idcirco ad sui perceptionem facile eos semper quasi mancipatos adducant, atque adeo ex utrisque coniunctis usus et opportune agendi sagax experientia colligatur. Eorum enim, quae in mundo sunt, iudex constituta mens vim suam nunc in caelum nunc in terram exercet, et rerum qualitates ope sensuum cognoscit; ac modo per tactum asperitates laevitatesque corporum, et quaecunque ei sensui a natura subiiciuntur, explorat et intelligit; modo per odoratum, quae suaveolentia sint et contra; modo per auditum voces modulatas percipit; modo per oculos variis colorum fucis interest; atque eadem praeterea hominum mores nunc linguae nunc scripturae ope assequitur, et quales ii sint discit. In iis sensibus duo prin-

ἔστι τε γὰρ καὶ ἀκουσιοκτονίᾳ τὸ τῆς ψυχῆς ἀδίκως μέρος, κἂν ἡ ὀξὺς τῶν ἀνθρώπων κρίσις τῶν τοιούτων ἀμαρτημάτων ἐπὶ τὸ σῶμα μόνον ἐκτείνηται· ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀδίκως ἀναιρεῖται, ὅταν ἀνθρώπου τὸ μὲν σῶμα καὶ τὸ ἐκ τούτου ἀναπνεόμενον ἀπὸ τῆς γῆς ἀνθρώπου ἀναιρεθῇ, τὸ δὲ κατὰ τὸν ἐπιστήμονα τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθὸν ἐν τῷ κατὰ τὸν ἀνθρώπινον λόγον ἐνεργείᾳ μένῃ· ἐπεὶ δὲ ἀκουσιοκτονίᾳ τὸ τῆς ψυχῆς ἀδίκως ἀναιρεῖται, ἀκουσιοκτονίᾳ ἄρα καὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου σῶμα ἀναιρεῖται, ὅταν ἀδίκως ἀναιρεθῇ. ἀλλὰ μὴν ἐπὶ τοῦ τῆς ψυχῆς ἀδίκως ἀναιρεθέντος ἀμφοτέρως ἐστὶν ἀκουσιοκτονία· ἐπὶ τοῦ τοῦ σώματος

A. M. 6859 Ind. 4 πεδα διὰ τῶν ὑγρῶν τῆς θαλάσσης ἀβύσσων ὡς δι' ἀνύδρων διαβιβάσας, καὶ τοὐναντίον αὖ διὰ τῆς ἀνύδρου πέτρας ῥεῖν ὑδάτων θαλάσσας παρασκευάσας. θεοῦ γὰρ κελεύοντός τε καὶ συναιρομένου, καὶ νόμοι λύονται φύσεως. ἢν δέ τις τῶν ἀπὸ τρυφῆς καὶ τῆς ὀψὲ κραιπάλης ἔωθεν ἀνατελλόντων ᾖ, ἀνάγκη νοσήματα φύεσθαι μοχθηρὰ καὶ παντοδαπὰ, καὶ διαφόρων εἰσαγωγὰς αἱρέσεων πρὸς τὴν καθεστῶσαν ἐκ παλαιοῦ πολιτείαν, καὶ ἀναλύσεις δογματικῆς ἁρμονίας, καὶ στάθμης ἁπάσης εὐνομουμένης. διόπερ οὐκ ἀταλαίπωρόν τινα καὶ μάλιστά τοι εὔωνον ἡγεῖσθαι
P. 655 χρεὼν τὴν τῆς ἀληθείας εὕρεσιν. οὐ γὰρ αὐτοσχέδια καὶ αὐτόματα φύεσθαι, καθάπερ τὰς ἐν τοῖς ἄλσεσι βάτους, ἴσμεν τὰ χρήσιμα· ἀλλὰ πόνοις παρέμιξε πλείστοις, καὶ κομιδῇ μακροῖς περιετείχισε τοῖς ἱδρῶσιν, ὅτιπερ κεφάλαιον τῶν τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν. τί δ' ἄλλο ψυχῇ τιμιώτερον ἀγαθὸν, ἢ πίστεως ἀκριβὴς ἀσφάλεια πρὸς θεόν; σώματος μὲν γὰρ νοσήματα παῖδας ἰατρῶν
B εἰσκαλοῦσι θεραπευτάς· κἂν μὴ εὐστοχεῖν τὸ σπούδασμα δόξῃ, τὸ βλάβος οὐ πάνυ τοι χαλεπὸν, οὐδὲ τοῦ παρόντος βίου μακρότερον· τὰ δὲ τῶν θείων δογμάτων ἀῤῥωστήματα οὐχ αἱμάτων ῥήγνυσι ῥύακας, ἀλλ' αὐτῇ γε αὐτόχρημα τῇ πίστει παρέχει τὴν βλάβην, ἀναίμακτον μὲν, ἀλλὰ μάλα τοι σφόδρα καιρίαν καὶ ψυχῆς αἰώνιον καὶ ἀθάνατον πράττουσαν θάνατον, ἧς κόσμος ἅπας οὐκ ἔστιν ἀντάξιος. διὸ παῤῥησιαστέον ἐστὶ τὰ τοιαῦτα,

14. πίστεως em. Boiv. pro πίστις.

numerabiles Hebraeorum exercitus per liquidos maris gurgites, velut per aridum solum, transmisit, et vicissim effecit, ut per aridam petram aquarum vis maxima flueret. Scilicet Deo iubente et adiuvante ipsae solvuntur leges naturae. At si is sit unus ex iis, qui ex luxu et nocturna crapula excitati mane expergiscuntur, profecto necesse est, perniciosos omnis generis morbos exsistere, et varias haereses in constitutam antiquitus disciplinam invehi, et harmoniam dogmaticam regulasque omnes legitimas abroleri atque dissolvi. Non debet itaque veritatis investigatio facili labore parabilis et minimo pretio venalis existimari. Nam quae utilia sunt, ea non videmus subito et sua sponte nasci, ut rubos in silvis. Quod autem summum est animi bonorum, id plurimos labores intermixtos habet, et maximis sudoribus obiectis praecluditur. Quid porro pretiosius animae est, quam religiosa et constans verae erga Deum Fidei observatio? Ad sanandos corporis morbos medici arcessuntur; qua quidem opera si minus successerit, damnum certe non adeo grave, neque hac mortali vita diuturnius futurum, accipitur. At ii morbi, qui ad dogmata theologica pertinent, quanquam sanguinis rivos ruptis venis non effundunt, Fidei ipsi plagam revera infligunt, incruentam quidem illam, sed maxime lethalem, sempiternum quippe et immortale exitium allaturam animae, cui nec totus mundus acquiparandus est. Quamobrem palam ista proferri, atque in primis illos,

καὶ πρό γε τούτων τοὺς ἐκείνους λιβέλλους, τὰς τῶν ἐπταισμένων A. C. 1351
μετανοίας κομίζοντας, ἵνα μὴ χεῖρον τῇ ἐκκλησίᾳ τὸ σχίσμα γέ- Imp. Io. Cantacuz. 5
νηται. εἰ δέ γε μὴ βούλοισθε, τίς ἔτι χρεία μαρτύρων; αὐτοὶ C
γὰρ αὐτοὺς ἀντὶ μυρίων ἑαυτοῖς ἐπ' αὐτοφώρῳ κατηγόρων ἐστή-
σατε, παῤῥησίαν μισοῦντες καὶ φῶς ἀληθείας ἀποστρεφόμενοι.
„πᾶς γὰρ ὁ τὰ φαῦλα πράσσων μισεῖ τὸ φῶς καὶ οὐκ ἔρχεται,"
φησὶ, „πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ φανερωθῇ τὰ πονηρὰ ἔργα αὐτοῦ."
(E.) Ἀλλ' ἐγὼ μὲν ταῦτ' εἶπον· οἱ δὲ τὰ μὲν νεογνὰ καὶ ἀρτι- D
γενῆ ψηφίσματα καὶ τὰς τομογραφίας ἐκείνας κομίζειν ὑπι-
σχνοῦντο· τούς γε μὴν ταῖς θείαις ἐκείναις καὶ οἰκουμενικαῖς τῶν
πατέρων συνόδοις ἀπαιτουμένους λιβέλλους, καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς
ἐπταισμένοις μετάμελον, τοῦτο δὲ καὶ μάλα ἥκιστα ἤρεσκεν.
ἀλλ' ὅλαις ἀπηγόρευτο γνώμαις, μήτε γραφῇ τοιαῦθ' ὅλως πρὸς
τοῦ Παλαμᾶ δοθῆναι, μήθ' ἡμῖν οὐδέσι μεταμελείας ἐφ' οἷς
ἥμαρτήκει τρόπους ἀγράφως γοῦν ἐπιδείξασθαι. καὶ πῶς γὰρ
ἀρέσκειν ἔμελλέ σφισιν, ὁμόφροσιν οὖσι καὶ ἅμα τὴν ὁμοίαν E
ὑφορωμένοις ἀπαίτησιν καὶ αὐτοῖς; ὅθεν ἐκεῖνοι μὲν ἀναστάντες V. 529
ἐπὶ τούτοις ἀπῇεσαν, τῷ τε βασιλεῖ καὶ πατριάρχῃ καὶ τοῖς λοι-
ποῖς ἐπισκόποις τὰ εἰρημένα ἀπαγγελοῦντες· ἡμεῖς δὲ τὴν χθὲς
καὶ πρώην καταδικασθεῖσαν ἡμῖν ἐρημίαν ἄγειν οἴκοι λελείμμεθα.

β'. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἐκείνοις ἀκούσασιν ἤρεσέ τε καὶ P. 656
δέδοκται δοθῆναι τὰ γράμματα ἡμῖν ἐκεῖνα. Παλαμᾷ δὲ φορ-
τικός τις καὶ παντὸς Ὀλύμπου βαρύτερος ὁ λόγος ἔδοξε καὶ μά-

1. ἐκείνου mavult Boiv.

qui poenitentiam erratorum praeferunt, libellos exhiberi oportet, ne peius schisma ecclesiae accidat. Quod si vos nolitis, quid iam opus est testibus? In manifesto scelere deprehensi, instar mille accusatorum ipsi contra vos statis, quatenus scilicet ingenuam fiduciam odistis, et veritatis lucem aversamini. „Omnis enim qui male agit, odit lucem, et non venit (inquit Christus) ad lucem, ut non manifestentur mala opera eius." (V.) Haec ego. Illi autem modo nata et recens in lucem edita decreta ac eum, qui scriptus erat, Tomum allaturos se promittebant. Verum libellos dare, et erratorum poenitentiam fateri, ita ut sacrosancta et generalia Patrum Concilia iuberent, minime iis placebat. Immo uno consensu omnes negabant, Palamam talia litteris consignata daturum ullo modo, aut cuiquam omnium nostrum vel sine scripto ostensurum esse se poenitentem eorum, quae peccasset. Ecquomodo autem hoc iis placuisset, cum illo consentientibus, et a se ipsis quoque similia nos repetituros esse suspicantibus? Itaque his transactis surgunt abeuntque, imperatori et patriarchae caeterisque episcopis, quae dicta sint, renunciaturi. Nos vero in ea solitudine, quae nobis aliquanto ante indicta fuerat, domi remansimus.

2. Ac caeteri quidem illi, audito responso, assentiebantur, et ea ipsa scripta danda nobis esse iudicabant. Palamae autem, id quod proponebatur, iniquum et quovis Olympo onus gravius ac proposito suo alienum

A. M. 6755 — A. D. 1247. lib. 6.

ἀλλὰ τὴν τῆς νυκτὸς. Ad sed ἀμφὶ τὴν ἕνην καὶ τὴν κατάλυσιν ἐκκλησιάσαι, τουτέστιν τὸ ἄγρυπνον, τοῦτο μὲν ἐκκλησιάσαι, τοῦτο δὲ ἐστιάσαι, τοῦτο δὲ ἀναπαύσασθαι. Ἐγγὺς δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἐπιτελεῖν, καὶ τὴν ἑορτὴν ἐπιτελεῖν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἐπιτελεῖν, καὶ τὴν ἑορτὴν ἐπιτελεῖν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἐπιτελεῖν. Ad ἐγγὺς δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἐπιτελεῖν, καὶ τὴν ἑορτὴν ἐπιτελεῖν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἐπιτελεῖν. Ad καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἐπιτελεῖν, καὶ τὴν ἑορτὴν ἐπιτελεῖν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἐπιτελεῖν. Ad καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἐπιτελεῖν, καὶ τὴν ἑορτὴν ἐπιτελεῖν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἐπιτελεῖν. Ad καὶ τὴν ἑορτὴν ἐπιτελεῖν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἐπιτελεῖν. Ad καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἐπιτελεῖν. Ad καὶ τὴν ἑορτὴ

καὶ τοῖς ἐν φυλακαῖς προσιέναι, καὶ λυπουμένους παραμυθεῖσθαι, A. C. 1351
καὶ ψυχροῦ διψῶντι διδόναι ποτήριον (ἐῶ τἄλλ' ὅσα καὶ βαρ- Imp. Io. Cantacuz. 5
βάροις ἔθνεσιν εἴθισται δρᾶν συμπαθῆ κοινῇ πρὸς ἅπαντας ὁμο-
φύλους καὶ ξένους, φυσικῆς ἀγούσης ὁλκῆς ἐς τὸ καμπτόμενον
τῆς ψυχῆς) οἱ δ' οὕτω μοι καὶ θηρίων ἑαυτοὺς κατέστησαν πι- P. 657
κροτέρους καὶ τῶν ἐπιταττόντων μακρῷ σκληροτέρους, ὥστε
μυριάκις ἂν εἱλόμην θηρίοις ἐν ὄρεσιν ἀγρίοις συνεῖναι, ἢ τοιού-
τοις ἀνδράσιν. οὕτω μοι καὶ τῶν ἀλλοφύλων ὠμότεροι κατέστη-
σαν οἱ πλησίον· οἵτινες καὶ ἐς τοσοῦτο θηριωδίας ἐξέκλιναν, ὡς
καὶ συκοφαντίαις ἑνίους τῶν τὴν αὔλειον τῆς οἰκίας ἡμῶν πα- V. 530
ριόντων περιβαλεῖν, ἐκ μόνης ὑποψίας ἀτεκμάρτου, πλασάμε-
νοι πρόσρησιν δῆθεν ἐκείνων ἡμῖν ἐγγενέσθαι ποτὲ, τὴν μηδαμῆ B
ποτε τολμηθεῖσαν. καὶ ταῦτα τίνες; οἱ φιλίας ἀπολελαυκότες
μακρᾶς καὶ ποικίλης ἐξ ἡμῶν, ἐν διαφόροις καιρῶν περιστάσεσι,
καὶ μηδὲν τῶν δεινῶν μηδεπώποτε πειραθέντες ὑφ' ἡμῶν· πλὴν
τοῦ κώλυμά σφισι πολλάκις καθίστασθαι τῆς τε καθ' ὅλων τῶν
ἱερῶν πραγμάτων δαπάνης καὶ τῆς ἑκάστων αἰσχροκερδίας.
(Δ.) Ἐκ γὰρ πάνυ τοι νέας καὶ παιδικῆς ἡλικίας, ἐμαυτὸν ἐγκα- C
θιδρύσας τῇδε τῇ μονῇ, παρέμεινα μέχρι καὶ ἐς τὴν τήμερον,
ἔτος ἀμείβων ἤδη τῆς ἡλικίας ἑξηκοστόν. καὶ πολλῶν μὲν ἐν μέ-
σῳ πρόξενος ἐγενόμην τῷ τόπῳ καλῶν, συναιρομένου θεοῦ·
πολλοὺς δὲ καὶ τῷ τὴν μονὴν εὐθὺς ἀναδεξαμένῳ καὶ ἐγκαινίζοντι

20. ἕβδομον καὶ πεντηκοστὸν coni. Boiv. 22. πολλὰ coni. idem.

se ipsum quisque, et eum qui in custodiis foret visitaturos, et tristem consolaturos, et sitienti poculum frigidae porrecturos se promiserant: omitto caetera humanitatis officia, quae et barbarae nationes praestare omnibus solent, popularibus pariter et peregrinis, naturali quodam affectionis pondere animos scilicet curvante. Hi autem adeo feris bestiis crudeliores et iis ipsis qui iubebant longe duriores in me ultro fuerunt, ut ego centies malim in montibus cum immanibus belluis, quam cum eiusmodi hominibus, versari. Adeo erga me alienigenis saeviores exstitere ii, qui proximi erant. Enimvero ab humano ad ferinum morem sic deflexerunt, ut et quosdam, qui propter domus nostrae vestibulum transiissent, calumniis involverint, simplici nempe coniectura et temeraria suspicione fingendo, eos alloquutos esse me, qui minime certe ausi fuerant. Quinam vero haec? Illi ipsi, qui variis et iniquis temporibus magnum et multiplicem amoris nostri fructum perceperunt, nulla autem re graves nos unquam experti sunt; nisi quatenus iis saepe obstitimus, ne totas res sacras impensis consumerent, et privatim quisque lucro turpi ditescerent. (IV.) Quippe ego a tenerrima et puerili aetate, cum in eo monasterio sedem mihi ipse fixissem, permansi ibidem usque ad hodiernum diem, quo iam sexagesimum aetatis annum excedo. Per illud tempus effeci, Deo iuvante, multa ut huic loco ornamenta accederent; ac illum, qui huius monasterii curam iam tum susce-

A. M. 6859 Ind. 4 φιλοτίμῳ γνώμῃ καὶ χειρὶ σοφωτάτῳ ἐκείνῳ ἀνδρὶ συνηράμην,
D ἐς ὅσα τε χρείας ἐκείνῳ καὶ ἡμῖν ἔδει καὶ ὅσα τὸ τοῦ φίλτρου δυνάμενον ἡμῖν ὑπηγόρευε. δι' ἃ μοι καὶ τὴν ἐπιτροπὴν καὶ τὴν τῶν τῆς μονῆς τιμιωτέρων καὶ ἀναγκαιοτέρων ἐπίσκεψιν πραγμάτων ἐπίστευσε, καὶ τρόπον τινὰ διάδοχον ἑαυτοῦ κατέστησε τε-5 λευτῶν ἐκεῖνος ἐνταῦθα. καὶ νῦν οὓς μὲν εὗρον ἀσκουμένους ἐλθὼν ἐξ ἀρχῆς ἦγαγε ἐνταυθοῖ, πάντες ἐκ πολλοῦ τὸν βίον ἀπολιπόντες εἰσίν· οἳ δ' εἰσὶ νῦν, πάντες εἰσὶν ἐμοῦ βουλομένου
E τὴν μονὴν ἄλλοτ' ἄλλως οἰκήσαντες τήνδε. (E.) Διὰ δὴ ταῦτα κἀκεῖνα φιλίας ἡμῖν οἱ σεμνοὶ πατέρες καὶ ἀδελφοὶ καὶ πνευ-10 ματικῆς ἀγάπης ὀφείλοντες ἐκτίνειν σημεῖα, οἱ δ' ὡς ταῦροι περιέσχον με, καιρὸν εἰληφότες, ὁποῖον ὡς ἔοικεν ἐπεζήτουν· καὶ ὡς ἐν ἀποκρύφοις οἰκοῦντες θῆρες ἔβρυξαν ἐπ' ἐμὲ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν, ἀντὶ ἀγαθῶν ἀνταποδόντες κακά. ἠνοίξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ
F στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος. ἐκραταίωσαν 15 ἑαυτοῖς λόγον πονηρόν. ἠκόνησαν, ὡς ῥομφαίαν, τὰς γλώσσας αὐτῶν. εἶπον, τίς ὄψεται; δεῦτε καὶ ἐξολοθρεύσωμεν αὐτὸν, καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ μνησθῇ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἔτι. νῦν γάρ μοι κατὰ καιρὸν καὶ τὰ τοῦ προφήτου λέγειν ἐπῆει. τὸν γὰρ ἅπαντα βίον αὐτὰ διϊόντι μοι πρότερον οὐχ οὕτω μαθεῖν ἀκριβῶς συνηνέχθη 20
P. 658 ταυτὶ πρὸς ἀκρίβειαν, ὡς ἀρτίως ἐκ πείρας αὐτῆς, ὁποίας ἐκεῖνος καὶ ὅσας ἔβοσκέ τε καὶ συνέθαλπε πικρῶς τὰς ἀθέλκτους λύπας ἐν ψυχῇ. μηδὲ γὰρ ἂν ἄλλως γινώσκειν δύνασθαι μηδένα

22. ἀθέλκτους em. Boiv. pro ἀθελήτους.

pit et id ipsum magnifice et larga manu instauravit, illum inquam sapientissimum virum adiuvi ad ea omnia, quae ambobus nobis usui futura essent, et quae amoris vis efficax mihi dictasset: quo factum, ut procurationem rerumque eiusce monasterii pretiosissimarum et maxime necessariarum inspectionem fidei meae commiserit, ac me heredem quodammodo suum hic moriens instituerit. Nunc quotquot huc primum adveniens religiosos reperi, ii omnes iampridem e vita excesserunt: qui hodie sunt, ii me volente omnes hoc monasterium alias aliter ingressi habitarunt. (V.) Ob has simul et illas causas, cum deberent reverendi Patres et Fratres amicitiae et caritatis Christianae signa rependere, iidem contra, sicut tauri, obsederunt me, occasionem nacti, qualem videlicet requirebant; et sicut in absconditis habitantes ferae bestiae frenduerunt super me dentibus suis, pro bonis retribuentes mala. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens et rugiens. Firmaverunt sibi sermonem malignum. Exacuerunt sicut gladium linguas suas. Dixerunt, quis videbit? Venite et disperdamus eum, et nemo meminerit nominis eius amplius. Nam mihi nunc illa prophetae verba in tempore usurpanda occurrunt: quae cum ego per totam vitam antehac recitaverim, nunquam ita penitus intellexi, ut nunc usu ipso doctus intelligo, qualem ille et quantam in animo aleret foveretque maeroris inconsolabilis acerbitatem. Neque enim videtur quis-

τῶν ὄντων καὶ γινομένων τὰς φύσεις ἐς τἀκριβὲς, μὴ διὰ πάντων A. C. 1351
ἐλθόντα πραγμάτων ὡς δεῖ, πεῖραν τὴν ἑκάστῳ προσήκουσαν Imp. Io. Cantacuz. 5
ἑαυτῷ ποριζόμενον. ἐντεῦθεν γὰρ οἶμαι καὶ τὰς ἀρχὰς εἰληφότας
τῶν πάλαι, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον γίνεσθαι φάναι γνώριμον. εἰ B
μὴ γὰρ ἀπέβαλέ τις θανάτῳ γονέας, οὐκ ἂν ἀντίληψίς τις τοῦ
πάθους προσήκουσα γίνοιτο τούτῳ, οὐδὲ γνῶσις ἀκίβδηλος,
ὁρῶντι τὰ ὅμοια πεπονθότα τὸν γείτονα· ἀλλὰ μενεῖ πρὸς τὸ
πάθος παρὰ τοσοῦτον ἀνάλγητος, παρόσον καὶ τοὺς ἐκ γενέ-
σεως ὁρῶμεν τυφλοὺς ἀναισθήτως διακειμένους, εἴ τις αὐτοὺς
ἐς χρωμάτων κρίσεις καλοίη. καὶ εἰ μὴ ἀλγηδόνας ὀδόντων ὑπέ- C
μεινέ τις, οὐκ ἂν ἄλλου πάσχοντος συναλγήσειε. καὶ εἰ μὴ ἐῤῥί-
γωσέ τις περιτυχὼν ἀκμῇ χειμῶνος γυμνὸς, οὐκ ἄν ποτε ῥιγούν-
των ἑτέρων αἴσθοιτο. χρῆναι γὰρ ἀνάμνησίν τινα γίνεσθαι καὶ
ἀναφορὰν ἀφ' ἑκάστων ὡς παρ' ἀρχέτυπον τὸ προπεπονθός. εἰς V. 531
δὴ τοιαῦτα πραγμάτων ναυάγια καὶ αὐτὸς ἐμπεσὼν τὰς ἐκείνου
φωνὰς ἀφίημι, καιριωτέρας οὐκ ἔχων εὑρεῖν· καὶ ὁμοίως ἐπι-
βοῶμαι θεὸν, ἐξελέσθαι με πονηρῶν καὶ γλώσσης δολίας καὶ D
συκοφαντίας ἀνθρώπων καὶ οὐ θηρίων. θηρία μὲν γὰρ αἷμα καὶ
σάρκα ἐσθίει, οὗτοι δὲ μυελοὺς δαπανῶσι ψυχῶν.

γ'. Ἀλλὰ γὰρ τούτων οὕτως ἐχόντων, συχναὶ παρῆλθον E
ἐκεῖθεν ἡμέραι, καὶ ὁ πατριάρχης ἦκεν ἡμῖν· οὐκ οἶδ', εἴτ' οἰ-
κοθεν, εἴτε βασιλέως προστεταχότος· ἦκε δ' οὖν· γράμμια μὲν

4. τοὺς πάλαι coni. Boiv.

quam earum rerum, quae sunt quaeve fiunt, naturam aliter posse explorate cognoscere, nisi in omnibus quatenus par est versatus, convenientem singulis notionem usu sibi comparaverit. Atque ex his (ut opinor) principiis ducto argumento, dixere veteres, simile simili innotescere. Si quis parentes morte sublatos non amiserit, is vicinum eiusmodi casu afflictum intuens, eum qui huic calamitati convenit sensum non habebit, nec veram cognitionem assequetur; sed eo in luctu doloris expers mansurus est; ut eos qui coeci sunt a natura, si ad diiudicandos colores advocentur, nullo eorum sensu affici videmus. Pari modo, nisi quis dentium dolores pertulerit, altero dolente non indolebit: nisi acutissimo hiemis frigori nudus expositus obriguerit, alienum frigus non sentiet. Oportet quippe singulos id quod ante passi sunt reminisci, et animum eo referre, tanquam ad primum aliquod exemplar. Itaque et ego, qui in similia rerum naufragia incidi, quoniam nullas invenio voces huic tempori convenientiores, eas ipsas profero, quibus ille usus est; et Deum pariter inclamans rogo, ut eruat me a malignis, et a lingua dolosa, et a calumniis hominum: hominum dico, non ferarum. Ferae enim sanguine et carnibus vescuntur; hi vero ipsas medullas animarum consumunt.

3. Haec cum ita se haberent, multis ex eo diebus elapsis, patriarcha ad nos venit: utrum sua sponte, an imperatoris iussu, nescio: caeterum

A. M. 6859 Ind. 4 οὐδὲν κομίζων ἡμῖν, ὧν ἀπῃτοῦμεν· προσηνῆ δέ τινα καὶ ἀστεῖα ἐπαγόμενος ἤθη, πειθοῦς ὡς ᾤετο δημιουργά, καὶ πλείστην ἔχοντα τὴν αἰδὼ πρὸς ἡμᾶς, παρὰ τὴν αὐτοῦ λίαν ὑπάρχοντα φύσιν. οἷς συνύφαινέ πως καὶ προὐβάλλετο, διὰ τὸ ἀνυσιμώτερον τῆς βουλήσεως, καὶ τὸ μακρὸν καὶ δυσχερὲς τῆς οἴκοθεν ὁδοῦ, τὸ σῶμα καχεξίας τινὸς ἐνοχλούσης τηνικαῦτα. κἄπειτα πολλά P. 659 μοι τἀγαθὰ ἐπηγγέλλετο, δέχεσθαι θελήσαντι τὴν τοῦ Παλαμᾶ κοινωνίαν ἀντιλογίας ἁπάσης ἐκτός. „τὰς γὰρ τοιαύτας ἀντιλογίας," ἔλεγεν, „Ὁμήρου καὶ Πλάτωνος εἶναι ἀκούω, τῶν σῶν διδασκάλων· οἳ σοφοὶ μὲν ἦσαν, ἀλλὰ μὴ δεξάμενοι τὸν Χριστὸν ἀπεκηρύχθησαν ὡς αἱρετικοί. ὥσπερ οὖν ὕστερον ἐλθοῦσαι αἱ σύνοδοι τῶν ἁγίων πατέρων καὶ ἀποστόλων καὶ προφητῶν κατέ- B λυσαν ἐκείνους, ἀγράμματοι ὄντες, οὕτω δὴ κἀγὼ ἀγράμματος ὢν τὴν σὴν καταλύσω σοφίαν· καὶ πληροῦται τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου· ποῦ σοφὸς, ποῦ γραμματεύς;" (B.) Λόγων δὲ κἀν- ταῦθα τοῖς ἄλλοις ὁμοίων δαπανηθέντων, διελύθημεν ἐν κενοῖς, μηδενὸς ὧν ἐκεῖνος ἐβούλετο γενομένου, καὶ ὧν ἕνεκα κεκοπίακεν. οὐδὲ γὰρ πολλῶν ἡμῖν ἐδέησε λόγων πρὸς ἄνδρα βαναυσώδη καὶ C ζάκοτον, καὶ τοῦ λέγειν ἁπλῶς προχειρότερον τὸ πλήττειν ἔχοντος καὶ γλώττῃ καὶ χειρί. διὸ τὰ τοῦ θείου πατρὸς Βασιλείου δανεισάμενος προὔτεινα καὶ αὐτὸς ἐν βραχεῖ, ὡς „ἔν γε τοῦτο τολμῶ καυχᾶσθαι ἐν κυρίῳ, ὅτι οὐδέποτε πεπλανημένας ἔσχον τὰς περὶ θεοῦ ὑπολήψεις· ἀλλ' ἣν ἐκ παιδὸς ἔλαβον ἔννοιαν περὶ

venit; scriptum quidem, cuiusmodi petieramus, nullum exhibiturus; blandos autem et urbanos mores afferens, ad persuadendum (ut putabat) accommodatos, et cum reverentia erga nos maxima coniunctos, atque adeo ab ipsius ingenio longe abeuntes. His ille, ut voluntas esset efficacior, alia attexebat, et laborem viae a domo sua usque longae ac difficilis obiectabat; eo scilicet tempore superatum, cum aliquo valetudinis vitio corpus laboraret. Deinde si vellem, posita omni verborum contentione, Palamae communionem admittere, multa mihi bona pollicebatur. „Etenim (inquiebat) istas contentiones Homeri et Platonis esse audio, tuorum magistrorum: qui sapientes quidem erant; at quia Christum non receperunt, idcirco ut haeretici proscripti sunt. Quemadmodum igitur subsequuta sanctorum Patrum et Apostolorum Prophetarumque concilia, qui homines erant illitterati, eos profligarunt; ita et ego, qui illitteratus sum, tuam sapientiam hodie profligabo: et adimpletur illud, quod dictum est per prophetam: ubi sapiens? ubi scriba?" (II.) Post sermones, prioribus haud dissimiles, illic quoque consumptos, frustra tandem discessum est; nec quae is fieri voluerat, et de quibus laboraverat, eorum quicquam est perfectum. Neque enim multa nobis oratione opus fuit apud hominem illiberalis ingenii, eundemque iracundum, linguaque et manu promptiorem ad feriendum quam ad dicendum. Quamobrem illa a sancto Patre Basilio verba mutuatus, breviter ipse quoque reposui: unum hoc saltem posse me in domino gloriari, opiniones de Deo falsas nunquam habuisse me; sed quam

θεοῦ παρὰ τῶν μακάρων γονέων μου καὶ τῶν θρεψαμένων ἐμὲ, A. C. 1351
ταύτην αὐξηθεῖσαν ἔσχον ἐν ἐμαυτῷ· πίστιν δὲ οὔτε παρ' ἄλλων Imp. Io. Cantacuz. 5
γραφομένην νεωτέρων παραδεχόμεθα, οὔτ' αὐτοὶ τὰ τῆς ἡμετέ- D
ρας διανοίας γεννήματα παραδιδόναι τολμῶμεν, ἵνα μὴ ἀνθρώ-
πινα ποιήσωμεν τὰ τῆς εὐσεβείας ῥήματα· ἀλλ' ἃ παρὰ τῶν
ἁγίων πατέρων δεδιδάγμεθα, ταῦτα τοῖς ἐρωτῶσι διαγγέλλομεν."
καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον. (Γ.) Ἐς δὲ τὴν ἐπιοῦ-
σαν παρῆσαν αὖθις ἐκεῖθεν ἀπεσταλμένοι συχνοὶ τῶν τῆς ἐκκλη- V. 532
σίας ἀρχόντων, καὶ μετ' αὐτῶν εἷς τις τῶν ἐμῶν μαθητῶν, ἄν- E
τικρυς ἄλλος τοῦδε· ὃς ἀφ' οὗ τὸ μοναδικὸν ἐνδέδυται σχῆμα,
ταὐτὸν ἐπεπόνθει καὶ οὗτος, ὅπερ ἐκεῖνος χερσὶν εἰληφὼς ἐκ τοῦ
δείπνου τὸν σωτήριον ἄρτον. ὡς γὰρ εἰς ἐκεῖνον εὐθὺς τὸν διά-
βολον εἰσελθεῖν ἐγεγόνει, παραπλησίως δὴ καὶ τἀνδρὶ τουτωῖ
σαφῶς ὁ αὐτὸς ἐπεπήδησε διάβολος, εὐθὺς ἀμείψαντι τὸ σχῆμα.
εἰς γὰρ κακότεχνον ψυχὴν χώραν οὐκ ἔχειν φασὶ καὶ χάριν θεοῦ.
τοσοῦτον γὰρ ταῖς ἄλλαις καθ' ἡμῶν ἐπιβουλαῖς καθάπαξ οὗτος F
ἐκεῖνον ὑπερβαλέσθαι πεφιλοτίμηται, ὡς μηδ' ἐνταῦθα γενόμε-
νον μόνον ἐᾶσαι τὴν πρόδοσιν Ἰούδαν ἐκεῖνον ἐγκαλεῖσθαι. ἀλλὰ
γὰρ πλείστους καὶ οὗτοι κενώσαντες λόγους, τὸν ὅμοιον τρόπον
τοῖς ἄλλοις, καὶ πλείστας τοῖς λεχθεῖσι τὰς ἀπειλὰς ἐπωκοδομη-
κότες ἀπῆσαν ἄπρακτοι καὶ αὐτοί. (Δ.) Καὶ ἅμα συνῆσαν
αὖθις συχνότεραι τῶν προτέρων παραγγελίαι παμπληθὲς, παρι-
οῦσαι τὰς πρὶν, ἐς τοὺς γείτονας φύλακας ἡμῶν· οὓς ἐπόπτας P. 660
ἡμῖν πικροτάτους ἐπέστησαν, πανόπτας δ' εἰπεῖν οἰκειότερον,

5. λογίζωνται edd.

olim puer a beatis parentibus et ab educatoribus notionem Dei accepissem, eam apud me auctam retinuisse: Fidem autem neque ab aliis recentioribus descriptam admittere, nec quae mens nostra parturiret, ea tradere aliis audere, ne humana per nos fierent verae religionis verba: sed quae a sanctis Patribus didicissemus, ea nos interroganti cuique annunciare. Et haec quidem ita se habuerunt. (III.) Postridie eius diei affuerunt rursus inde huc missi plurimi ecclesiae praesules: item cum iis discipulorum meorum unus, alius plane a discipulo. Scilicet huic, ex quo monasticum habitum induerat, idem contigerat atque illi, qui de Coena salutarem panem manibus apprehendit. Quippe ut Diabolus in illum statim introivit; ita et in hunc, post mutatam vestem, idem profecto Diabolus confestim insiluit. Nimirum in anima, artibus malis instructa, gratiam Dei negant locum habere. Adeo autem hic illum, aliis praeterea in nos structis insidiis, omnino superare certavit, ut nec in hac parte Iudam proditionis reum argui unum voluerit. Enimvero cum et hi multa, itidem ut caeteri, verba effudissent, et adiunctas dictis minas quamplurimas exaggerassent, ipsi quoque re infecta discesserunt. (IV.) Tum vero crebriora quam antehac et prioribus impensiora, velut facto agmine, mandata ad illos vicinos custodes nostros venerunt; ad illos dico appositos nobis acerbissimos explorato-

A. M. 6859 Ind 4. κατὰ τὸν ἀττικίζοντα μῦθον ἐκεῖνον· εἰ μὴ καὶ πολλῷ δεινοτέρους τούτους εἴπῃ τις ἄν· ὅτι ἐκεῖ μὲν ἑνί τινι ὄντι πολλοὺς παρέχουσιν ὀφθαλμούς· ἐνταῦθα δὲ πολλοί τινες ὄντες, καὶ διαφόρους καὶ πολυμόρφους τρέφοντες γνώμας, ἅμιλλαν ἔχουσιν ἐς
B τὸ πλείους ἄλλος ἄλλου φανῆναι τὰς ἐποπτικὰς κεκτημένος δυ- 5
νάμεις. (E.) Μετὰ πολλὰς δ' αὖθις ἡμέρας κατὰ δή τινα χρείαν ἐδέησε πατριάρχης ἰέναι ἐς τὴν καθ' ἡμᾶς αὖθις ἱερὰν μάνδραν· καὶ αὐτοπροσώπως μὲν τέως ἡμῖν αὐτὸς οὐχ ὡμίλησε, δι' ἀποστόλων δ', ὅσα καὶ πρότερον εἶχε πεφροντισμένος, μηδὲ νῦν τὰ ζητούμενα γράμματά μοι κεκομικώς. καὶ πάλιν ἦμεν ἐν 10
C τοῖς αὐτοῖς. κἀκεῖνος ἀπῄει λοιπὸν, τὰς τοιαύτας ἐλπίδας εἶναι γρηγορούντων μανθάνων ἐνύπνια.

P. 661 V. 533 δ'. Ἐκεῖθεν αὖθις ἡμέραι παρίππευον πέντε καὶ δέκα, καὶ ὁ τῶν φίλων ἡμῖν βέλτιστος ἐκεῖνος ἧκε Καβασίλας, λαθραίων καὶ ποικίλων βουλευμάτων πατριαρχικῶν ὁμοῦ καὶ βασιλικῶν 15 ἐπαγόμενος φόρτον, καὶ μηχαναῖς οἵονεί τισιν ἑλεπόλεσι πεφραγμένος ἐκεῖθεν παντοδαπαῖς, ἅτε συνετὸς καὶ πολυπράγμων ἀνὴρ
B καὶ ποικίλων ἵδρις πραγμάτων καὶ λόγων πολιτικῶν· σὺν δ' αὐτῷ καὶ τῶν πατριαρχικῶν ἀρχόντων εἷς, τοῖς πανόπταις ἐκείνοις καὶ δεινοῖς ἡμῶν φύλαξιν ἀκώλυτον ἐπιτάττων τουτωὶ τὴν εἴσο- 20
δον παρασχεῖν. καί μοι κατὰ τὸ εἰωθὸς προσειπὼν, εἶτα ἐκάθισε κύψας τὸ πρόσωπον εἰς γῆν. ἐμοὶ μὲν οὖν ἐμπαθέστερον ἔδοξε

7. ἡμᾶς em. Boiv. pro ἡμῶν. 9. πεφροντισμένος idem pro πεφροντισμένους.

res, vel (ut congruentius loquar) omnia videntes speculatores, quales fabula Attica memorat: nisi quis istos multo terribiliores idcirco dicat, quia uni homini multos oculos fabulae tribuebant, hic vero homines multi, iique diverso et multiplici ingenio praediti, inter se certant, quis quemque facultate videndi et plurium quasi oculorum perspicacia superaturus sit. (V.) Rursum multis post diebus patriarcha ad sacrum hoc nostrum hospitium se contulit, quo eum aliud quiddam negotii vocabat. Ac tum quidem haud per se ipse nobiscum coram colloquutus est; sed per internuncios ea significavit, quorum et prius iam sategerat. Scripta autem, qualia petieram, nec tum quoque ulla attulit. Nostrae itaque res eodem rursus statu fuerunt. Et ille, cum eiusmodi spes suas mera vigilantium somnia esse intelligeret, hinc denique abiit.

4. Elapsis exinde quindecim rursus diebus, nostrorum amicorum optimus ille Cabasilas venit, occultis et variis tum patriarchae, tum imperatoris onustus consiliis, atque inde omnigenis machinis, velut muralibus quibusdam tormentis, instructus; quippe qui vir esset intelligens, avidus multa agendi, variarum rerum peritus, nec in civilibus negotiis rudis orator. Ipsum comitabatur unus e patriarchalium ecclesiarum praefectis, qui nostris custodibus (isti porro erant oculei toti atque adeo terribiles) praecepit, ut huicce Cabasilae liberum ingressum praeberent. Hic autem, ubi me pro more suo salutavit, postea demisso in terram vultu consedit: et

τοῦτον διατεθῆναι, τὴν τῆς ἐμῆς οἰκίας εὐθὺς θεασάμενον συμ- A. C. 1351
φορὰν καὶ τὴν καινὴν τραγῳδίαν, καὶ διὰ τοῦτο καθ' ἑαυτὸν Imp. Io. Cantacuz. 5
γενόμενον ἐπὶ τούτου καθίσαι τοῦ σχήματος, ἡσυχῇ πάθος (ἐν- C
τὸς τὰς αἰσθήσεις εἰς τὰ τῆς ψυχῆς ἀπόῤῥητα στρέψαντα) καὶ
τὰς τῆς τύχης ἐν νῷ συνορῶντα μεταβολάς· πῶς ὁ τὰ πλεῖστα
φθεγξάμενος οἶκος ἄφθογγος ἐξαίφνης κατέστη; καὶ πῶς αἱ
τῶν ἀεὶ προσιόντων ἄλλοτ' ἄλλων σοφῶν συναυλίαι καὶ λογι-
καὶ πανηγύρεις καὶ τὰ σεμνὰ τῶν ἀγώνων ἐκείνων παλαίσματα
φροῦδα γέγονεν ἐν βραχεῖ; καὶ πῶς οἱ τῶν μαθηματικῶν πηγῶν D
ἀταμίευτοι ῥύακες νῦν ἀταμίευτα σιγῶσαν τὴν ἐρημίαν ἠλλάξαντο;
καὶ πῶς οἱ τῶν πολλαχόθεν ἀποριῶν καὶ λύσεων τῆς ἀστροθεά-
μονος σοφίας δίαυλοι νῦν ἐν τοῖς τῆς λήθης ἐκρύβησαν τάφοις;
ἐμοὶ μὲν οὖν τοιαῦτ' ἐδίδου τὸ σχῆμα τοῦ φίλου λογίζεσθαι,
καὶ ὅσα πλείω τούτοις ἕπεται. (B.) Διὸ καὶ λέγειν ἀρξάμενος
ἔγωγε περὶ μὲν τῶν ἡμετέρων ἥκιστά σε, φίλων ἄριστε, χαλε- E
παίνειν ἔφασκον εἶναι χρεών, ἐπεὶ μηδὲν τῶν ἐν βίῳ χρηστῶν ἀμι-
γὲς οὐδ' ἄκρατον ἔχει τὸ χαῖρον· ἀλλὰ μέμικται πάντα πρὸς τοῦ
Θεοῦ, καθάπερ χαλινῷ τινι τὴν διαμονὴν τοῦ φρονεῖν ἐν μέτροις
κατέχοντος· εἶναι γὰρ παγχάλεπον, εὐροοῦντα ταῖς ἀμωσγέπως
μακαριζομέναις τύχαις τοῦ βίου μένειν ἐν τῷ καθεστῶτι τοῦ
ἤθους. περὶ δὲ σοῦ μοι θαυμάζειν ἔπεισι, πῶς τοσούτου χειμῶ-
νος τὰ τῆς ἐκκλησίας ταράξαντος δόγματα, ἥκιστα γινώσκειν P. 662
τοῖς φίλοις ἡμῖν, οἷς τὰ μάλιστα θαῤῥεῖν ἐδόκεις, οὔπω δέδω-

quia domus meae calamitatem novamque tragoediam conspiceret, visus est mihi plus solito commoveri, atque ideo ad se reversus hocce corporis habitu sedisse, sensus externos ad animi secreta convertisse, et cum nostros casus ac fortunae vicissitudines tranquilla mente considerasset, in haec fere verba erupisse: Quomodo quae tot vocibus personuit domus, derepente obmutuit? quomodo coetus illi, ad quos alii alias semper accedebant sapientes, quomodo rationales illi conventus et veneranda illa certamina subito evanuerunt? quomodo disciplinarum fontes, qui tot scientiarum rivulos omnibus fundebant, nunc in profundam et tacitam solitudinem commutati sunt? quomodo denique illae subinde recurrentes quaestionum ac solutionum astronomicarum exercitationes iam oblivione deletae sunt? haec, et alia plura his consimilia, mihi cogitanda obiiciebat amici nostri habitus. (II.) Itaque loqui exorsus, „calamitates (inquam) nostras aegre ferre non debes, amicorum optime, quandoquidem nullum est hac in vita commodum, quod puram et plane sinceram laetitiam afferat: quinimo Deus omnia commiscuit, atque ita nos fraeno quodam coërcet; ne quid nimis, sed ad mediocritatem semper sapiamus. Si quis enim utcunque prosperis fortunae flatibus utatur, is animi morumque constantiam difficillime conservat. Illud autem mihi permirum accidit, quod cum tanta tempestas ecclesiae dogmata perturbarit, nos amicos tuos, quibus confidere maxime

A. M. 6859 Ind. 4 κας ἡμῖν οὐδὲν ἀκριβές· ἀλλ' ἀφῆκας παντοδαπαῖς πλανᾶσθαι φήμαις, καὶ ἀμφισβητεῖν, πότερον τοῖς ὅροις ἐκείνοις ἐμμένεις καὶ σὺ, καθάπερ ἡμεῖς· ἢ καθάπερ θυέλλης τῆς τοῖς δόγμασιν ἐνσκηψάσης νῦν καταιγίδος, καὶ ἄλλων ἄλλοθι φερομένων, καθάπερ τῶν πλοίων τὰ ἀκυβέρνητα, φέρων καὶ σὺ σαυτὸν τοῖς
B ἐναντίοις ἐπέρριψας, καὶ γλώττης ἀφειδῶς καθ' ἡμῶν ὁμοίως ἔχεις ἐκείνοις. καίτοι γ' ἀνάγκην ἥκιστ' ἴσμεν οὐδεμίαν βίᾳ περιοῦσαν, πείθειν τῇ θρησκείᾳ καὶ τὴν φιλίαν ὁμοῦ συνεξίστα-
V. 534 σθαι· ἐπεὶ καὶ Λιβάνιον, Ἕλληνα τὴν θρησκείαν ὄντα, Βασιλείῳ φίλον εἶναι ἐνῆν τῷ μεγάλῳ· καὶ τοιούτων ὁ βίος γέμει
C παραβολῶν. Ἔπειτ', οὐδὲ θέλων, τῷ Παλαμᾷ προστίθεσθαι δυνηθείης ἄν. οἶσθα γὰρ ὡς Ἰωάννῃ τῷ πατριάρχῃ ζῶντι συχνὰ καὶ μετά γε πολλῆς τῆς αἰδοῦς προσιὼν, αὐτὸν μὲν τοῖς ἁγίοις συνέταττες ὅλαις προθέσεσι τῆς ψυχῆς· Παλαμᾶν δ' ὁμοῦ βασιλεῖ Καντακουζηνῷ πάσαις ἔπλυνες ὕβρεσι νύκτωρ καὶ μεθ'
D ἡμέραν, καὶ ἀσεβῶν ἀσεβεστέρους ἁπάντων ἐκάλεις· καί σφισι ταχὺν τὸν ἀφανισμὸν ἔσεσθαι προὔλεγες· ὡς ἥκιστα μάλα σοι περίστασθαι νῦν, τὴν πρὸς τἀναντία μεταβολὴν ἁρμόττουσαν εἶναι, συνέσεως οὕτω καὶ γήρως ἔχοντι, καὶ συνορᾷν δυναμένῳ τῆς αἰσχύνης τὸ μέγεθος. ποῖον γὰρ ἔτι χρόνον τῶν καθηκόντων ἀναμενεῖ τις σύμβουλον, ἐν τοιαύτῃ γεγονὼς ἡλικίᾳ; καὶ πάσαις μὲν γὰρ ἡλικίαις καὶ τύχαις ἀνάγκη φόβον εἶναι θανάτου, ἀγνωσίᾳ μυστικῇ τοὺς κανόνας ἡμῖν τῆς ζωῆς τοῦ θεοῦ συγκαλύπτον-

2. ἐμμένεις corr. Capp. pro ἐκμείνεις.

videbaris, necdum feceris certiores, sed variis huc illuc abduci rumoribus et dubitare permiseris, utrum, quemadmodum nos, tu quoque in illis definitionibus permaneas; an vero, cum veluti procella quaedam vehemens ecclesiae dogmatibus incubuerit, et alii alio ferantur de more navigiorum, quae gubernaculo carent, in adversariorum partes te ipsum conieceris, nec parce linguam adversus nos acuas, sicut illi hactenus acuerunt. Atqui tamen nullam novimus esse necessitatem, quae adigat ut simul cum religione amicitia ipsa deponatur; quandoquidem Libanio, ethnicae religionis cultori, amicitia cum magno Basilio esse potuit: et humana vita huiusmodi exemplis referta est. Adde quod Palamae, nec si velis quidem, assentiri queas. Nam, ut nosti, ad Ioannem patriarcham multa cum reverentia saepe accessisti, eumque tota intentione animi Sanctis annumerabas; in Palamam autem et imperatorem Cantacuzenum omnia maledicta diu noctuque conferebas. Vocabantur isti a te omnium impiorum maxime impii: quos etiam de medio confestim sublatum iri praedicebas: ita ut non amplius iam te deceat in alteram partem converti, cum tantam prudentiam et senectutem adeptus fueris, et facile perspicere valeas, quantum in re dedecus exinde sit redundaturum. Qui enim eo aetatis provectus est, quale tempus exspectabit, quod eum sui officii admoneat? Nam cum omnis aetatis et fortunae hominibus timenda sit mors, eo quod vitae nostrae metas mystica quadam ignoratione Deus obvelarit, tum maxime iis timenda est, qui

τος, μάλιστα δὲ τοῖς τὸν ἔσχατον οὕτως ὅρον τῆς ἡλικίας σκηνο- A. C. 1351
βατοῦσιν· ὅτε μάλιστα καὶ τῆς ἀκμῆς ἐκείνης ἡ πανήγυρις ἤδη Imp. Io. Cantacuz. 5
σβέννυται, καὶ τὸ τῶν μακρῶν ἐλπίδων ὡς τὰ πολλὰ παρατρέ- E
χει θέατρον. ὃ δὴ κἀπὶ νοῦν ἀεί μοι στρέφοντι τῶν ἀνδριαντο-
ποιῶν τε καὶ τῶν ζωγράφων ἐκείνους ἐπῄει θαυμάζειν, ὅσοι τῆς
χρονικῆς περιόδου τὸ τάχος μιμεῖσθαι διὰ τῆς τέχνης ἐθέλοντες
ἄνδρα ποιοῦσιν ὀπισθοφάλακρον μὲν ὡς ἐπίπαν, οὐ δ' ἀναφα-
λαντίαν· ἀλλὰ μέτωπον προϊσχόμενον λάσιον, καὶ κόμην ἐκεῖθεν
μακρὰν καθειμένον. τἄλλα γὰρ ὄντες σοφοὶ μόνης λείπονται F
φωνῆς ἐνταυθοῖ, καὶ ταύτην ἥκιστα βαφαῖς ταῖς ἐκ χρωμάτων
δύνανται μιμεῖσθαι. ὅθεν σιγῶσαν οὕτωσί πως ἱστᾶσι νομοθε-
σίας εἰκόνα, καὶ ἀνεκλάλητον κήρυκα πᾶσιν ἀεὶ διανέμουσιν, οἷς
ἐῤῥᾳθυμημένον τὸν βίον ἀνύειν οὐκ ἔστιν αἰδῶς, μονονουχὶ
βοῶντες, ὡς κατόπιν ἰοῦσι τριχῶν οὐ παρέξει λαβὴν ὁ Καιρὸς,
ἀλλ' ὄλισθον καὶ ἀποτυχίαν τοῦ ποθουμένου μακρὰν, τῆς ἐμ- P. 663
προσθίας ἤδη τοῦ χρόνου λαβῆς παρεῤῥυηκυίας, καὶ ὅλως ἀπη-
γορευκυίας ἅπαν τὸ ἁμιλλώμενον. (Γ.) Ἐγὼ μὲν δὴ ταῦτ' εἰ-
πὼν ἐπεπαύμην. τῷ δ' εὐθὺς ἀρχομένῳ λέγειν, ὧν ἡμῖν εἰκάζειν
ἐκείνου ἐπῄει διὰ φιλίαν ἀρχαίαν, γνώρισμα τῶν ἁπάντων τοῖς
λεγομένοις ὑπῆρχεν οὐδὲν, ὅ,τι μὴ πᾶν τοὐναντίον. καὶ γὰρ τὰ
λεγόμενα πικρίαν ὑπέφαινεν οἰκουροῦσαν ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ μάλα B
τοι σφόδρα βαθεῖαν· οὐχ οἵαν ἐπισπείρουσι βίων τινῶν περι-

14. Verba *ἰοῦσι — τὸ ἁμιλλώμενον* Capp. supplevit ex libri XIII. c. 1.
19. *ἐκείνων* legebatur, quod Capp. post *ἁπάντων* poni vult.

terminum vitae et ultimum actum sic velut in scena produnt: quando praesertim festivus ille vigor aetatis exstinguitur, et quae nos diu spes praeclarae luserant, earum fere theatrum praeterlabitur. Quod animo dum semper mecum voluto, statuarios illos et pictores admirari subit, qui velocem convertentis sese temporis cursum exprimere arte sua cum volunt, hominem effingunt, occipiti quidem omni ex parte glabro, nec plane tamen calvo capite, sed fronte hirsuta, e qua promissiores comae pendent. Nam licet alibi quoque magnum peritiae suae specimen exhibeant, hic ipsam duntaxat vocem non assequuntur; quam quia colorum pigmentis exprimere nequeunt, ideo tacitam legis imaginem sic fere proponunt, et mutum praeconem perpetuo praebent omnibus iis, quos desidiosam vitam vivere non pudet: quibus etiam tantumnon clamant, Occasionem post terga euntibus praebituram non esse capillos arripiendos, sed lubricum, et longam a voto aberrationem, ubi anterior temporis ansa iam fuerit elapsa, et id omne, de quo certabatur, penitus interdixerit." (III.) His dictis, ego quidem loquendi finem feci, cum vero loqui Cabasilas inciperet, coniiciebam ab eo illa dictum iri, quae vetus amicitia nostra postulabat: sed horum nullum vestigium in eius verbis apparuit; imo prorsus contraria protulit. Nam quaecunque dixit, profundissime desidentem in eius anima subindicabant acerbitatem; non qualem adspergunt seu rerum humanarum vices quae-

A. M. 6859 Ind. 4 στάσεις, ἔξωθεν ἐπεισρέουσαι, καὶ πόλεων πραγματικαὶ συμφοραὶ, τὸ πεδίον νεμόμεναι τῆς ψυχῆς· ἀλλ' οἷαν ἀδοξοῦντες βλαστάνουσι λογισμοὶ, τὰ πρεσβύτερά τε καὶ πολυχρονιώτερα τῶν νοσημάτων ἐμφωλεύοντα πάλαι προκατέχοντες, ὧν πατὴρ καὶ δημιουργὸς τὸ τῆς φιλοτιμίας ἀστάθμητον. εἶναι γὰρ τὴν φιλο- 5
C τιμίαν μέγα τι ψυχῆς ἐμπύρευμα πρὸς τὰ καλὰ μὲν, ὅταν ἀκαπήλευτον κομιδῇ τῆς κρίσεως ἐξάγῃ τὸν τόκον· ὅταν δὲ κενοδοξίαν κατασπῶσιν ἐφεδρεύουσαι κῆρες, ψυχῆς λελῃθότα νοσήματα, τότε δὴ μακρός τις γίνεται τοῦ παρόντος λόγου λόγος, εἴ τις ἔξωθεν ἀπαθῶς συνορῴη· καὶ ὁ πρὶν θαυμαζόμενος ἐπὶ τῷ 10
D μὴ θαυμάζειν πλοῦτον καὶ τρυφὴν καὶ τύχης εὐγένειαν φαυλίζεται μᾶλλον ἐπὶ τῷ μὴ φαυλίζειν κενοδοξίαν, μηδὲ τὸ κακὸν ἡγούμενος ἄδοξον, ἀλλὰ τὸ ἄδοξον κακὸν, κατὰ τὰ ἀντίστροφά τε
V. 535 καὶ τὴν θέσιν ἐκ διαμέτρου λαχόντα. ἔλαθε γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν οἰκείῳ καὶ ἐγκαρδίῳ πυρὶ καταστρατηγούμενος, καθεύδοντι μὲν 15
ἐπὶ μακρὸν ἐνίοτε χρόνον δι' ἔνδειαν ὑπεκκαύματος, ἀναλάμποντι δ' ὀψὲ, καιροῦ καὶ τύχης οὐρίου τινὸς δραξαμένου πνεύ-
E ματος. ἐπεὶ καὶ εἴωθεν ὡς τὰ πολλὰ πολλάκις ἡ τῶν ἐπαίνων ἔκπτωσις πρὸς μανιῶδες ἦθος ἐρεθίζειν τὸν ἐραστὴν καὶ ζηλότυπον, καὶ διὰ τῶν χρονικῶν ἐλέγχων ἐναργέστερον παριστᾷν, 20
εἴδωλον ἀρετῆς καὶ οὐδαμῶς ἀρετὴν εἶναι τὸ μέχρι νῦν αὐτῷ διωκόμενον, καθάπερ τὰ μυθευόμενα πάλαι περὶ νεφέλης ὁμοῦ καὶ Ἰξίονος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν σιγῆς ἐρρίφθω βυθοῖς. ἐπανιτέον δ'

9. μικρός coni. Capp. 17. δραξαμένῳ coni. Capp.

dam extrinsecus ingruentes; seu civilium negotiorum exitus tristes, unde dolor per totam animam serpit: sed qualem producunt animae degeneres, quae antiquos et diuturniores morbos iam pridem apud se delitescentes retinent: quorum pater atque opifex est levis et inconsideratus gloriae amor. Illa enim gloriae cupiditate, quasi quodam ignis sopiti suscitabulo, ad res honestas anima vehementer accenditur, quando purum ac valde sincerum iudicii fructum profert: sed cum vanam gloriam eliciunt exitiales morbi, qui in anima latenter insident, tunc alia plane res est, si quis foris, velut spectator, absque ulla perturbatione animi consideret: et qui prius magnam sui admirationem concitabat, eo quod divitias, delicias, et fortunae nobilitatem non miraretur, is contemnitur magis, eo quod vanam gloriam non contemnat, neque vitium in ignominiae loco ponat, sed contra potius ignominiam vitii loco habeat: neque vero animadvertit, se domestico et intestino igne opprimi; qui nonnunquam fomitis et suscitabuli defectu diutius sopitur, sed ubi sero tandem casus tulit et sese dedit occasio, secundum quempiam ventum nactus, relucet. Nam laudum iactura saepe solet ad furiosam indolem suscitare gloriae amatorem et aemulatorem; qui sic progressu temporis manifestius convincitur, non ipsam virtutem, sed eius inane simulacrum, hactenus fuisse persequutus: qualia fere sunt quae de nube et Ixione veteres fabulantur. Sed haec quidem silentio obruantur;

ἐκεῖσε. (Δ.) Πρὸς γὰρ λόγων κατάστασιν ὁ φίλος ἐντεῦθεν, καὶ τὰ πρὶν ἐπικαλύμματα παρωσάμενος ἅπαντα, πᾶς τῶν ἐγκωμίων ἐγίνετο καὶ θειασμῶν τῶν τοῦ Παλαμᾶ καὶ ὅσα ἐγγέγραπται οἱ ταῖς βίβλοις. „πάντα γὰρ αὐτῷ μοι," φησὶ, „τεθέαται πρὸς ἀκρίβειαν, καὶ ἐξήτασται τελεώτατα· καὶ ὅλως οὐδὲν οὐδαμῇ συννενόηται, οὗ καθάπτεσθαι ἔξει τις τῶν ἁπάντων ὁπώσποτε καὶ ὁπωσοῦν, κἂν πάντα λίθον θέλῃ κινεῖν." καὶ ἅμα ταῖς τοιαύταις ηὔχετο συναποθνήσκειν ὁμολογίαις, καὶ ὑπὲρ τούτων ἕτοιμος εἶναι μυρίας κακώσεις ὑφίστασθαι. (Ε.) Ἐγὼ δ' ὑπολαβὼν „ἠξίουν ἕνια πρὸς τὸ σαφέστερον ἀναπτύσσειν, μηκύνοντά πως τὴν ἔνδειξιν, ἵνα καὶ αὐτὸς τελεώτερον ἔχω γινώσκειν, εἰ ἀληθῶς ἀνέγνως ἐκείνου τὰς βίβλους, καὶ εἰ ἔγνως ἀναγνούς, καὶ ὁποῖόν τί σοι τὸ τῶν ἐπαινουμένων κεφάλαιον πέφυκε. καὶ στρατιώτης γὰρ οὐχ ἵππον ὅτι ἐξ ἵππου ζητεῖ, ἀλλ' εἰ τῶν ἐπαινουμένων τις εἴη, καὶ ἅμα πρὸς τὴν χρείαν ἔργοις ἁρμόττων αὐτοῖς." ἅμα δ' αὐτῷ παρεισῆγον καί τινας ῥήσεις τῶν ἐκείνου βλασφήμων βιβλίων ἐγώ. „Ἱκανὰ μὲν οὖν," φησὶ, „καὶ ταῦτα πεῖσαι, μήτε κτιστὴν ὑπάρχειν τὴν διδομένην καὶ λαμβανομένην τοῖς κεχαριτωμένοις τοῦ πνεύματος χάριν τε καὶ ἐνέργειαν (αὕτη γάρ ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον) μήτε τὴν οὐσίαν εἶναι τοῦ πνεύματος." καὶ μετ' ὀλίγον· „αὕτη γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἡ θεία μετεχομένη τε καὶ λαμβανομένη φύσις ἢ φυρμὸν πείσεται, ἢ τὴν παθητὴν ἐξαναλώσει φύσιν, πρὶν ἂν ληφθῇ." ὁρᾷς πῶς τὴν ἔνσαρκον οἰκονο-

A. C. 1351
Imp. Io. Cantacuz. 5
F
P. 664
B
C

14. εἰ coni. Capp. pro ὅτι.

iam vero redeamus ad illud unde divertimus. (IV.) Cum enim sermonem instituere contendisset Cabasilas, sublatis quibus antea sese occultabat involucris omnibus, totus fuit in laudando Palama, totus in celebrandis libris, quoscunque Palamas composuisset. „Hos enim omnes," inquit, „diligentissime perpendi, neque uspiam in eis deprehendi quidquam, quod ex omnibus hominibus possit quis quomodocunque carpere, licet omnem movere lapidem voluerit." Hac etiam in confessione immori optabat, pro qua infinitas perpeti calamitates paratum se iactitabat. (V.) Cui ego respondi: „Vellem sane, ut ad maiorem horum demonstrationem quaedam clarius explicares; ut et ego plenius cognoscere valeam, an re ipsa Palamae libros legeris, an lectos intellexeris, et quaenam sit eorum summa, quae in iis laudas. Nam nec miles quaerit, an suus equus ex equo natus sit, sed an generosus et laudabilis, an utilis et aptus ad opera necessaria." Tum illi simul adduxi quaedam loca e blasphemis Palamae libris deprompta, quae sic habent. „Haec," inquit, „sufficiunt ut persuadeatur, neque creatam esse Spiritus sancti gratiam et operationem, quae accipitur et datur iis, quos ea donare Deus voluerit (haec enim est Spiritus sanctus) neque etiam esse Spiritus sancti substantiam." Et paulo post: „si ipsa per se ipsam divina natura participetur et recipiatur, aut mixtionem patietur, aut patibilem naturam absumet, antequam recepta fuerit." Vides quomodo incar-

A. M. 6859 Ind. 4 μίαν σαφῶς ἀναιρεῖ, καθὰ καὶ ἀνωτέρω που δεδείχαμεν; καὶ πάλιν· „τί ἔτι σύνθεσιν δέδοικας ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἐνεργειῶν ἀκτίστων οὐσῶν τε καὶ λεγομένων; πολλῷ μᾶλλον δέδιθι, μὴ κτίσμα ποιήσῃς τὸν Θεὸν, τὰς αὐτοῦ φυσικὰς ἐνεργείας ἡγούμενος κτιστὰς, ὡς διαφόρους τῆς οὐσίας." καὶ πάλιν· „ἡμῖν δ' D οὐδεμία ποτ' ἔσται λέξις ἀποχρῶσα πείθειν, τὰς ἐνεργείας τοῦ θείου πνεύματος, ἃς ὁ Προφήτης κεφαλαιωδῶς ἑπτὰ προσεῖπε, μετὰ τῶν κτισμάτων τάττειν. τῶν δὲ θείων καὶ φυσικῶν τοῦ Θεοῦ ἐνεργειῶν μία καὶ ἡ κρίσις. ἆρ' οὖν καὶ αὕτη τῶν κτισμάτων ἐν, καθὰ Ἀβραὰμ ἔφη· ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν οὐ ποιήσεις κρίσιν;" καὶ πάλιν· „πῶς οὐκ ἄκτιστος ἡ χάρις, δι' ἣν καὶ E οἱ μετεσχηκότες αὐτῆς ἄναρχοι καὶ ἄκτιστοι καὶ ἀτελεύτητοι καὶ ἀΐδιοι;" (ς'.) Ἐμοῦ δὲ καὶ πλείους πολλῶν τῶν τοιούτων ἐκείνου βλασφημιῶν παρενείρειν ἐθέλοντος, ἀνέκοψε τὸν λόγον ὁ φίλος, καὶ μακροὺς τοῦ Παλαμᾶ διεξῆλθεν ἐπαίνους. ἔπειτα πρῶ- V. 536 τον μὲν κἀκεῖνος ἀκτίστων ἐνεργειῶν εἶναι πλῆθος σαφῶς ὁμολόγει τε καὶ ἐπῄνει, τῆς οὐσίας πάντη διωρισμένας. δεύτερον δ', F ὅτι πνεῦμα ἅγιόν τε καὶ ἄκτιστον οὐχ ἓν ἔλεγεν εἶναι, οὐδ' ἑπτὰ μόνον (ὁποῖα καὶ τῷ Χριστῷ προείρηκεν Ἡσαΐας ἐπαναπαύσεσθαι) ἀλλ' ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, καὶ ὅσα πρὸς τούτοις δύναιτο ἄν τις τῇ διανοίᾳ περιλαμβάνειν, καὶ ἀπειράκις ἄπειρα· μεθ' ὧν καὶ τὰς ἐπὶ τῶν ἀποστόλων πυρίνας φανείσας δώδεκα γλώσ-

13. πολλῷ coni. Capp.

nationis mysterium evidenter evertat, ut supra quoque ostendimus? Et iterum: „quid adhuc times ne compositio in Deo admittatur, si divinae operationes increatae sint et dicantur? Multo magis time, ne Deum in creaturarum numero reponas, dum naturales eius operationes tanquam a substantia distinctas, creatas esse arbitraris." Et iterum: „nulla unquam nobis persuadebit oratio, ut divini Spiritus operationes, quas Propheta septem summatim appellavit, inter creatas res collocemus: sed divinarum et naturalium Dei operationum una est ipsum iudicium. Num igitur Dei iudicium est e numero rerum creatarum, quemadmodum dixit Abraham: Qui iudicas omnem terram, non facies iudicium?" Et iterum: „quomodo increata non esset illa gratia, per quam qui eius participes facti sunt, expertes principii, increati, immortales et aeterni evadunt?" (VI.) Cum autem plures adhuc e multis illius blasphemiis intererere vellem, dicentem me interpellavit amicus Cabasilas, qui magnas Palamae laudes recensuit. Deinde, primum quidem increatarum multitudinem operationum aperte confessus est, et eas a substantia omnino distinctas esse assentiebatur: secundo asserebat, sanctum et increatum Spiritum non esse unum, neque septem esse duntaxat huiusmodi Spiritus (quales super Christum requieturos esse praedixit Esaias) sed septuagies septem, et quotquot praeter hos possit quis mente comprehendere, et infinities infinitos: quibus et annumerandas esse dicebat igneas duodecim linguas, quae super Apostolos apparuerunt, itemque

σας τακτέον ἔλεγεν εἶναι καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ βαπτιζομένου A. C. 1351
φανεῖσαν περιστερών. ταῦτα γὰρ ποτὲ μὲν πνεύματα καλεῖν οἶδεν Imp. Io. Cantacuz. 5.
ἡ γραφὴ, ποτὲ δ' ἐνεργείας ἀκτίστους καὶ χάριτας καὶ δυνά- P. 665
μεις. καὶ ταύτας μὲν εἶναι τὰς τοῖς κτίσμασι μεθεκτὰς, καὶ
πρὸς τούτοις ἀκτίστους γίνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἁγιάζε-
σθαι τὰ ἁγιαζόμενα πάντα, τά τε ἄλλα καὶ τὸ θεῖον ἡμῶν βά-
πτισμα, καὶ πρός γε ὁ θυόμενος καὶ μεταλαμβανόμενος ἡμῖν ἄρ- B
τος ἐν ταῖς θείαις μυσταγωγίαις· τὴν δὲ θείαν οὐσίαν παντάπα-
σιν εἶναι ἀμέθεκτον ἅπασι. (Z.) Καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ συμμαχικὸς
εἰσήγετο πόλεμος μετὰ τῶν ὑποδειγμάτων· λέγω δὴ τὸν σύν γε
αὐτῷ πρὸς τῆς πατριαρχικῆς γερουσίας ἐληλυθότα ἡμῖν, τῶν
ἐλλογίμων εἶναι λεγόμενον καὶ αὐτόν. ὃς δὴ καὶ λέγειν παρεσκευα-
κὼς ἑαυτὸν τὰ ἐνδέοντα θριμύτερον ἡμῖν ἀντέστησε καὶ ἦθος
καὶ ὀφθαλμόν. πᾶσι γὰρ ἐξῆν ἤδη τὰς ἐμὰς πατεῖν καὶ περιφρο- C
νεῖν τύχας, μεμονωμένου τε ἅμα καὶ παντοδαποῖς πανταχόθεν
περιειλημμένου τοῖς δεσμοφύλαξι· καθάπερ καὶ δρυὸς πεσούσης
πᾶσιν ἐξείη, ὡς φασιν, ἀνδράσι ξυλεύεσθαι· αἰδὼς δὲ πᾶσα
καθ' ὑγρῶν (ὡς ἔοικεν) ἐρρύη, καὶ ἄμπωτις ἀφελομένη κατε-
βάπτισε. θριμύτερον οὖν ἐκείνῳ τὴν τοιαύτην διαδεξαμένῳ πά-
λην τὸν περὶ ἀμεθέκτου καὶ μεθεκτοῦ δι' ὑποδείγματος ἐπῆει D
λόγον. „Καὶ δὴ καὶ καθάπερ," φησὶν, „ἐπὶ τοῦ ἡλίου, τῆς μὲν
οὐσίας, ἀκινήτου μενούσης ἐν οὐρανῷ, μετέχειν οὐκ ἔχομεν·
τῆς δὲ φωτιστικῆς ἐνεργείας αὐτοῦ, πρὸς ἡμᾶς κατιούσης, μετέ-

7. τὸν θυόμενον coni. Capp.

columbam illam, quae super Christum, dum hic baptizaretur, conspecta est. Nam haec omnia modo spiritus vocare solet sacra Scriptura, modo increatas operationes, et gratias, et virtutes. Addidit Cabasilas; harum quidem participes fieri posse creaturas, et iisdem insuper increatos homines evadere, sanctificari omnia quae sanctificantur, et praeter caetera panem illum, qui in divinorum mysteriorum celebratione sacrificatur et a nobis participatur: verum divinam substantiam nullatenus posse participari. (VII.) Sub haec sociale bellum nobis inferebatur a Cabasilae adiutore, qui exemplis in nos pugnabat; illum intelligo, qui a patriarchico senatu missus ad nos venerat, et e litteratorum numero esse dicebatur. Hic cum ad dicenda quae deerant sese accinxisset, tum animo tum oculis truculentior mihi obstitit. Iam enim fortunas meas conculcare et despicere omnibus licebat, tum quia solitarius degebam, tum quia omnigeni me custodes undequaque circumcludebant: et hoc est quod trito fertur adagio: cum lapsa est quercus, ligna quivis colligit: omnis vero pudor, ut videtur, in mare praecipitatus erat, eumque maritimus aestus sublatum demerserat. Itaque cum hoc certamen Cabasilae adiutor truculentius suscepisset, de participabili et imparticipabili disserere allatis exemplis conatus est. „Et certe," inquit, „sicut de sole iudicare solemus; cuius substantiam, in caelo manentem immotam, participare non possumus, sed eius illuminativae virtutis,

A. M. 6859 Ind. 4 χομεν· οὕτω κἀπὶ θεοῦ χρὴ νοεῖν. τῆς γὰρ οὐσίας αὐτοῦ καθη-
E μένης ἐν οὐρανῷ (ὃν θρόνον εἴρηκεν ἡ γραφὴ θεοῦ) μετέχειν
οὐκ ἐφικνούμεθα· μετέχομεν δ' οὖν τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ καὶ
τῆς βουλήσεως καὶ ζωῆς καὶ δυνάμεως καὶ ἰσχύος, ἄνευ οὐσίας
πρὸς ἡμᾶς κατιούσης ἑκάστης καὶ ποιούσης ἀκτίστους· ἄλλης
μὲν οὔσης, καὶ μακρὸν τὸ διάφορον ἐκ τῆς οὐσίας ἐχούσης· θεό-
τητος δ' οὔσης καὶ αὐτῆς, ἀκτίστου μὲν, ὑφειμένης δ' οὖν."
ταῦτα δ' αὐτοῦ διεξιόντος, κῦμα καὶ σάλον εἶχε τὸ ἦθος αὐτοῖ·
καὶ ἐνέκειτο μάλα σφοδρῶς, ἐκ τοῦ μείζονος ἀπαιτῶν, ὁπότερον
F ἂν ἑλοίμην αὐτὸς δυοῖν ὄντοιν πραγμάτοιν, ἀντιθέσεως καὶ συγ-
καταθέσεως. (*H.*) Ὑπολαβὼν γοῦν ἐγὼ πρὸς δύο τὴν παροι-
μίαν μηδὲ τὸν Ἡρακλέα διδοῦσαν ἀκούω τὸ δύνασθαι πρὸς ἀν-
τίπαλον ἔφασκον μάχην. „ἐγὼ δὲ καὶ μόνος ὢν ἐνταυθοῖ, καὶ
δέσμιος, καὶ μηδὲ βραχὺ τὸ θαρρεῖν ἔχων ἐκ τοῦ καιροῦ, πρὸς
δύο τὸν ἀγῶνα ποιεῖσθαι ἀναγκαζόμενος, τεθαρρηκυίας ὁπλίσαν-
τας ἐν ταὐτῷ καὶ γλώττας καὶ γνώμας, ἐν ἀμαρτύρῳ σταδίῳ τὰ
P. 666 κατὰ βούλησιν ἅπαντα λέγειν ἀφόβως ἐχούσας καὶ ἀποφαίνεσθαι,
καὶ διαβάλλειν πρὸς ἀπόντας ἀπιόντας, μήτ' ἐμοῦ παρόντος,
V. 537 μήτ' οὐδενὸς ἑτέρου τοῦ τὴν ἀλήθειαν ἀντ' ἐμοῦ μαρτυρήσον-
τος, ἐν στενῷ κομιδῇ τὴν τῆς ἀμηχανίας ὁρῶ μοι περίστασιν
ἑστηκυῖαν. ὄντος γὰρ ἑκατέρου κομιδῇ φορτικοῦ, τοῦ τε σιγῇ
τὰς τῆς νῦν ἀκοῆς ἐνεγκεῖν τρικυμίας καὶ τοῦ παραχρῆμα τοὺς
B τῆς ἀτοπίας ἐλέγχους κομίζειν ὑμῖν, οὓς τἀμὰ διαβάλλειν οὐδὲν

quae ad nos descendit, sumus participes, ita et de Deo nobis cogitandum est. Nam eius substantiam residentem in caelo (quem Dei thronum sacra Scriptura vocavit) participare non valemus, sed eius operationem, voluntatem, vitam, potentiam et virtutem participamus, quarum unaquaeque absque substantia descendit ad nos, quos et increatos efficit. Et quidem illarum quaelibet alia est a divina substantia, a qua longe distat; attamen ipsa quoque Deitas est increata, quamvis inferior." Cum ista dicendo percurreret, maris adinstar aestuabat et commovebatur eius animus: tum multo magis instabat, a me quaerens, utrum e duobus eligerem; num scilicet contradicerem, an vero assentirer. (VIII.) Ego itaque hunc in modum respondi. „Ne Hercules quidem adversus duos aequis viribus pugnare posset, ut ex veteri proverbio didici. Porro sum hic solus, et vinctus, cui ne tantillum quidem audere per hoc tempus licet. Cogor tamen certare adversus duos, qui audaces linguas et mentes pariter armarunt, et in stadio hoc testibus vacuo quaecunque voluerint loqui et pronunciare possunt: ubi autem recesserint, ipsis facile erit apud absentes calumniari, dum nec ego adero, nec alius, qui mea vice veritati testimonium perhibeat: unde in magnas rerum angustias et difficultates redactum me video. Nam cum utrumque valde molestum ac grave sit, seu verborum, quae audivimus, quasi decumanos fluctus cum silentio tolerare, seu extemporalem ha-

τῶν ἁπάντων ἐπὶ τῆς ἐρημίας ταύτης κωλύσει, δύσεργός μοι καὶ A. C. 1351
μάλα δυσέμβολος ἡ ἐπιχείρησις πρὸς ἑκάτερον ἀναφαίνεται. ἀναι- Imp. Io. Cantacuz. 5
A. M. 6859 Ind. 4 ἐξηπατημένους δείκνυσι τουτί. σὺ δ' οὐκ οἶδ' εἴτ' ἐπίτηδες, ἕτέρου χάριν ὅτου δή, εἴτ' ἐκ τοῦ παρήκοντος, οἷα δὴ τὸ αὐτόματον πάμπολλα φέρει μετὰ μυστηρίων τε καὶ λόγων ὑπὲρ λόγον, ὅμως εὐπρεπεστέραν πολλῷ μοι τὴν ἀνθολκὴν ἐπεπράχεις
C αὐτὸς, ἢ κατὰ πᾶσαν ἀγωγὴν καὶ κατεσπουδασμένην πρόνοιαν ἐμήν. ἃ γὰρ προὔργου παντὸς ἐποιούμην πάλαι πολύν τινα χρόνον ἐπ' αὐτοφώρῳ κατασχεῖν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντα δημοσίαις γλώτταις, ἃ λαθραίαις φήμαις ἄλλοτ' ἄλλως καταγγέλλων ἁλίσκεται πανταχῇ, λέγω δὴ τὸ λέγειν αὐτὸν, ὡς πάντες εἰς τὴν αὐτοῦ συμμαχίαν ποταμηδὸν ἀπαντῶσι σοφοὶ, ὅσοι τε τῶν ἡμετέρων
D καὶ ὅσοι τῶν ἔξωθεν, ταῦτα φέρων προὔθηκας ἡμῖν παῤῥησίᾳ τήμερον, προσδοκίας ἁπάσης ὑπερβαλόμενος· τοῦτο δὲ τὸ τῆς παροιμίας· κατὰ σαυτοῦ Βελλεροφόντης." Τρία γὰρ ἦν, οἷς μάλιστα κεχρημένος ἁπάντων αὐτὸς παρακρούεται τοὺς πολλοὺς ἀεί. ἓν μέν, ὅτι καταφυγὴν ἀεὶ τὸ Θαβώριον ὄρος ποιεῖται, τὴν ἐκεῖθεν θαυματουργηθεῖσαν ἔλλαμψίν τε καὶ θείαν χάριν καπη-
E λεύων καὶ διαβάλλων ἀεὶ, καὶ τοῖς ἀνδροφόνοις ποιῶν παραπλήσια, οἵ γε λόχμας ὑποδυόμενοι τοῖς τῶν παριόντων ἀπερισκέπτως τρυφῶσιν αἵμασιν· ἢ μᾶλλον ὁπόσα κατὰ τὰς μάχας ἡττώμενοι δρῶσιν οἱ βάρβαροι, τοῖς ἡμετέροις ἱεροῖς καὶ τεμένεσι καταφεύγοντες, καὶ ἀντὶ θυρεῶν καὶ τάφρων καταχρώμενοι ταῖς ἁγίαις εἰκόσι. τοῦτο δ', εἴ τις μὴ πάρεργον τοῖς ἀνωτέρω

18. οἵ γε Capp. pro οἵ τε.

omnibus Synodis, errore deceptos fuisse manifeste arguat. Tu autem nescio an de industria, alterius cuiuscunque rei gratia, an obiter nec data opera; cuiusmodi multa casu feruntur, arcanis quibusdam rationibus, supra omnem rationem positis; utut sit, multo decentiorem mihi ut vobis obsisterem ansam praebuisti, quam ego mea cura, omni studio ac providentia propria, comparare potuerim. Iampridem enim nihil mihi potius aut antiquius erat, quam illum Palamam velut in flagranti delicto deprehendere, publicis vocibus confitentem ea, quae occultis rumoribus alias aliter praedicare convincitur: id videlicet intelligo, quod ubique iactitat, omnes sive Christianos sive paganos sapientes numeroso agmine suis a partibus stare. Hoc autem ultro nobis et libere supra omnem exspectationem nostram hodie ob oculos posuisti: atque hoc est quod trito fertur adagio: Adversus te ipsum Bellerophontes." Nam tria erant, quibus omnium maxime ad vulgus semper decipiendum usus est. Primo quidem Thaboricum ad montem semper confugiens, claritatem et divinam gratiam, quae grandi miraculo ibi ostensa est, prava sua explicatione semper corrumpit et calumniatur; idem faciens quod homicidae, qui apta insidiis loca subeunt, et inconsiderate praetereuntium sanguine luxuriantur: seu potius quod faciunt barbari praeliis victi, dum ad templa et fana nostra confugiunt, et sacris imaginibus quasi scutis et vallis abutuntur. Porro si quis non obiter aut perfunctorie quae supra sunt a nobis dicta legerit, is com-

λεχθεῖσιν ἡμῖν ἐντετυχηκὼς εἴη, ἔργον εἰκονομάχων εὑρήσει τὸ A. C. 1351
σπουδαιότατον· λέγω δὴ τὸ τῇ γε τοῦ σωτῆρος μεταμορφώσει Imp. Io. Cantacuz. 5
καταφυγῇ κεχρῆσθαι προχείρῳ τῆς ἀτόπου κακίας αὐτοῦ. καὶ F
πάντα λοιπὸν διεξήλθομεν ἤδη καὶ ἐπ' αὐτῶν ἀποτάδην, ὡς
ἀνωτέρω που γέγραπται καθ' ἕκαστα ἡμῖν· καὶ οἷς ἔστι βουλο-
μένοις, ἐξεστιν ἐπιέναι. Δεύτερον δ' αὐτῷ κακουργίας μηχά-
νημα κατὰ τῶν ἀπειροκάλων, ἢ μᾶλλον κατὰ τῆς ἰδίας ψυχῆς,
ἐξεύρηται· κουρέων δίκην, παμπόλλους ἀνὰ πᾶν ἔτος συνάγειν P. 677
εἰς τὸ κουρεῖον αὐτοῦ, ὁπόσοι πρὸς τὸ ξέειν καὶ τέμνειν πεφύ-
κασιν ἔχοντες εὐφυῶς, καὶ γραμμάτων γράμματα, καὶ φύλλα
φύλλων ἀλλάττεσθαι, ἵνα, τῶν ἀντιῤῥήσεων αὐτοῖς προβαλλο-
μένων, ὡς διαβάλλοντας παρὰ φαῦλον ἐκ τοῦ ῥᾴστου ποιῆται
τοὺς ἀντιλέγοντας· ὡς ἀπαγορεύειν τοὺς διώκοντας, ὁμοίως τοῖς
τοξεύουσιν ἐς ἀνθρώπους ὑπὸ δειλίας φυγομαχοῦντας, καὶ μηδὲ
βραχύ τι μόριον ὥρας στῆναι γοῦν ἐφ' ἑνὸς δυναμένους. περὶ δὲ B
τῶν τοιούτων καὶ ὁμοίως δρώντων αἱρετικῶς καὶ ὁ μέγας διέξ-
εισιν Ἀθανάσιος τοῖς ἐπισκόποις Αἰγύπτου καὶ Λιβύης ἐπι-
στέλλων. „κατ' ἐνιαυτὸν γὰρ," φησὶν, „ὡς οἱ τὰς διαθήκας
γράφοντες, συνερχόμενοι καὶ αὐτοὶ, προσποιοῦνται περὶ πίστεως
γράφειν. ἵνα κἂν τούτῳ γέλωτα μᾶλλον ὀφλήσωσι καὶ αἰσχύνων- V. 546
ται, ὅτι μὴ παρ' ἑτέρων, ἀλλὰ παρ' αὐτῶν ἐκβάλλεται. εἰ γὰρ C
ἐθάῤῥουν οἷς ἔγραφον προτέροις, οὐκ ἂν δεύτερα γράφειν ἐζή-

12. διαβάλλοντας Capp. pro διαβάλλοντες. 16. αἱρετικῶν conl. Capp.

periet hoc opus esse, in quod iconomachi diligentissime incubuerint; prompte videlicet confugere ad salvatoris transfigurationem, eaque ad absurdas et pravas opiniones suas facile abuti. Caeterum haec omnia dicendo iam percurrimus, et supra de iisdem prolixe ac sigillatim scripsimus, quae qui voluerint legere ac perpendere poterunt. Altera, quam contra rudes et imperitos, seu potius contra propriam animam commolitur Palamas, improbitatis machina haec est; quod nempe tonsorum in morem quotannis in tonstrinam suam permultos congreget, quicunque ad radendum et secandum idonei sint, et litteras litteris, librorum folia foliis, apprime possint commutare: ut cum prolata fuerint contraria opinioni suae testimonia, statim adversarios suos velut calumniantes nihili faciat, sicque ipsius oppugnatores incoepto desistere cogantur: quemadmodum qui homines ignavos, pugnam fuga detrectantes, neque vel brevissimo saltem horae spatio ibidem consistentes, sagittis impetunt. De huiusmodi et hac se ratione gerentibus haereticis magnus Athanasius in epistola, quam ad Aegypti et Libyae episcopos misit, ita loquitur. „Nam singulis annis," inquit, „velut qui pacta scribunt, ipsi quoque conveniunt, et de Fide scripto statuere simulant, ut etiam inde potius deridendos se et ignominia notandos praebeant: quippe quorum decreta non ab aliis sed ab ipsis rescindantur. Si enim his, quae prius definierunt, confiderent, certe secundam Fidei non quae-

A. M. 6859 Ind. 4 τουν, οὐδ' αὖ πάλιν ἔγραφον νῦν, ἀφέντες ἅπερ ἔγραψαν· πάντως τοῦτο μελετήσαντες, ὅτι πάλιν ἀλλάξουσιν ἐὰν ὀλίγος παρέλθῃ χρόνος, καὶ πρόφασιν λάβωσι τοῦ συνήθως τισὶν ἐπιβουλεύειν. τότε γὰρ, ὅταν ἐπιβουλεύωσι, μάλιστα προσποιοῦνται περὶ πίστεως γράφειν, ἵν' ὡς Πιλάτος ἐνίψατο τὰς χεῖρας, οὕτω καὶ οὗτοι γράφοντες ἀποκτείνωσι τοὺς εἰς Χριστὸν εὐσεβοῦντας. καὶ ἵν', ὡς περὶ πίστεως ὁρίζοντες, δόξωσιν (ὡς πολλάκις εἶπον) φεύγειν τὸ τῆς ἑτεροδοξίας ἔγκλημα. ἀλλ' οὔτε λαθεῖν οὔτε φυγεῖν δυνήσονται. ἕως γὰρ ἑαυτοῖς ἀπολογοῦνται, ἑαυτῶν ἀεὶ κατήγοροι γίνονται· καὶ δικαίως γε. οὐ γὰρ τοῖς ἐλέγχουσιν αὐτοὺς ἀποκρίνονται· ἀλλ' ἑαυτοὺς, ὡς βούλονται, πείθουσι. πότε οὖν, τοῦ ὑπευθύνου κρίνοντος ἑαυτὸν, λύσις γίνεται τοῦ ἐγκλήματος; διὰ τοῦτο γοῦν ἀεὶ γράφουσι, καὶ ἀεὶ τὰ ἴδια μεταποιοῦντες ἄδηλον ἔχουσι τὴν πίστιν, μᾶλλον δὲ φανερὰν ἔχουσι τὴν ἀπιστίαν καὶ τὴν κακοφροσύνην." ὁρᾶτε πῶς ὁ μέγας τῆς ἀληθείας ἀγωνιστὴς Ἀθανάσιος σαφέστατα πάνυ παρέστησεν ἡμῖν, ὡς τὰ νῦν πρὸς τοῦ Παλαμᾶ γιγνόμενα τῶν πάλαι γενομένων τῆς κακίας εἰκόνων καὶ ἀρχετύπων μακρὰν ἀποσώζουσι μίμησιν. ἐῶ γὰρ νῦν λέγειν, οὓς ἐπὶ κακοῖς κακοὺς προσέθηκεν Ὀλύμπους οὗτος. διὰ δὴ ταῦτα καὶ χαίρω νῦν, εἴπερ ποτὲ, μᾶλλον ἐγὼ, καὶ ἡδίους μοι νῦν μᾶλλον ὑμεῖς εἴπερ ποτὲ φαίνεσθε, ἄφυκτόν μοι τὸ πάλαι ζητούμενον θήραμα νῦν παραθέντες, ὡς

1. οὐδὲ πάλιν ἀφέντες ἐκεῖνα, ταῦτα νῦν ἔγραφον ἅπερ πάντως al. 2. μελετήσαντες om. al. 3. ἐπιβουλεύσωσι al. 12. κρίναντος al. 14. μᾶλλον δὲ καὶ ἀπιστίαν al.

rerent conscriptionem; neque rursus nunc scriberent, dimissis iis quae olim scripserunt; cum utique meditarentur, se post aliquod tempus ea esse immutaturos, ubi scilicet novam insidias alicui, ut assolent, struendi ansam nacti fuissent. Si quidem tunc imprimis cum insidias alicui parant, fingunt se de Fide scribere; ut, quemadmodum Pilatus manus lavit, sic et illi scribendo pios Christi cultores interimant; et ut, quod quidem saepius dixi, tanquam qui definienda Fide sint distenti, haeresis accusationem possint declinare. Verum nec latere nec fugere poterunt. Quamdiu enim se ipsi sibi duntaxat purgabunt, sui semper accusatores erunt: et merito quidem; cum illis non respondeant, a quibus coarguuntur, sed sibi tantum quidquid voluerint persuadeant. Quis igitur unquam reus absolvitur, qui sui ipsius sit iudex? Hinc ergo nunquam cessant scribere; atque ita sua perpetuo decreta mutantes incertam Fidem, vel potius certam manifestamque infidelitatem et mentis pravitatem habent." Magnus, ut videtis, propugnator veritatis Athanasius manifeste prorsus nobis ostendit, Palamam iis quae nunc agit, antiquas improbitatis imagines et primigenia exemplaria imitando maxime assequi. Iam enim silentio praetermittam quos hic malis malos cumulos ac veluti Olympos imposuerit. Quapropter maiori quam alias unquam laetitia nunc afficior, et si quando gratam mihi rem fecistis, nunc certe multo facitis gratiorem, cum id quod olim adin-

μηκέτι μὴ δεῖσθαι μηδ' ὅλως μήτ' ἐμὲ μαρτύρων· μήτ' ἐκεῖνον A. C. 1351
ἔχειν ἔτι ἀρνεῖσθαι, μήθ' ἡμᾶς τἀκείνου διὰ μνήμης ἄγοντας, Imp. Io. Cantacuz. 5
καὶ γινομένους μάρτυρας ἀπαραγράπτους τῶν ἐκείνου βλασφη- P. 678
μιῶν· ὡς ἐξεῖναι κἀμὲ τῶν ἐλέγχων ἤδη μὴ πρὸς ἀνέδραστα καὶ
ἀστατοῦντα σημεῖα τὴν τοξικὴν μετὰ τῶν βελῶν ἀναλοῦν, μηδὲ
τυφλὰ παρέχειν τὰ τραύματα τῷ ἐχθρῷ, ἀλλὰ σαφῆ καὶ ἀναμ-
φισβήτητον ἔχοντα τὴν ἀλήθειαν. Καὶ τρίτον, ὅτι συχνὰ ταῖς
τῶν αὐτοῦ λόγων αὔλαξιν ἐντίθησι καὶ διασπείρει, κηρύττων εἶ- B
ναι πολλοὺς τοὺς αὐτῷ συμφωνοῦντας, ἐπὶ σοφίᾳ καὶ θαυμαζο-
μένους, ὡς εἴρηται, ὅσοι τε τῶν ἡμετέρων καὶ ὅσοι τῶν θύ-
ραθεν. ὧν ἑκάστων τοὔνομα ἢ σιγῇ παντελεῖ παραπέμπει, μήθ'
ὁποῖοί τινες, μήθ' ἃ φασι, διασαφῶν οὐδέν· ἢ λέγει μὲν ἐνίων
ὀνόματα σωρηδόν· ἃ δ' εἰσὶν ἃ λέγουσιν ἐκεῖνοι, καὶ οἷα, τὸ
παράπαν οὐδὲν οὔτε προτίθησιν, οὔτ' ἐπιτίθησιν, ὅσα γ' εἰδέ-
ναι ἐμέ, ἵνα διὰ μὲν τῶν ὀνομάτων τὰς τῶν ἀκροωμένων ἀναρ- C
τῶν καὶ ἀνασοβῶν ἀκοὰς ῥᾷστα καὶ ἀπονητὶ πρὸς τὸ βουλό-
μενον πειθομένους ἔχῃ (τοῦ γε καινοφωνεῖν δοκεῖν τοῖς πολλοῖς
ἀπεωσμένου δῆθεν παντάπασι) διὰ δὲ τῆς τῶν ῥητῶν ἐκείνων
σιγῆς διαδιδράσκῃ τὸν ἔλεγχον, ἅτ' ἐκείνοις ἥκιστ' ἀπάδοντα
λέγων αὐτός. καὶ ποιεῖ διπλοῦν ἀνθ' ἁπλοῦ κακὸν, αὐτός τε
βλασφημιῶν ἀνέγκλητα καὶ ἅμα κἀκείνους διαβάλλων, καὶ φέ-
ρων εἰς μέσον ὁμοίως αὐτῷ βλασφημοῦντας.

2. ὑμᾶς coni. Capp.

star praedae conquirebam, ita mihi offeratis, ut effugere amplius non possit, nec ego iam testibus ullo pacto indigeam, nec ipse negare quae illi adscribuntur valeat; quemadmodum nec vos, qui opiniones eius memoria tenetis, et ipsius blasphemiarum testes estis omni exceptione maiores. Unde mihi licebit non iam in signa inconstantia et instabilia refutationes nostras quasi totidem tela per artem sagittariam contorquere, nec caeca hosti vulnera infligere, sed manifesta, et quae indubitatam veritatem prae se ferant. Tertio suis libris passim inserit et praedicat, sibi assentiri multos, ut dictum est, sapientia mirabiles, tum Christianos, tum paganos; quorum omnium nomen aut alto silentio praetermittit, neque quales sint nec quae dicant explicat; aut quorundam quidem acervatim nomina recenset, sed quae aut qualia dicant nullatenus, quod saltem sciam, praemittit aut subiungit: ut illorum nominibus aures auditorum suorum suspensas teneat et conturbet, sicque facillime quidquid voluerit eis persuadeat (qui enim novas introducere voces videtur, a vulgo plane repudiatur), sed eorum dicta reticendo reprehensionem effugiat, quasi minime illis dissona proferret. Hic autem pro unico ac simplici duplex malum perpetrat. Nam et ipse impune blasphemat, et illos simul philosophos calumniatur, et tanquam eiusdem secum blasphemiae reos in medium adducit.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΚΓ.

NICEPHORI GREGORAE

BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER VIGESIMUS TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Pergit Gregoras disputare cum Cabasila.

A. M. 6859 Ind. 4 A. C. 1351 Imp. Io. Cantacuz. 5. D V. 547

α'. Ἀλλ' ἡμεῖς γε οὐκ αὐτὸν μιμησόμεθα, οὐδὲ τὰς τῆς κακίας ζηλώσομεν μηχανὰς, οὔκουν οὐχ ἕως γ' ἂν ἐν τῷ τοῦ φρονεῖν ἡμᾶς καθεστῶτι φυλάττουσαν ἔχωμεν τὴν τοῦ μόνου θεοῦ δεξιάν. τῶν γὰρ ἐναντίων ἀρχῶν ἐναντίας καὶ τὰς ἀποβάσεις εἶναι τῶν εἰκότων παντί που δῆλον. πάσης γὰρ ὢν αὐτὸς ἀσύνετος Μούσης Ἑλληνικῆς καὶ πάσης ἐπιστημονικῆς μαθήσεως (ἧς οἱ Ἐμὲν θύραθεν ἔφθησαν παραδόντες σοφοὶ, τῶν τε θείων προστάται δογμάτων τῆς ἐκκλησίας ἐκεῖθεν παρειληφότες τήν τε γλῶτταν ὥπλισαν ἀσφαλῶς καὶ ἅμα κατ' ἐκλογὴν τὸ μὲν ἐξεταστι-

1. Verum nos ipsum non imitabimur, nec improbitatis machinas et fraudes aemulabimur, quamdiu saltem solius Dei dextra nobis mentem sanam conservabit. Nam ut contrariorum principiorum contrarii sint effectus, consentaneum esse omnibus patet. Et vero Palamas Graecanicae omnis litteraturae imperitus est, et longe remotus ab omni, quae scientiam parit, disciplina. Eam profani quidem sapientes prius tradiderunt: sed divinorum ecclesiae dogmatum patroni acceptam inde suos in usus converterunt: ea scilicet suam tuto linguam armarunt; et delectu habito, quidquid ad contemplationem et indagationem veritatis conferre poterat, susceperunt:

κόν τε καὶ θεωρητικὸν ἐδέξαντο, ὅσον δ' εἰς δαίμονας φέρει καὶ ἀπωλείας βυθὸν διέπτυσαν, ἐκ τοῦ χείρονος τὸ κρεῖττον καταμαθόντες, καὶ τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν ἰσχὺν τοῦ εὐσεβοῦς ποιησάμενοι λόγου) ἀνέδραστον οὗτος ἔσχε λοιπὸν τὴν βάσιν τῆς γλώττης, καὶ ἀπαγεῖς τὰς τοῦ λόγου κρηπῖδας, ἐν ὠμῷ τῷ τόκῳ φάναι τὰς τῆς γαστρὸς ἀναλύσας ὠδῖνας, καὶ τὸ κύημα τῶν πρώτων ἐξαμβλώσας τοῦ λόγου στοιχείων. διὸ καὶ νοῶν οὐ νοεῖ, καὶ βλέπων οὐ βλέπει, καὶ τὴν ἐγκειμένην ταῖς λέξεσι βουλόμενος μὲν, οὐ δυνάμενος δὲ, συναρμόττειν διάνοιαν ἐκεῖνο σαφῶς ἐπεπόνθει τὸ τοῦ Ἰκάρου. τά τε γὰρ ἄλλα διαπορθμεύουσι ταῖς ἡμῶν ἀκοαῖς τὸν μακρὸν δόλιχεύοντες χρόνον οἱ μῦθοι, καὶ δὴ καὶ Ἰκάρου τινὸς ὑπομνήματα ἔχομεν ἐξ αὐτῶν· ὡς ἐπιθυμήσειεν ὁ μάταιος πτερῶν, ἐπεὶ μὴ ἐβούλετο μήτε γῆν ἐκεῖνος ἔτι πατεῖν· ὃ δὲ καὶ φύσεως ὑπερόρια διὰ θράσους πλεονεξίαν ἤδη ἐπόθει, καὶ ἦν ταῦτα ἐφόδια τἀνδρὶ σφαλερὰ καὶ πρόσω ἢ ὥστε σωφρονοῦντος εἶναι δοκεῖν. τῆς ὁμοίας εἶναι κακοβουλίας δοκῶ μοι, καὶ ὅπερ ὁ βαρυδαίμων ἄνθρωπος οὗτος ἐπεπόνθει τὰ νῦν. λέληθε γὰρ τοῖς ὑπὲρ δύναμιν καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἐξαρτήσας (λέγω δὴ ταῖς τῶν γραφῶν διανοίαις, τῶν τε ἡμετέρων σοφῶν καὶ τῶν θύραθεν) κἄπειτα, διὰ ξενίζοντα κρότον ἀμαθῶν ἀκοῶν, ἐνίας τῶν Ἑλληνίδων ἐρανισάμενος λέξεων, αἷς περὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν ἐκεῖνοι κέχρηνται δόγματα, καὶ τοῖς θείοις ἀναιδῶς παραμιγνὺς καὶ

A. M. 6859
Ind. 4
A. C. 1351
Imp. Io. Cantacuz. 5
P. 679
B
C

quod autem ad daemonum cultum et perditionis gurgitem ducebat, respuerunt. Hinc ex peiori meliora pernoscentes, ipsa profanorum imbecillitate piam et catholicam doctrinam corroborarunt. Cum ergo profanarum, ut iam dicebam, scientiarum rudis sit Palamas, instabile de caetero linguae fulcimentum habuit, et ruinosa maleque compacta sermonis fundamenta. Tum quasi partu immaturo ventris onus parturiendo exsolvisset, abortivus primorum sermonis elementorum foetus ab ipso editus est. Quapropter intelligendo non intelligit, videndo non videt: cumque sensum dictionibus congruum accommodare vellet, sed non posset, idem illi quod olim Icaro, ut patet, accidit. Nam inter alias, quibus iampridem aures nostrae diu personuerunt, fabulas, hanc quoque de Icaro litterarum monimentis mandatam esse novimus. Is nimirum vanus homo, cum terram calcare amplius nollet, alas expetivit, et ob nimiam temeritatem praescriptos a natura limites transilire cupiebat. Sed valde perniciosum homini fuit huiusmodi adminiculum; quippe quod Icarum ultra ferret quam prudentiae ratio postulare videbatur. Aeque imprudenti ac malo consilio hic usus esse mihi videtur infelix ille Palamas. Nec enim se animadvertit iis se implicasse, quae ipsius vires longe superant. Loquor autem de sensu, qui philosophorum tum Christianorum tum gentilium scriptis inest. Deinde propter imperitarum aurium insolentem plausum quasdam Graecanicas dictiones, quibus illi ad suorum dogmatum expositionem usi sunt, emendicavit; et eas divinis nostris dogmatibus impudenter immiscet et occulte inserit.

A. M. 6859 Ind. 4 ὑποσπείρων αὐτὸς δόγμασιν, ἔλαθε κατὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλη-
D σίας σφοδρὸν ἀναῤῥιπίσας κυκεῶνα καὶ θόρυβον καὶ μετάμελον
ὀψέ ποτε λαμβάνειν ὀφείλων, ἐφ' οἷς ἁμαρτάνων οὐκ ἤσθετο. ὃ
δ' ἐξεμάνη κατὰ τῶν διορθοῦν πειρωμένων ἡμῶν, καὶ δρᾷ λοι-
πὸν ἀκρατῶς μεῖζω μὲν ἢ κατὰ θηρίου μανίαν παντὸς, ἧττω δ' 5
ἢ κατὰ βούλησιν τὴν αὐτοῦ· καὶ τοῖς μὲν ἄρχουσιν ὑπέρχεται,
ποριζόμενος ἰσχὺν ἑαυτῷ, τὴν δ' εὐσέβειαν ἀδικεῖ· κἀκείνων
E μὲν τὴν εὐμένειαν πραγματεύεται, τὴν δὲ τοῦ θεοῦ διωθεῖται·
καὶ οὗ μὲν ἥττᾶται, δεινῶς φεύγει· καθ' ὃ δὲ ὑπερέχειν νομίζει,
V. 548 πρὸς τοῦτο συχνὰ καταφεύγει. ἀληθείας γὰρ σὺν παῤῥησίᾳ δι- 10
κάζειν ζητούσης, ἡττώμενος φεύγει· μοχθηρίᾳ δὲ γνώμης εὐδο-
κιμῶν πρὸς διαβολὰς, ταύτης ἀντέχεται. δικαιοσύνης γὰρ καὶ
ἀληθείας κρινούσης, ἣν μὲν ἔφευγε, πολλάκις δίκην ἦλω· ἣν
F δ' ἐδίωκεν, οὐχ εἷλεν. (B.) Ἐγὼ μὲν οὖν (εἰρήσεται γὰρ τἀλη-
θὲς) τὴν ἀρχὴν ἐδεδίειν, μὴ πάντα διαστρέφων ὁ σὸς Παλαμᾶς 15
διαβάλῃ κἀμὲ, βουληθέντα κατὰ καιρὸν ἐνταυθοῖ τοῖς οἰκείοις
καὶ συντρόφοις χρήσασθαι ὅπλοις, λέγω δὴ ταῖς τῶν θύραθεν
P. 680 πρὸς τὰς διαλέξεις ἐπιστήμαις, ὡς καὶ τέχναις καὶ μαρτυρίαις,
ἐκεῖθεν ἡμῖν τὴν ἰσχὺν περιγίνεσθαι φάσκων τῶν ἀποδειγμάτων.
ἐπεὶ δ' ἄοπλος οἴκοθεν ὑπάρχων αὐτὸς ἐκ τούτων ἑαυτὸν ὁπλί- 20
ζειν πειρᾶται κατὰ τῆς ἀληθείας, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς ἐς τὸ κρά-
τιστον ταῦθ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀγωνιζομένους ὁπλίζουσι, τοὺς

Nec advertit quantam perturbationem, quamque vehementem tumultum in ecclesia Dei concitaverit. Cum autem peccatorum, quae a se admissa esse non sensit, tandem aliquando poenitere ipsum deberet, adversus nos, qui errores ipsius emendare conamur, furere coepit: et ita de caetero animi est impos, ut ferae omnis furorem superet, licet suam furendi voluntatem necdum expleverit. Et principes quidem obsequiose atque assentatorie colit, ut vires sibi comparet; sed iniuria pietatem afficit. Et principum benevolentiam captando sibi conciliat; at Dei gratiam expellit. Et id quidem mirum in modum effugit, quo se aliis inferiorem esse animadvertit; ad hoc autem confugit, quo praestare se aliis existimat. Cum enim a veritate, quae liberum vult ferre iudicium, vincatur, eam fugit: sed cum insigni ad calumniandum mentis pravitate polleat, hanc lubens amplectitur. Nam iustitiae veritatisque iudicio, ubi rei personam sustinuit, saepius damnatus est: ubi vero actoris partes egit, litem minime obtinuit. (II.) Ego itaque (dicam enim quod res est) initio timebam, ne tuus Palamas omnia pervertens me calumniaretur, cum hic opportune propriis mihique consuetis uti armis vellem, gentilium intelligo scientias, quarum usus est in disputationibus. Censeo enim eorum artibus et testimoniis multam demonstrationum nobis vim suppetere. Quoniam vero adversus veritatem profanorum armis, utpote propriis destitutus, instruere se conatur, longe potiori ratione nos inde pro veritate firmissime pugnantes armabimur, qui sumus iis assuefacti et per omnem aetatem huic pu-

μάλα συνήθεις τε καὶ ἡλικιώτας. ἐπιγνωσόμεθα γὰρ ἡμεῖς τὴν A. C. 1351
τῆς ἡμῶν γλώττης μᾶλλον συγγένειαν καὶ τὸ ἦθος, ἢ αὐτὸς νό- Imp. Io. Cantacuz. 5
θος νόθοις χρώμενος τούτοις. διὰ γοῦν ἓν γε τοιοῦτο, καὶ πρός B
γε διὰ τὴν τῶν ἡμετέρων θεολόγων καὶ διδασκάλων τῆς ἐκκλη-
σίας παραίνεσιν, οὐκ ὀκνήσομεν οὐδ' ἡμεῖς οὕτωσί πως ὁπλίσα-
σθαι κατὰ τῶν τοιχωρυχούντων καὶ βωμολοχούντων ταυτὶ καὶ
εἰς ἀλλοκότους διανοίας καὶ πλάνας ἐξ ἀμαθίας παραγόντων. εἰ
οὖν καὶ ὑμῖν συνδοκεῖ, βραχέα σκεψάμενοι περὶ τῶν τοιούτων C
πρῶτον, καὶ ὅσα τῇ προκειμένῃ προσήκοντ' ἂν εἴη ἐφόδια, ἔπειτ'
ἐς τὸν προκείμενον ἀγῶνα χωρήσωμεν. ῥᾴοσι γὰρ ἂν εἴη χωρεῖν
ἐς τὰ πρόσω, τὰς τῶν ὑποθέσεων ἀρχὰς καὶ προκαταστάσεις
ἀνενδεεῖς πηγνυμένοις, ἢ ῥᾳθυμούσας. (Γ.) Διονυσίου τοίνυν
ἐκείνου τοῦ πάνυ μεμνήσομαι πρῶτον, διττὴν εἶναι τὴν τῶν θεο-
λόγων παράδοσιν λέγοντος, τὴν μὲν ἀπόῤῥητον καὶ μυστικὴν,
τὴν δὲ φιλόσοφον καὶ ἀποδεικτικήν· καὶ „συμπλέκεται τῷ ῥητῷ D
τὸ ἄῤῥητον· καὶ τὸ μὲν πείθει καὶ καταδεῖται τῶν λεγομένων
τὴν ἀλήθειαν· τὸ δὲ δρᾷ καὶ ἐνιδρύει τῷ θεῷ ταῖς ἀδιδάκτοις
μυσταγωγίαις." Περὶ δὲ τοῦ ἀγενήτου λέγων ὁ μέγας κατ' Ἀρεια-
νῶν ὁ Ἀθανάσιος, „ἐρωτησάτωσαν," φάσκει, „τοὺς Ἕλληνας, ἵνα
ἀκούσαντες πόσα σημαινόμενα ἡ λέξις ἔχει μάθωσιν ὅτι οὐδὲ
περὶ ὧν λέγουσιν ἐπίστανται καλῶς ἐρωτᾷν." καὶ πολὺν ἑξῆς ὁ

7. παραγόντων Capp. pro παράγοντας. 15. συμπέπλεκται edd.
18. ἀγεννήτου al. Ἀρειανῶν Capp. pro Ἀρειανοῦ.

gnae operam navavimus. Nam linguae nostrae affinitatem et ingenium potius cognoscemus, quam ipse Palamas nothus, qui profanorum testimoniis adulteratis utitur. Itaque tum ob hanc unicam rationem, tum propter nostrorum theologorum et ecclesiae doctorum adhortationem, non pigebit nos his armis instrui adversus istos veluti murorum effractores et sacrilegos scurras, qui monstrosas et insolentes in sententias et errores prae inscitia caeteros abducunt. Unde, si vobis etiam ita visum fuerit, ubi prius de his pauca et quaecunque ad institutum nostrum pertinent, consideraverimus, statim propositum nobis certamen ineamus. Nam si rei controversae principia firma et idonea praestituerimus, ulterius progredi longe nobis facilius erit, quam si infirma et debilia tantum praestruxissemus. (III.) Primum igitur magni et clarissimi Dionysii mentionem faciam, qui duplicem esse theologorum traditionem asserit; unam quidem arcanam et mysticam; alteram vero philosophicam ac demonstrativam: et, „est," inquit, „arcanum cum aperto et declarato connexum. Hoc quidem persuadet et eorum quae dicuntur veritatem adstringit: illud autem efficax est, et in Deo nos fundat atque collocat occultis, quas a nemine docemur, institutionibus." Magnus vero Athanasius, de huius vocis „non factus" significatione adversus Arianos disputans, „interrogent (inquit) gentiles, ut cum audierint ab ipsis, quot significatus habeat haec vox, non factus, intelligant se nec de his quidem, de quibus disserunt, recte nosse in-

A. M. 6859 Ind. 4 θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ ποιεῖται λόγον, ᾧ τοῖς ἐθέλουσιν ἐντυχεῖν ἐξέ-
E σται μαθεῖν τελεώτερον. ἡμῖν γὰρ ἥκιστ' ἐν τῷ παρόντι σχολὴν
ἄγουσι, διὰ τὴν ἐς τὰ πρόσω σπουδήν, βραχέα τῶν θείων ἐκεί-
νων ἀνδρῶν ἐνταυθοῖ προτιθέναι δέδοκται, καὶ ὅσα πρὸς τὸν
σκοπὸν ἀφοσιοῦσθαι χρεών· τὰ δ' ἐξῆς τοῖς βουλομένοις παρή-
καμεν, ἐξουσίας ἀφθόνου διηνεκῶς ἠνεῳγμένης ἅπασι. συνῳδὰ
F τοιγαροῦν καὶ ὁ μέγας ἐκείνοις Βασίλειος φάσκει, ὡς „ἡ τῆς δια-
λεκτικῆς δύναμις τεῖχός ἐστι τοῖς δόγμασιν, οὐκ ἐῶσα αὐτὰ εὐ-
διάρπαστα εἶναι καὶ εὐάλωτα τοῖς βουλομένοις." τὰ παραπλήσια
δὲ καὶ ὁ θεῖος διέξεισι τούτοις Χρυσόστομος, „πρὸς μὲν βίου,"
λέγων, „κατάστασιν ἀρίστην βίος ἕτερος εἰς τὸν ἴσον ἂν ἐναγάγοι
ζῆλον. ὅταν δὲ περὶ δόγματα νοσῇ ἡ ψυχὴ τὰ νόθα, πολλὴ τοῦ
P. 681 λόγου ἐνταῦθα ἡ χρεία, οὐ πρὸς τὴν τῶν οἰκείων ἀσφάλειαν μό-
V. 549 νον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν πολέμους. εἰ μὲν γάρ τις ἔχει
τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος καὶ θυρεὸν πίστεως τοιοῦτον, ὡς
δύνασθαι θαυματουργεῖν κἂν τῶν τεραστίων τὸ τῶν ἀναισχύν-
των ἐμφράττειν στόμα, οὐδὲν ἂν δέοιτο τῆς ἀπὸ τοῦ λόγου βοη-
θείας· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τότε ἄχρηστος ἡ τούτου φύσις." ἀλλὰ καὶ
B ὁ θαυμάσιος τάδε διέξεισι Μάξιμος. „δίχα λογικῆς," φησὶ, „δυ-
νάμεως ἐπιστημονικὴ γνῶσις οὐκ ἔστι· καὶ γνώσεως χωρὶς οὐ
συνίσταται πίστις, ἀφ' ἧς τὸ καλὸν γέννημα πρόεισιν ἡ ἐλπίς."
καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ θεῖος ἐκ Δαμάσκου φησὶ Ἰωάννης· „ὡς εἰ καὶ
παρὰ τῶν ἔξωθεν χρήσιμόν τι καρπώσασθαι δυνηθείημεν, οὐ

terrogare." Multum deinde vir iste divinus habet sermonem, quem accuratius discere poterunt quicunque legere illum voluerint. Nam cum impraesentiarum nobis ad ulteriora festinantibus nihil otii sit, pauca saltem divinorum hominum illorum verba hic proponere visum est, quantum scilicet instituti operis ratio a nobis postulat: caetera vero legere volentibus reliquimus, cum semper ampla cunctis ut id faciant data sit potestas. Consonat etiam illis magnus Basilius, ubi ait, dialecticae disciplinae facultatem esse instar muri, nec permittere, ut dogmata diripiantur, aut a volentibus facile expugnentur. His fere similia profert divus Chrysostomus, ubi sic loquitur: „quod spectat ad optimam vitae institutionem, alterius vita posset nos ad vitae similis aemulationem inducere. Sed cum anima spuriorum atque adulterinorum morbo dogmatum laborarit, tunc multa est sermonis et doctrinae necessitas; non solum ut nostra sint in tuto, sed etiam ut adversus externa bella muniamur. Nam si quis gladium spiritus et scutum Fidei tale habeat, ut miracula edere atque iis editis impudentium ora obstruere possit, sermonis vel doctrinae auxilio neutiquam opus haberet: imo vero neque tunc inutiles ex natura sua forent." Sed et mirabilis Maximus alicubi sic disserit: „sine rationali facultate nulla est scientifica cognitio; et absque cognitione non consistit Fides, ex qua progenies praeclara, spes videlicet, enascitur." Agmen claudet divus Ioannes Damascenus, qui sic ait: „si quid profanis e scriptoribus utilitatis percipere possimus,

τῶν ἀπηγορευμένων ἐστί. γενώμεθα δόκιμοι τραπεζῖται, τὸ μὲν A. C. 1351
γνήσιον καὶ καθαρὸν χρυσίον σωρεύοντες, τὸ δὲ κίβδηλον παραι- Imp. Io. Cantacuz. 5
τούμενοι. λάβωμεν λόγους καλλίστους· θεοὺς δὲ γελοίους καὶ C
μύθους ἀλλοτρίους τοῖς κυσὶν ἀποῤῥίψωμεν. πλείστην γὰρ ἐξ
αὐτῶν κατ' αὐτῶν ἰσχὺν κτήσασθαι δυνηθείημεν." Καὶ τί δεῖ
μέτροις ἀριθμητικοῖς πειρᾶσθαι συγκλείειν τὰ καὶ αὐτοὺς σχε-
δὸν ἀριθμητικοὺς παραιτούμενα νόμους; ὅσα τε δηλαδὴ διεξί-
ασιν, οὓς διελάβομεν καὶ ὧν ἐμνήσθημεν, ἕτερα· καὶ ὅσαπερ
οὐδαμῆ διελάβομεν. οἷς γὰρ οὐκ ἀπέχρησε τὰ κεκομισμένα, τού- D
τοις οὐδ' ὅλας βίβλων ἁμάξας κομίζων τις σύνεσιν κομιεῖσθαι
παρασκευάσει· ἢ μᾶλλον, ᾧ μὴ σύνεσιν ἀπέχρησε τοῖς λογι-
σμοῖς ἐνθεῖναι, ἄφυκτον ἀνάγκην εἶναι τοὺς Ἑλλάδι χρωμένους
φωνῇ, καὶ τοῖς τῶν συλλαβῶν καὶ στοιχείων ταύτης εὑρεταῖς
ἀναφέρειν τὴν μίμησιν, καὶ τάς γε τῶν ἀμφισβητουμένων ἀνα-
τιθέναι κρίσεις καὶ λύσεις, καθάπερ στάθμαις καὶ κανόσι τέκτο-
νες καὶ λιθουργοὶ, τῷ ποτ' ἂν τῶν πάντων οὗτος ἑτέρῳ πεισθείη; E
οἶμαι τῶν πάντων ἥκιστ' ἄν ποτ' οὐδενί. τὸν γὰρ τοῖς θείοις
ἐκκλησίας φωστῆρσι τοῦτο δρῶσιν οὐχ ἑπόμενον λόγοις οὐδείς
ποτε πείσειεν ἄν, οὐ βαρβάρων, οὐχ Ἑλλήνων, οὐκ ἀγγέλων,
οὐκ ἀνθρώπων, οὐκ ἀσόφων, οὐ σοφῶν τῶν ὄντων οὐδενός.
πάρεστι τοίνυν σκοποῦσιν ὀρθῶς, οἷς ἐμπάθειά τις ἀχλύος δίκην

16. οὗτος em. Capp. pro οὐθ'. 21. σκοποῦσιν Capp. pro σκοποῦντι.

eam consectari nullatenus est prohibitum. Probi simus nummularii: genuinum ac sincerum coacervemus aurum; adulterinum vero et scoria plenum respuamus. Sermones praeclarissimos assumamus; ridiculos autem Deos alienasque fabulas canibus proiiciamus. Multum enim roboris contra se nobis ipsi suppeditare poterunt." Sed quid opus est ut certo numero ea concludere conemur, quae ipsas ferme arithmeticas leges ferre recusant? Ea intelligo quae disserunt laudati a nobis SS. Patres, et alia quae vel commemoravimus, vel alto silentio praetermisimus. Quibus enim non sufficiunt a nobis allata testimonia, iis etiam si solida plaustra libris onusta quispiam adveheret, intelligendi vim afferre non poterit. Potius dicam: quicunque ex allatis testimoniis non potuit mente comprehendere, inevitabilis hoc esse necessitatis, ut qui Graeca utuntur lingua, eos sibi proponant imitandos, qui linguae huius elementa et syllabas adinvenerunt, et ad eorumdem iudicium controversias illi suas ac lites componendas referant (quemadmodum fabri, et qui scalpendo lapides elaborant, amussi ac regulae omnia subiiciunt) quisquis, inquam, ineluctabilem hanc necessitatem mente concipere non potuit, cuinam alteri ex omnibus fidem habebit? Nemini unquam omnium, ut opinor. Si quis enim hoc etiam a divinis ecclesiae luminibus factitatum non imitetur, huic nemo unquam persuadere poterit, cuiuscunque tandem sive barbarorum, sive Graecorum, sive angelorum, sive hominum, sive imperitorum, sive sapientium sermonibus ad hoc utatur. Igitur quicunque recte et attente rem considerarint, nec ullo affectu, quasi quadam caligine, perturbatum animum, nec ingenii tar-

A. M. 6859 Ind. 4 F P. 682 V. 550 B C D

ἥκιστα ἐνοχλεῖ τῇ ψυχῇ, μηδὲ νοῦ βραδυτὴς τὸ θαρροῦν ἀμβλύνει τῆς γνώμης, ἀδεκάστους φέρειν τὰς ψήφους. (*Δ.*) Καὶ πρῶτον μὲν δὴ κείσθω ζήτημα τουτὶ ταῖς παρούσαις χρείαις· εἰ ἐπὶ τῆς ἁπλῆς καὶ ἀσωμάτου φύσεως (λέγω δὴ τοῦ θεοῦ) διαφορὰν ἡντινοῦν δογματίζειν οὐσίας καὶ ἐνεργείας ἔξεστι· ὡς τὴν μὲν οὐσίαν ἀμέθεκτον εἶναι κτίσμασιν ἅπασι κομιδῇ („αὐτὴ γὰρ καθ' αὑτήν," φησὶν, „ἡ θεία μετεχομένη τε καὶ λαμβανομένη φύσις ἢ φυρμὸν πείσεται, ἢ τὴν παθητὴν ἐξαναλώσει φύσιν, πρὶν ἂν ληφθῇ· οὐδεὶς γὰρ, φησὶν, ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται") τὴν δ' ἐνέργειαν μόνην ἅπασι κτίσμασι γίνεσθαι μεθεκτὴν, μόνῳ μὲν τῷ ἀκτίστῳ μηδὲν ἐκείνης διαφέρουσαν· ὡς δ' αἰτίαν ὑπερκειμένην ἔχουσαν ἐκείνην, τούτῳ δὲ διαφέρουσαν· εἶναι δὲ τὴν ἐνέργειαν εἰς εἴδη διαιρουμένην, σοφίαν, δύναμιν, ζωὴν, ἀλήθειαν, βούλησιν, ἁγιασμὸν, καὶ ὅσα μυρία τοῖς ἐντυγχάνουσι ταῖς αὐτοῦ διαιρέσεσιν ἔξεστι διαγινώσκειν σαφέστερον, ὄψεσιν ἄγουσιν οἰκείαις εἰς πίστιν ἑαυτοὺς ἀκριβῆ. (*Ε.*) Ἐπειδὴ τοίνυν ἐκ τῶν ἁγίων ἡμῶν διδασκάλων οὔθ' ὁ ὑμέτερος ἔγνω πεισθῆναι διδάσκαλος Παλαμᾶς, οὔθ' ὑμεῖς ἐκείνῳ πειθόμενοι, διαμαρτίας (ὡς ἔοικε) λέξεων καταγνόντες, φέρε τούς τε ἄλλους μιμησόμεθα καὶ ἡμεῖς θείους πατέρας, ὡς εἴρηται, καὶ δὴ καὶ Ἰουστῖνον τὸν θεῖον καὶ σοφώτατον ἄνδρα, καὶ μέγαν τῆς εὐσεβείας μάρτυρα καὶ ἀθλητήν. εἶναι γὰρ τῶν ἐκείνου βιβλίων καὶ

7. φησὶν, quod post μετεχομένη τε in apogr. est, delevit Capp. ut supervacaneum.

ditate alacritatem mentis hebetatam habuerint, his rectum licebit atque incorruptum ferre iudicium. (IV.) Et quidem, in huiusce commoditatis articulo, prima haec proponatur quaestio: utrum in simplici et incorporea natura (de divina loquor) aliquod substantiae et operationis discrimen statuere liceat; adeo ut substantia quidem a nulla creatura possit ullatenus participari („divina enim natura," inquit, „si ipsa per se ipsam participetur et recipiatur, aut mixtionem patietur, aut patibilem naturam absumet, antequam recepta fuerit. Nemo quippe videbit faciem meam, et vivet"), operatio vero sola possit ab omnibus creaturis participari: et tamen, quatenus increata est praecise et formaliter, nihil a substantia differat; sed quatenus eam ut sui causam et se ipsa superiorem agnoscit, eatenus duntaxat ab ea distet, et in multas dividatur species; nimirum in sapientiam, potentiam, vitam, veritatem, voluntatem, sanctificationem, et sexcenta huiusmodi; quae manifestius poterunt deprehendere, qui divisiones eius legerint, et propriis oculis plenam sibi ipsi fidem fecerint. (V.) Cum igitur a sanctis doctoribus nostris persuaderi sibi magister vester Palamas nolit, sicut nec vos eidem obsequentes; qui etiam, ut videtur, sanctos Patres accusatis, quod suis in verbis aberrarint: age, cum alios sanctos Patres, ut dictum est, imitemur, tum maxime Iustinum, divinum sapientissimumque virum, et magnum pietatis martyrem ac propugnatorem. Nam

λόγων καὶ τὸν περὶ μοναρχίας λόγον, ἐν ᾧ πλείστας παράγει τὰς μαρτυρίας ἐξ Ἑλλήνων φιλοσόφων, ποιητῶν τε καὶ ῥητόρων, οἷς ὁμολογεῖν εἶναι συνηνέχθη μὴ δύο, μηδὲ πολλοὺς, ἀλλ' ἕνα θεόν. εἰκὸς γὰρ ᾠήθη τοῖς πλείστοις ἀξιοπιστοτέρους εἶναι τὰς τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίας. καὶ τὸν τοιοῦτον καὶ ἡμεῖς τήμερον τρόπον ἐκ τῆς τῶν θύραθεν ἐπιστήμης τὰς μαρτυρίας ἀγάγωμεν κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν, τὴν σφῶν παρωσάμενοι θρησκείαν. μηδὲ γὰρ εἶναι τῆς θρησκείας τὴν ἐπιστήμην, μηδὲ βλάβην ἐκεῖθεν ὑφορᾶσθαι μηδ' ἡντινοῦν, οὐ μᾶλλόν γε ἢ τῶν τροφίμων τὰ πλείω κομιζομένους ἐκ βαρβάρων καὶ ἀλλοφύλων γενῶν· αἷς ἐπενεγκεῖν ἀξιώσομεν αὖθις τὰς τῶν ἁγίων, ὁπόσας καὶ οἵας ἐπίτηδες ἐταμιευσάμεθα τράπεζαν· καὶ δεῖξαι σύμφωνον μὲν ἐκείνους ἄδοντας μέλος καὶ ἐναρμόνιον, κἂν ταῖς τῶν λέξεων σημασίαις· τὸν δ' ὑμέτερον Παλαμᾶν μήτε τούτοις μήτ' ἐκείνοις συνᾴδοντα, ἀλλ' ὅμοιον πάσχοντα, καθάπερ ἄν εἴ τις νοσώδης τὴν φύσιν καὶ χαῦνος ὑπάρχων ἀνὴρ χρείας ἡστινοσοῦν, εἰληφὼς ὁτουδήποτε μάχαιραν τῆς οἰκείας δυνάμεως ὑπερτέραν, ἔπειτα μὴ δυνάμενος ἄλλοθεν, ἐκ τῶν οἰκείων σαρκῶν ὠμοβόρον ἑαυτῷ παρετίθει τράπεζαν, αὐτὸς ἑαυτὸν ἑστιῶν μοχθηρῶς, κἀκ τοιούτων φιλοφρονούμενος πόνων, ἑστιάτωρ καὶ δαιτυμὼν ἐν ταὐτῷ γινόμενος αὐτὸς ἑαυτῷ, ὥς γε εἴρηταί τε καὶ εἰρήσεται. ὑπὲρ γὰρ ὧν ἠπείγετο, τούτων ἐκπέπτωκε· καθ' ὧν δ' ἐπόνει, τούτοις δ' ἔλαθεν ἄθυρμα γεγονὼς προφανές· ἀμφοῖν, οἰήσεως ἅμα καὶ ἀμαθίας,

A. C. 1351 Imp. Io. Cantacuz. 5

inter alios eius libros ac tractatus unum de monarchia habemus, in quo plurima e gentilibus philosophis, poetis, et oratoribus, adducit testimonia, quibus isti neque duo, neque plures, sed unum esse Deum aperte confessi sunt. Hoc enim esse verisimile putavit; inimicorum scilicet testimonia maiorem apud plurimos fidem mereri. Eadem nos hodie ratione e scientiis profanorum petita testimonia, sicut polliciti sumus, proferemus, repudiata tamen eorum religione. Neque enim ad religionem scientia pertinet; neque hanc potius nobis fore noxiam suspicari debemus, quam alimenta, quae e barbaris et alienigenis asportamus. Profanorum autem testimoniis esse subiungenda censemus SS. Patrum dicta quaecunque condidimus et veluti ad mensam opipare instruendam consulto asservavimus. Ostendemus etiam, scriptores profanos, quasi aequaliter effecto concentu, SS. Patribus plane consona proferre, etiam quantum ad verborum significationes: vestrum autem Palamam neque his neque illis concinere: sed ita se gerere, ac si quis ex natura sua valetudinarius, et ad quamlibet operam prae languore ineptus, cuiuscunque demum ensem, qui suas vires superet, arripiat; ac deinde, cum aliunde non possit, saltem propriis e carnibus crudivoram sibi mensam apponat, ipse se ipsum male pascens, et ex hisce laboribus suis benevolus et comis ipse sibi convivator simul et conviva fiat, ut iam dictum est, et etiamnum dicetur. Nam de quibus tanto studio tantoque contendebat opere, iis excidit; contra quos autem tantum laboris impendebat ac studii, se iisdem manifeste ludos factum non animadvertit:

A. M. 6859 Ind. 4 ἑκατέροιν ἐκείνοιν αὐτῷ γενομένοιν αἰτίοιν. (ς'.) Πλωτίνου τοί-
νυν ἀκουσώμεθα πρώτως, περὶ οὐσίας καὶ ἐνεργείας θεοῦ τάδε
διεξιόντος. „εἰ ὑποθοῖτό τις (φησὶν) ἑλέσθαι τὸν θεὸν ἀλλάξα-
B σθαι τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, μήτ' ἂν ἄλλο τι γενέσθαι βουληθῆναι,
μήτ' ἂν ἑαυτῷ μέμψασθαι, ὡς ὑπ' ἀνάγκης τοῦτο ἦν. ἔστι γὰρ
ὄντως ἡ ἀγαθοῦ φύσις θέλησις αὐτοῦ· ὅτι μηδὲν ἦν ἄλλο, ἵνα
πρὸς ἐκεῖνο λεχθῇ. εἰ μὲν οὖν εἴη τις ἐνέργεια ἐν αὐτῷ, καὶ τῇ
ἐνεργείᾳ θείημεν αὐτὸν, οὐδ' ἂν διὰ τοῦτο εἴη ἕτερος αὐτοῦ, καὶ
οὐκ αὐτὸς αὐτοῦ κύριος, ἀφ' οὗ ἡ ἐνέργεια· ὅτι μὴ ἕτερον ἐνέρ-
C γεια καὶ αὐτός. ἐπεὶ γὰρ οὐσία καὶ ἐνέργεια ἐκεῖ ἐλέγετο, δύο
πως ὄντα, ἐκ τῆς ἐνεργείας ἐδίδου τὴν ἔννοιαν τοῦ κυρίου· τοῦ-
το δ' ἦν τῇ οὐσίᾳ ταὐτόν. διὰ τοῦτο καὶ οὐ χωρὶς ἐγένετο τὸ
κύριον εἶναι, ἀλλ' αὐτὸ ἑαυτοῦ κύριον ἐλέγετο. οὐ γὰρ δύο ὡς
ἓν, ἀλλ' ἕν. ἢ γὰρ ἐνέργεια μόνον, ἢ οὐδ' ὅλως ἐνέργεια. εἰ δ'
οὐσίαν ἄνευ ἐνεργείας τις λέγοι, ἐλλιπὴς ἡ ἀρχὴ καὶ ἀτελὴς ἡ
τελειοτάτη πασῶν ἔσται. καὶ εἰ προσθείη ἐνέργειαν, οὐχ ἓν τηρεῖ,
D ἀλλ' ἠλάττωσε τῇ προσθήκῃ. εἰ οὖν τελειότερον ἡ ἐνέργεια τῆς
V. 551 οὐσίας, τελειότερον δὲ τὸ πρῶτον, πρῶτον ἂν ἐνέργεια εἴη.
ἐνέργεια δὲ, οὐ δουλεύουσα οὐσίᾳ, καθαρῶς ἐστιν ἐλευθέρα.
καὶ οὕτως αὐτὸς παρ' αὑτοῦ ὁ θεὸς, εἴτ' οὐσίαν εἴποις, εἴτ'
ἐνέργειαν. οὐ γὰρ δύο, ἀλλ' ἕν. πῶς γὰρ ἂν εἴη βούλησις ἐξ οὗ-

7. λεχθῇ Capp. pro ἐλεχθῇ. 12. ἐγίνετο coni. Capp.

quae damna duo arrogans existimatio sui et inscitia ipsi intulerunt. (VI.) Plotinum itaque primo audiamus, de Dei substantia et operatione ita disserentem. „Si quis," inquit, „supponeret velle Deum suam commutare naturam, neque tunc aliud fieri Deus vellet, neque id sibi vitio daret, quod necessario talis esset. Nam boni natura est revera Dei voluntas: quia nihil esset aliud, cuius habita ratione Deus velle diceretur. Si quis igitur esset in eo actus, et eum esse in actu poneremus, non ideo esset alius a se ipso, nec ideo non esset sui dominus, a quo actus procederet: quoniam aliud non est actus, et aliud ipse Deus. Cum enim ibi substantia et actus esse quadamtenus duo dicerentur, ex actu ipso ideam alicuius domini darent. Hoc autem, quod domini rationem haberet, esset idem cum substantia. Ideo, esse dominum, non esset quid separatum ac divisum; sed idem sui ipsius dominus diceretur. Non enim duo ut unum, sed re ipsa unum forent. Aut enim actus duntaxat, aut nullo modo actus esset. Quod si quis absque actu, seu operatione, substantiam esse dixerit, tunc substantia, quae principium est, in aliquo deficiet; et quae omnium est perfectissima, erit imperfecta. Iam vero si quis ei substantiae actum seu operationem addat, non servat unitatem; sed hocce additamento substantiam imminuit. Si ergo actus perfectior sit substantiâ, et aliunde quod primum est, illud quoque sit perfectius, sequitur actum esse quid primum. Actus autem substantiae non inserviens est pure liber. Et sic ipse a se ipso Deus est, sive substantiam dicas, sive actum. Nec enim duo sunt, sed unum quid. Et vero quomodo volitio procederet a substan-

σίας ἀνενεργήτου; οὐχ ἕτερον ἄρα τῆς οὐσίας οὐδέν. φύσις οὖν A. C. 1351
ἁπλῆ, καὶ ἐνέργεια μία, καὶ οὐδὲ τὸ δυνάμει ἔχουσα ἄλλο, ἄλλο Imp. Io. Cantacuz. 5
δὲ τὸ ἐνεργεῖν, πῶς οὐκ ἐλευθέρα; οὐδὲ γὰρ πεφυκέναι λέγοιτ' E
ἂν ἐνεργεῖν, ἄλλης οὔσης τῆς οὐσίας, καὶ τῆς ἐνεργείας ἄλλης."
(Z.) *Φησὶ δὲ καὶ Ἀριστοτέλης, ὅτι „τὸ ἐξ ἀνάγκης ὂν κατ' ἐνέρ-*
γειάν ἐστι καὶ ἀΐδιον καὶ χωρὶς δυνάμεως, εἴτουν αὐτοενέργεια
καὶ πρώτη οὐσία." καὶ ἀλλαχοῦ· „ἕκαστον τῶν ὄντων, ὧν ἔργον
τί ἐστιν, ἤτοι ἐνέργεια, ἕνεκα τοῦ ἔργου αὐτοῦ ἐστι. θεοῦ δ' F
ἐνέργειά ἐστιν ἀθανασία, ὅπερ ἐστὶ ταὐτὸν εἰπεῖν ζωὴ ἀΐδιος·
ὥστε ἀνάγκη τὸν θεὸν κίνησιν ἀΐδιον ὑπάρχειν, εἴτουν ἐνέργειαν."
Ὁρᾷς τὰς μαρτυρίας, σὺν ἐπιστήμης εὐροίᾳ προενεχθείσας, καὶ
ὅσην αὐτόχρημα τοῖς περὶ θεοῦ λεγομένοις πρὸς τῶν σοφῶν δι- P. 684
δασκάλων ἡμῶν καὶ φωστήρων τῆς ἐκκλησίας τὴν συμφωνίαν
ἔχουσιν· ὡς ταὐτὸν ἐπὶ θεοῦ σαφῶς οὐσία τε καὶ ἐνέργεια, μηδὲν
οὐδαμῶς διαφέροντα· καθάπερ καὶ ἡμῖν ἀνωτέρω λαβοῦσιν εἰς
μῆκος ἐκτέθειται· Ἀθανασίου φημὶ, Βασιλείου, Κυρίλλου, καὶ
Θεοδώρου, τοῦ τὴν Εἰκονομαχίαν ἐλάσαντος σοφωτάτοις ἐκ μέ-
σου λόγοις, ὡς Ἀθηναῖοι πάλαι τὸ Κυλώνιον ἄγος ἐξ Ἀθηνῶν. B
τότε μὲν γὰρ ἐγὼ τῶν ἁγίων ἐκείνων βίβλους σχὼν ἀνὰ χεῖρας
ὑπ' ὄψιν ἦγον λαμπρὰν τὰ λεγόμενα· ἐνταυθοῖ δ' οὐ παρέθηκα,
περιττὸν ἡγησάμενος πανταχοῦ τὴν ὁμοίαν ἔκθεσιν δρᾷν. εἶναι
γὰρ τοῖς βουληθεῖσι ῥᾴδιον, ἀναδραμοῦσι μικρὸν τῆς ἡμῶν ταυ-

3. *πεφυκέναι* Capp. pro *πέφυκε*.

tia, quae actu et efficacia careret? Ergo nihil aliud est actus praeter substantiam. Itaque natura simplex, et actus unicus, in quo aliud non est esse in potentia, et aliud esse in actu, quomodo non erit liber? Nec enim diceretur Deus ex natura sua esse in actu, si aliud esset ipsius substantia et aliud actus, seu operatio." (VII.) Aristoteles etiam ita loquitur. „Quod necessario est, actu est et aeternum et absque potentialitate, seu potius est ex natura sua et per se actus sive operatio, et prima substantia." Et alibi. „Unumquodque entium, quorum est aliquod opus proprium, seu operatio, est propter suum opus. Porro Dei operatio est immortalitas; quod idem est ac si dicas, est vita aeterna: ita ut Deus necessario sit aeterna motio, seu operatio." Vides testimonia, cum facili expeditaque scientia huc usque prolata. Cernis quantum re ipsa consona sint iis, quae sapientes nostri doctores et ecclesiae lumina de Deo disserunt; nempe in Deo substantiam et actum, seu operationem, esse manifeste unum quid, nec ullatenus a se invicem differre: quemadmodum et supra fusius exposuimus. Porro cum sapientes nostros doctores dico, loquor de sanctis Athanasio, Basilio, Cyrillo et Theodoro, qui iconomachorum haeresin sapientissimis suis libris e medio sustulit, sicut Athenienses olim Cyloniae caedis labem Athenis exegerunt. Et vero cum Sanctorum illorum libros prae manibus haberem, tunc eorum verba palam ob oculos ponebam. Hic autem ea non apposui, supervacaneum quid facturum me ratus, si eadem ubique similiter exhiberem. Qui enim ea repetere voluerint, quae paulo ante hocce

A. M. 6859 Ind. 4 τησὶ διάστημα συγγραφῆς, ἐντυχεῖν· εἰς πλάτος ἡμῖν εἰρημένου
αὐτοῖς, ἔνθα λαληθέντα τε καὶ πραχθέντα παρὰ τὴν λῃστρικὴν
C ἡμῖν ἐκείνην ἐκτέθειται σύνοδον. ἀλλ' ἐπιλείψει με (εἶπον) τὰ
παραπλήσια κομίζειν ὁ χρόνος ἐθέλοντα. (H.) Ὅμως καὶ ἐπεὶ
τὴν εἰκόνα θεοῦ φασιν οἱ θεῖοι πατέρες τὸν νοῦν, πολλαχῇ δὲ
καὶ νοῦν καλοῦσιν αὐτὸν, καὶ πρό γε τῶν θεοπρεπῶν ὀνομάτων
ἐμάθομεν εἶναι τὸ ἓν καὶ τὸ ὂν καὶ τὸν νοῦν καὶ τὴν βούλησιν,
D φέρε σκεψώμεθα, τί καὶ περὶ τούτων τεχνολογοῦσιν οἱ τῆς ἡμε-
τέρας γλώττης ἐπιστήμονες ἁρμόσται καὶ παιδευταί. ἐς γὰρ τὴν
αὐτὴν ἀγάγοι ἂν καὶ ταῦθ' ἡμᾶς ἐπιστημονικὴν τεχνολογίαν καὶ
γνῶσιν, οἷς ἔφθημεν περί γε οὐσίας ἐκείνης, μοναδικοῦ τε καὶ
ἑνιαίου. φησὶ τοίνυν εὐθὺς ὁ Πλωτῖνος αὖθις· „τὴν τοῦ παντὸς
διάθεσιν εἴ τις ὀνομάζει πρόνοιαν, οὕτω νοείτω· ὅτι ἐστὶ πρὸ
τοῦδε νοῦς τοῦ παντὸς ἑστὼς, ἀφ' οὗ καὶ καθ' ὃν πᾶν τόδε. εἰ
E μὲν οὖν νοῦς πρὸ πάντων καὶ ἀρχὴ ὁ τοιοῦτος νοῦς, οὐκ ἂν εἴη
ὡς ἔτυχε." καὶ αὖθίς φησιν, ὡς „ἁπλῆ ἐστιν ἡ τοῦ νοῦ οὐσία, καὶ
V. 552 οὐκ ἄλλο νόησις, καὶ ἄλλο νοῦς. οἱ γὰρ λέγοντες ἄλλως προσι-
θέασιν αὐτῇ, ὥσπερ ὀφθαλμοῖς τὸ ὁρᾶν. ἑατέον οὖν ἐπὶ τῆς
ἁπλῆς φύσεως, τἄλλα μηδεμιᾶς ἐπικουρίας δεομένης. ὃ γὰρ ἂν
προσθῇς, ἠλάττωσε τῇ προσθήκῃ τὴν οὐδενὸς δεομένην." καὶ
F πολλὰ πολλαχῇ περὶ τούτου διεξελθὼν ἐπιφέρει καὶ Πλάτωνα,

1. εἰρημένοις coni. Capp. 6. πρός γε coni. Capp.

in opere nostro scripsimus, iis facile fuerit legere quae fuse supra exposuimus, ubi de dictis et factis in praedatoria illa synodo Palamitica egimus. Verum, inquam, deficiet me tempus si totidem et similia hic proferre voluero. (VIII.) Quoniam tamen sancti Patres humanam mentem esse Dei imaginem asserunt, multisque in locis ipsum Deum vocant mentem; et praeterea, unum, ens, mentem, voluntatem, inter divina nomina locum habere didicimus, agedum perpendamus, quid de his quoque ex artis suae praeceptis disserant linguae nostrae periti moderatores ac magistri. Haec enim in eandem scientificam artis methodum et cognitionem nos ducent, ac illa quae prius de substantia et operatione, itemque de simplicis illius substantiae singularitate et unitate diximus. Statim igitur Plotinus iterum sic loquitur. „Si quis huius universi dispositionem appellet providentiam, id ita intelligat, ut ante hancce rerum universitatem exstiterit mens, a qua et per quam hoc universum factum est. Itaque si ante omnia exstitit mens, quae est omnium principium, sane omnia non erunt fortuita." Et rursus haec dicit. „Simplex est mentis seu intellectus substantia, nec aliud est intellectio, et aliud intellectus. Qui enim aliter loquuntur, ipsi substantiae addunt quidpiam, sicut oculis visionem. Haec igitur omittenda est additio in simplici natura, quae aliunde nulla ope indiget. Quidquid enim addideris, hoc sui additamento naturam nullius indigam imminuet." Cumque hac re super multis in locis multa disseruisset Plotinus, subiungit Platonis testimonium, qui hanc sententiam suo calculo confirmet,

βεβαιοῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ. „νοῦς γὰρ," φησὶ, „μὴ νοῶν ἀνόη- A. C. 1351
τος ἂν εἴη." καὶ Ἀριστοτέλης δ' ὁμοίως· „τέλειος," φησὶ, „νοῦς Imp. Io. Cantacuz. 5
αὐτοφυής ἐστιν ἐνέργεια, καὶ ταὐτόν ἐστιν ἐπ' αὐτοῦ, ταὐτὸν
καὶ ἐνέργεια· ἢ οὐ μεταβάλλει, ἄλλο τι ὢν τὴν οὐσίαν καὶ ἄλλο P. 685
τὴν ἐνέργειαν." ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι. (Θ.) Ἴδωμεν δὲ καὶ
τῶν σοφῶν καὶ ἁγίων διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας τὴν συμφωνίαν.
„ὁ θεὸς οὔτε νοῶν λέγεται κυρίως, οὔτε νοούμενος, ἵνα μὴ σύν-
θετος λογισθῇ. τό,τε γὰρ νοοῦν συνεπιθεωρουμένην ἔχει τὴν τοῦ
νοεῖν δύναμιν, τό,τε νοούμενον τὴν τοῦ νοεῖσθαι. ἀλλ' οὐδὲ
νόησις· ἡ γὰρ νόησις ἔχει φυσικῶς ὑποκειμένην δεκτικὴν αὐτῆς B
οὐσίαν. λοιπὸν οὖν, ὑπὲρ ταῦτα πάντα· εἰ μή που νόησιν αὐ-
τὸν εἴποιμεν αὐτὸ κατ' οὐσίαν. καὶ ὅλον νόησιν, καὶ μόνον νόη-
σιν, καὶ νόησιν ὑπὲρ νόησιν." καὶ ἀλλαχοῦ· „ἡ αὐτοϋπεραγαθό-
της, νοῦς οὖσα καὶ ὅλη ἐνέργεια, εἰς ἑαυτὴν ἐστραμμένη, ἐνερ-
γείᾳ δ', οὐ δυνάμει, πρότερον οὖσα ἀφροσύνη, εἶτα νοῦς ἐνερ-
γείᾳ γινομένη. ὅθεν καί ἐστι νοῦς μόνον καθαρὸς, οὐκ ἐπείσα- C
κτον ἔχων τὸ φρονεῖν, ἀλλὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα νοεῖ. εἰ γὰρ ἡ
μὲν οὐσία αὐτοῦ ἄλλο ἐστὶν, ἃ δὲ νοεῖ ἕτερα αὐτοῦ, αὐτὸς
ἀνόητος ἔσται, ἤγουν ἡ οὐσία αὐτοῦ." (Ι.) Καὶ ταῦτα μὲν ἐξ
αὐτοσχεδίου τέως ἡμῖν εἴρηται. σχολῆς δέ μοι προσγενομένης,

3. Post ἐπ' αὐτοῦ Capp. addendum censet οὐσία. 12. αὐτὸ om. al.
14. ἐνεργείᾳ ἐστὶ al. 17, πάντως al. 18. ἄλλη al.

et dicat, intellectionem esse intellectum seu mentem. „Mens enim", inquit, „sine intellectione amens esset." Pariter Aristoteles, „perfecta mens," inquit, „est etiam per se et ex natura sua actus, seu operatio, et in ea idem sunt substantia et actus. Vel nullam patitur mutationem, cum aliud non sit eius substantia, aliud eius operatio." Et haec quidem illi scriptores profani dixerunt. (IX.) Videamus porro quantum sapientes et sancti ecclesiae doctores ipsis concinant. „Deus (inquit S. Maximus) neque intelligens proprie dicitur, neque res intellecta; ne compositus esse existimetur. Nam substantia intelligens habet intelligendi potentiam, quae in ipsa esse cointelligitur. Pariter intellecta res habet potentiam seu capacitatem ut intelligatur. Sed neque intellectio est Deus. Nam intellectio ex natura sua habet subiectam substantiam, ipsius intellectionis capacem. Restat igitur, ut super omnia sit Deus: nisi forte dicamus ipsum esse intellectionem per essentiam, ipsum totum esse intellectionem, esse solum intellectionem, et intellectionem supra intellectionem." Et alibi: „Bonitas essentialis omni bonitate superior, cum sit mens et tota operatio, ad se ipsam conversa, est actu non vero potentia; quasi prius fuisset amentia, deinde mens actu fieret. Unde mens est solummodo pura, nec adventitiam sapientiam habet; sed a se ipsa omnia intelligit. Si enim substantia eius aliud esset, et ab ipsa alia essent ea quae intelligit, mens ipsa, sive ipsius substantia, non esset intelligibilis." (X.) Et haec quidem hactenus ex tempore nec ita praemeditate a nobis dicta sunt. Cum autem otii

A. M. 6859 Ind. 4 εἰρήσεται κἀκ τῶν ἄλλων σοφῶν καὶ θείων τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν
D διδασκάλων κατὰ πλῆθος τὰ παραπλήσια. ἔξεστι δ' οὖν ὅμως
κἀκ τούτων ἐπιγνῶναι τῆς συμφωνίας τὸ κράτιστον, ὡς ἐπὶ τῆς
ἁπλῆς καὶ θείας οὐσίας ταὐτὸν εἶναι πρὸς πάντων ὁμοῦ μαρτυ-
ρεῖται, τῶν τε θύραθεν καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς σοφωτάτων ἀνδρῶν,
οὐσία τε καὶ ἐνέργεια. ἐπεὶ τοίνυν ἐς τὸ ἀναμφίλεκτόν τε καὶ
E ἀναντίῤῥητον ἐπιεικῶς ἡμῖν δέδεικται τὸ ἀδιαίρετόν τε καὶ ἀδιά-
φορον τῆς οὐσίας καὶ ἐνεργείας ἐπὶ τῆς θείας καὶ ἁπλῆς φύσεως
πανταχόθεν, φέρε κἀκ τῆς μονάδος καὶ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ ἀγαθοῦ
τὴν τῆς οὐσίας καὶ ἐνεργείας ταὐτότητα δείξωμεν αὖθις ὁμοίως.
„πάντα τὰ ὄντα τῷ ἑνί ἐστιν ὄντα," φησὶν, „ὅσα τε πρώτως ἐστὶν
ὄντα καὶ ὅσα ὁπωσοῦν λέγεται ἐν τοῖς οὖσιν εἶναι. τί γὰρ ἂν
καὶ εἴη, εἰ μὴ ἓν εἴη; ἐπείπερ ἀφαιρεθέντος τοῦ ἑνὸς, οὐκ ἔστιν
F ἐκεῖνα· οὔτε γὰρ στρατὸς, οὔτε χορὸς, εἰ μή ἐστι τὸ ἕν. καὶ δὴ
καὶ τὰ τῶν φυτῶν καὶ ζώων σώματα, εἰ φεύγει τὸ ἓν εἰς πλῆθος
θρυπτόμενα, τὴν οὐσίαν αὐτῶν ἣν εἶχεν ἀπώλεσεν, οὐκ ἔτι ὄντα
ἃ ἦν. ὅστις δ' οἴεται τὰ ὄντα τύχῃ καὶ τῷ αὐτομάτῳ διοικεῖ-
σθαι, καὶ σωματικαῖς συνέχεσθαι αἰτίαις, οὗτος πόῤῥω ἀπελή-
λαται θεοῦ καὶ ἐννοίας ἑνός. εἴπερ δεῖ τι αὐταρκέστατον εἶναι,
P. 686 τὸ ἓν εἶναι δεῖ. τόπος δὲ οὐδεὶς αὐτοῦ. οὐ γὰρ δεῖται ἱδρύσεως,
V. 553 ὡς αὐτὸ φέρειν μὴ δυνάμενον· τό,τε ἱδρυθησόμενον ἄψυχον,
καὶ ὄγκος πίπτων, ἐὰν μήπω ἱδρυθῇ. ἐνδεὲς γὰρ, καὶ τόπον

quidpiam nactus fuero, iuxta sapientium et divinorum ecclesiae doctorum sententiam, totidem et similia fusius exponam. Tamen ex supra dictis animadvertere licet, in quo praecipue sapientissimi, tum inter ecclesiae doctores, tum inter gentiles philosophos, viri consentiant. Nimirum unanimi consensu illi omnes testantur, in simplici ac divina substantia idem esse substantiam ac operationem. Quoniam itaque indivisam et indistinctam esse ab operatione substantiam in divina et undequaque simplici natura sufficienter demonstravimus, ita ut hac de re nemo dubitare aut contradicere possit, agedum ex singularitate, unitate, ac bonitate, identitatem substantiae et operationis eadem rursus ratione demonstremus. „Omni entia," inquit, „per unitatem sunt entia, tum quaecunque primario exsistunt, tum quaecunque aliqua ratione entibus inesse dicuntur. Quid enim exsisteret, nisi unum esset? quandoquidem sublata unitate, illa non amplius exsisterent. Nam neque exercitus neque chorus esset, nisi esset unitas. Quin immo plantarum et animalium corpora, si unitatem effugerent in multitudinem comminuta, substantiam suam, quam habebant, amitterent; nec essent quae prius erant. Quisquis autem fortuito ac temere hanc rerum universitatem gubernari et corporalibus contineri causis existimat, is a Deo et ab unitatis idea longissime remotus est. Siquidem oportet quidpiam esse per se sibi sufficientissimum, hoc sit unum necesse est. Huius vero locus nullus est. Nec enim sede indiget, quasi se ipsum sustinere non posset; quemadmodum ens inanimatum, quod certa in sede collocari debet; et moles quae caderet, nisi firma in sede collocaretur. Indiget

ζητοῦν. ἀρχὴ δὲ οὐκ ἐνδεὲς τῶν μετ' αὐτό. ἡ δὲ πάντων ἀρχὴ A. C. 1351
ἀνενδεὲς ἁπάντων. ὅ,τι γὰρ ἐνδεές, ἐφιέμενον ἀρχῆς, ἐστὶν ἐν- Imp. Io. Cantacuz. 5
δεές. εἰ οὖν τὸ ἓν ἐνδεές, τῷ ζητεῖν δηλονότι μὴ εἶναι ἕν· ὥστε
ἐνδεὲς ἔσται τοῦ φθεροῦντος. ὥστε τῷ ἑνὶ οὐδὲν ἀγαθόν ἐστιν· B
οὐδὲ βούλησις τοίνυν οὐδενός· ἀλλ' ἔστιν ὑπὲρ ἀγαθὸν, καὶ αὐτὸ
οὐχ ἑαυτῷ τοῖς δ' ἄλλοις ἀγαθὸν, εἴ τι αὐτοῦ δύναται μεταλαμ-
βάνειν· οὐδὲ νόησις, ἵνα μὴ ἑτερότης, οὐδὲ κίνησις. πρὸ γὰρ
κινήσεως καὶ πρὸ νοήσεως. ἢ νοήσεως δεήσεται, ἵνα γνῷ ἑαυτὸν
ὁ αὐτάρκης ἑαυτῷ. νόησις γὰρ οὐ νοεῖ, ἀλλ' αἰτία τοῦ νοεῖν
ἄλλῳ. τὸ δ' αἴτιον οὐ ταὐτὸν τῷ αἰτιατῷ. τὸ δὲ πάντων αἴτιον
οὐδέν ἐστιν ἐκείνων. οὐ τοίνυν οὐδ' ἀγαθὸν λεκτέον τοῦτο ὃ πα- C
ρέχει, ἀλλ' ἄλλως τἀγαθὸν ὑπὲρ τὰ ἄλλα ἀγαθά." (*IA.*) Τὰ
δ' αὐτὰ ὁ Πλατωνικὸς διέξεισι Πρόκλος περὶ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ
ἀγαθοῦ· καὶ ὁ τοῖς θεολογικοῖς ἐντυγχάνων ἐκείνου εἴσεται σα-
φῶς τὴν συμφωνίαν. ἐμοὶ γὰρ οὐ σχολάζειν αἱ τῆς κεφαλῆς ἐῶ-
σιν ἀλγηδόνες ἐν τούτοις. εἴσεται δ' ἐν ταὐτῷ καὶ τὴν Πλάτωνος
περὶ τὰ τοιαῦτα δόξαν ἐξ αὐτοῦ, εἴπερ αὐτὸς τῷ γε πλείονι μέ- D
ρει τἀκείνου φθέγγεται πάντα. Δεικτέον δ' ὅμως ἐκ μέρους τὰ
πλείω. φησὶν οὖν· „πᾶν τὸ γινόμενον ἐν μεθέξει τοῦ ἑνὸς γίνε-
ται ἕν. αὐτὸ μὲν γὰρ οὐχ ἕν ἐστι. καθὸ δὲ πέπονθε τὴν μετοχὴν
τοῦ ἑνὸς, ἕν ἐστιν. εἰ γὰρ γίνοιτο ἕν, ἃ μή ἐστιν ἓν καθ' ἑαυτὰ,

magno Gregorio effectus divini spiritus appellentur (horum enim omnium, inquit, causa efficiens est sanctus Spiritus) eae ipsae proprietates, quas Palamas deitates increatas vocat, et propterea ipsum, ut diximus Gregorium manifeste ac nominatim calumniatur; tum quod inter haec multa, quae divino Spiritui nomina indidit, ipsum etiam Dei digitum nominari divinus ille vir asseruerit. Licet autem supra dictis immorari amplius vellem, haec tamen, quam sancto Gregorio Palamas impegit, calumnia vi quadam ad se me rapit et manifeste attrahit. Necesse est igitur, ut illa ipsa Palamae blasphema verba in medium rursus adducam, ne illorum nos memoria fugiat. Parum enim abfuit quin me effugerent, dum Palamae oblitus ad alia, quae me distinebant, avocarer. Sic porro habet. „Unam e sancti Spiritus operationibus, in Evangelio quidem secundum Lucam, Dei digitum vocat Dominus; in Evangelio autem secundum Matthaeum Dei spiritum appellat. Atqui quo in spiritu Dominus a se daemonia eiici dixit, nisi in sancto spiritu? Ergo e gratiis gratuitis, quas Deus diversimode distribuit, una est Spiritus sanctus. Quod si de una dicitur, de caeteris quoque dici poterit." Videtis iam, quid sentiat impius ille ac fuco similis Palamas, qualem divinis verbis interpretationem subiungat, et quomodo iste imperitus, dum syllogismos conficere conatur, ex falsis atque impiis propositionibus praemissis falsam et impiam deducat conclusionem. Nam omnium Sanctorum, quas nunc audiistis, interpretationes nihili faciens ipse digitum Dei statuit unam esse ex multis illis operationibus divinis, quas idem increatas esse hodie confinxit; ubi sanctos Chri-

τήμερον, διαβάλλων ὁμοῦ Λουκᾶν καὶ Ματθαῖον τοὺς τοῦ Χρι- A. C. 1351
στοῦ μαθητὰς, καὶ ἅμα αὐτὸν τὸν Χριστόν. αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ Imp. Io. Cantacuz. 5
τοιαύτη φωνή. ἔπειτα συμπεραίνει τὴν ἀκόλουθον ὁ μάταιος ἀτο- F
πίαν, „τὸ ἓν ἄρα (λέγων) τῶν κατὰ διαίρεσιν χαρισμάτων πνεῦμα
ἅγιόν ἐστι. εἰ δὲ τὸ ἕν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα πνεύματά εἰσιν ἅγια."
καὶ μὴν εἰπερ ἐχρῆν κατὰ τέχνην συλλογίζεσθαι τὰ ὑπὲρ τὴν τέ-
χνην, οὕτω πάντως λέγειν ἐχρῆν· ἐπεὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δά- P. 707
κτυλος ὠνομάσθη θεοῦ μεταφορικῶς, ὁ δὲ δάκτυλος τῷ λοιπῷ
καὶ ὅλῳ σώματι πέφυκεν ὁμοούσιος, ἐξ ἀνάγκης ὁμούσιον ἄρα
καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὗ δάκτυλος εἴρηται, δηλαδὴ τῷ θεῷ.
ἀλλ' ἀμαθὴς ὑπάρχων ἐκεῖνος, καὶ συλλογίζεσθαι οὐκ εἰδὼς,
ἔδοξεν, ἐν οὐκ εἰδόσι τοιαῦτα βλασφημῶν καὶ συλλογιζόμενος,
τῶν εἰδότων πολλῷ γε δήπου πιθανώτερος εἶναι, μήτ' αὐτὸς, ὡς
ἔοικε, μήθ' οἱ ἑπόμενοι μήπω καὶ τήμερον αὐτήκοοι τοῦ εὐαγ- B
γελίου γενόμενοι, λέγοντος· ὡς ὃ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον
βλασφημῶν ἀσυγχώρητόν τε καὶ ἄφυκτον ἕξει τὴν κόλασιν. ἆρ'
οὖν οὐ τοῦ ἐναντίου πνεύματος σαφῶς ἡ ἐνέργεια, ἣν ὁ ἀσεβὴς
ἐνεργεῖται; ἆρ' οὐχὶ καὶ Ἰουδαίων ἐστὶν ἀσεβέστερος; ὃ γὰρ ὡς
Ἑβρέων ἐσχάτην προὔφερον τέως ἐκεῖνοι Χριστοῦ, ἐν Βεελζεβοὺλ
ἐκβάλλειν λέγοντες αὐτὸν τὰ δαιμόνια, καὶ οὐκ ἐν δακτύλῳ θεοῦ, C
εἴτουν ἐν πνεύματι θεοῦ, τοῦθ' οὗτος ὑμῶν τῇ ἐκκλησίᾳ χαρί-
ζεται τήμερον, ὡς ἥδιστον ἀνάθημα· φεῦ τῆς τῶν ἑπομένων V. 570
εὐηθείας· μᾶλλον δὲ, βαβαὶ τῆς ἀνοχῆς σοῦ, Χριστέ! (Z.) „Ἀλ-

sti discipulos Lucam et Matthaeum, imo ipsum simul Christum, cuius est vox illa: digitus Dei, calumniatur. Deinde absurdam pariter conclusionem futilis iste Palamas his verbis colligit. „Ergo," inquit, „e donis gratuitis, quae Deus diversimode distribuit, unum est sanctus ipse Spiritus. Quod si de uno vere dicitur, alia quoque Dei dona totidem erunt sancti Spiritus." Attamen si artificialibus uti liceat syllogismis in iis rebus, quae omnem artem superant, argumentari sic oportebat: quoniam Spiritus sanctus Dei digitus per metaphoram appellatus est, et aliunde reliquo totique corpori consubstantialis est ex natura sua digitus, necessario itaque Spiritus sanctus ei, cuius digitus dicitur, Deo videlicet, est consubstantialis. Verum licet imperitus sit Palamas, neque conficiendorum artem syllogismorum calleat, tamen apud imperitos blasphemas hasce conclusiones deducens dignus visus est, qui longe maiorem doctis et eruditis fidem obtineret. Hucusque, ut apparet, necdum ipse, neque sectatores eius, illud quod in Evangelio dictum est, audierunt: Qui sanctum in Spiritum blasphemat, is inevitabili nullaque venia digno supplicio subiacebit. Nonne igitur adversarii et diabolici spiritus operatio ea est, qua impius iste possidetur et vexatur? Nonne Iudaeos ipsos impietate superat? Quod enim illi antea velut summam in Christum contumeliam proferebant, dum in Beelzebub, non vero in Dei digito seu in Dei spiritu, dicebant ab ipso daemonia eiici, hoc Palamas ecclesiae vestrae quasi gratissimum donarium largitur. O sectatorum eius stoliditatem! potius dicam, o quanta est tua,

A. M. 6859 Ind. 4 λὰ τὸ ποιεῖν," φησὶ, „καὶ ἐνεργεῖν τῶν πολλαχῶς λεγομένων ἐστίν. οὐ γὰρ τὸ κτίζειν σημαίνει μόνον, ἀλλὰ πρὸς πολλοῖς ἑτέροις καὶ τὸ φυσικῶς ἐνεργεῖν· ὡς καὶ τὸν ἥλιόν φαμεν ποιητικὸν
D τῆς ἡμέρας, ἅτε φυσικῶς αὐτὴν ἐκτελοῦντα, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ τούτῳ συναπηριθμημένα, διατελοῦσιν ἄκτιστα, ἐπεὶ ποιεῖ καὶ ἐνεργεῖ ταῦτα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἐμφύτους ἐνεργείας." ἀκούετε γραϊδίων φληνάφων, αὐτόχρημα φάναι, ληρήματα. Πνευματομάχος γὰρ ὑπάρχων σαφῶς, ἔπειτα
E φεύγειν πειρώμενος τοὔνομα, γίνεται χείρων ἔτι μᾶλλον ἐκείνων μακροῖς τισι μέτροις· καὶ κακὸν ποιῶν ἑαυτὸν ἀλλοπρόσαλλον, ἵνα δῆθεν λανθάνῃ διαδιδράσκων τοὺς τῆς κακίας ἐλέγχους, ὃ δὲ λέληθε μᾶλλον αὐτὸς ἑαυτὸν ἁλισκόμενος πανταχόθεν. οἱ γὰρ τῆς αὐτοῦ κακίας πατέρες Πνευματομάχοι, ποίημα λέγοντες εἶναι τὸ πνεῦμα, καθάπερ Ἄρειος τὸν υἱὸν, ἀκολούθως καὶ κτίσμα
F τοῦτ' ἐξ ἀνάγκης ἔφασκον· ἅτε μὴ δυναμένης μήτε τῆς τεχνικῆς μεθόδου, μήτε φυσικῆς τῶν ἀνθρώπων γνώσεως, ἄκτιστον ποίημα λέγειν ποτέ. ὁ δὲ μηδὲν αἰσχυνόμενος ἄκτιστον ποίημα τετόλμηκεν ἤδη νομοθετεῖν ἐν ταῖς ἐσχάταις ταύταις ἡμέραις. ἐχρῆν οὖν καὶ ἡμᾶς ἐνταυθοῖ σιωπῇ τὰ τοιαῦτα μισήσαντάς τε καὶ τὰ ὦτα βύσαντας φυγεῖν ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς. ἀλλ' ἐπεὶ,
P. 708 διὰ τοῦ ἀνέλεγκτα ψεύδεσθαι τοῦτον ἀνόσιόν τε καὶ αὐτοχειροτό-

8. γὰρ coni. Capp. pro poster. καί.

Christe, patientia! (VII.) „Verum," inquit, „verba haec ποιεῖν et ἐνεργεῖν, id est facere et operari, sunt de illorum numero, quae plures habent significatus. Nec enim creare solummodo significant, sed praeter alia multa significant etiam naturaliter operari. Nam quemadmodum a nobis dicitur sol diem facere, utpote quam naturaliter perficit; ita tum spiritus veritatis, tum alii, quos eidem annumeravimus, increati permanent; quoniam eos ipse Spiritus sanctus, ut innatas et insitas operationes, facit atque operatur." Auditis, ut dicam plane quod res est, nugacium aniicularum deliramenta. Cum enim ipsum esse Pneumatomachum liquido constet, ac deinde istam appellationem effugere conetur, Pneumatomachorum improbitatem longo superat intervallo, et mutabile malum se facit, ut nempe clam nobis effugiat, nec eius improbitas arguatur. Verum undequaque, quod non animadvertit, hac potissimum ratione certe captus est. Nam Palamiticae improbitatis patres Pneumatomachi, cum sanctum Spiritum esse factum dicerent (sicut Filium divinum Arius factum esse dixerat), necessaria quadam consecutione creatum esse ipsum asserebant; quandoquidem sive arte comparatas, sive a natura insitas hominum cogitiones consulamus, id quod factum est, increatum dici nunquam poterit. Sed Palamas, quem nullius rei pudet, novissimis hisce diebus, id quod factum esset, increatum statuere non dubitavit. Oporteret itaque ut haec omnia summo prosequuti odio sileremus, et obstructis auribus ab auditione mala declinaremus. Verum quoniam (ex eo quod impune mentiatur nefarius ille et suo-

νητον δίκαιον, αἵ τε ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι καὶ οἱ τοῦ αἰῶνος του- A. C. 1351
τουΐ κοσμοκράτορες χορηγοῦσιν αὐτῷ δι' ἀμαθίαν τρόπαιον τοῦ- Imp. Io. Cantacuz. 5
το κατὰ τῆς ἀληθείας ἐγείρειν εἰς πλάνην τῶν ἁπλουστέρων·
ἀνάγκη καὶ ἡμᾶς ἐνταυθοῖ γρηγορεῖν τε ἅμα καὶ τὸ τῆς ἀλη-
θείας ἀναλαμβάνοντες ξίφος παῤῥησίᾳ κατὰ τοῦ ψεύδους ἐλαύ-
νειν, τό γε ἡμῖν ἐφικτὸν, ὅπλα καὶ τεῖχος ἀκροπόλεως ἰσχυρὸν
τὰς ἡμετέρας τοῖς ὀρθοδόξοις γραφὰς παρεχόμενοι, ἢ μᾶλλον B
τὰς τῶν θείων γραφῶν μαρτυρίας, ἵνα μὴ ἀκοῇ σκοτεινῇ τε καὶ
ἀλαμπεῖ κατακολουθήσαντες εἰς βάραθρον ἑαυτοὺς συνωθήσω-
σιν ἀπωλείας. ἐπεὶ γὰρ τοσαύτας αὐτῷ καὶ τοιαύτας ἐγὼ συμφο-
ρήσας πρότερον μὲν διά τε τῶν στηλιτευτικῶν ἐκείνων καὶ ἀν-
τιῤῥητικῶν, καὶ αὖ δι' ὧν ἠκηκόειτε νῦν, οὐκ ἐμπέπληκα, οὐδέ
γε συνιέναι πέπεικα, ἄκτιστον ἥκιστα πάντων εἶναι ποίημα· φέρε C
λοιπὸν σαφεστέρων τινῶν, καὶ αὐτοῖς γνωρίμων εἰπεῖν σκαπα-
νεῦσιν, ἀψώμεθα λόγων. ἔνδηλον γὰρ δήπου τοῖς ὅλοις, ὡς τὸ
τῆς πίστεως ἡμῶν ἱερὸν σύμβολον, ἐν ἡμέραις πάσαις καὶ νυξὶν,
ὁμολογίᾳ πᾶσιν ὀρθοδόξοις κοινῇ περιᾴδεται πάντη διηνεκὲς, ἐν
κώμαις ἅμα καὶ πόλεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ὄρεσι καὶ, συλλήβδην
εἰπεῖν, ἐν πάσῃ γε τῇ γῇ καὶ ὅπη τῆς ὑγρᾶς οὐσίας διήκει τὸ
ῥᾴδιον. ἔχει δὲ οὕτως· „πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντο- D
κράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀο-
ράτων, καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ

5. *ἀναλαμβάνοντας* et deinde *παρεχομένους* coni. Capp.

met suffragio iustus Palamas) principes, potestates, quique saecularem hunc in mundum habent imperium, ipsi ob imperitiam suppeditant, unde ad simpliciores decipiendos hoc adversus veritatem tropaeum erigat et statuat, necesse est ut hic etiam vigilemus, et assumptum veritatis ensem libere in mendacium exseramus et, quantum in nobis erit, adigamus: arma pariter et aheneum arcis murum orthodoxis praebeamus, nostra videlicet conscripta opera, seu potius sacrarum Scripturarum testimonia; ne illi tenebricosam et caliginosam auditionem sequantur, sicque se ipsos in perditionis gurgitem coniiciant. Cum enim tot, tanta et talia, prius quidem in nostris invectivis et Antirrheticis, nunc autem in ea, quam audiistis, disputatione testimonia ipsi Palamae protulerim, nec tamen plene huic persuaserim, ut id, quod factum est, minime omnium increatum esse posse intelligeret: agedum de caetero clariora et ipsis fossoribus, ut ita dicam, nota verba usurpemus. Omnibus quippe notum est, sacrum fidei nostrae Symbolum, diebus cunctis et noctibus, communi omnium orthodoxorum confessione ubique iugiter, in pagis, urbibus, montibus et speluncis, atque, ut uno verbo complectar omnia, in universa terra, et quacunque aquarum natura facile pervadit, decantari. Porro sic habet istud Symbolum: „Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium; et in unum Dominum Iesum Chri-

A. M. 6859 Ind. 4 V. 571 τὸν μονογενῆ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο." ὁρᾶτε πῶς ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς τοῖς θείοις ἀναιρεῖται πατράσι διαῤῥήδην τὸ, ποίημα εἶναι τὸν δι' Ε οὗ τὰ πάντα πεποίηται. γεννηθέντα γάρ φησιν, οὐ ποιηθέντα. (*H.*) Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα πρώτῃ τάδε διέξεισιν ἐπιστολῇ· „ἐν τούτῳ," φάσκων, (τῷ πνεύματι δηλαδὴ) „τὴν κτίσιν ὁ λόγος δοξάζει θεοποιῶν, καὶ υἱοποιῶν δὲ προσάγει τῷ πατρί· τὸ δὲ συνδοξάζον τῷ λόγῳ τὴν κτίσιν οὐκ ἂν εἴη αὐτὸ τῶν κτισμάτων." καὶ μετ' ὀλίγα· „ὁ γὰρ πατὴρ διὰ Γ τοῦ λόγου ἐν πνεύματι ἁγίῳ τὰ πάντα ποιεῖ, καὶ οὕτως ἡ ἑνότης τῆς ἁγίας τριάδος σώζεται." καὶ πάλιν· „εἰ τὰ ποιήματα βουλήσει καὶ εὐδοκίᾳ ὑπέστη καὶ ἡ κτίσις πᾶσα θελήματι γέγονεν, ἐκτός ἐστιν οὗτος τῶν βουλήσει γεγονότων, καὶ μᾶλλον οὗτός ἐστιν ἡ ζῶσα βουλὴ τοῦ πατρὸς, ἐν ᾗ τὰ πάντα γέγονε." καὶ πάλιν· „εἰ ἐν χειρὶ θεοῦ τὰ ποιήματα εἰργάσθη (γέγραπται γὰρ ὅτι διὰ τοῦ P. 709 λόγου πάντα γέγονε, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν), εὔδηλον ὡς οὐκ ἂν εἴη ὁ υἱὸς ἔργον· ἀλλ' αὐτός ἐστιν ἡ χεὶρ τοῦ θεοῦ καὶ σοφία." καὶ τί δεῖ περὶ τὰ αὐτὰ διηνεκῶς ἀνειλουμένους τὰς ὑμῶν ἀκοὰς ἀποκναίειν; παριστᾷν ἱκανῶς τῶν λεχθέντων ἐχόντων, ὡς διῄρηταί τε πανταχοῦ τῆς γραφῆς τὰ ποιήματα τῆς ποιούσης οὐσίας· καὶ ὡς κτίσματα εἴη ποιήματα πάντως· καὶ ὡς τοὺς θείους διαβάλλει πατέρας, δέει μὲν τῶν οἰκείων ἐλέγ-

7. θεοποιῶν δὲ καὶ ed. 8. συνάπτον ed. 13. αὐτὸς ed. pro poster. οὗτος. 14. ταῦτα ed. 15. τοῦ θεοῦ ed. δὲ ed. 18. ἡ σοφία ed.

stum, filium Dei unigenitum, genitum, non factum, Patri consubstantialem; per quem omnia facta sunt." Videtis ut iam inde ab initio divini Patres Nicaeni illum, per quem omnia fuerunt facta, factum esse diserte negarint. Genitum enim inquiunt, non factum. (VIII.) Sed et magnus Athanasius in prima, quam ad Serapionem conscripsit, epistola haec edisserit. „In hoc," inquit, (Spiritu videlicet) „Verbum res creatas glorificat deificans, et in filios adoptans Patri adducit. Porro qui simul cum Verbo creatas res glorificat, ipse neutiquam creata res esse potest." Et paulo post: „Nam Pater per Verbum in sancto Spiritu omnia facit, eoque modo sanctae Trinitatis unitas servatur." Et iterum: „Si creatae res voluntate ac mero Dei beneplacito subsistunt, et omnis creatura voluntate Dei facta est, haud dubie istud Verbum extra eorum numerum est, quae libera Dei voluntate facta sunt, vel potius vivens est Patris voluntas et consilium, in quo facta sunt omnia." Et rursus: „si per Dei manum facta sunt ipsius opera, scriptum autem est, omnia per Verbum esse facta, et sine ipso factum esse nihil, clarum est utique filium non esse opus, sed Dei manum et sapientiam." Et sane quid necesse est ut, in iisdem perpetuo versati, vestras aures obtundamus, cum ex supra dictis abunde probetur, ubique sacris in Scripturis factas res a causa sua efficiente distingui, neque creatas res inter et factas quidquam esse discriminis? Satis etiam demonstratum est, quomodo sanctos Patres calumnietur Palamas, eorum verba, ne ipse

χων τὰ ἐκείνοις λεχθέντα σιγῇ παριών, σκιωδῶς δ' ἐνίων ἐνιαχοῦ A. C. 1351
προσεμβάλλων γυμνά πως ὀνόματα, ἵνα δι' αὐτῶν συναρπάζῃ Imp. Io. Cantacuz. 5
δῆθεν τῶν ἁπλουστέρων τὰς ἀκοάς. δῆλον δ' ἔσται μᾶλλον ἐξ B
ὧν ὀνομαστί τε ἐμνήσθη καὶ ὧν τὰς ῥήσεις ἐκτέθειται, παρα-
σπῶν τὴν αὐτῶν ὁλοκληρίαν, καὶ ἄλλα ἄλλως ἄλλοσε δεικνὺς καὶ
διασπείρων τεμάχια, καὶ ἀνελευθέρῳ πανταχοῦ χρώμενος ἀναι- C
δείᾳ, ὅπῃ ἂν καὶ ὅθεν οἴηται τὸ βουλόμενον εὐχερέστερον ἀνύ-
σειν τῆς γνώμης, ὡς ἐκείνους τε προφανῶς διαβάλλοι καὶ ὡς
οὐκ οἶδ' ὁπότερον, εἴτ' ἐξ ἀμαθίας μᾶλλον ἢ κακοηθείας δέδρακέ
τε καὶ δρᾷ τοῦτοἴ, εἴτε τοῦτο μὲν οὐχί, διὰ δὲ κακοήθειαν καὶ
μάλα μόνην μάλιστα ψυχῆς· εἰ δὲ καὶ ἐξ ἀμφοῖν, ὡς ἡ τῶν
πολλῶν μακρὰ κεκράτηκε φήμη, ἥκιστ' ἔγωγε διοίσομαι. πολλα-
χοῦ γὰρ (ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἰπεῖν) ἡλώκει τε καὶ ἁλισκόμενος D
ὁρᾶται μάλα περιπετὴς καθιστάμενος ἑκατέροις, ὥστε ὁπότερον
ἄν τις βούλοιτο προφέρειν κατ' αὐτοῦ, δεξιὸν ὑποκείμενον, οἶ-
μαι, εὑρήσει τὸν ἄνθρωπον καὶ μάλα γέ τοι δεκτικόν. καὶ εἰ-
κότερον τουτί. ὃς γὰρ ἂν οἰήσεως ἀωρίᾳ τὴν ἡγεμονίαν τῆς γνώ-
μης πιστεύσας ἐπὶ τὰς τῶν θείων δογμάτων θύρας ἄνευ ἐπι-
στήμης, ὡς δέδεικται, λεξικῆς ἁφίκηται, αὐτὸς ἑαυτὸν πεπεικὼς E
ὡς γνοίη καλῶς, ἑαυτόν τε ἔσφηλε τὰ μέγιστα καὶ σύν γε αὐτῷ
πολλοῖς πολλῶν κακῶν ἑτέροις γίνεται τὰ ἐς ψυχὴν αἰτιώτατος.

8. ὡς οὐκ] Capp. hic nonnihil deesse videtur.

redarguatur, silentio praetermittens; alicubi tamen mera et nuda quorumdam nomina obscure interserens, ut iis ad se simpliciorum aures rapiat. Hoc autem magis patebit ex illis SS. Patribus, quos nominatim citavit, et quorum verba ita in medium adduxit, ut eorum sinceritatem atque integritatem detruncaret, aliter aliis in locis alia fragmenta exhibens et disseminans. Hinc illiberali ubique impudentia utitur, dummodo animi sui propositum adimpleat, undecunque et quomodocunque facilius sese illud adimpleturum esse opinatur. Hinc etiam sanctos illos Patres manifeste calumniatur: atque haud scio an ex ignorantia potius quam ex improbitate hoc fecerit et faciat: an vero non ita quidem se res habeat, sed sola praesertim animi malignitate id perpetrarit. Quod si, ut multus vulgi rumor obtinuit, per ignorantiam simul et improbitatem ita se gesserit, ego minime repugnabo. Nam ut plurimum multis in locis deprehensus est, et etiamnum deprehenditur in utrumque vitium impegisse; adeo ut utrumlibet adversus ipsum proferre quispiam voluerit, idoneum, opinor, subiectum et hominem ad utrumque maxime habilem sit reperturus. Et hoc profecto longe probabilius est. Qui enim importunae, quam de se imbibit semel, opinioni principalem animae partem concredidit, ac deinde ad aperiendas quasi divinorum dogmatum fores accedit, ea, quae vocabulorum rationem ut ostendimus expendit, scientia destitutus, et tamen sibi se illam pulchre callere persuasit; is maximos primum se in errores inducit, et tum in se tum in alios multos multa mala confert, unde ipsorum animae non leve

A. M. 6859 Ind. 4 (Θ.) *Τούτων οὕτως ἐχόντων, ὑπόλοιπόν ἐστι διδάξαι τὸν ἄνδρα καὶ τῆς τοῦ ἑτοιμάζειν τε καὶ κρίνειν λέξεως τὸ σημαινόμενον. ὁ μὲν γὰρ, ὥσπερ τὸ ποιούμενον καὶ τὸ κτιζόμενον ἀποίητόν τε καὶ*
F *ἄκτιστον ἥγηται, οὕτω καὶ τὸ ἑτοιμαζόμενον καὶ τὴν κρίσιν*
V. 572 *ἄκτιστα εἶναι σημαίνειν ἡγεῖται, ἅττα ποτ' ἂν εἴη τὰ ἑτοιμαζόμενα καὶ κρινόμενα. ὁ μέγας τοίνυν φησὶν εὐθὺς Ἀθανάσιος· ὡς „οἱ ἀσεβεῖς οὐ θέλουσι λόγον μὲν καὶ βουλὴν ζῶσαν εἶναι τὸν υἱὸν, περὶ δὲ τὸν Θεὸν βούλησιν καὶ φρόνησιν καὶ σοφίαν, ὡς ἔξιν συμ-*
P. 710 *βαίνουσαν· πειθέσθωσαν οὖν Σολομῶντι λέγοντι· ὁ Θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, ἡτοίμασε δὲ οὐρανοὺς ἐν φρονήσει. οὕτως ἐν ψαλμοῖς· πάνθ' ὅσα ἠθέλησεν, ἐποίησεν. εἰ δὲ βούλησις τοῦ Θεοῦ ἡ σοφία ἐστὶ καὶ ἡ φρόνησις, ὁ δὲ υἱός ἐστιν ἡ σοφία, ὅρα μὴ ὁ λέγων βουλήσει τὸν υἱὸν, ἴσον λέγῃ τὴν σοφίαν ἐν σοφίᾳ γεγονέναι, καὶ τὸν υἱὸν ἐν υἱῷ πεποιῆσθαι, καὶ διὰ τοῦ λόγου*
B *τὸν λόγον ἐκτίσθαι." ὁρᾶτε πῶς εἰς ταὐτὸν συνάγει τὴν σημασίαν τοῦ θεμελιοῦν καὶ ποιεῖν καὶ κτίζειν τῇ σημασίᾳ τοῦ ἑτοιμάζειν. ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ, ἡ τοῦ θείου πνεύματος ἔμψυχος κιθάρα καὶ μοῦσα ἁρμονικὴ, „ἑτοιμάζων ὄρη," φησὶν, „ἐν τῇ ἰσχύι αὐτοῦ." καὶ πάλιν· „σὺ ἡτοίμασας εὐθύτητας· κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας." ἰδοὺ καὶ οὗτος ταὐτοσήμαντον ἔδειξεν εἶναι*
C *τὴν ποίησιν τῇ ἑτοιμασίᾳ. οὔτε γὰρ οὐρανοὺς ἀκτίστους, οὔτ'*

7. *καὶ σοφίαν* al. 8. *καὶ ἀποσυμβαίνουσαν* al. 9. *Σολομῶνι* ed. 11. *ἡ βούλησις* ed. 12. *ὁ ἄρα λέγων* ed. 13. *λέγει* ed. pro *λέγῃ*.

detrimentum accipiant. (IX.) Quae cum ita sint, restat ut horum verborum (parare et iudicare) significationem Palamam doceamus. Hic enim, sicut nonfactum et increatum existimavit esse illud, quod revera factum creatumque fuit, ita vocibus his (praeparatione et iudicio) res increatas designari putat, quaecunque tandem praeparentur et iudicentur. Statim itaque magnus Athanasius ita loquitur: „Nolunt impii filium esse Verbum et vivens consilium; sed contendunt ipsum esse apud Deum voluntatem, prudentiam, et sapientiam, quae velut habitus quidam Deo adveniant. Salomoni potius fidem adhibeant dicenti: Deus terram sapientia fundavit, et caelos in prudentia paravit. Sic in Psalmis dicitur: omnia quaecunque voluit, fecit. Quodsi voluntas Dei sit sapientia et prudentia, et aliunde Filius ipsa sit sapientia, cavendum est, ne qui Filium voluntate factum esse asserit, idem omnino dicat, ac si sapientiam in sapientia factam esse, Filium in Filio esse factum, et Verbum per Verbum creatum fuisse, affirmaret." Videtis ut verborum fundare, facere, et creare significationem eandem esse, quae verbi parare propria est, censeat sanctus Athanasius. Sed et David, animata illa spiritus divini cithara et harmonica musa, „praeparans," inquit, „in fortitudine sua montes." Et iterum: „Tu parasti directiones; iudicium et iustitiam in Iacob tu fecisti." Ecce hic etiam Propheta verborum facere et parare unam eandemque esse significationem ostendit. Nec enim caelos increatos, nec increatos terrae

ὄρη γῆς ἄκτιστα κύριος ἔκτισε. ναὶ μὴν οὐδ' εὐθύτης, οὐδὲ A. C. 1351
κρίσις, οὐδέ τι τῶν πάντων, ὅσα τε πεποίηκε καὶ ἃ ἡτοίμασεν, Imp. Io. Cantacuz. 5
ἄκτιστον οὐδὲν οὔτ' ἔφησέ τις, οὔτε φήσειέ ποτε, πλὴν εἰ μὴ μαίνοιτό τις. ἀκούομεν δὲ κἀν τοῖς εὐαγγελίοις, πῦρ ἡτοιμασμέ-
5 νον εἶναι τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. εἰ οὖν ἄκτιστον κἀκεῖνο κατὰ τὸν Παλαμᾶν, καὶ θεὸς ἄκτιστός τε καὶ ἄναρχος D
εἴη ἂν αὐτὸ, καὶ ἔσται διὰ ταῦτα θεὸς καὶ ὁ διάβολος ἄκτιστός τε καὶ ἄναρχος, θεωθεὶς τῷ ἀκτίστῳ κλήρῳ αὐτοῦ τῷ πυρί· καὶ γενήσεται τὰ τῆς ὀφειλομένης αὐτῷ κολάσεως, ὧν κατὰ τῆς ἀν-
10 θρωπίνης ἁπάσης ἔδρασε φύσεως ἐξ αἰῶνος, ἔπαθλον τοῦτο. καὶ γὰρ τὸ κράτιστον καὶ τοῦθ', ὡς ἔοικεν, ἐστὶν ὃ παρὰ πάντα μοχθεῖ τὸν χρόνον ὁ Παλαμᾶς, ἵνα θεὸν τὸν διάβολον καταστη-σάμενος ἅμα αὐτῷ καὶ τοῦ πυρὸς κληροῦχος ἐκείνου γένοιτο τοῦ E
ἀκτίστου, καὶ οὐκ ἔτι φοβοῖτο τὴν κρίσιν τοῦ πάντων δημιουρ-
15 γοῦ καὶ θεοῦ, πρόξενον οὖσαν τοσούτου καλοῦ κατ' αὐτόν. ἀλλὰ γὰρ ἐλάθομεν δρῶντες ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν, ἕτερον τρόπον οὕτω γηρῶντα παιδεύοντές τε καὶ ἀσκοῦντες ἄνθρωπον τὴν τῶν λέξεων σημασίαν καὶ τέχνην, ἃ πεντεκαιδεκέτην μανθάνειν ἐχρῆν· καὶ δέος, μὴ οἱ φιλοσκώμμονες αἴσθωνταί τε ἡμᾶς περὶ τὰ τοι-
20 αῦτα ἀσχολουμένους καὶ οὐ ῥᾷστα καταγελᾶν ἡμᾶς γε ἀπόσχων- F
ται. διὸ δὴ τῶν τοιούτων ἀπαλλάττεσθαι τάχιον χρὴ, μὴ ἀσθενέστερα γένηταί πως εἰς τοὔμπροσθεν τὰ τῆς σπουδαιοτέρας ἡμῶν ἀσχολίας, ἀνακεραννύμενα πολλαῖς τε καὶ πολλάκις ταῖς ἐκείνου

montes dominus creavit. Et certe neque directionem, neque iudicium, neque quidpiam eorum omnium, quae fecit et praeparavit Deus, increatum dixerit quis, neque dicet unquam, nisi desipiat. In divinis etiam Evangeliis Diabolo et eius angelis paratum esse ignem audimus. Igitur si secundum Palamam increatus ignis ille sit, idem quoque increatus Deus et principii expers erit; ac proinde Diabolus erit increatus et principii expers Deus, increato igne illo, quae ipsius haereditas est, deificatus; et poena ipsi debita, ob mala quae a saeculo in universum genus humanum contulit, in huiusmodi praemium convertetur. Etenim istud ipsum praecipue videtur esse, quod semper tanto molitur opere Palamas, ut, cum ad Dei conditionem Diabolum evexerit, simul cum eo ignis illius increati haeres efficiatur; neque amplius omnium opificis et Dei iudicium pertimescat, utpote quod iuxta ipsius opinionem tantum bonum conciliet. At enim non advertimus nos in dolio figlinam exercere, dum iam senem hominem dedocentes, verborum significationem docemus, et ea instituimus arte, quam decimo quinto aetatis anno discere debuerat; et locus timendi est, ne qui mordacibus dicteriis et scommatis gaudent, nos huiusmodi rebus occupari animadvertant, et a deridendis nobis aegre abstineant. Unde his defungi citius nos oportet, ne deinceps in gravioris momenti negotiis defetiscamur, neve multis et iuvenilibus Palamae disciplinis nostrum studium commiscen-

A. M. 6859 Ind. 4 τἀνδρὸς μειρακιώδεσι παιδείαις, καὶ τοσοῦτον οἴκοθεν ζημιούμενα, ὅσον τῆς ἐκεῖθεν μεταλαμβάνει φαυλότητος. (I.) Καὶ μὲν δὴ λοιπόν ἐστιν ἡμᾶς ἀναδραμόντας ἐκεῖσε δεικνύειν περί τε
P. 711 τῆς θείας μεταλήψεως καὶ ἅμα τοῦ θείου βαπτίσματος. „μέμνησθε γὰρ (σφίσιν ἔφην) εἰπόντες, ὅσα καὶ περὶ τουτωνὶ τῷ ὑμῶν ἑταίρῳ νενομοθέτηται Παλαμᾷ καὶ πρός γε Ἡρακλείας τῷ τούτου θερμῷ θιασώτῃ· ὡς δαιμόνων εἴη σκοτεινῶν εὕρημα, μὴ τὴν διάφορον τῆς οὐσίας ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὴν θείαν εἶναι νομί-
V. 573 ζειν οὐσίαν αὐτὴν τὴν ἁγιάζουσαν ταῦτα. μήτε γὰρ τὴν θείαν
B πεφυκέναι βαδίζειν οὐσίαν ἐς ὅσα ὑφ' ἥλιον, μήθ' ὅσιον αὖθις εἶναι πιστεύειν, αἷμα καὶ σῶμα τόν τ' οἶνον γίνεσθαι καὶ τὸν ἄρτον ποτὲ τοῦ Χριστοῦ· τύπον γὰρ ταῦτ' εἶναι ἐκείνου, καὶ οὐκ ἐκεῖνον αὐτόχρημα." μακρὸς δ' ἂν εἴη χρόνος μηκύνειν, ἃ περὶ τῶν τοιούτων αὐτοί τε ἔφασαν καὶ τοῖς γε σφετέροις συνέθεσαν γράμμασι· καὶ ἅμα οὐχ ὅσιον ὁσίων ἀνδρῶν ἀκοὰς ἐμπιπλᾶν ἀσεβείας τοσαύτης· ἐξὸν ἑνί γε τῷ τρόπῳ ταυτὶ προεμένους ἐκεῖ-
C να διεξιέναι, ἃ ἂν λέγων οἶομαι τοῖς τὰ ὅσια βουλομένοις λαμπρῶς χαριεῖσθαι. (IA.) Ὁ τοίνυν ἐκ Δαμασκοῦ φησιν εὐθὺς Ἰωάννης, ὅτι „καθάπερ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ὕδατι λούεσθαι καὶ ἐλαίῳ χρίεσθαι, συνέζευξε τῷ ἐλαίῳ καὶ ὕδατι τὴν χάριν τοῦ πνεύματος [ὁ θεὸς], καὶ ἐποίησεν αὐτὰ λουτρὸν ἀναγεννήσεως, οὕτως ἐπεὶ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις

6. τῷ add. Capp. ante Ἡρακλ. 19. ὥσπερ ed. 22. αὐτῷ ed.

tes tantum in nobis ipsis detrimenti patiamur, quantum inde vitii participando contraxerimus. (X.) Et sane superest, ut ad propositum reversi, quae divinam Eucharistiae participationem ac divinum simul Baptisma spectant, declaremus. „Nam (illis aiebam) meministis vos dixisse, quaecunque de his amicus vester Palamas, et insuper Heracleensis episcopus, ardentissimus ipsius assecla, statuerunt; a tenebrionibus videlicet daemonibus adinventam esse opinionem, qua quis a divina substantia operationem non distingui, sed ab ipsa divina substantia isthaec, Eucharistiam et Baptismum, sanctificari existimet. Nec enim, inquiunt, divina substantia eiusmodi naturae est, ut ad ea quaecunque sub sole sunt descendat: neque rursus fas est credere, vinum et panem Christi sanguinem et corpus unquam fieri. Illa quippe Christi figuram, non autem re ipsa Christum esse dicunt." Porro multum temporis insumerem, si fusius vellem recensere, quae de istis dixerunt ipsi, suisque scriptis consignarunt: aliunde vero nefas est aures piorum impietate tanta implere, cum his omissis una et eadem ratione liceat ea dicendo percurrere, quae ubi protulero in medium, iis qui sancta piaque desiderant rem, ut opinor, gratissimam fecero. (XI.) Statim itaque sanctus Ioannes Damascenus ita loquitur. „Quemadmodum in Baptismate, quia hoc est in more positum apud homines, ut aqua laventur et oleo ungantur, sancti Spiritus gratiam oleo et aquae coniunxit Deus, et fecit ut ea regenerationis lavacrum essent; ita quoniam

ἐσθίειν ἄρτον, ὕδωρ τε καὶ οἶνον πίνειν, συνέζευξεν αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ θεότητα, καὶ πεποίηκεν αὐτὰ σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ, ἵνα διὰ τῶν συνήθων καὶ κατὰ φύσιν ἐν τοῖς ὑπὲρ φύσιν γενώμεθα. σῶμά ἐστιν ἀληθῶς ἡνωμένον θεότητι τὸ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου σῶμα· οὐχ ὅτι αὐτὸ τὸ ἀναληφθὲν σῶμα ἐξ οὐρανοῦ κατέρχεται, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος μεταποιεῖται εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ. εἰ δὲ τὸν τρόπον ἐπιζητεῖς πῶς γίνεται, ἀρκεῖ σοι ἀκοῦσαι ὅτι διὰ πνεύματος ἁγίου." (IB.) Ἀκούετε, πῶς οὐκ ἐνέργειαν ἀνούσιόν τε καὶ διάφορόν φησι τῆς θείας οὐσίας ὁ μέγας τῆς ἐκκλησίας φωστὴρ, ἀλλ' αὐτήν γε τὴν θείαν οὐσίαν τοῦ πνεύματος· οὐδὲ τύπον γινόμενον σώματος ἐκείνου τοῦ σωτηρίου τὸν ἄρτον, ἀλλ' αὐτό γε ἐκεῖνο, καὶ οὐκ ἄλλο ἐκείνου. καὶ τό γε μεῖζον, ὡς οὐχ ἁπλῶς οὕτωσὶ παρῆλθεν εἰπὼν ἐν βραχεῖ, ἀλλ' ὅλον ποιεῖται λόγον, καὶ λίαν πεφροντισμένον, καὶ σύν γε μακραῖς ἐπιεικῶς ἀποδείξεσι φυσικαῖς τε καὶ γραφικαῖς. πολλὴ γάρ τις τότ' ἦν ἡ θάλασσα τῶν τῆς ἐκκλησίας πολέμων, καὶ ὁ τῶν κυμάτων ἐκείνων ὄγκος σφόδρα γε ᾠδει πρὸς τῶν Εἰκονομάχων πάνυ σφοδρῶς ἀναῤῥιπιζόμενος, περί γε δὴ τῶν εἰρημένων, καὶ πρός γε τοῦ ἐν Θαβωρίῳ φωτός· ἐξ ὧν ἀφορμὰς οὐχ ὁσίας ἁνα- P. 712 πλάττοντες τόν τε τῆς εἰκονομαχίας ἠρέθιζον θόρυβον καὶ τὴν ἔνσαρκον τοῦ κυρίου διέβαλλον παρουσίαν· ὡς ἀνωτέρω που διελάβομεν καὶ ἡμεῖς, οὐκ ἐῤῥᾳθυμημένον τινὰ μηκύναντες λόγον·

A. C. 1351 Imp. Io. Cantacuz. 5

3. γινώμεθα al. 4. ἡνωμένων ed. 6. μεταποιοῦνται ed. 7. θεοῦ ed.

moris est hominum, panem manducare, et aquam ac vinum bibere, suam iis divinitatem coniunxit, et eadem corpus et sanguinem suum effecit, ut per consueta et naturalia ad supernaturalia perveniamus. Vere corpus est divinitati unitum, quod ex sancta Virgine sumptum est corpus; non quod assumptum in caelos corpus inde descendat: sed quia ipse panis et vinum in corpus et sanguinem Christi convertuntur. Si autem quaeras, quomodo haec fiant, satis tibi sit audire, per sanctum Spiritum haec fieri." (XII.) Auditis, quomodo magnum ecclesiae luminare non operationem substantia vacuam et a divina substantia distinctam, sed ipsam divinam sancti Spiritus substantiam, neque salutaris illius corporis figuram, sed ipsum illud corpus nec ab illo aliud esse, panem eucharisticum asserat. Porro, quod maius est, non simpliciter neque in transcursu paucis haec verbis protulit: sed solidum atque integrum libri quarti caput magno studio hanc in rem elaboravit, et valde prolixas demonstrationes, tum ex naturalium rerum penu, tum sacris e Scripturis deprompsit. Tunc enim ecclesia gravi bello velut marina tempestate iactabatur, et valde intumescebat illorum moles fluctuum, quos vehementissime concitabant Iconomachi, tum de praedictis, tum de Thaborico lumine, disceptantes. Hinc erroris occasionibus, quas impie confinxerant, captatis, haereseos iconomachicae tumultum excitabant, et domini Iesu incarnationem calumniabantur, ut supra exposuimus, ubi nec nos piguit prolixiorem hac de re sermonem instituere. Tunc certe ma-

A. M. 6859 Ind. 4 ὅτε δὴ καὶ πάσας μὲν ἀρχὰς, πάσας δ' ἐξουσίας, οἱ τῆς νόσου ταύτης ὑπηρέται διενενέμηντο, καὶ πᾶσα πάντων ἅμιλλα πρὸς
B τὸν ὅμοιον τῆς κακίας ταύτης ἐτέτακτο δρόμον, καὶ σχεδὸν ὁ τῶν τηνικαῦτα βίος ἀνθρώπων, διὰ τρυφὴν καὶ βλακείαν, εἰς τὴν τῶν βασιλικῶν θεσπισμάτων ἔκλινε κολακείαν, καὶ πάνυ βρα- 5
χεῖς τινες ἦσαν, ὧν ἐλεύθερον τῆς ψυχῆς ὑπῆρχε τὸ φρόνημα, καὶ ἕξει τὸ τῆς καρδίας πῦρ, μεθ' οὗ καὶ πρὸς τὸ πολέμιον ἐκεῖνο γενναίως ἀντεστρατεύοντο πῦρ, καὶ τοῖς λόγοις τοῦ σοφοῦ τοῦδ' ἀνδρὸς συνεμάχουν ἐκ τῶν ἐνόντων, οἱ μὲν λόγοις, οἱ δ' ἔργοις,
C οἱ δὲ δι' ἑκατέρων. ὧν εἷς καὶ Θεόδωρος ἦν, ὁ πολλὴν μὲν τὴν 10
ἐκ λόγων σοφίαν, πολλὴν δὲ τὴν τοῦ σώματος καρτερίαν πρὸς τὰς τῶν πολεμίων ἐκείνων πληγὰς ἐνδειξάμενος, καὶ δι' αὐτῶν τοῖς πατρίοις τὸ βέβαιον καὶ ἀσάλευτον χαρισάμενος δόγμασι τὸ
V. 574 νεμόμενον ἔπαυσε τῆς κακίας ἐκείνης. καὶ μὲν δὴ πολλῶν ὄντων, ἃ τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ καταλελοίπει συγγράμματα, πλήρη σο- 15
D φίας ἐπιστημονικῆς καὶ ἅμα δ' εὐσεβείας σεμνῶς πανηγυριζούσης, ὁ μέγας οὗτος διδάσκαλος, ἕνια μὲν καὶ ἡμῖν εἰς τὴν ἀνωτέρω που χρείαν μεγίστην παρέσχετο συμμαχίαν· καὶ νῦν δ' αὖθις κατὰ γνώμην ἂν εἴη καὶ οὐ μάλα γέ τοι ἀηδὲς ἐμοὶ, τῶν ἐκείνου βίβλων, ὡς ἐξ ἱερᾶς τινος ὁπλοθήκης, τὸ καίριον καὶ 20
τῇ παρούσῃ χρείᾳ πάλιν ἀνειληφέναι ξίφος. προτίθησι γὰρ ἐκεῖ
E τὰ τῶν προέδρων τῆς εἰκονομαχίας ἐναγώνια ῥήματα πρότερον, ἔχοντα οὕτως. (ΙΓ.) „Προγνοὺς," φησὶν, „ὁ Χριστὸς τὸν θάνα-

gistratus omnes, et caeteras imperii dignitates, huius, quae velut morbus cunctos infecerat, haereseos ministri distribuebant, et certatim omnes maxima contentione ad similem currebant improbitatem; quin et illius aetatis homines, ob vitae delicias et luxum, eo fere inclinabant animum, ut sanctionibus imperatoriis adularentur. Supererant paucissimi, quorum generosus ac liberior animus, itemque ardentissimus in corde ignis, contra inimicum illum ignem fortiter decertabant; et hoc in bello sapientis huiusce viri S. Ioannis Damasceni sermonibus pro sua quisque facultate, alii verbo, alii opere, utroque alii, opitulabantur. Horum unus fuit Theodorus Graptus, qui multam tum scriptis in sermonibus sapientiam, tum ad perferendas hostium illorum plagas corporis patientiam demonstravit. Unde firma et inconcussa, quae a maioribus accepimus, dogmata servavit, et grassantem ubique malitiam compescuit. Porro magnus hic doctor scripsit plures et Dei ecclesiae reliquit libros, qui uberem sapientiam cum scientia coniunctam et pietatem augusto splendore festam continent; ex quibus nonnulli quidem maximum et necessarium ad superiorem controversiam adiumentum nobis attulerunt: attamen perlubenti animo, nec sine quadam voluptate, rursus ex ipsius libris, ceu sacro ex armamentario, nunc opportunam ad praesentis disputationis necessitatem gladium educam. Ibi quippe statim proponit verba, quae velut classicum canentia proferebant Iconomachorum haereseos antistites. Sunt autem huiusmodi. (XIII.) „Christus,"

τον αὐτοῦ ἠθέλησε τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις A. C. 1351
παραδοῦναι, δι' οὗ ἠράσθη πράγματος, τύπον εἰς σῶμα αὐτοῦ Imp. Io. Cantacuz. 5
ἵνα διὰ τῆς ἱερατικῆς ἀναγωγῆς λάβωμεν ὡς κυρίως καὶ ἀληθῶς
σῶμα αὐτοῦ." εἶτα ἐπιφέρει τὴν ἐκείνην οὗτος καθαίρεσιν οὑτωσί. F
„ἡμεῖς δὲ," φησὶν, „οὔτε εἰκόνα οὔτε τύπον τοῦ σώματος ἐκεί-
νου ταῦτα λέγομεν, εἰ καὶ συμβολικῶς ἐπιτελεῖται, ἀλλ' αὐτὸ
τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τὸ τεθεωμένον. τοῦτο καὶ τοῖς μαθη-
ταῖς αὐτοῦ παρεδίδου, λάβετε, φάγετε τὸ σῶμά μου, λέγων,
οὐχὶ τὴν εἰκόνα τοῦ σώματός μου. ὡς γὰρ ἐκ τῆς παρθένου τὴν
σάρκα διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἑαυτῷ ὑπεστήσατο· εἰ χρὴ
δὲ κἀκ τῶν καθ' ἡμᾶς τοῦτο δηλῶσαι, ὡς ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶ- P. 713
νος καὶ τὸ ὕδωρ φυσικῶς εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἐσθίοντος καὶ
πίνοντος μεταβάλλεται, καὶ οὐκ ἂν εἴπομεν ἕτερον σῶμα γίνε-
σθαι παρὰ τὸ πρότερον, οὕτω δὴ καὶ ταῦτα ὑπερφυῶς ἐπικλή-
σει τοῦ ἱερατεύοντος, ἐπιφοιτήσει τε τοῦ ἁγίου πνεύματος,
εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ μεταβάλλεται." ἰδοὺ καὶ ὁ μέγας
οὗτος διδάσκαλος ταὐτὰ τῷ ἁγίῳ ἐκείνῳ φθέγγεται πατρὶ, καὶ B
πολλῷ πλέον, ἢ Παλαμᾶς τοῖς ἀτοπωτάτοις ἐκείνοις Εἰκονομά-
χοις. ἁλίσκεται γὰρ κἀνταῦθα καὶ τούτους ἐς τὴν ὁμοίαν κα-
κίαν ὑπερβαλόμενος, εἴ τις τὰ ἀμφοῖν παράλληλα θέμενος συν-
ορῴη ἐγκλήματα· μάλα εἰκότως. τὰ γὰρ θεῖα δόγματα, κανόσι
πατέρων ὀρθῶς ῥυθμιζόμενα, παραλύειν οὐκ οἶδεν οὔθ' ἥν

4. ἐκείνων coni. Capp.

inquiunt, „cum suam praenovisset mortem, sanctis discipulis et Apostolis suis, per id quod valde concupivit, figuram sui corporis tradere voluit, ut, accedente mystica sacerdotis benedictione, velut proprie ac vere corpus ipsius accipiamus." Deinde illorum verborum refutationem ita subiungit hic doctor. „Nos autem," inquit, „neque imaginem neque figuram illius corporis haec sacra Eucharistiae mysteria esse dicimus, quanquam symbolice conficiantur; sed ipsum Christi corpus deificatum. Hoc et suis discipulis tradebat: accipite, manducate corpus meum, dicens, non mei corporis imaginem. Ut enim ipse sibi per Spiritum sanctum carnem ex Virgine produxit; aut, si exemplo a nobis petito istud explicari oporteat, sicut panis et vinum et aqua naturaliter in corpus et sanguinem comedentis et bibentis transmutantur, nec dicemus unquam aliud a priori diversum corpus fieri; ita haec etiam Eucharistiae symbola, sacerdotis invocatione et sancti Spiritus adventu, in corpus et sanguinem Christi supernaturaliter transmutantur." Ecce hic quoque magnus doctor eadem profert, quae protulit olim sanctus ille Pater Ioannes Damascenus, et quidem multo magis quam Palamas eadem cum ineptissimis illis Iconomachis proferat. Hos enim hic etiam in similis malitiae collatione superat, si quis ea secum invicem collata conspiciat, quae possent ambobus exprobrari. Nec sane immerito. Nam divina catholicae fidei dogmata, cum sanctorum Patrum regulis ap-

A. M. 6859 Ind. 4 ἅπαξ ἥρμοσται συμφωνίαν πρὸς ἑαυτά, οὔθ' ἣν αὖ πρὸς τὰ ὁμό-
C στιχα. τὸ δὲ κακὸν, οὐδέσι κανόσιν ἑπόμενον, συμφωνεῖν οὐκ
οἶδεν οὐδέσιν· ἀλλὰ μάχεται μὲν τῷ φύσει καλῷ, μάχεται δ' οἷς ἔναγχος γέγηθε συμφωνῶν, μάχεται δ' ἐπίσης καὶ ἑαυτῷ. οὕτως ἐμμανῆ τε καὶ ἄτοπον ἔσχε τὴν ἕξιν ἀεὶ τὰ κακά. (ΙΔ.) Προσ-
οιστέον δ' ὑμῖν καὶ ἃ Γρηγορίῳ τῷ Νυσσαέων εἴρηται πρότερον,
D ἵνα γνῶτε τὴν τοῦ καλοῦ συμφωνίαν ἑκασταχόθεν καὶ πολλα-
χόθεν ὁμοίως ἔχουσαν. „ὁ ἄρτος," φησὶν, „ἄρτος ἐστὶ τέως κοι-
νός· ἀλλ' ὅταν αὐτὸν τὸ μυστήριον ἱερουργήσῃ, σῶμα Χριστοῦ
λέγεταί τε καὶ γίνεται." ἦ που μακρά τις ἂν εἴη σχολῆς ἀωρία,
μὴ τοῖς οὕτω λεχθεῖσιν ἀρκουμένους πλείω ζητεῖν εἰς ἐκλογὴν
τοῦ καλοῦ τε καὶ χείρονος ἔτι. ὁρᾶτε γὰρ ὑμεῖς, ὅπως ἀμογητὶ,
E καὶ κατὰ τὸ αὐτόματον εἰπεῖν, ἀναῤῥήγνυται πανταχόθεν τὰ τῆς
πονηρᾶς τοῦ ἀνδρὸς ἑορτῆς ἀνακαλυπτήρια, καὶ δέδεικται σα-
φῶς πάσαις μὲν αἱρέσεσιν ἔνοχος ὤν, πάσας δ' ὑπερβάλλων ἑκα-
V. 575 σταχοῦ, πάσας δ' εἰς ἀναίρεσιν τῆς ἐνσάρκου θείας συνάπτων
οἰκονομίας· ὡς ἀνωτέρω τε πολλάκις ἡμῖν δέδεικται καὶ πολλῷ
πρότερον ἐν τοῖς ἡμῶν Ἀντιῤῥητικοῖς. πηγὴ δ' ἁπάντων κακῶν
F τουτωνὶ καὶ θεμέλιος ἀμαθία καὶ οἴησις, οἷς φάρμακον οὐκ
ἔστιν εὑρεῖν τῶν ἁπάντων οὐδὲν οὐδαμῇ· οὐδ' ἁλώσιμα ταῦτα
τέχνῃ γένοιτ' ἂν οὐδενί γε τῷ τρόπῳ τῶν πάντων τινί. ἦ γὰρ ἂν
ᾔδει καὶ αὐτὸς, ἀκούων τῶν ἱερῶν καὶ σοφῶν διδασκάλων τῆς

4. συμφωνοῦν coni. Capp. 6. τῷ em. Capp., τῶν apogr.

prime congruant, quem inter se semel effecerunt aut cum similibus aliis servant concentum, hunc dissolvere nequaquam possunt: malum autem, cum nullis regulis accommodatum sit, nullis consonat; sed ei, quod ex natura sua bonum est repugnat, ut et iis, quorum concentu paulo ante gaudebat, imo secum etiam peraeque pugnat. Adeo insane semper et absurde mala sese habuerunt. (XIV.) Verum operae pretium est ut ea vobis afferam, quae sanctus Gregorius, Nyssenorum episcopus, olim protulit, ut multis e locis et undecunque bonum sui semper esse simile, cognoscatis. „Panis," inquit, „hucusque communis est panis: cum autem eucharistico mysterio fuerit consecratus, Christi corpus dicitur et efficitur." Certe multo intempestivoque otio abundarent, qui supra dictis minime contenti adhuc plura quaererent, ut boni ac peioris delectus haberetur. Ipsi enim videtis, ut nullo negotio atque, ut ita loquar, sponte ac ultro erumpant undequaque nefanda hominis istius festa, et impia mysteria retegantur. Omnium haereseon Palamam reum evidenter peregimus; demonstravimus omnes haereticos ab ipso ubique superari; cunctas ab eodem connecti simul haereses, ut divinae incarnationis mysterium evertat, quemadmodum saepe supra et nostris in Antirrheticis multo antea ostendimus. Horum autem omnium fons atque causa malorum est ignorantia et arrogans de se concepta opinio, quibus nullum omnino inveniri potest remedium; neque ars ulla est, quae qualibet ratione possit haec sanare. Alioqui artem huiusmodi nosset ipse Palamas, qui a sacris et sapientibus ecclesiae doctoribus audiit,

ἐκκλησίας, μὴ εἶναι διαφορὰν οὐσίας καὶ ἐνεργείας ἐφ' ἁπλῆς A. C. 1351
καὶ ἀσωμάτου φύσεως, καὶ μάλιστα πάντων τῆς θείας ἐκείνης Imp. Io. Cantacuz. 5
καὶ ὑπὲρ νοῦν, μηδ' ἐς τοσαύτην ἥκειν διαίρεσιν, ὡς τὴν μὲν
ἀμέθεκτον εἶναι παντάπασι κτίσμασιν ἅπασι καὶ ἄνω που περιγε-
γραμμένην, τὴν δ' ἐνέργειαν ἐς τὰ περίγεια κατιοῦσαν ἀνούσιον P. 714
σάρκα τε δύνασθαι φορέσαι μεθ' ἱλαρότητος καὶ αὐτήν τε μέ-
νουσαν ἄκτιστον ἄφλεκτόν τε διατηρεῖν τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ
πρός γε μεταδιδόναι καὶ τῆς οἰκείας ἀκτιστότητος αὐτῇ· ὃ τῇ
θείᾳ οὐσίᾳ ἐνεῖναι οὐ συγκεχώρηταί οἱ. φθείρεσθαι γάρ φησι τὴν
σάρκα, πρὶν αὐτῆς μετασχεῖν. τῆς γοῦν ἁγίας παρθένου μηδα-
μῇ φλεχθείσης μηδ' ἀναλωθείσης τῷ πυρὶ τῆς θείας οὐσίας, B
συνάγεται κατ' αὐτὸν, μὴ τὴν θείαν οὐσίαν ἐξ αὐτῆς σεσαρκῶ-
σθαι τοῦ λόγου, ἐνέργειαν δ' οὖν, ἄκτιστον οὖσαν μὲν καὶ αὐ-
τὴν, ἀνούσιον δὲ καὶ ὑφειμένον πως καὶ μὴ πάνυ τοι φλέγον τὸ
πῦρ κεκτημένην. οὐ γάρ ποτ' οὔτε του τῶν ἄλλων ἁγίων, οὔτ'
οὖν Ἀθανασίου τοῦ θείου ἀκήκοε βοῶντος τοῖς Μανιχαίοις· „εἴ-
πατε, οἱ ἐφευρεταὶ τοῦ καινοῦ καθ' ὑμᾶς εὐαγγελίου, πόθεν
ὑμῖν κατηγγέλη, σάρκα ἄκτιστον λέγειν, ὥστε ἢ τὴν θεότητα C
τοῦ λόγου εἰς μετάπτωσιν σαρκὸς φαντάζεσθαι, ἢ τὴν οἰκονο-
μίαν τοῦ πάθους καὶ τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως, δόκησιν
νομίζειν καὶ φαντασίαν. ἄκτιστος μὲν γὰρ πέφηνε μόνη ἡ ἁγία

11. φλεχθείσης Capp. in textu, in mg. coni. φθαρθείσης, in apogr. erat φθεχθείσης. 18. καταγγέλλη vel κατηγγέλθη edd. 20. ὡς δόκησιν ed. 21. καὶ φαντασίαν deest in ed.

in simplici atque incorporea et omnium maxime in divina illa, quae omnem intellectum superat, natura, nullum essentiae et operationis esse discrimen; nec eas inter se tantopere differre, ut essentia quidem ab nulla creatura possit ullo modo participari, et caelestibus locis quodammodo circumscripta sit. Operatio autem, seu efficacia per se minime subsistens, ad res terrenas descendat, libenter et hilare carnem gestet, ipsa increata et inconsumpta manens conservet humanitatem, cum qua insuper sibi propriam increati conditionem communicet; quod in divinam substantiam convenire Palamas inficiatur. „Caro enim," inquit, „prius absumeretur, quam divinae fieret substantiae particeps." Cum itaque sancta Virgo, divinae substantiae igne combusta aut consumpta non fuerit, colligitur secundum eius opinionem, divinam Verbi substantiam ex ipsa beata Virgine non fuisse incarnatam, sed operationem seu efficaciam quandam duntaxat, increatam quidem, sed per se minime subsistentem, quae inferiorem seu remissum ignem nec omnino combustivum possidebat. Numquam enim ullum e sanctis Patribus, sanctum praesertim Athanasium, audiit Manichaeis clamantem: „Dicite, auctores novi secundum vos Evangelii, undenam vobis praedicatum est, carnem increatam esse dicendam, ita ut aut deitatem verbi in carnem dilapsam et mutatam fuisse comminiscamini, aut oeconomiam passionis, mortis, et resurrectionis, meram apparentiam et phantasiam existimetis? Sola enim sancta deitatis Trinitas est increata et ae-

A. M. 6859 Ind. 4 τριὰς τῆς θεότητος, ἀΐδιός τε καὶ ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος." καὶ μετ' ὀλίγα· „τὸ γὰρ ἄκτιστον τῇ φύσει λέγεται ἄκτιστον, μήτε αὔ-
D ξησιν μήτ' ἐλάττωσιν ἐπιδεχόμενον." καὶ πάλιν· „τίς γὰρ ἀκούων ἄκτιστον τὸ τοῦ κυρίου σῶμα, ἑαυτὸν δὲ ποιηθέντα καὶ κτισθέντα εἰδὼς, οὐκ ἐννοήσει, ψευδεῖς μὲν εἶναι τὰς θείας γραφὰς, ἑαυτὸν δὲ μὴ ἔχειν πρὸς τὸν Χριστὸν κοινωνίαν." καὶ μετ' ὀλίγα· „ἄκτιστος γὰρ ὕπαρξις μόνη ἡ τῆς θεότητος νοεῖται· ὥστε καὶ τὴν ἄκτιστον παθητὴν λέγειν ἀσεβὲς, καὶ τὴν παθητὴν ἄκτιστον ὀνομάζειν." καὶ πάλιν· „ὅλως ἐν τοῖς ποιήμασι τὸ λεγόμενον ἄκτιστον τὸ
E μηδέπω ὑπάρξαν λέγεται, ὅτι μὴ γέγονε." καὶ ἀλλαχοῦ· „οὐχ ὡς αἱρετικοί φασιν, ὅτι ἐνέργεια παρὰ τοῦ πνεύματος ἐγένετό τις ἐν τῇ παρθένῳ, τοῦ τελεσθῆναι τὴν σάρκωσιν." (IE.) Τὰ δ' αὐτὰ περὶ ἀκτίστου καὶ ὁ Νυσσαεὺς πρὸς Εὐνόμιον φάσκει Γρηγόριος· „μόνη τῆς κτίσεως ὑπέρκειται ἡ θεία τε καὶ ἄκτιστος φύσις τοῦ θεοῦ." καὶ πάλιν· „ἄκτιστον, πλὴν θείας φύσεως, οὐδέν." ὁρᾶτε
F πῶς ὑπὸ τῶν ἁγίων περιφανῶς ἀναιροῦνται Μανιχαῖοί τε καὶ Ἀπολλινάριος, Ἄρειός τε καὶ Εὐνόμιος, οἱ ταὐτὰ τῷ Παλαμᾷ πάντες φθεγγόμενοι· ὡς νῦν γε καὶ αὐτὸς ἐκείνοις ταὐτὰ φθεγ-
V. 576 γόμενος ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐκείνοις συναναιρεῖται ξιφῶν. ὅτι δὲ καὶ Εἰκονομάχος ὢν πεφώραται μὲν καὶ πρότερον ἐκ πολλῶν, ὡς
P. 715 ἐδείξαμεν, οὐχ ἧττον δὲ κἀκ τούτων, ἀκούσατε καὶ Θεοδώρου τοῦ μεγάλου καὶ σοφοῦ τῆς ἐκκλησίας ἐκείνου κήρυκος, τηνι-

5. ἐννοηθήσεται ed. ἁγίας ed. 9. ὅλως μὲν οὖν ed. 11. ἐνέργειά τις ed. 18. Pro ὡς Capp. coni. ὅς.

terna, immutabilis et invariabilis." Et post pauca: „Nam quod increatum est, natura sua increatum dicitur, nec accessionem vel diminutionem admittit." Et iterum: „Quis enim, increatum si audiat Domini corpus, seque factum et creatum agnoscat, non coniectabit falsas quidem esse Scripturas divinas, et sibi nullam esse cum Christo communionem?" Et paucis interiectis: „Nam sola deitatis substantia increata esse intelligitur; ita ut impium sit, vel increatam substantiam vocare patibilem, vel patibilem increatam appellare." Et rursus: „Profecto inter creatas res illud increatum dicitur, quod nondum exsistit, quia factum non est." Et alibi: „Non, quod aiunt haeretici, aliqua energia, seu operatio, a sancto Spiritu facta est, ut incarnatio compleretur." (XV.) De increato eadem profert sanctus Gregorius Nyssenus contra Eunomium. „Sola (inquit) divina et increata Dei natura supra omnem creaturam posita est." Et iterum: „praeter divinam naturam, nihil est increatum." Videtis, ut a sanctis Patribus confodiantur Manichaei, Apollinarius, Arius et Eunomius, qui eadem cum Palama dicebant; quemadmodum nunc etiam ipse Palamas, easdem cum ipsis voces proferens, una cum ipsis eodem gladio iugulatur. Porro Iconomachus esse Palamas ex multis antea deprehensus est, sicut ostendimus, nec minus ex his potest deprehendi: quod ut pateat, audiatis velim magnum et sapientem illum ecclesiae praedicatorem Theodorum, qui tunc aderat et cum Ico-

καῦτα παρόντος καὶ πολεμοῦντος συχνὰ τοῖς Εἰκονομάχοις, ἅτε A. C. 1351
ἐν χερσὶ τῆς μάχης καθισταμένης. „τὸ μὲν φθαρτὸν τοῦτο," φη- Imp. Io. Cantacuz. 5
σὶν, „ἐνδύσασθαι δεῖν ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν ἀθανασίαν, ὁ
μέγας μυσταγωγεῖ ἀπόστολος· τὸ δὲ σῶμα ἀσωματότητα ἐνδύσα-
σθαι, ἢ τὸ κτιστὸν γενέσθαι ἄκτιστον, ἢ τὸ περίγραπτον εἰς B
ἀπεριγραψίαν μετατεθεῖσθαι, οὔπω μέχρι καὶ τήμερον ἤκουσται."
καὶ πάλιν· „εἰς θεότητος φύσιν οὐκ ἄν τι τῶν γεννητῶν καὶ τε-
λούντων ἐν κτίσμασι μετασταίη ἄν ποτε, κἂν μυριάκις βλασφη-
μοῦντες οἱ Εἰκονομάχοι φαίνωνται." καὶ πάλιν· „τί οὖν, φθείρει
ἡ ἀφθαρσία, καὶ ἡ ἀθανασία ἀπόλλυσιν; ἀλλ' οὐκ ἔστι λόγον
ἔχον τοῦτό γε." ἀκούετε πῶς καὶ Εἰκονομάχοις ταὐτὰ φθεγγόμενος C
Παλαμᾶς, ὁ τῆς νῦν ἐκκλησίας διδάσκαλος, τοῖς αὐτοῖς βάλλε-
ται βέλεσι πρὸς τοῦ στρατηγοῦντος γενναίως ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας
πατρὸς καὶ διδασκάλου τῆς ἐκκλησίας. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον
ἔσχε τὸν τρόπον· καὶ οὕτω σύν γε θεῷ τοὺς λόγους ἠνύσαμεν,
τούς τε νῦν ὑμῖν προστεθέντας καὶ οὓς μεταξὺ μὲν τότε τοῦ
ἀγῶνος ἐνεστηκότος καὶ τῆς χρείας ἀναγκαζούσης διήειμεν, νῦν D
δὲ διὰ μῆκος παρελίπομεν.

β'. Ἐκείνοις μὲν δι' ἀπεχθείας καὶ βάρους μακροῦ τὰ λεγό-
μενα ἦκε, καὶ ἐς πολὺν τὸ θυμούμενον τῆς ψυχῆς ἐξερράγη σφίσι
πυρσόν· καὶ ὥσπερ ἐμμανεῖς γενόμενοι δυοῖν ἔφασκον εἶναι θά-
τερον ἐξ ἀνάγκης· ἢ γὰρ, ἁγίους ὄντας, μὴ λέγειν τοιαῦτα· ἢ

6. μετατεθήσεσθαι al. et quidem rectius, iudic. Capp. 16. προστεθέντας em. Capp., προστεθέντες apogr. 19. ἀπεχθείας em. Capp., ἀπεχθείαν apogr.

nomachis assidue decertabat, utpote cum ad manus tunc ventum esset et pugna ferveret: „Quod," inquit, „hoc quidem corruptibile oporteat induere incorruptibilitatem, et mortale hoc immortalitatem, magnus nos edocet Apostolus: at hucusque non est auditum, quod corpus incorporeitatem induere debeat, aut increatum fieri, quod creatum est, aut circumscriptum in incircumscriptum commutari." Et iterum: „In divinitatis naturam nihil rerum factarum et quae in creaturarum albo recensentur, converti poterit, quamvis id Iconomachi sexcenties blasphemando effutiant." Et rursus: „Quid igitur? incorruptibilitas corrumpit, et immortalitas mortem infert? at hoc ab omni ratione alienum est." Auditis, quomodo Palamas, praesentis ecclesiae doctor, eadem cum Iconomachis verba proferens, iisdem quoque telis configatur a sancto Patre et ecclesiae doctore, qui susceptis pro catholica fide belli generosum sese ducem praebuit. Et haec quidem ita se habuerunt: sicque Deo iuvante sermones illos absolvimus, tum quos nunc in medium vobis referendo proposuimus, tum quos calente pugna et cogente tunc necessitate habitos, ob nimiam longitudinem modo praetermisimus.

2. Isti porro sermones illis valde odiosi ac molesti acciderunt, et erumpente ipsorum ex animis ira excanduerunt; et veluti quodam furore perciti e duobus alterum necessario consequi asserebant: „vel enim," inquiebant,

A. M. 6859 Ind. 4 λέγοντας, ἁγίους οὐκ ἂν εἶναι· οὐδὲ γὰρ ἄν ποτε φαῖμεν ἡμεῖς,
E οὔτε τὰ διειλημμένα πνεύματα, οὔκουν οὐδὲ τὰς τοῖς κτίσμασι διδομένας χάριτάς τε καὶ ἐνεργείας ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος, ὡς οὐκ εἶεν κατὰ τὸ ἀναμφίλεκτον ἄκτιστα. εἰ γὰρ καὶ θεὸν διδόναι κτιστὰ συγχωροίημεν, τί ἂν εἴη τὸ τῆς θείας ὑπεροχῆς ἐξαίρετον; τοῦτο γὰρ καὶ ἀνθρώποις ἔξεστι ποιεῖν ἀεὶ, καὶ διδόναι οἷς ἄν τις ἐθέλοι ὁπόσα ἂν τῶν προσκαίρων καὶ ὅσα τῶν κτισμάτων ἐθέ-
F λοι. θεὸς οὖν ἄκτιστος ἄκτιστα διδοίη ἂν κατὰ τὸ εἰκός. εἰ δέ τις ἄλλως ἐθέλοι λέγειν, ἀπόβλητος ἂν εἴη ἡμῖν ἐκ παντός γε τρόπου, κἂν οὐρανοῦ βοῶσι βρονταὶ, κἂν στοιχεῖα πάντα φωνήεντα καταστάντα λέγῃ ταυτί. (B.) Ἐμοῦ δὲ τῶν ἁγίων προκομίζειν ἐπιχειροῦντος τὰς βίβλους, ἐκεῖνοι μηδὲ μικρὸν γοῦν ἀνασχόμενοι ἐξανέστησαν, πολλὴν ἐμοῦ καταχέοντες χλεύην καὶ πλεῖστά τε λέγοντες ἕτερα καὶ „ὡς ἀσύνετα δρᾷς κατὰ σεαυτοῦ, βασιλικοῖς
P. 716 ἀντιπράττων προστάγμασιν, ἐξὸν ἐνδόντα βραχὺ μεῖζονος ἢ κατὰ τὴν πρὶν ἀπολαύειν εὐμένειαν, ἔκ τε βασιλέων καὶ βασιλίδων, καὶ ἅμα πρὸς πάντων, ὅσοι τε τῶν συγκλητικῶν καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως ἐχόντων αἰδοῦς καὶ τιμῆς. καὶ μὲν δὴ κεφάλαιον, ἔφασαν, ἔστω σοι τοῦτο τῶν λόγων, ὡς ἐπιμένων ταύτῃ τῇ σκληρότητι πολλῶν μὲν στερήσῃ τῶν ἀγαθῶν, πολλῶν δὲ πειραθήσῃ τῶν λυπηρῶν· καὶ ἅμα τῶν μὲν σῶν λόγων ὅσοι ἐπ᾽ ἐκκλησίας ἐν
B ταῖς τῶν ἁγίων ἀναγινώσκονται μνήμαις, πῦρ δαπανήσει πολέ-

16. εὐμενείας coni. Capp. 20. στερεθήσῃ coni. Capp.

„Sancti sunt, et sic ista non dixerunt; vel ista dixerunt, ac proinde Sancti non sunt. Absit enim, ut dicamus unquam, non esse dubio procul increata, tum illa sancti Spiritus dona, quae Deus varie distribuit, tum gratias et operationes, quas ab omni aevo creaturis largitur. Nam si creatas res dari etiam a Deo fateremur, quid egregii praeter caetera et eximii divina maiestas haberet? Hoc enim facere semper ipsi homines possunt; nempe quibuslibet dare quotquot temporaria et quaecunque creata quispiam voluerit. Deus itaque, cum sit increatus, par est ut increata largiatur. Si quis autem aliter loqui velit, hunc omni prorsus ratione reiicimus, licet caelestis tonitruum clamor audiatur, licet omnia quoque elementa fiant vocalia et isthaec proferant." (II.) Cum vero me accingerem ad afferendos sanctorum Patrum libros, illi ne tantillum quidem sustinuere: sed statim surrexerunt, valde me irridentes, et haec inter alia plurima mihi dixerunt. „Nae tu," inquiebant, „imprudenter et insipienter adversus temet ipsum agis, quod sanctionibus imperatoriis obsistas; cum liceret (si paulo remissior esses) longe maiorem quam antea imperatorum, imperatricum, et omnium quicunque vel senatorii sunt ordinis, vel aliqua dignitate alia et honore fulgent, benevolentiam consequi. Caeterum (aiebant) sermonis nostri summa illa sit: si ita obstinatus permanseris, multorum quidem bonorum iacturam facies, multa vero tristia malaque habebis. Adde, quod sermones tuos omnes, qui per festos Sanctorum dies in ecclesia leguntur,

μιον καὶ ἀντίθετον ἅπαντας ἐν βραχεῖ, προστάττοντος βασιλέως· A. C. 1351
σὺ δ' ἄταφος θανὼν ἔξω που ῥιφήσῃ τῆς πόλεως." (Γ.) Ἐγὼ Imp. Io. Cantacuz. 5
δ' ὑπολαβὼν Διοκλητιανοῦ καὶ τῶν ἐκείνου καιρῶν ἔφασκον εἶ- V. 577
ναι ταυτὶ τὰ ῥήματα· καὶ μή, τὰ μέγιστα χαριζόμενοι τῶν κα-
λῶν, συγχεῖτε τὴν χάριν ἐν τῷ τῆς ἀπειλῆς σχήματι. τοὺς γὰρ C
μαρτύρων ἐμοὶ στεφάνους ὑπισχνούμενοι χορηγεῖν κακίστοις ὀνό-
μασι τὰ βέλτιστα δοκεῖτε συγχεῖν· καὶ ὑμεῖς μὲν ὢν βασιλεὺς κύ-
ριος, ἀπειλεῖτε· ἐγὼ δ' ὢν ἐγὼ κύριος σύν γε θεῷ καὶ πάνυ φυ-
λάττειν, ἀγωνιοῦμαι καὶ μέχρι θανάτου στήσομαι, τὸ φρόνημα
τηρῶν ἀδούλωτον. εὐσεβεῖν μὲν γὰρ ἀνάγκη, ζῆν δ' οὐκ ἀνάγκη·
καὶ θνήσκειν μὲν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀνάγκη, θάπτεσθαι δ' οὐκ ἂν
ἀνάγκη. κἀκεῖνοι μὲν ἐν τούτοις ἀπῆεσαν. (Δ.) Ἐμοὶ δὲ πάλιν D
κλεῖθρα καὶ μοχλοὶ θυρῶν ἐπήγοντο, καὶ τῶν προτέρων πικρό-
τεροι φύλακες. καίτοι γε ἐβουλόμην γ' ἂν ἐπ' αὐτῶν καὶ θάτε-
ρον μέρος τῆς σφῶν ἀπειλῆς τῇ προσηκούσῃ παραπέμψαι χλεύῃ,
καὶ δεῖξαι κἀνταῦθα δαψιλέστερον, ὅσον τῆς ἀπονοίας τὸ ἄγνω-
μόν τε καὶ εὔηθες. οἱ δὲ, ὡς ἔοικε, τὴν ἑαυτῶν αὐτοὶ κατα-
γνόντες αἰσχύνην, κωφοὶ τοῖς λεχθησομένοις ἀπιόντες ᾤχοντο.
εἶναι γὰρ Παλαμίταις τὸ σκοπιμώτατον, παῦσαι μὲν τὰς ἑορτὰς E
τοῦ θεοῦ, τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν μηδαμῶς αὐτοῦ προσιεμέ-
νοις· παῦσαι δὲ καὶ τοὔνομα τοῖς λόγοις τούτοις τοὐμὸν μετὰ
τῆς ἐμῆς ἐμφαινόμενον εὐσεβείας. εἰ οὖν τοῦτο διδοίη τις, οὐκ

7. συγχεῖν em. Capp., συγχείνων apogr. 13. πικρότεροι em. Capp., πικρότερα apogr.

iubente imperatore, inimicus et infestus ignis brevi absumet; tu vero post obitum tuum extra urbem insepultus aliquo proiicieris." (III.) Illorum ego sermonem excipiens, „haec," inquam, „Diocletiano eiusque temporibus verba congruunt. Et certe cum maxima mihi bona gratificantes offeratis, nolite minarum obtentu gratiam istam confundere. Nam dum pollicemini fore ut Martyrum mihi coronas impertiatis, res optimas pessimis, ut videtur, nominibus confunditis. Et vos quidem ea minitamini, quae sunt penes imperatorem: ego autem (quae iuvante Deo constanter servare penes me est) certabo et usque ad mortem stabo, nemini mancipatam mentem conservans. Nam pietatis exercendae summa est necessitas, nulla autem vivendi: pro pietate quoque mori necesse est, non item sepeliri." Interim illi abierunt. (IV.) Ut autem arctius iterum custodirer, foribus admoventur serae, pessuli obduntur, et custodes prioribus acerbiores apponuntur. Maxime tamen optarem, ut alteram partem eorum comminationis congruo derisu prosequi coram ipsis mihi licuisset, et ibi luculentius ostendere, quanta fuerit vesanorum hominum amentia et stoliditas. Illi autem, ut videtur, perspecta sua ipsorum ignominia, obsurduerunt ad res dicendas, et discesserunt. Hunc enim sibi praecipuum Palamitae scopum proponunt, ut tum omnes Dei festos dies aboleant (quoniam incarnationis eius mysterium nullatenus admittunt), tum etiam impediant, ne amplius in istis homiliis ac sermonibus nomen meum mea cum pietate appareat. Quod si concederet quis-

A. M. 6859 Ind. 4 A. C. 1351 Imp. Io. Cantacuz. 5

ἂν φθάνοι τὰς Μωσέως καὶ Δαβὶδ καὶ πάσας Ἰουδαϊκὰς διαγρά-
φων βίβλους, ἅτε χρόνοις ὕστερον ἐκκηρύκτου καταστάντος τοῦ
Ἰουδαίων ἔθνους ἡμῖν. καί μοι θαυμάζειν περίεστι, πῶς Νεστό-
F ριον μὲν καὶ Εἰκονομάχους τἄλλα ζηλοῦσιν αὐτοῖς, ᾧ μάλιστά
γε ἐχρῆν ὅπωσοῦν ἐχομένῳ φιλαυτίᾳ, ἐν τούτῳ μάλιστα ζηλοῦν
οὐ γεγένηται νῦν. τὴν γὰρ τοῦ θεοῦ λόγου συγχέοντες ἐνανθρώ-
πησιν ἐκεῖνοι, καὶ τὰς θείας ἐκ μέσου ποιοῦντες εἰκόνας, ὅσα
P. 717 μουσουργοὶ καὶ λογογράφοι τῇ ἐκκλησίᾳ καταλελοίπασιν ᾄσματα
καὶ λόγους, τούτων δ' οὐδὲν οὐδαμῇ συνεξώθησαν· ἀλλ' ἦδον
καὶ ἐτησίοις ἐγέραιρον πανηγύρεσιν. οὗτοι δέ, τό σφισιν εἰωθὸς
κἀνταῦθα ποιεῖν οὐδαμῇ γε ὀκνοῦντες, καὶ ταύτῃ κἀκείνους τῇ
κακίᾳ φιλονεικοῦσι νικῆσαι. αἰσχύνη γὰρ τοῦτο, καὶ μάλα ἀπό-
βλητον εἶναι νομίζεται Παλαμᾷ, καθ' ὁπόσα τοῖς ἀρχηγοῖς τῶν
B αἱρέσεων εὕρηται σπέρμα δυσσεβείας ἀρκεῖσθαι, εἰ μὴ καὶ τὴν
παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέροι κακίαν ἐπὶ κακίᾳ. ἐνεργὸν γὰρ ἀεὶ τὸ
φιλότιμον ὁ ἀνὴρ ἐνδείκνυται, πανταχῇ πάντας κακοὺς ἐν κακοῖς
ὑπερβάλλων.

piam, fieri non posset, quin protinus Mosis, Davidis, et omnes Iudaeorum libros oblitteraret, utpote cum iampridem Iudaeorum gens a nobis damnata et proscripta fuerit. Et hoc mihi valde mirum accidit, quomodo Nestorium et Iconomachos in aliis aemulentur, nec tamen eosdem nunc aemulati fuerint, hac praesertim in re, in qua illos aemulari deberet is, qui qualicunque sui amore teneretur. Nam licet Dei Verbi incarnationem everterent Iconomachi, et divinas imagines e medio tollerent, attamen nullos hymnos, nullas homilias, nulla cantica, ex iis quae scriptores huiusmodi operum ecclesiae reliquerunt, abolevere: immo canebant et anniversariis honorabant solemnitatibus. At vero cum Palamitas, quod sui moris est, hic etiam perpetrare neutiquam pigeat, ista quoque Iconomachos improbitate superare contendunt. Probrosum enim et reiectaneum Palamae videtur, sibi satis habere quaecunque ab haereseon ducibus reperta sunt semina impietatis, nisi illorum improbitati suam quoque improbitatem conferat et adiungat. Namque actuosam semper ambitionem prae se fert Palamas, et malitia malos omnes ubique superat.

ANNOTATIONES

HIERONYMI WOLFII
CAROLI DUCANGII
IOANNIS BOIVINI
CLAUDII CAPPERONNERII.

Digitized by Google

ANNOTATIONES

HIER. WOLFII, CAR. DUCANGII, IO. BOIVINI, CL. CAPPERONNERII.

Pag. 1, 1. *ed. Bonn.* Titul. *ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ ΡΩΜ. ΙΣΤ.*] In Codice Regio, qui libros undecim priores complectitur, titulus est, *Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ Ῥωμαϊκῆς σύνταξις ἱστορίας, περιέχουσα ἐτῶν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα διήγησιν· ἤγουν ἀπὸ τοῦ βασιλέως Λάσκαρι κυρίου Θεοδώρου μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ Καντακουζηνοῦ.* Id est, *Nicephori Gregorae Romanae historiae liber, continens annorum* CL. *narrationem, nempe ab imperatore Dom. Theodoro Lascari usque ad imperium Cantacuzeni.* Editio Wolfiana inscriptionem hanc praefert, *Nicephori Gregorae, Romanae, hoc est Byzantinae historiae libri* XI. *quibus res a Graecis imperatoribus per annos* CXLV. *a Theodoro Lascari priore usque ad Andronici posterioris obitum gestae describuntur* etc. Neutrum titulum retinuimus, propterea quod in utroque male subducta erat annorum ratio. Nam undecim libri priores historiam continent, non CL. aut CXLV. sed tantum CXXXVII. annorum, CXXXV. Davidi Chytraeo. Wolfium in errorem induxit codex suus, in quo scilicet huiusce historiae lib. XI. cap. XI. sect. 1. perperam anni viginti ab Urbe capta numerabantur, cum tredecim tantum numerari oporteret. Vide notas infra ad eum locum. BOIVIN.

Pag. 5, 4. *Ἡ δὲ γῆ τὴν ἄτρεπτον ταύτην ὁμοίως ἀρχῆθεν ἀεὶ τρεπομένη τροπήν*] Vel *τὴν ἀκινησίαν* intelligit: Terra enim centrum immobile universitatis rerum a plerisque statuitur: vel vices temporum, quibus nunc sterilis squalet, nunc foecunda floret, sicut Fortuna et Luna constantes in levitate sua dicuntur. WOLFIUS.

Pag. 5, 9. *ἦ γὰρ ἂν ἐλλιπὲς ἐδόκει*] Ita legendum, non *ἦ γὰρ ἂν*, ut legebat Wolfius. Sic infra lib. XV. cap. VI. sect. 1. *ἦ γὰρ ἂν ἐς τὸ δαψιλέστερον ἐσκομισάμενοι τἀπιτήδεια.* Sic apud Homer. Iliad. *α.* *ἦ γὰρ ἂν Ἀτρείδη νῦν ὕστατα λωβήσαιο.* BOIVIN.

Pag. 5, 15. *Καὶ προφήτας ἕτερον τρόπον*] Basilius Imp. in Paraenetic. cap. LXVI. *παρελθόντων τὰ πάθη τοῖς νῦν παροῦσιν ὑπάρχει διδασκάλια.* DUCANG.

Pag. 6, 8. *Ἐπεὶ δ' ὅπερ ὀφθαλμὸς*] Pachymeres lib. I. Hist. cap. 1. *ἱστορίας, ὡς ἄν τις εἴποι, ψυχὴ ἡ ἀλήθεια, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας χρῆμα ἐπαναγκὲς ἱερόν.* Ideo Eunapius aiebat historicos, priusquam se ad scribendum accingerent, *τῆς ἀληθείας πρόθυρα καὶ πύλας* adorare debere. Vide Ciceronem II. de Oratore, et alios passim. DUCANG.

Pag. 6, 21. *Ἀνδρονίκῳ τῷ Παλαιολόγῳ*] Seniori, quem *πολὺν τὴν σύνεσιν* fuisse ait, cui proinde longe potius convenit, quam Iuniori, quo imperante potissimum vixit ac notus fuit Gregoras. Ad quem vero ex istius tempestatis historicis pertineat, vel quem praesertim spectet ista Andronici imp. expostulatio, ex iis, quae in ea carpuntur, non omnino promptum est assequi, nisi Georgius Pachymeres intelligatur, cuius pars historiae postrema res a Seniore gestas complectitur, in qua forte eidem principi paulo aequior visus sit, et quam demum absolvit illo imperante, et annum aetatis quinquagesimum agente, ut idem scriptor testatur lib. XIII. cap. ult. DUCANG.

Pag. 6, 23. *Ἐπὶ τούτων τῶν ἀνδρῶν ἔτι παρόντων*] Fortasse *περιόντων, illis adhuc superstitibus.* WOLFIUS.

Pag. 6, 24. *Καὶ ἵνα μιᾷ τῶν*] *ἀναντιπόδοτον*, nisi forte ab illo pendeat, *ὡς καὶ πρόφασιν εὔλογον δεδωκέναι* etc., quod tamen valde durum fuerit. WOLFIUS. Hic se haerere fatetur Wolfius. Est autem haec transitio similis ei, quae occurrit infra lib. IX. cap. X. sect. 8. *ἵνα δὲ πρὸς τὴν τοῦ παρόντος λόγου βεβαίωσιν καὶ παλαιοτέρῳ τινὶ διηγήματι χρήσωμαι· ὁπότε γὰρ Καμβύσου*, etc. Item lib. XI. cap. IX. sect. 2. *καὶ ἵν' ὡς ἐν κεφαλαίῳ διεξέλθωμεν ὅσα ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἡ τοῦ ἀνδρὸς εὐφυῶς κατέπραξε σύνεσις.... αὐτοῦ γὰρ ἅμα τῷ β.* BOIVIN.

Pag. 6, 25. *Ἐπ' ἐμοῦ*] *Mea aetate.* Sed quia se familiarissimum Andronico fuisse testatur Gregoras, converti, sententiam secutus, *Me audiente.* WOLFIUS. Recte Wolfius, *quam is audiente me habuit.* Sic *ἐπ' αὐτοῦ* lib. VIII. cap. VIII. sect. 1. lib. IX. cap. I. sect. 6. Sic *ἐφ' ἡμῶν* lib. VIII. cap. X. sect. 4. Sic denique *ἐπ' αὐτῶν* lib. IX. cap. X. sect. 8. Aliter tamen veteres. Theocritus, *Αἲθ' ἐπ' ἐμεῦ ζωοῖς ἐναρίθμιος ὤφελες ἦμες. Utinam mea aetate in vivis fuisses.* Vide notas Wolfii. BOIVIN.

Pag. 7, 5. *Οἱ δὲ πρόθυμοι πρὸς τὸ λοιδορεῖν*] Contra receptam ab omnibus historiae legem: *ὅταν γὰρ εἰς τὸ τῆς ἱστορίας ἦθος ἀναλαμβάνῃ, ἐπιλαθέσθαι χρὴ εὐνοίας καὶ μίσους, καὶ πολλάκις κοσμεῖν τοὺς ἐχθροὺς τοῖς μεγίστοις ἐπαίνοις, ὅταν αἱ πράξεις ἀπαιτῶσι τοῦτο· πολλάκις δ' ἐλέγχειν τοὺς ἀναγκαιοτάτους, ὅταν αἱ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἁμαρτίαι τοῦ καθυποδεικνύωσι.* Anna Comnena in Prologo ad Alexiad. Christodulus, seu Cantacuzenus, in Prologo Hist. p. 4. *οὐ γὰρ ἀπεχθείᾳ τινὶ, ἢ φιλίᾳ (ἐξ ὧν τὸ ψεῦδος ἐπιπολὺ τίκτεται) πρὸς τούτους ἀπήχθην τοὺς λόγους, ἀλλ' ἀληθείας ἕνεκα, καὶ πρὸς ἀληθείας ἐραστὴν τούτους ποιοῦμαι.* DUCANG.

Pag. 8, 7. *Τὸ δὲ καὶ κακῶν ἀρχέτυπα*] Maximus Tyrius, serm. XII. ubi de historia: *νῦν δὲ ἀναμὶξ εἰσφύρεται πάντα ἐν τοῖς λόγοις, καὶ πλειονάζει τὰ χείρω, καὶ κρατεῖ τὰ αἰσχρὰ, καὶ τὸ πολὺ τῆς ἱστορίας πλεονέκται, τύραννοι, καὶ πολέμιοι ἄδικοι* etc. DUCANG.

Pag. 9, 15. *Ἅπερ ὁτουοῦν ἠκηκόεσαν*] Quo spectant quae habet Dio in Augusto, et ex c Xiphilinus: *καὶ κατὰ τοῦτο πολλὰ μὲν οὐ γιγνόμενα θρυλλεῖται, πολλὰ δὲ καὶ πάνυ συμβαίνοντα ἀγνοεῖται, πάντα δὲ, ὡς εἰπεῖν, ἄλλως πως ἢ ὡς πράττεται διαθροεῖται.* DUCANG. *Ἃ παρ' ὁτουοῦν ἠκηκόεισαν*] Ita Cod. Reg. 2078. Wolfius legit, *ἅπερ ὁτ. ἠκ.* ut legitur in Cod. Reg. 2558. BOIVIN.

Pag. 10, 10. *Ἀλλὰ λόγοις καὶ τούτοις πλημμελῶς ἐξ ἔτι νέου δεδωκότες*] Verteram, *sed illa immatura aetate perperam descripserunt.* Sed videtur legendum, *ἑαυτοὺς δεδωκότες:* eumque sensum expressi. WOLFIUS. Wolfius putat legendum esse *ἑαυτοὺς δεδωκότες.* Sed nil necesse est. Nam verbum *δεδωκότες* referri potest ad *μακροὺς ἡλίους;* ut constructio sit, *δεδωκότες τοὺς μακροὺς ἡλίους τῇ τούτων σχολῇ, totis diebus in earum otio consumptis.* Facile tamen crediderim, non legendum quidem sed subaudiendum esse pronomen *ἑαυτούς.* Certe post verbum *διδόναι* passim apud Gregoram subauditur pronomen. Exempla habes lib. VI. cap. VI. sect. 4. lib. VIII. cap. V. sect. 1. et sect. 8. pag. 191. F lib. IX. cap. I. sect. 4. etc. BOIVIN.

Pag. 10, 13. *Εἰ δὲ μηδὲ τούτοις οὑτωσί πως ἐδίδουν, οὐδὲν μέγα τὸ ἐκείνων ὑπῆρχεν ἀντάλλαγμα*] *Davus sum,* inquit ille in comoedia, *non Oedipus.* Me vero, cum in Sphingem incidissem, Oedipum esse oportuit, quocunque eventu. Gratum mihi facient, qui aenigma hoc dexterius explicarint. WOLFIUS. Wolfius hoc loco Davum se ipse profitetur. Ego verti, *Verum etsi litteris totos dies in hunc modum non dedissent,* subaudiendo *τοὺς μακροὺς ἡλίους,* quod praecessit. Nunc autem malim subaudire *ἑαυτοὺς,* et sic vertere, *Verum etsi litteris totos sese in hunc modum non dedissent,* eodem plane sensu. BOIVIN.

Pag. 12, 11. *Ἄλλως τε οὐδὲ πάνθ' ὅσα*] Videtur addendum, *ἐπειδὴ οὐδὲ.* WOLFIUS.

Pag. 12, 24. *Ἔσται δῆλος ἐν τοῖς ἑξῆς*] Quae ab aliis depravata esse asserit, nusquam convellit in hoc opere: veriore fortassis expositione citra cuiusquam reprehensionem contentus. WOLFIUS.

Pag. 13, 9. *Τῆς γάρ τοι Κωνσταντινουπόλεως ὑπὸ τῶν Λατίνων ἁλούσης*] Aprilis die XII. feria II. hebdomadis VI. ieiuniorum, anno Mundi iuxta Graecos VI. MDCCXII. Christi MCCIV. DUCANG. Constantinopolis capta a Latinis anno Mundi (ut Graeci numerant) VI. MDCCXII. Chr. MCCIV. Aprilis die XII. non ut Maur. David putabat, anno Mundi VI. MDCCXI. Chr. MCCIII. Cod. Reg. 2525[2]. in catalogo imperatorum, *Ἀλέξιος ὁ Δούκας ὁ Μούρτζου-*

φλος, μῆνας β'. ἡμέρας ί. οὗ βασιλεύοντος, παρεδόθη ἡ Κωνσταντινούπολις πρὸς τοὺς Λατίνους, ἐν ἔτει ϛψιβ'. κατὰ τὴν ιβ' τοῦ ἀπριλλίου μηνός. ἡμέρᾳ δευτέρᾳ. ἰνδικτιῶνος ζ'. κατείχετο δὲ παρὰ τούτων χρόνοις νϛ'. μῆσι γ'. ἡμέρ. ιγ'. Codex 2522. in simili Catalogo, Ἀλέξιος ὁ Δούκας ὁ Μούρτζουφλος, ἡμέρας ο'. καὶ αὐτίκα γέγονεν ἡ ἅλωσις τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὑπὸ τῶν Λατίνων, κατὰ τὴν ιβ' τοῦ ἀπριλλίου μηνὸς, τῆς ζ' ἰνδικτ. τοῦ ϛψιβ' ἔτους, ἐλθόντων καὶ πεσόντων ἀντικρὺ ταύτης εἰς Χαλκηδόνα, κατὰ τὴν κζ' τοῦ ἰουνίου μηνὸς, τῆς ϛ' ἰνδικτ. καὶ σκυλευόντων τὰ περικύκλῳ αὐτῆς χρόνον ἕνα. Cum his codicibus consentiunt Georgius Acropolita, Villharduinus, et alii. Mauritius David primam oppugnationem cum expugnatione confundit. Urbs primum a Latinis obsessa est anno Mundi VI. MDCCXI. At non capta nisi anno VI. MDCCXII. Vide Nicetam Choniatam. BOIVIN.

Pag. 13, 15. Ἀναγορευθῆναι συμπέπτωκε βασιλέα Θεόδωρον τὸν Λάσκαριν] An. Mundi VI. MDCCXIII. Nam imperavit annos XVIII. quorum ultimus fuit annus Mundi VI. MDCCXXX., ut constat ex Cod. MS. Reg. 2731. fol. 46. V. ubi haec imperatorum series chronologica occurrit.

*)		**)	***)
ϛψλ'.	Θεόδωρος Λάσκαρις ὁ πρῶτος.	ιη'.	ϛαφμέ'.
ϛψξγ'.	Ἰωάννης Δούκας ὁ Βατάτζης.	λγ'.	ϛαφοη'.
ϛψξζ'.	Θεόδωρος Λάσκαρις παῖς Ἰωάννου.	δ'.	ϛαφπβ'.
ϛψϟα'.	Μιχαὴλ Παλαιολόγος.	κδ'.	ϛαχϛ'.
ϛωλϛ'.	Ἀνδρόνικος, ὃς Ἀντώνιος μοναχός.	με'.	ϛαχνα'.
ϛωμθ'.	Ἀνδρόνικος ὁ ἔγγονος αὐτοῦ.	ιγ'.	ϛαχξδ'.
ϛωξγ'.	Ἰωάννης ὁ Καντακουζηνός.	ιδ'.	ϛαχοη'.
ϛϡ'.	Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος γαμβρὸς αὐτοῦ.	λζ'.	ϛαψιέ'.

BOIVIN.

Pag. 13, 17. Προσερρύησαν] Nicetas in Balduino N. VII. DUCANG.

Pag. 13, 19. Ἀλεξίου Κομνηνοῦ] Cogn. *Magni*, ducis Trapezuntini, Andronici Comneni Tyranni ex filio Manuele nepotis. Vide Familias nostras Byzantinas p. 192. DUCANG.

Pag. 13, 21. Κομνηνὸς Μιχαὴλ] Ex Angelorum stemmate. Vocabatur autem *Michaël Angelus Comnenus*, Ioannis Angeli Sebastocratoris filius nothus, de quo pariter egimus in eadem lucubratione pag. 208. DUCANG.

Pag. 14, 6. Δολόϊκος] Postea Δοδόϊκος: eadem μεταθέσει, qua Νικόλαος et Λαόνικος, et apud nostrates Bolgangus et Gangolfus. WOLFIUS. Καὶ ὁ κόμης Πλέης Δολόϊκος] Wolfius interpres,

*) Annus Mundi, quo quisque imperare desiit. BOIVIN.

**) Anni imperii. BOIVIN.

***) Anni a Philippo Aridaeo. BOIVIN.

et Plcae Comes Doloïcus, quem errorem erravit etiam apud Nicetam Choniaten, in Balduino, N. IV., ubi pariter indigitatur *Ludovicus Comes Blesensis*, utroque scriptore vocem *Blois*, seu potius *Blès*, quomodo ea tempestate urbis Blesensis nomen efferebatur, ita effingente. De Ludovico porro, ut et de Balduino Comite Flandrensi, et Bonifacio Montferratensi marchione, egimus in notis ad Historiam Gaufredi de Villa-Harduini. DUCANG.

Pag. 15, 15. *Βαρεῖαν ὅπλισιν*] Acropolita N. XII. *Ἰταλοῖς μὲν οὖν τὸ ἔθος ἐφ' ἵπποις ὑψαύχεσιν ἐποχεῖσθαι, καταφράκτοις τε δι' ὅλου εἶναι τοῖς ὅπλοις τοῦ σώματος, κἀντεῦθεν δυσκινήτως κατὰ τῶν ἐναντίων ὁρμῶσι.* Id notavit idem Gregoras, lib. IV. cap. VII. et alii, quos laudamus in notis ad Villharduinum, N. CCXII., quibus addendi Ingulfus p. 899. prioris Edit. et Walsinghamus an. MCCCI. pag. 78. DUCANG.

Pag. 15, 18. *Ἀνίστανται τῶν λόχων*] Eiusmodi insidiis circumventos Latinos scribunt pariter Nicetas et Gregoras. Id ipsum de Tartaris narrat Vincentius Beluacensis lib. XXX. cap. LXXXI. *Cum adversariorum fortitudini se praevalere posse non credunt, ante illos fugiunt, et quasi se ab illis fugari faciunt. Cumque illi armati Tartaros inermes diu insecuti fuerint, ac prae gravitate armorum et viae longitudine lassati iam non amplius sequi potuerint, tunc Tartari super equos recentes ascendentes, se super illos convertunt, et in eos capiendo et occidendo insiliunt.* DUCANG.

Pag. 15, 25. *Ὁ δὲ Ἱλέης κόμης*] Villharduin. n. CXC. DUCANG.

Pag. 16, 1. *Ἐρίκος Δάνδουλος*] Atqui Henricus Dandulus commisso cum Bulgaris proelio non interfuit, quod scribit Nicetas, neque proinde ex acceptis in eo vulneribus interiit, quod Gregoras tradit. Rectius Acropolita n. XIII., qui *τὸν τόπον τοῦ Δουκὸς ἐπέχοντα Βενετίας ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει* interfuisse duntaxat observat. Vide Villharduin. n. CXCIII. Recte porro Gregoras hoc loco vocem Henricus extulit, quam lib. II. cap. I. Nicetas in Bald. et Henrico, et Pachymeres lib. VII. cap. XXVII. per *Ἔρρης* efferunt, quomodo nostri *Herri* olim dicebant, ut ex Villharduino liquet. Perperam vero doctus Pachymeris interpres *Ἔρρη ἐξ Ἐγγελίνων*, *Errem ex Englinis* vertit, cum scribere debuisset, *Henricum ex Anglis.* Wolfius etiam *Herricus* pro *Henricus* male vertit dicto cap. 1. DUCANG.

Pag. 16, 4. *Σκυθικὸν πλῆθος*] Quos Scythas Nicetas et Gregoras, hos Comanos vocat Villharduinus. Ubi vero habitarint Scythae Comani, exponit idem Gregoras lib. II. cap. VIII. DUCANG.

Pag. 16, 12. *Σκυθῶν ἐρημίαν*] Proverbium, cuius meminit Appendix Vaticana, Zenobius, praeterea Acropolita n. XXXV. et alii passim. DUCANG.

Pag. 16, 14. *Καὶ περὶ τὴν Θράκην πλανώμενος*] Ut Alexius

Angelus imp. a Bonifacio Montisferrati marchione captus fuerit, narrat etiam praeter Nicetam Villharduinus n. CLXIV. DUCANG.

Pag. 17, 10. *Ἰαθατίνην*] Iconiensem Sultanum, de quo sat multis egimus in Familiis Turcicis n. X. DUCANG.

Pag. 18, 5. *Εἰς τὴν παρὰ Μαίανδρον Ἀντιόχειαν*] Cariae urbem, de qua Phlegon Trallianus et Geographi. DUCANG.

Pag. 18, 17. *Ὧν τοὺς ὀκτακοσίους μισθοφόρους εἶναι Λατίνους*] Pachymeres lib. I. cap. III. de Graecis post captam a nostris urbem in arctum redactis, ut qui tres solummodo urbes obtinerent, Nicaeam, Prusam, et Philadelphiam, cum ab oriente a Persis seu Turcis Iconiensibus, ab occasu a nostris impeterentur, *τῇ μὲν Ἰταλικὸν ἔχοντες συμμαχικὸν ἐπίεσαν Πέρσαις, τῇ δὲ Σκυθικὸν προσλαβόμενοι ἄρτι ποτὲ φανέν τε, καὶ προσληφθὲν, ἀνώθουν τοὺς Ἰταλούς.* Enimvero incertum an illa tempestate Lascari militarint Latini seu Galli, pactis forte tum induciis, cuiusmodi cum eodem Lascari initas memorat Villharduinus n. CCXLIX. vel post foedus inter Robertum imp. Constantinopolitanum et Lascarim initum, de quo egimus in Historia Franco-Byzantina lib. III. n. III. cum scilicet Roberti sororem Mariam idem Lascaris in uxorem accepit, uti mox cap. seq. narrat Gregoras, Petri scilicet Comitis Autisiodorensis et imp. Constantinopolitani filiam. Vide Famil. Byzant. pag. 219. DUCANG.

Pag. 20, 11. *Μόλις κατέκοψαν*] Deesse videtur, *τοὺς Λατίνους.* WOLFIUS.

Pag. 24, 1. *Ὀκτωκαίδεκα δὲ βασιλεύοντι τούτῳ παρεῤῥύησαν ἔτη*] Series chronologica imperatorum supra allata, praeterquam quod annos octodecim imperii Theodoro Lascari tribuit, etiam annum indicat, quo is obiit, nempe Mundi VI. MDCCXXX., qui a Ianuario mense fuit annus Christi MCCXXII. BOIVIN.

Pag. 24, 2. *Τὸν παρόντα βίον ἀμείβει*] Anno MCCXXII. Acropol. n. VI. DUCANG.

Pag. 24, 3. *Ἰωάννην τὸν Δοῦκαν*] Cogn. *Vatatzem.* Vid. Famil. Byzant. DUCANG.

Pag. 24, 7. *Ὀξὺς μὲν ἦν τὴν ὁρμὴν*] Nicetas in Alexio lib. III. n. II. de Theodoro: *νεανίας τολμητίας καὶ ῥαγδαῖος πρὸς τὰ πολέμια.* DUCANG.

Pag. 24, 11. *Ἀλλ' ἐκιβδήλευεν αὐτὴν, ἀωρίᾳ πολλάκις ἐς τὰ πράγματα χρώμενος*] *αὐτὴν*, scilicet *τὴν ἑαυτοῦ ὁρμὴν*, *nimia festinatione laudatum illum impetum corrumpebat.* Quo minus de Latinorum impetu hebetato intelligam, faciunt verba, *ἀλλ' ἐκιβδήλευεν αὐτήν.* Quae sententia si cui placet, sic vertat: *Nam subitis et inexspectatis impressionibus impetum illorum retardabat*, etc. WOLFIUS.

Pag. 24, 13. *Σύνεσιν πλουτῶν φυσικὴν*] Ioannis laudes attigit etiam Acropolita n. LII. extr. DUCANG.

Pag. 25, 2. *Ῥόμπερτος*] Vide Hist. Franco-Byzant. lib. III. n. 1. DUCANG.

Ibidem. *Ὁ τοῦ πρὸ βραχέος τετελευτηκότος Ἑρρῆ ἀδελφιδοῦς*] *Henrici paulo ante mortui ex sorore nepos.* Ita vertendum, non *ex fratre nepos*, ut Wolfius vertit. Erat enim Robertus Iolentae filius; Iolenta autem soror Henrici. Testis Gregoras ipse, Historiae lib. IV. cap. II. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 25, 4. *Ἀλέξιος οὗτοι καὶ Ἰσαάκιος*] Acropolita n. XXII. Vide praeterea Histor. Franco-Byzant. lib. III. n. VI. et Famil. Byzant. p. 218. DUCANG.

Pag. 25, 23. *Θεόδωρος*] Confer Acropolit. n. XXI. Pachymer. lib. I. cap. XXX. lib. II. cap. XXXVI. et Famil. Byzant. pag. 207. DUCANG.

Pag. 26, 5. *Μεγαλόπολιν*] Inter urbes, quae hoc epitheto donantur a scriptoribus, Thessalonicam recenseri observamus in Gloss. med. Graecit. DUCANG.

Pag. 26, 6. *Αὐτίκα δὲ καὶ βασιλείας*] Cum antea sub titulo Despotae Graecis biennio praefuisset, Acrop. n. VI. DUCANG.

Pag. 26, 9. *Πλείστοις τε γὰρ ἄλλοις*] De Achride a Iustiniano privilegiis donata agit cap. seq. de quibus consulendi prae ceteris Ioan. Morin. lib. I. exercit. XXVII. Leo Allatius lib. I. de consensu utriusque Eccl. cap. XXV. n. IV. DUCANG.

Pag. 26, 10. *Πατρίδα*] At quae fuerit Iustiniani patria, disquisivit Nicolaus Alemannus ad Procopii Historiam arcanam p. 14. l. Edit. DUCANG.

Pag. 26, 11. *Αὐτονομεῖσθαι*] Alia fuit civitatum priscis saeculis *αὐτονομία* ab ea, quae hic recensetur, ut quae archiepiscopalem dignitatem solum respexerit, nulli patriarchatui vel metropolitae subiectam. Vide Allatium loco laudato, et Gloss. med. Graecit. in *αὐτοκέφαλος*. DUCANG.

Pag. 26, 13. *Ἄλλοις ἐφεῖται*] Patriarchae Constantinopolitano. DUCANG.

Pag. 26, 17. *Χῶρός τις ἐστιν*] De primis Bulgarorum sedibus et migrationibus fuse satis egimus in Regum Bulgariae serie historica, in Famil. Byzant. sect. VI. DUCANG.

Pag. 26, 19. *Βούλγαν*] De quo prae ceteris Vincentius Beluacensis lib. XXXII. cap. XXI. DUCANG.

Pag. 27, 1. *Ἀείαν Μυσῶν*] Proverbium, de quo Zenob. Diogenian. Apostolius, Suidas et alii passim. DUCANG.

Pag. 27, 5. *Αὕτη ἡ πόλις*] *Ἀχρὶς*, in capitis lemmate. DUCANG.

Pag. 27, 6. *Καὶ πρώτην Ἰουστινιανὴν*] An igitur Achris eadem fuit cum Bederina, quam Iustiniani patriam fuisse scribunt Procopius, Agathias, et auctor Chronici Paschalis; ac *primam Iustinianam* appellari pariter is sanxit, ut exserte scribit idem Agathias lib. V. Dubium tamen ingerit codex Procopii Vaticanus, quem

laudat Alemannus, ubi scribitur apud Dardanos Europaeos, qui post Epidamniorum terram habitant, ad Praesidium quod Bederiana vocatur, oppidum esse Tauresium nomine, unde Iustinianus ortus est, eum locum muro ac quatuor turribus circumdedisse, iuxtaque urbem nobilissimam condidisse, quam Iustinianam primam appellavit, nutricationis officium altrici patriae rependens: unde colligere liceret non revera Bederinae, sed Tauresii natum Iustinianum, ac Iustinianae primae nomen neutri oppido, sed alteri, quod proxime aedificaverit, id nomenclaturae inditum, atque adeo Achridi, cui attribuitur a Gregora et aliis. Leunclavius in Onomastico Turcico scribit *Giustandil* a Turcis appellari Iustinianae urbis regionem, quae, inquit, priscis Iustiniana prima dicitur, Iustiniani Augusti patria, Macedoniae quidem illam, sed versus Illyricum, vel in ipso potius Illyrico sitam. DUCANG.

Pag. 28, 5. *Τοῦ Ἀγγέλου*] Michaëlis nothi, cuius supra meminit lib. I. cap. III. DUCANG.

Pag. 28, 7. *Λήμνια κακὰ*] Zenob. Diogenian. Suid. etc. DUCANG.

Pag. 28, 9. *Ἐν τούτοις*] Acropol. n. XXV. XXVI. Pachymer. lib. I. cap. XXX. Richardus de S. Germano an. MCCXXX. DUCANG.

Pag. 29, 13. *Καὶ τὴν τῶν Καρδιανῶν*] *Cardiam* vertit interpres: melius *Cardiana*, tametsi *Cardia* urbs occurrat in Thracia. DUCANG.

Pag. 29, 16. *Πρέσβεις ἐκ Βουλγάρων*] Imo a Ioanne Vatatze ad Bulgarorum regem Asanem missos legatos scribit Acropolita cap. XXXI. DUCANG.

Pag. 30, 3. *Καὶ ὁ τοῦ Τερνόβου ἐπίσκοπος*] Acropolita cap. XXXIII. Vide Ioan. Morin. lib. I. Exercit. XXVII. et Leonem Allatium lib. I. de concordia utriusque Eccl. cap. XXV. n. V. praeterea gesta Innocentii III. Papae, a quo Trinovitanus archiepiscopus Primas totius Bulgariae et Blachiae constitutus ibi legitur p. 36. Edit. Baluzianae. DUCANG.

Pag. 31, 8. *Ὅμηρος ἔφησεν*] Il. XIII. 6. BOIVIN.

Pag. 31, 18. *Καὶ ἀγορανομιῶν*] Wolfio *ἀγορανομίαι* sunt *leges agrariae*. Videat lector an is sensus esse possit eius vocabuli. Ego verti *Aedilitias functiones*. BOIVIN.

Pag. 31, 19. *Ἀλλ' εἰρήνη πᾶσα τὸ ἀπὸ τούτων*] Perinde accipio, ac si esset, *τούτων γε ἕνεκα: quod ad haec quidem attinet*. Sic enim malo, quam, *His de causis*. WOLFIUS.

Pag. 32, 9. *Τήν γε μὴν προσηγορίαν αὐτῶν*] Reineccius ad cap. XVI. Haitonis hunc Gregorae locum laudat, ubi ille consulendus. DUCANG.

Pag. 32, 20. *Οὐράνια δείματα*] Vide notata ad Chronicon Paschale pag. 310. B. DUCANG.

Pag. 34, 22. *Οὔτε σῖτον ἔδουσιν, κ. τ. λ.*] Homerus de Diis Il. V. 341. BOIVIN.

Pag. 35, 15. *Ἤδη γὰρ καὶ Ἰωάννου Δούκα*] Pachymeri lib. V. cap. IV. DUCANG.

Pag. 35, 16. *Μοῖρα Σκυθῶν*] Scytharum voce Tartaros hic intelligit, qui hac tempestate in varias Europae et Asiae regiones effusi has omnino vastarunt: de qua quidem irruptione agunt passim historici, atque in iis Acropolita cap. XXXV. DUCANG.

Pag. 35, 19. *Σιτζισχᾶν*] Pachymeri lib. V. cap. IV. *Τζιγκισκᾶν* dicitur, ubi is haec addit: *Τζίγγις γὰρ ὄνομα· τὸ δὲ Κάνις, βασιλεὺς*, cuius vocis vim ac significatum prodit etiam Vincentius Beluacensis lib. XXX. cap. LXIX. et lib. XXXII. cap. XXXIV. a quo *Chingis* nude, omisso *Cham* epitheto, interdum appellatur, ut eod. lib. cap. VIII. Latini vero scriptores *Chingischam* hunc vulgo vocant, ut idem Beluacensis d. cap. LXIX. et aliis locis, qui Tartarorum ab Indiae rege, cui parebant, defectionem ad annum MCCVI. refert. DUCANG.

Pag. 35, 20. *Ὅ τε Χαλαοῦ καὶ ὁ Τελεπουγᾶς*] Aliter filiorum Chingischami nomina efferunt idem Beluacensis cap. XIII. eiusdem lib. XXXII. Haytonus cap. XVII. Paulus Venetus, et alii. DUCANG.

Pag. 35, 22. *Καὶ Ἰαξάρτην ποταμὸν*] De quo multis egimus ad Nicephori Bryennii Historiam lib. I. n. VII. DUCANG.

Pag. 36, 3. *Ὁ Τελεπουγᾶς*] Hanc Tartarorum in Europaeas provincias irruptionem Bathy, Chingischami duci, ex Thossato filio nepoti, adscribit idem Beluacensis lib. XXXI. cap. CXLIX. et lib. XXXII. cap. XV. DUCANG.

Pag. 36, 14. *Καὶ Ἁμαξόβιοι*] Hic omissam lineam liquet in Wolfii versione: *Zinchi sunt, Gotthi, et Hamaxobii*, quos et *ἁμαξοφορήτους* alii vocant; atque ii sunt Scythae Nomades, ut est apud Leunclavium in Onomastico priore Turcico, in voce *Iurchi*. DUCANG.

Pag. 36, 16. *Οὖννοι δὲ οὗτοι καὶ Κομανοὶ ἐκαλοῦντο*] Duplicem fuisse Comaniam observare est, alteram, quae ad septentrionem, Hungariae conterminam, seu versus Danubium, alteram, quae in Asia, quo Comani cum aliis nationibus septentrionalibus iam olim migrarant, extitit. De priore hic sermo est, quam Anna Comnena lib. VIII. et Magister Rogerius de Destruct. Hungariae cap. XX. circa Danubium, Tanaim et Borysthenem statuunt. De situ vero regni Comanorum Asiaticorum egit Haytonus cap. V. et ibi Reineccius, praeterea Vincentius Beluacensis lib. XXXII. cap. XXI. XXIII. Nos etiam in notis ad Villharduini n. CLXXXV. quaedam attigimus. Ut porro Comania Asiatica a Tartaris expugnata fuerit, scribit idem Beluacensis eod. lib. cap. X. DUCANG. *Οὖννοι δὲ οὗτοι καὶ Κόμανοι ἐκαλοῦντο. ἦσαν δὲ καὶ οἳ Σκύθας αὐτοὺς κατωνόμαζον*] *Hi vero Hunni et Comani vocabantur. Erant*

etiam qui eos Scythas nominarent. Ita vertendum: non, ut Wolfius, *Erant etiam qui se Scythas nominarent*, alio sensu. BOIVIN.

Pag. 36, 23. *Διφθέραις*] Acropolita cap. XXXV. de iisdem: *ἀσκοῖς τὸν Ἴστρον διαπεράσαντες.* Egit de eiusmodi coriaceis naviculis prae ceteris Ioan. Schefferus lib. I. de Militia navali cap. III. DUCANG.

Pag. 37, 6. *Καὶ τοῖς Ῥωμαϊκοῖς*] Comanorum, qui Ioanni Vatatzae imperanti se dediderunt, meminit Cantacuzenus lib. I. cap. II. DUCANG.

Pag. 37, 11. *ὑπερορίους ἐκείνους Σκύθας*] Quo vocabulo Tartaros Asiaticos pariter intelligit, qui ducibus Chingischami filiis Asiam fere universam pervaserant, cum qui versus Danubium habitabant Europaeos vocat lib. IV. cap. 7. DUCANG.

Pag. 37, 15. *Καὶ Ὦξον τὸν Σόγδον*] De Oxo fluvio egimus ad lib. I. Bryennii n. VII. p. 201. DUCANG.

Pag. 41, 1. *Ἀσίαν ἔχοντες Τοῦρκοι*] De Turcorum primis sedibus versus Tanaim, et ut in Asiaticas regiones penetrarint, Basilii Bulgaroctoni temporibus, uti scribit Bryennius d. cap. VII. seu ut Willelmus Tyrius lib. I. cap. VII. triginta aut quadraginta annis antequam nostri Hierosolymitanam expeditionem susciperent, multa congessimus ad eundem Bryennium. Vide infra lib. IV. cap. 7. DUCANG.

Pag. 41, 3. *Πονηρὸν τοὺς Σκύθας ὁρῶντες γειτόνημα*] A quibus quidem Tartaris impugnabantur, uti narrat Beluacensis lib. XXXI. cap. CXLI. Quanta autem fuerit hac aetate nobilitas, magnitudo et opulentia regni Turcorum, quique magnates eorumdem dominio subiecti fuerint, exponit capitibus seqq. DUCANG.

Pag. 41, 4. *Ὁ τῶν Τούρκων ἡγεμών*] Iathatines Azatini Sultani filius. Acropol. cap. XLI. Vide Familias nostras Turcicas. DUCANG.

Pag. 41, 22. *Μετὰ τῶν Τούρκων ἐτέλει σπονδάς*] Quibus quidem *Vatachius in CCCC lanceis serviebat, quotiens vel quantum volebat*, uti scribit Beluacensis lib. XXXI. cap. CXLIV. incertum an ex hoc foedere, anno Chr. MCCXXXIV. percusso, vel sequenti, iuxta Acropolitam cap. XLI. DUCANG.

Pag. 43, 18. *Ἐξ ἀλλοδαπῶν ἐθνῶν ἐνδύματα*] Vide notas ad Zonarae lib. X. Annal. n. XXVIII. DUCANG.

Pag. 43, 24. *Τῶν γὰρ ἀναγκαίων*] Videntur in utroque codice versus aliquot deesse, atque haec ex abrupto superioribus attexi. WOLFIUS.

Pag. 44, 1. *Τὰ δὲ ἐνδεχόμενα ταῖς τῶν ἀρχόντων ἀκολουθοῦσιν ὀρέξεσιν*] *Non necessariae principum cupiditatibus parent.* Ita quoque vertendum, non, *et subditi quantum licet principum sequuntur cupiditates. τὰ ἐνδεχόμενα* ea sunt, quorum usus est varius et mutabilis. Vide lib. VII. pag. 160. C. item lib. XIX. pag. 586. C. BOIVIN.

Pag. 44, 7. *Τῇ μὲν βασιλίδι Εἰρήνῃ*] Inde incipit liber tertius in Cod. Reg. 2078. in quo et Capitum divisio diversa est a vulgatis. BOIVIN.

Pag. 44, 18. *Σώσανδρα*] Ubi is deinde sepultus fuit, infra ad pag. 30. B. DUCANG.

Pag. 45, 4. *Ἡ μὲν βασιλὶς Εἰρήνη*] Acropol. cap. XXIX. DUCANG.

Pag. 45, 8. *Αὕτη δὲ ἦν Ἄννα*] Frederici II. imp. filia notha, Manfredi regis Siciliae soror. Vide Familias nostras Byzantinas pag. 223. DUCANG.

Pag. 45, 16. *Μαρκεσίνης*] Acropol. cap. LII. DUCANG.

Pag. 46, 3. Vide epistolam encyclicam ipsius Blemmydae, editam a Leone Allatio in notis ad Hist. Georgii Acropolitae, pag. 254. Edit. Reg. BOIVIN.

Pag. 46, 10. *Κελεύσει τοῦ καθηγητοῦ Βλεμμύδου*] *Abbatis* seu *Hegumeni*, non vero *Praeceptoris*, uti verterat interpres. Sic enim Graeci praefectos monasteriorum vocant. Nicephori vero Blemmydae, viri tum eruditione tum vitae sanctitate celeberrimi, elogium non semel perstringunt Acropolita cap. XXXII. XXXIX. LIII. Pachymeres lib. VII. cap. IX. Gregoras lib. V. cap. II. et alii, quos laudat Leo Allatius lib. II. de utriusque Ecclesiae consensione cap. XIV. n. IV. ubi, ut et in notis ad eiusdem Acropolitae cap. LII. Blemmydae epistolam encyclicam, scriptam postquam Marcesinam templi ingressu prohibuit, descripsit. De Blemmydae vero scriptis quaedam attigit idem Allatius d. cap. XIV. et in notis ad cap. XXXII. Acropol. DUCANG.

Pag. 46, 17. *Σκώμμασι βάλλων αὐτὴν, καὶ γλώττῃ καὶ γράμμασι διασύρων ἀεί*] Vide Blemmydae orationem, *ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸν βασιλέα*, quae extat in Cod. Reg. 3125. ubi haec imprimis notatu digna, *τίς γὰρ οὐκ ἂν αἰσχυνθείη, καὶ μόνον ἐνθυμηθεὶς βασιλικὴν σεμνότητα εἰς αἰσχρὰς καὶ ἀπρεπεῖς πράξεις ἐμπίπτουσαν, καὶ παρόμοια πάσχουσαν, ὥσπερ τινὲς ὑπὸ τῆς μυθευομένης μαγικῆς Κίρκης ἐκείνης εἰς χοίρους καὶ κύνας μετεβάλλοντο.* BOIVIN.

Pag. 47, 19. *μετὰ βραχὺ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀρχήν*] Vide infra lib. IV. cap. IX. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 47, 20. *Τέως μὲν οὖν πρέσβεις*] Acropolita cap. XLIX. LI. Pachymer. lib. III. cap. XXVII. DUCANG.

Pag. 47, 25. *Κατὰ τὴν ἕω*] Wolfius: *Cum mane mater Theodora* etc. Atqui ἕω hic aliud sonat: *in orientem* nempe venit Theodora. Sic enim Acropolita: *καὶ ἡ τούτου γαμετὴ Θεοδώρα, τὸν Νικηφόρον μεθ' ἑαυτῆς λαβοῦσα, εἰς τὴν ἕω διαπεραιοῦται.* Atque sic emendavimus. DUCANG.

Pag. 48, 24. *Καὶ τὸ . . .*] Acropolita: *καὶ ἀπέλυσε πρὸς τὸν Βασιλέα ὁ Μιχαὴλ τὸ ἄστυ Πρίλαπον καὶ τὸν Βέλεσον, καὶ τὸ ἐν τῷ Ἀλβάνῳ φρούριον τὰς Κρόας.* Hinc igitur supplendus Gre-

goras. De Croia urbe adeundus Leunclavius in Pandecte Turc. n. CXXVI. DUCANG.

Pag. 49, 7. *Ἐπεὶ δὲ περὶ τὴν Φιλίππων*] Acrop. cap. L. LI. Pachym. lib. I. cap. VII. Phranz. lib. I. cap. I. II. DUCANG.

Pag. 49, 21. *Πρὸς δὲ τὴν ἕω*] Ioannis Vatatzae obitum multis pariter refert Acropolita cap. LII. Contigit autem XXX. mensis Octob. anno Chr. MCCLV. cum annum aetatis LX. seu, uti vult Acropolita, LXII. attigisset. DUCANG.

Pag. 50, 22. *ἐν τῇ μονῇ τῶν Σωσάνδρων*] Magnesiae, in aede Deiparae Sosandrae sacra, quam is aedificarat. Supra, ad pag. 26. B. DUCANG.

Pag. 53, 3. *Ἀνηγορεύετο ἤδη θανόντος ἐκείνου*] Theodorus Lascaris iunior imperare coepit an. Mundi VI. MDCCLXIII. Id constat ex serie imperatorum chronologica, quam ex Cod. Reg. supra attulimus. Dubium est utrum ante, an post mensem Ianuarium. Si ante, fuit is annus Christi MCCLIV. et Mauritius David Possinum recte reprehendit. Si post, fuit iam tum an. Chr. MCCLV. et Possinus immerito reprehenditur. Ego Possini Chronologiam primum secutus sum, quam et Ducangius secutus fuerat. Deinde ex animadversionibus Mauritii David sacerdotis Divionensis (cuius librum, diu quaesitum, beneficio Viri illustr. Nicolai Toinardi tandem nactus sum) intellexi lapsum me semel atque iterum cum doctissimis viris in supputanda annorum ratione. Moneo itaque lectorem, ut huic volumini subiunctum indicem erratorum consulat, et ex eo chronologiam nostram corrigat. BOIVIN.

Pag. 55, 2. *Κατὰ τὸ ἐν τούτοις ἐπικρατοῦν ἔθος*] Acropolita cap. LIII. De hoc more passim scriptores. DUCANG. Verti, *more tum usitato.* Malim, *more in his,* vel *hac in re usitato.* BOIVIN.

Pag. 55, 7. *Ὁ πατριάρχης Γερμανὸς*] Germano patriarchae Constantinopolitano Arsenium proxime suffectum hic scribit Gregoras, mira oscitantia, inquit Allatius lib. II. de utriusque Ecclesiae consensione cap. XIV. n. IV. Nam Arsenius Manueli successit, ut est apud Acropolitam cap. LIII., Manuel Methodio, Methodius Germano. Quae quidem patriarcharum series sic describitur in catalogo Leunclaviano, Ephraemii, et Xanthopuli. DUCANG.

Pag. 55, 11. *Νικηφόρος ὁ Βλεμμύδης*] Acropolita eod. cap. LIII. DUCANG.

Pag. 55, 16. *Ὁ κατὰ τοὺς τῆς Ἀπολλωνιάδος ἵδρυται χωρίους*] Acropol. *ἐν τῇ τῆς Ἀπολλωνιάδος λίμνῃ*, quomodo hunc locum effert Michaël Monachus in vita MS. S. Theodori Studitae, quem ait missum fuisse in exilium *ἐν τῷ ἐγκειμένῳ κατὰ τὴν Ἀπολλωνιάδα λίμνην καλουμένῳ Μετόπα.* Ephraemius in catalogo Patr. Constantinop. de Arsenio:

Εἶθ' ἡσύχαζεν καὶ θεῷ προσανέχων
Ἐν Ἀπολλωνιάδος ἀσκητηρίοις. DUCANG.

Pag. 55, 16. *Ἀνὴρ περιφανὴς μὲν τὴν κατ' αὐτὸν ἀρετὴν*] Intellige *τὴν κατὰ τὸν ἀσκητικὸν βίον ἀρετήν*. Nisi forte legendum, *αὐτὸν τῶν κατ' αὐτὸν ἀρετῇ*: sed minus placet. WOLFIUS. Vertit Wolfius, *virtute illustris ille quidem*. Vertendum, *illustris quidem ille virtute privata*, seu *solitariae vitae laude*. BOIVIN.

Pag. 55, 17. *Καὶ μὴ πολλὰς*] Acropol. *ὀλίγων γραμμάτων πεῖραν ἔχοντα*, licet alias *περιφανὴς τὴν ἀρετὴν*, ut ait Gregoras, et *τῶν ἀρετῶν κάλλιστος ἔμψυχος θρόνος*, ut Ephraemius. DUCANG.

Pag. 55, 20. *Καὶ ἐπικυροῦντος, ὡς ἔθος*] Vide Glossar. med. Graecit. in *Μήνυμα*. DUCANG.

Pag. 55, 21. *Ἐπὶ τούτοις*] Acropolita cap. LIV. LV. LVI. LVII. DUCANG.

Pag. 56, 13. *Ὁ τῶν Βουλγάρων ἄρχων*] *ὁ Βουλγαράρχης Μιχαὴλ*, Logothetae. Vide seriem regum Bulgariae in Famil. Dalmaticis. DUCANG.

Pag. 56, 24. *Ὅτι γαμβρὸς ἦν ἐπ' ἀδελφῇ κ. τ. λ.*] Vide supra lib. II. cap. 3. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 57, 20. *Τὴν τοῦ Παλαιολόγου Μιχαὴλ*] Acropolita cap. LXIV. LXV. Phranzes lib. I. cap. II. DUCANG.

Pag. 58, 16. *Τὸν Σουλτὰν*] Iathatinum. Vide stemma Iconiensium Sultanorum, a nobis descriptum post Familias Dalmaticas. DUCANG.

Pag. 58, 17. *Τὰ Σκυθικὰ στρατεύματα*] Tartarorum, quos Acropolita *Τοχάρους* perpetuo vocat, ut et Pachymeres, qui de iis lib. II. cap. XXIV. scribens, *καὶ τῶν Τοχάρων, οὓς ἡ κοινὴ Ἀταρίους λέγει συνήθεια*. Ubi forte legendum *Ταρτάρους*. DUCANG.

Pag. 59, 20. *Διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἔργων*] *Ἔμπροσθεν* apud recentiores Graecos ad futurum tempus pertinet, et usurpatur pro *μετὰ ταῦτα*, *postea*. Sic infra lib. VI. cap. X. sect. 1. item lib. VII. cap. I. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 60, 8. *Μύτζην*] De quo, ut et de Constantino Toecho consulere licet seriem regum Bulgariae in Familiis Dalmaticis. DUCANG.

Pag. 61, 14. *Καὶ Θεοδώραν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα*] *Irene* vocatur ab Acropolita, Histor. cap. LXXXIII. Vide notas Allatii. BOIVIN.

Pag. 61, 17. *Τῆς εἰς τὴν δευτέραν στοργῆς τί ἔτι*] Quid *τὸ τί ἔτι* sibi vellet, cum nescirem (nam *τὸ Quid reliquum est*, aut *Quid restat*, haud scio quam belle conveniat) converti quasi scriptum fuisset, *τῆς τε εἰς τὴν δευτέραν στοργῆς ἔτι*. Quod sensus postulare videtur. WOLFIUS.

Pag. 61, 18. *Ἕκτον καὶ τριακοστὸν*] Acropolita cap. LXXIV. DUCANG. *Ἕκτον καὶ τριακοστὸν ἀπὸ γενέσεως χρόνον ἀμείβοντι τῷ βασιλεῖ*] Vertit Wolfius, *Imperatorem annum aetatis sextum et trigesimum agentem*. Vertendum, *excedentem*. Nam ea est vis verbi *ἀμείβειν*. BOIVIN.

Pag. 61, 22. *Ἐπήνεγκε τούτῳ τὴν τελευτὴν*] Anno Mundi VI. MDCCLXVII. ut constat ex imperatorum serie chronologica saepius iam memorata. Fuit autem is annus, a mense Septembri ad Ianuarium, annus Christi MCCLVIII. a Ianuario autem ad Augusti finem, MCCLIX. Hinc Possinus Theodorum Lascarim iuniorem decessisse affirmat anno Christi MCCLIX. Mauritius David, anno MCCLVIII. Favet Possino eadem illa series chronologica, quae quatuor annos imperii assignat Theodoro Lascari, non vero tres eosque haud integros, quot Mauritius David ei assignat. Favet etiam Codex Regius 2525². fol. 271. ubi quatuor annis imperasse ille dicitur. Mauritius David opinionem suam Pachymeris auctoritate et probabilibus argumentis defendit. BOIVIN.

Pag. 61, 22. *Ἀλλαξαμένῳ προθύμως τὸ σχῆμα μικρὸν πρὸ τῆς τελευτῆς*] Ducangius vertit, *qui alacriter parvum habitum paulo ante obitum monachico cucullio mutaverat*; et Phranzae testimonio utitur, quod tamen congruit cum interpretatione Wolfiana. Phranzae verba sunt, *cum paulo ante mortem monachi habitum induisset.* Ipse Ducangius, postquam *τὸ σχῆμα μικρὸν parvum habitum* interpretatus est, eandem vocem *μικρὸν*, quasi repetitam, ut adverbium interpretatur. BOIVIN.

Pag. 61, 23. *Τὸ σχῆμα μικρὸν*] Phranzes lib. I. cap. III. Is mos apud Graecos praesertim invaluerat, ut cum in extremis versarentur, monachicum habitum sumerent, illum scilicet, quem *parvum* vocabant. Interdum etiam, cum morbus ingravesceret, *magnum*, quo perfecti monachi, ut loquitur Phranzes de seipso Hist. lib. III. cap. 30. seu *μεγαλόσχημοι* morerentur, quomodo vocabantur, qui ad summum monachicae perfectionis apicem pervenerant. Id porro de Theodoro hisce verbis intelligit Gregoras, quae minus recte reddidit interpres: *ἀλλαξαμένῳ προθύμως τὸ σχῆμα μικρὸν πρὸ τῆς τελευτῆς ἐς τὸ μοναχικὸν τριβώνιον*, quae sic vertenda erant, *qui alacriter parvum habitum paulo ante obitum monachico cucullio mutaverat.* Ubi Wolfius: *qui paulo ante obitum alacriter monasticum habitum induit.* Primitus enim parvum habitum induerat Theodorus, deinde magnum, quo *μεγαλόσχημος* moreretur. *Μεγαλοσχήμων* autem peculiare erat *κουκούλλιον*, quod *τριβώνιον* hic appellat Gregoras, cum *μικροσχήμων* esset *μανδύας* seu pallium. Id pluribus docemus in Gloss. med. Graecit. in v. *Σχῆμα.* DUCANG.

Pag. 61, 25. *Καὶ πολλὰς δακρύων*] Id ipsum scribit Acropolita. DUCANG.

Pag. 62, 4. *Ἀνὴρ γάρ τις Μουζάλων*] Acropolita cap. LXXV. Pachymeres lib. I. cap. VIII. XII. XV. XVI. XVIII. XIX. Phranzes lib. I. cap. III. Historiam et fortunam Muzalonis perstringunt. DUCANG.

Pag. 62, 22. *Ἦν γὰρ ἕκτον τηνικαῦτα διανύων ἀπὸ γενέσεως ἔτος*] Acropolita cap. LXXV. *οὔπω γὰρ τελείων ὑπῆρχεν ἐνιαυτῶν ὀκτώ.* Pachymeres novennem facit. BOIVIN.

Pag. 63, 3. *Ὧν δὴ θυγατέρων*] Pachymer. lib. I. cap. XIII. DUCANG.

Pag. 63, 6. *Τὴν δέ γε δευτέραν τὴν Θεοδώραν*] *Irenen.* Vide supra p. 35. E. BOIVIN.

Pag. 63, 18. *Ἀχθόμενοι τῇ πέρα τούτου τιμῇ*] Verba suspecta, sed clara sententia. WOLFIUS.

Pag. 65, 15. *Ἐννάτη μὲν*] Idem Pachymer. lib. I. cap. XIX. DUCANG.

Pag. 65, 18. *Καὶ τὰ μνημόσυνα*] Interpres, *memoriam:* imo, uti vertimus, *Officium ecclesiasticum exequiarum*, seu, uti vulgo loquimur, *officium defunctorum.* Vide Glossar. med. Graecit. in *Μνημόσυνον*, et in *Ἔνατα.* DUCANG.

Pag. 68, 7. *Ὁ Κομνηνὸς Μιχαὴλ*] Acropol. cap. LXVII. LXVIII. DUCANG.

Pag. 69, 2. *Ἡ γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ*] Vide stemma Palaeologorum in Familiis Byzantinis. DUCANG.

Pag. 69, 4. *Ταύτην ἐρυθροῖς ὑποδεδέσθαι κρηπῖσι*] Vide quae annotamus in notis ad Villharduinum, et Alexiadem, et in utroque Glossario, ubi de Tzangis. DUCANG.

Pag. 69, 21. *Τὰς κλεῖς τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου*] Partim in urbe Magnesia, partim in Astyzii arce ad Scamandrum, tum fiscus imperatorum asservabatur, Pachymer. lib. I. cap. XXIII. DUCANG.

Pag. 70, 2. *Ἀδείας γὰρ*] Pachymer. lib. I. cap. XXV. DUCANG.

Pag. 70, 16. *Καὶ ἦν ἐπὶ γλώττης*] Idem Pachymer. lib. I. cap. XXII. XXIII. DUCANG.

Pag. 70, 17. Vide Arsenii testamentum, editum a Cotelerio. BOIVIN.

Pag. 71, 8. *Τὸ τοῦ δεσπότου ἀξίωμα*] Acropol. cap. LXXVII. Pachymer. lib. I. cap. XXVII. XXVIII. DUCANG.

Pag. 71, 10. *Ἐν τούτοις μὲν*] Acropol. cap. LXXVII. Pachymer. lib. I. cap. XXX. DUCANG.

Pag. 71, 22. *Ὅ τε Πελοποννήσου καὶ Ἀχαΐας πρίγκιψ*] Pachymer. lib. I. cap. XXX. XXXI. Is fuit Guilelmus de Villa-Harduini, Gaufredi Primi Achaiae et Moreae principis filius. Vide stemma istius familiae praefixum notis Historiae Gaufridi de Villa-Harduini et Historiam Franco-Byzantinam lib. V. n. XVI. DUCANG.

Pag. 72, 19. *Ἦν δὲ τηνικαῦτα ὁ χρόνος*] Anno MCCLIX. Stero. DUCANG.

Pag. 78, 3. *Ἀναγορεύουσι βασιλέα*] Acropolita cap. LXXVIII. Pachymer. lib. II. cap. II. III. IV. Phranzes lib. I. cap. IV. DUCANG.

Pag. 78, 3. *Ὅπερ ἀκηκοὼς ὁ πατριάρχης Ἀρσένιος*] Vide Arsenii testamentum. BOIVIN.

Pag. 78, 12. *Καλανδῶν δεκεμβρίων*] Imperator dictus et in

clypeum elatus Kalend. Decemb. anno MCCLIX. coronatus vero Kal. Ianuar. anno MCCLX. ut infra annotatur. DUCANG.

Pag. 78, 13. *Οὔπω δ' ὅλος ἀπηρτίζετο μὴν*] Michaëlem Palaeologum ab Arsenio Kalendis ipsis Ianuariis coronatum esse tradit Ducangius. Gregoras coronatum ait *nondum toto mense elapso* post praestitum iusiurandum: proinde ante Kalendas Ianuarias coronatum ponit. Nam iusiurandum Kalendis Decembribus praestitum esse dixit paulo supra. Pachymeres lib. II. cap. IV. *ἑκατομβαιῶνος νουμηνίᾳ* iusiurandum praestitum, proclamatum imperatorem, et clypeo impositum, scribit. De eodem coronato agit in capitibus sequentibus. Possinus vero *ἑκατομβαιῶνος νουμηνίαν* Kalendas Ianuarias interpretatur, atque adeo post Kal. Ianuarias coronatum imperatorem putat. Ita chronologis male inter se convenit. Ego Ducangium auctorem secutus, coronati Michaëlis Palaeologi annum posui MCCLX. diem vero, Kalendas ipsas Ianuarias. Mauritius David Palaeologi inaugurati tempus retroagit ad Kalendas Ianuar. anni MCCLIX. et hanc suam rationem multis argumentis confirmat, quae in praesenti nec refellere nec omnino approbare institui. BOIVIN.

Pag. 79, 2. *Ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ βήματος*] Wolfius, *in sacro suggestu:* emendavimus, ut et alibi ubi haec vox occurrit, *in sacro Bemate.* Aliud enim est *suggestus* sive *Ambo,* aliud *Bema* sive sacrarium. Vide Constantinopolin Christianam lib. III. n. XLIX. DUCANG.

Pag. 79, 3. *Τῷ βασιλικῷ κοσμεῖ διαδήματι*] Kalendis Ianuarii, anno Chr. MCCLX. Indict. III. Nicaeae, quae post receptam a nostris urbem *Ῥωμαίων βασίλειον* exstitit, ut hic infra ait. Ita Acropolita. DUCANG.

Pag. 79, 5. *Διηνεκῆ τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχὴν*] Pachymer. lib. II. cap. II. Phranzes lib. I. cap. IV. more scilicet Francorum observato, apud quos tutores praediorum, quae nobilium puerorum tutelae suae commissorum erant, dominos sese inscribebant, donec ii suae aetatis fierent: cuius quidem moris haud nuper ii exemplum dederant, dum Balduino II. adhuc impuberi Ioannem Briennensem Comitem ex rege Hierosolymitano tutorem praefecerant, ea lege ut quoad Balduinus ex ephebis excederet, imperatoria dignitate frueretur: de quo apud nostros more multa diximus in Hist. Franco-Byzantina lib. III. n. XV. et in Gloss. med. Latin. in v. *Haeres.* DUCANG.

Pag. 79, 13. *Ἀγγέλλονται τούτῳ τὰ δυτικὰ τῶν Ῥωμαίων τρόπαια*] Itaque cum imperator salutatus et clypeo impositus est apud Magnesiam, nondum victoriae Macedonicae nuntius advenerat. Hinc eius victoriae reportatae tempus colligi potest, atque ex initio cap. II. infra. BOIVIN.

Pag. 79, 15. *Τὸν Πελοποννήσου*] Acropolita cap. LXXXI. Pachymer. lib. I. cap. XXXI. Phranzes lib. I. cap. V. Monachus Padua-

nus lib. III. pag. 34. Histor. Franco-Byzant. lib. V. n. XVI. XVII. Is porro princeps fuit Guilelmus Villharduinus, Gaufridi Primi Moreae et Achaiae principis filius, cuius supra meminit lib. III. cap. V. DUCANG.

Pag. 79, 21. *Ἐν τοῖς κυανοῖς πεδίλοις*] Vide quae in hanc rem annotamus in Gloss. med. Graecit. in v. *Τζάγγη*. DUCANG.

Pag. 80, 1. *Τήν τε Μονεμβασίαν*] Ita etiam Phranzes lib. I. cap. IV. At Monachus Paduanus lib. III. pag. 35. Sabellicus et Blondus solam Monembasiam habent. Constat tamen Spartam unam fuisse ex cessis oppidis, ut exserte testantur Gregoras, et Phranzes, cuius episcopus Haimo, sua dignitate ex eo privatus, ad Coronensem episcopatum promotus fuit a Nicolao III. Papa anno MCCLXXVIII. uti docet eiusdem Pontificis Regestum in litteris curialibus epist. CX. Est autem Monembasia, Moreae nunc oppidum, non procul dissitum a Capo Malio, sive Maleo promontorio, hodie *Malvasia*, priscis *Epidaurus Peloponnesi*. DUCANG.

Pag. 80, 11. *Καταλιπὼν τὸν πατριαρχικὸν ὁ Ἀρσένιος θρόνον*] Ephraemius de Arsenio:

Καὶ πάντα βαθμὸν ἀνύσας ἐκκλησίας,
Εἰς ὕψος ἦρθη ποιμεναρχίας μέγα.
Αὐθαιρέτως τούτου δὲ λείποντος θρόνον,
Μονῇ δὲ αὐτὸν εὐαγῶς δεδωκότος,
Νικηφόρος, πρόεδρος ὢν Ἐφεσίων,
Προεδρίαν εἵληφε τῆς Κωνσταντίνου. DUCANG.

Vide Arsenii testamentum. BOIVIN.

Pag. 80, 12. *Ὥιχετο ἡσυχάσων ἐς τὸ παράλιον κ. τ. λ.*] *Tranquillam ac solitariam vitam acturus.* Vide Glossarium Ducangii. BOIVIN.

Pag. 80, 12. *Τοῦ Πασχασίου μονύδριον*] Cuius monasterii situs describitur a Pachymer. lib. II. cap. XV. DUCANG.

Pag. 80, 17. *Καὶ δὴ Νικηφόρος*] Pachymer. lib. II. cap. XVI. DUCANG.

Pag. 80, 23. *Τὸ κατὰ τὴν περαίαν τοῦ Γαλάτου ἐπικεκλημένον φρούριον*] *περαία*, *παρὰ τὸ πέραν*, quod mare interiaceret. Vocatur etiam hodie Pera, ut Ioannes Dernschwam, vir ornatissimus, mihi retulit: qui diu et Byzantii vixit, et Amasiam usque progressus est: et hos Byzantinae historiae libros omnes cum aliis multis, singulari industria et studio iuvandae reipublicae litterariae comparavit: et ut a me converterentur, atque in publicum ederentur, primus auctor fuit. WOLFIUS. Male Wolfius, *Castellum Peraeae, cognomento Galatae.* *περαία* hoc loco *adversum littus* significat. Quodsi castellum illud hodie *Pera* dicitur, non idcirco Gregorae verbis vis facienda est. BOIVIN.

Pag. 80, 24. *Τοῦ Γαλάτου*] Pachymer. lib. II. cap. XX. DUCANG.

Pag. 81, 21. *Κατὰ μέντοι τὸ ἑπιὸν ἔτος*] An. Chr. MCCLXI. DUCANG.

Pag. 82, 4. *Τὰ τῶν Τούρκων βασίλεια*] Iconium, Turcorum Sultani sedem primariam. Vide stemma Sultanorum Iconiensium post Familias Dalmaticas n. XV. DUCANG.

Pag. 82, 5. *Μελὴκ*] Qui antea ad Michaëlem profugerat, et ab eo detinebatur, ne si evaderet res novas moliretur. Pachymer. lib. II. cap. XXIV. DUCANG.

Pag. 83, 2. *Ἦγε καὶ ἔφερεν ἐλπίδων ὥσπερ παράσιτον*] Sententia est, ut parasiti mensis divitum alantur, ita illum spe bona lactatum esse. WOLFIUS.

Pag. 83, 3. *Δύο ἐξῆς ἠνύετο ἔτη*] Acropol. cap. LXXXV. Pachymer. lib. II. cap. XXVI. DUCANG. *Δύο ἐξῆς ἠνύετο* *) *ἔτη*] Verterat Wolfius, *Duo perpetui anni exierant.* Ego malui vertere, *Secundus annus exibat.* Ab aequinoctio autumnali anni MCCLIX. quo finis bello impositus est, ad solstitium aestivum anni MCCLXI. quo belli renovati initium statuitur, non intercesserunt anni duo integri. Verbum *ἠνύετο* apud Gregoram significat *exibat*, non *exierat.* Sic libro X. cap. I. *τέταρτον μὲν δὴ καὶ ἑβδομηκοστὸν* (loquitur de aetate Andronici senioris) *ἔτος ἀπὸ γενέσεως αὐτῷ τελευτῶντι ἠνύετο, quartus quidem et septuagesimus annus ei morienti exibat. Exibat*, non *exierat.* Nam constat Andronicum non totos LXXIV. annos vixisse. Vide annotata infra ad Oraculum Tralianum lib. IV. cap. V. sect. 9. BOIVIN.

Pag. 83, 20. *Ἀγοραίοις ἀνδράσι*] Qui se *Θελήματαρίους* appellabant, quod nec Francis nec Graecis omnino parerent, sed gente Graeci ac Constantinopoli nati, ruri degentes sua colerent praedia, uti innuit idem Gregoras: sic enim appellantur a Pachymere lib. II. cap. XIV. XXVI. XVII. Anonymus Ms. de bellis Francorum in Morea: *ἕνας λαὸς ἀκέφαλος, ὅλη θελήματάρος.* DUCANG.

Pag. 84, 12. *Ἄχρι χιλιάδος μιᾶς*] Octingentos duntaxat fuisse infra ait. Phranzes lib. I. cap. IV. equites circiter octingentos cum globo peditum habuisse Strategopulum scribit. Vide Hist. Franco-Byzant. lib. V. cap. XXIV. DUCANG.

Pag. 85, 19. *Καὶ ὁ Καῖσαρ*] Acropol. cap. LXXXV. Pachymer. lib. II. cap. XXVII. Hist. Franco-Byzant. lib. V. n. XXV. XXVI. XXVII. DUCANG. Graecos recuperasse Constantinopolin anno Mundi VI. MDCCLXIX. die Iulii XXV. diserte ait Georgius Acropolita. De die et mense inter omnes constat; non item de anno. Sunt enim qui affirment recuperatam fuisse anno Mundi VI. MDCCLXVIII. Christi MCCLX. atque eam fortasse fuisse Nicephori Gregorae opinionem, infra ostendetur. Codex Regius 2525². scriptus paulo post obitum Andronici iunioris, quo tempore floruit Gregoras, Constantinopolin a Graecis recuperatam ponit anno Mundi VI. MDCCLXVIII. In eundem annum consentiunt Codex 2654.

*) *ἠνύετο*, non *ἤννστο*, aut *παρεῤῥύη*. BOIVIN.

fol. 5. V. Cod. 2986. et Cod. 2976. quibus continentur breviaria chronologica; Cod. 3502. fol. 7. Dorotheus Monembasiensis in Synopsi variarum Historiarum edita Venetiis, an. MDCXXXI. Matthaeus Cigala in eiusdem argumenti libro Venetiis edito anno MDCXXXVII. Chronicon breve editum ex Codd. Regiis ab Ismaële Bullialdo, et Historiae Michaëlis Ducae subiunctum. Chytraeus in Chronologia, ubi de Nicephoro Gregora. Caeterum verissimam puto Acropolitae chronologiam, qui historiam scripsit eo tempore, quo Graeci Constantinopolin recuperarunt. Cum Acropolita consentiunt Codex Reg. 2432. fol. 99. V. et Cod. 3058⁴. fol. 69. V. item instrumentum prolatum a Ducangio ex Thesauro Chartarum, et in calce Historiae Franco-Byzantinae cum aliis actis coniunctum. BOIVIN.

Pag. 85, 24. *Ἡ τοῦ Παντοκράτορος*] Vide eandem Hist. n. XXVII. DUCANG.

Pag. 86, 2. *Τὸν δὲ ὁ τῆς ἀδελφῆς Ἰολέντης πρῶτος υἱὸς ὁ Ῥόμπερτος*] Georgius Acropolita Petrum interserit, Henrici successorem. Omissus praeterea a Gregora Ioannes, qui post Robertum imperator fuit. Vide Historiam Franco-Byzant. BOIVIN.

Pag. 86, 11. *Καὶ σύμβολα βασιλείας*] Quae illa fuerint, narrat Acropolita cap. LXXXVII. Nos etiam ex illo et aliis in eadem Hist. n. XXVIII. et XIX. Pachymer. lib. II. cap. XXVII. extr. scribit in argumentum captae urbis allatam Michaëli sarissam Balduini purpuream: *σημεῖον δὲ ἀληθείας τῶν λεγομένων ἐκείνοις ἦν κοκκοβαφὴς σάρισσα δεικνυμένη.* DUCANG.

Pag. 86, 13. *Ῥέουσα δ' ἡ φήμη*] Pachymer. ibid. DUCANG.

Pag. 86, 19. *Εὐθὺ τῆς Ἰταλίας*] Imo recta in Euboeam insulam contendit Balduinus, cum Marco Gradenigo, Pantaleone Iustiniano patriarcha Constantinopolitano, et compluribus aliis, quorum plerique, antequam insulam attingerent, fame perierunt, ut narrat Monachus Paduanus. Balduinus vero et caeteri ab Euboeae principibus et a Laurentio Tiepolo Venetorum Baiulo humaniter excepti sunt. DUCANG.

Pag. 87, 13. *Τῷ υἱῷ Ἀνδρονίκῳ τῷ νέῳ βασιλεῖ, δεύτερον ἔτος ἄγοντι τῆς ἡλικίας*] Hinc colligitur Andronicum seniorem (qui hoc loco *νέος* vocatur) non vixisse annos LXXIV.*) sed tantum LXXIII. nisi Gregoras Constantinop. a Graecis recuperatam ponat an. Mundi VI. MDCCLXVIII. Nam ab an. VI. MDCCLXIX. exeunte, quo recuperatam Urbem ponit Acropolita, ad an. VI. MDCCCXL. ineuntem, quo Andronicum constat obiisse, anni numerantur non toti LXXI. quibus si pueri bimuli aetatem seu duos annos addas, confient an. LXXIII. non toti. Atque hoc est, quod supra dicebamus, Gregoram sequutum esse fortasse opinionem eorum chro-

*) Quot vixisse eum Gregoras ait lib. V. cap. V. sect. 9. item lib. X. cap. I. sect. 4. BOIVIN.

nologorum, qui Constantinopolin recuperatam statuerent anno Mundi VI. MDCCLXVIII. non autem an. VI. MDCCLXIX. Sed hic noster Historicus non semper secum consentit. BOIVIN.

Pag. 87, 14. *Συχναὶ παρῆλθον ἡμέραι, καὶ εἶχε τὸν βασιλέα ἡ τῶν πόλεων βασιλεύουσα*] Michaëlem Palaeologum in Urbem recuperatam ingressum esse die XV. mensis Augusti, colligo ex his quae leguntur initio Codicis Regii 1852.*) *Μηνὶ αὐγούστῳ ιέ. ἰνδικτιῶνος δ. τοῦ ἔτους στψξθ'. ἐσίχθημεν***) *σὺν θεῷ ἐς Κωνσταντινού πολιν. Mensis Augusti die* XV. *an.* VI. DCCLXIX. *introducti sumus Deo iuvante in urbem Constantinopolin.* BOIVIN.

Pag. 87, 17. *Θεομήτορος τῆς Ὁδηγητρίας*] Acropol. cap. LXXXVIII. Pachymer. lib. II. cap. XXXI. istius aedis, de qua multa congessimus in Constantinopoli Christ. lib. IV. sect. II. n. XXIV. alibi saepe meminit Gregoras. DUCANG.

Pag. 87, 21. *Ἔγγιστα τοῦ Ἱπποδρόμου παλάτιον*] Quod *magnum* appellabant, Graeci vero paulo recentiores *βασίλεια τὰ μεγάλα πρὸς ἀνατολήν*, ubi hodie *Geni-Sarai*, Palatium novum, quod Osm aneam portam nunc nominant, de quo pariter agimus in eadem nostra lucubratione lib. II. sect. IV. n. 1. DUCANG.

Pag. 87, 22. *Τὸ γὰρ ἐν Βλαχέρναις*] Pachymer. *τὸ γὰρ Βλαχερνῶν οὐκ εὐτρεπῶς ἦν ἔχειν πρὸς τὴν τῶν βασιλέων κατοίκησιν. ἔγεμε γὰρ καπνοῦ καὶ λιγνύος.* DUCANG.

Pag. 88, 7. *Ὅτι μὴ κατάλυσιν παντοίαν ἐφ' ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ*] *κατάλυσιν* hic non *diversorium*, sed *destructionem* significare, sententia ostendit. WOLFIUS.

Pag. 88, 19. *Πατριάρχην Ἀρσένιον*] Pachymer. lib. II. cap. XXXIV. lib. III. cap. I. II. DUCANG. Vide Arsenii testamentum. BOIVIN.

Pag. 89, 5. *Τὸ δὲ ἦν θρίαμβον*] De Strategopuli triumpho silet Pachymeres, quem attigit etiam Phranzes lib. I. cap. V. DUCANG.

Pag. 89, 11. *Ἐν τοῖς ὑμνητηρίοις καὶ εὐφήμοις ἅπασι*] In acclamationibus et *εὐφημίαις*, quae in ecclesia praesertim fieri consueverant, uti scribit Phranzes lib. I. cap. V. de quibus agimus in Gloss. med. Graecit. in *εὐφημία*, et in *πολυχρόνιον*. Istius porro Strategopuli *εὐφημίας* meminit pariter Pachymer. lib. III. cap. 2. extr. DUCANG.

Pag. 90, 18. *Καὶ ὁ Καῖσαρ ἁλίσκεται ζῶν*] Pachymer. lib. I. cap. XXXII. lib. III. cap. VII. VIII. DUCANG.

Pag. 90, 20. *Ἀλλ' ἐν ἀδήλοις ὥσπερ πελάγεσι*] Sumpta haec ex dialogo, cui titulus Φλωρέντιος, seu *περὶ σοφίας*. Vide Cod. Reg. 3284. fol. 257. V. BOIVIN.

Pag. 91, 20. *Ἐν ταῖς τῶν φαυλοτέρων ἥτταις*] Phrasis insolens, pro *ἐν τῷ ἡττᾶσθαι τῶν φαυλοτέρων*. BOIVIN.

*) Quo continetur prima pars Lexici Suidae. BOIVIN.
**) Pro *εἰσήχθημεν*. BOIVIN.

Pag. 91, 24. *Τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς*] Annae Manfredi Siciliae regis sororis, de qua ibidem Pachymer. DUCANG.

Pag. 92, 2. *Παρὰ Θευδερίχου*] Sic hoc loco, et infra, Fredericum II. imperatorem perperam vocat, quem Pachymeres *Φερδέριχον*. Manfredus quippe filius nothus fuit eiusdem Frederici. DUCANG.

Pag. 92, 10. *Βασιλέως ἀδελφιδῆν Ἄνναν*] Eulogiae Michaëlis imp. sororis filiam. Vide Famil. Byzant. p. 209. 210. DUCANG.

Pag. 92, 21. *Κατά τινα χρείαν ἐπιδεδημηκότι ἐκ τοῦ παρήκοντος*] Nisi pro *ἐκ τοῦ παρατυχόντος*, vel *κατὰ τύχην* intelligatur, non video quid sibi velit, et sic usus est hac forma loquendi Pachymerius. WOLFIUS.

Pag. 92, 23. *Ὄνομα δὲ Βελικούρτῳ*] Pachymer. lib. III. cap. VI. *Μαίῳ δὲ Βελικούρτῳ*, id est *Mahieu de Valaincourt*, quomodo vox *Matthaeus* tum efferebatur apud Francobelgas nostrates. Is porro ex nobili satis in Picardia familia ortus erat, uti docemus in Historia nostra Franco-Byzantina lib. V. n. XLII. DUCANG.

Pag. 93, 3. *Ὄνομα Βιντιμιλίᾳ*] Seu, ut Itali efferunt, *Vintimiglia*. Unde eandem Hist. n. XLI. XLII. et quae de hac familia observamus in Familiis Byzantinis, ubi de Lascarica gente agimus, cuius nomen sibi exinde adscripserunt Vintimilienses. DUCANG.

Pag. 93, 5. *Τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτῶν*] Pachymer. lib. II. cap. XXXV. lib. III. cap. X. XII. XXV. ubi *ἐν φρουρίῳ τῷ τῶν Νικητιάτων τῆς Δακιβύζης* inclusum scribit. DUCANG. Annotavimus in margine, factum id esse A. C. MCCLXI. et ita quoque Possinus in chronologia sua Pachymeriana. Sed si Ioannes, cum est excaecatus, iam tum erat decennis, ut hoc loco dicitur, oportet excaecatus sit an. Christ. MCCLXIII. siquidem anno MCCLIX. quo eius pater Theodorus obiit, annum aetatis sextum explebat, teste ipso Gregora lib. III. cap. III. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 93, 6. *Δεκαετῆ ἤδη τυγχάνοντα*] Possinus novennem facit. BOIVIN.

Pag. 93, 11. *Χερσὶ μὲν τὰ στέρνα*] Non necesse habui *ensiferas cogitationes*, *fumos gemituum et ligna doloris* inserere. WOLFIUS.

Pag. 93, 17. *Ἀφορισμῷ μὲν τὸν βασιλέα καθυποβάλλει*] Pachymer. lib. III. cap. XIV. DUCANG.

Pag. 93, 18. *Τὴν δὲ τούτου μνήμην*] Quod tum improbatum, cum, ut ait Pachymeres, id esset cum eo in sacris communicare, qui a communione abscissus erat. DUCANG.

Pag. 94, 10. *Καὶ ἦν ἡ λαληθεῖσα κατηγορία*] Idem Pachymer. lib. IV. cap. III. DUCANG.

Pag. 94, 13. *Ὅτι Χριστιανῶν τε ὑπῆρχε γονέων υἱὸς*] Pachymer. patriarcham respondentem libello accusationis dixisse ait, Sultanum eiusque filios pro Christianis tum habitos, id asserente Macario, Pisidiae episcopo. Vide eundem Pachym. cap. VI. DUCANG.

Pag. 94, 23. *Εἰσκαλεῖται τοίνυν*] Coacta synodo aliquot episcoporum Constantinopoli in Alexiaco triclinio. Pachymer. lib. IV. cap. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. DUCANG.

Pag. 95, 9. *Γερμανὸς*] Pachymer. lib. III. cap. XII. XIII. DUCANG.

Pag. 95, 20. *Ἰκάριος*] Pachymer. lib. V. cap. XXVII. Istius porro Icarii defectionem pluribus descripsimus in Hist. Franco-Byzant. lib. V. n. XLV. et XLVI. ubi illum fuisse ex *Zachariarum* seu *Iaqueriarum* familia Genuensi docuimus, ex qua alter Benedictus Zacharias, ac illius forte filius, Chium insulam Graecis abstulit sub an. MCCCIV. Vid. eadem Hist. lib. VI. n. XXV. DUCANG.

Pag. 95, 21. *Τοῦ τῆς Εὐβοίας κρατοῦντος*] Interpres *Praetorem* verterat: *Principem*, emendavimus. Incertum autem, quod mox subdit, an Euboea Reipublicae Venetae ea tempestate provincia exstiterit, cum a tribus diversis principibus tum possideretur, ex familiis *Dalle Carceri* Veronensi, *di Ghisi* Veneta, et *Zacharia* Genuensi, ex qua postrema erat *Icarus*, qui, ut scribit Pachymeres d. cap. XXVII. ex istius insulae dominis erat, atque, ut vero est simile, a duobus aliis principibus defecerat, orta invicem simultate. Scribit Andreas Dandulus in chron. Ms. sub an. MCCLIV. et MCCLV. Guilelmum Villharduinum, qui Gaufredo fratri Moreae et Achaiae principi successerat, ad se evocatis Narioto *Dalle Carceri*, et Guilelmo Veronensi, Euboeae insulae principibus, iisque in carcerem coniectis, in eandem insulam cum copiis irrupisse, hancque expugnasse, ex ea pulso Paulo Gradenigo Venetorum Baiulo: Venetos vero, misso Marco Gradenigo cum VII. triremibus, in auxilium ascitis vicinis principibus, insulam denuo recepisse. Sed et ex Archivo Camerae computorum Parisiensi docemur, anno MCCCXLIV. duos magnates, quorum alter *P. Dalle Carceri*, alter Bartholomaeus Ghisi nobilis Venetus vocabatur, isti insulae tum in solidum imperasse, ac Moreae principi fidem et clientelam praestitisse. Vide eundem Dandulum ann. MCCLXIX. et MCCLXXII. Sabellicum etc. DUCANG.

Pag. 96, 22. *Τὸν μὲν ἀρχηγὸν τῆς Εὐβοίας*] Aliter Pachymeres, qui non Euboeae principem, sed Ioannem *Μέγαν Κύριον*, seu uti nostri vocabant *Le Grand Sire*, captum et adductum, ac deinde remissum statim decessisse, eique successisse Guilelmum illius fratrem *Magnum Dominum* scribit. Qui porro *μέγας κύριος* ab eo nuncupatur, non alius est ab Atheniensi Duce, ita a nostris appellato, quod eius ditio longius caeteris in Graecia protenderetur: uterque vero ex familia *de la Roche* exstitit. Vide Historiam Franco-Byzant. lib. V. n. XLVII. DUCANG.

Pag. 97, 9. *Πίπτει πρηνὴς ἐπ' ἐδάφους*] Mera fabula de Ioannis subita in imperatoris conspectu morte, ex iis quae traduntur a Pachymere lib. V. cap. XXVII. DUCANG.

Pag. 97, 10. *Μετὰ μέντοι*] Ut Pera seu Galata Venetis, Pi-

sanis, et Genuensibus ad habitandum a Michaële concessa sit, multis egimus lib. I. Constantinopolis Christianae sect. XXII. de singulorum vero praefectis hic recensitis, eorumque nominibus, tum ex Gregora, tum ex Pachymere lib. II. cap. XXXIII. et aliis, in Glossario med. Graecit. DUCANG.

Pag. 98, 2. *Ἐκήδευσε τῷ ῥηγὶ τῆς Ἰταλίας Καρούλῳ*] Vide Historiae Franco-Byzantinae lib. V. n. XLVIII. XLIX. DUCANG.

Pag. 98, 7. *Γένους τοῦ Γασμουλικοῦ*] Pachymer. lib. IV. cap. XXVI. Vide Glossar. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 98, 13. *Τζάκωνας*] Horum Laconum meminit Pachymeres lib. III. cap. IX. Vide pariter idem Glossar. in hac voce. DUCANG.

Pag. 98, 13. *Ὁ γοῦν βασιλικὸς στόλος*] Pachymer. lib. III. cap. XV. DUCANG.

Pag. 98, 25. *Τὸ δὲ ἦν κομήτης*] Pachymer. lib. III. cap. XXIII. DUCANG.

Pag. 99, 21. *Κωνσταντίνῳ*] Pachymer. lib. III. cap. XXV. DUCANG.

Pag. 100, 5. *Διαμηνύσασθαι Κωνσταντίνῳ*] Verbum *διαμηνύεσθαι* apud Gregoram non semel occurrit, pro *μεταπέμπειν*. Vide lib. VIII. cap. VI. sect. 2. etc. BOIVIN.

Pag. 101, 21. *Ὁ τῆς Αἰγύπτου καὶ Ἀραβίας Σουλτὰν*] Pachymer. lib. III. cap. V. Is porro est quem nostri *Noradinum* vocant, Chronicon vero Orientale ab Echellensi editum, *Almansurum Nuraddinum*, ubi regnum iniisse dicitur anno Hegirae DCLV. proinde Christi MCCLVII. a quo scilicet expugnatas quas nostri in Syria obtinebant civitates narrant scriptores rerum Hierosolymitanarum. DUCANG.

Pag. 102, 7. *Ἢ τῶν γονέων ἐξωνούμενοι*] Pachymeres *ταῖς συνεχέσι μεταπομίσεσι τῶν βορέαθεν μειρακίσκων* Arabes suos auxisse exercitus scribit. Haytonus in Hist. Orientali cap. I. de Soldani Aegypti potentia: *Maior pars exercitus Aegypti sunt servi empti pretio, quos mali Christiani saepe portant cupiditate lucrandi, aut in praeliis acquisiti, quos compellunt eorum sectae et fidei adhaerere. Et illi qui empti pretio pecuniae exstiterunt, cariores sunt et habentur, et plus aliis honorantur.* Apud Turcos vero Europaeos alia inducta simili fere modo exercitus augendi consuetudo Amurate imperante sub ann. MCCCLX. cuiusdam Caramani doctoris Carae Rustenis et Zinderlu-Chelilis consilio, qua inductum, ut de mancipiis puerilem aetatem egressis, quae bello capta fuissent, quintum quodque caput Sultano offerretur: sin tria duntaxat aut quatuor essent mancipia, singulorum nomine XXV. aspri solverentur. Hi Nomadibus seu agricolis traduntur discendae linguae Turcicae et religionis Mahumetanae causa, et annis aliquot exactis ad Portam revocantur, Genitzarorum officio functuri. Hanc puerorum collectionem *παιδομάζωμα* vocat Contares in Hist. Athenar.

Vide Ducae Hist. cap. XVI. Leunclavium lib. V. Hist. Musulman. pag. 228. et in Pandecte Turcico n. XXXV. DUCANG.

Pag. 103, 14. *Καθάπερ τι σιδηροῦν τεῖχος*] Idem Gregoras lib. V. cap. VI. *τὸ γάρ τοι γένος τῶν Ἰταλῶν τοιούτοις ἀρχῆθεν συντέθραπται τοῖς ἤθεσι. ἂν μὲν γὰρ εὐτάκτως ἅπαντᾷ πρὸς τὸν πόλεμον, τεῖχός ἐστιν ὀχυρὸν καὶ ἀμάχητον.* Respexit etiam forte ad Latinorum seu Francorum pleniorem armaturam: unde Theophylactus Bulgariae archiep. Epist. XXVI. *ὁ Φράγγος ὁ τὸν τράχηλον τέως σιδήρεος.* DUCANG.

Pag. 104, 2. *Οἱ Τοῦρκοι*] Vide notata ad lib. II. pag. 23. DUCANG.

Pag. 106, 19. *Ἀλλ' ὁ τῆς Φοινίκης καὶ Συρίας ἔρως* etc.] Atqui illi sanctum sepulchrum recuperarunt, quidquid Gregoras dicat. BOIVIN.

Pag. 107, 8. Hic locus fuit commemorandi expeditionem sacram D. Ludovici; cuius mirum est nullam a Gregora mentionem habitam fuisse. BOIVIN.

Pag. 107, 11. *Εἶεν. ὁ μέντοι*] Pachymer. lib. IV. cap. II. XVII. XXI. XXIII. XXVIII. DUCANG.

Pag. 107, 13. *Ἅτε Ἀρσενίου ζῶντος*] Non modo quod eo ipso pro *μοίχῳ* seu adultero haberetur, uti docemus in Gloss. med. Graecit. in v. *Μοῖχος*, sed et *διὰ τὴν ἐμφαινομένην τοῦ θρόνου μετάθεσιν*, ut loquitur Pachymeres d. cap. XVII. et quod *ἀπὸ τοῦ θρόνου τῆς θυγατρὸς τῷ θρόνῳ τῆς μητρὸς ἀνέδην οὕτω καὶ αὐθαδῶς εἰσπηδήσειεν. οὕτω γὰρ τὰς ἐκκλησίας ἐκάλουν.* idem cap. XIII. Adde cap. XXVIII. DUCANG.

Pag. 107, 15. *Αὐτὸς δ' ἡσυχάσων ἀπῄει*] A. C. MCCLXVI. BOIVIN.

Pag. 107, 15. *Ἰωσὴφ τὸν πατριαρχικὸν διαδέχεται θρόνον*] Eodem anno, Decemb. die XXVIII. BOIVIN.

Pag. 107, 17. *Κατὰ τὸ Γαλλήσιον ὄρος συνεζηκώς*] Exstat in Cod. Reg. 2964. f. 320. inter opera Nathanaëlis (seu Nicephori) Chumni imperatorium diploma, inscriptum *λόγος χρυσόβουλλος ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῆς ἐν τῷ Γαλησίῳ μονῆς καὶ τῆς ἁγίας ἀναστάσεως, ὥστε τοῦ λοιποῦ μὴ δύο, ἀλλὰ μίαν ταύτας εἶναι, καὶ ὑφ' ἑνὶ τετάχθαι καὶ ἄγεσθαι καθηγουμένῳ.* In quo diplomate cum alia multa praeclara de Gallesii monasterio narrantur, tum haec maxime notanda, *ἡ πρὸς ἕω ἐν τῷ τοῦ Γαλησίου τόπῳ σεβασμία μονὴ τῆς πανυπεράγνου μου δεσποίνης καὶ θεομήτορος, διαβόητος οὖσα ἐξότου δὴ καὶ τὴν ἀρχὴν συνέστη, καὶ σφόδρα γε θαυμαζομένη, οἷς καὶ πάνυ τι δεδύνηται ψυχὰς βελτιοῦν ζῆν κατὰ θεὸν αἱρουμένας, καὶ νῦν ἐς δεῦρο περισώζει τοῦτο τὸ καλόν, καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ τὴν πολιτείαν τήνδε μετιέναι προθυμουμένοις πρὸς αὐτὸ δὴ τοῦτο μάλα συναίρεται, καὶ δεξιά τις ἔστι πληροῦν τὸν πόθον. ἵδρυται γὰρ ἐν ἀοικήτῳ τινὶ, πόρρῳ που τῶν κοσμικῶν θορύβων ἀνῳκισμένῃ. ἱδρύει δ' αὐτὴν καὶ συνίστησι πρώτως ὁ περιβόητος τὴν ἄσκησιν καὶ μέγας*

τὴν κατὰ θεὸν πολιτείαν Λάζαρος, ἀπολεξάμενος τόνδε τὸν τόπον, καὶ τὴν θαυμασίαν ταύτην ἐν αὐτῷ τῇ θεομήτορι καθοσιώσας μονὴν, καί γε δειμάμενος καὶ πήξας ἀρετῆς ὡς εἰπεῖν ἐργαστήριον. ... ὄρος γάρ ἐστιν ὁ τόπος ἄναντες καὶ τραχὺ, τῶν ἐς ψυχαγωγίαν καὶ παραμυθίαν σωματικὴν μηδενὸς ἧκιστα μετέχον. οὔτε γὰρ σκιάζεται δένδροις· οὔτε βοτάνης, ἀλλ' οὐδὲ χλόης ἀπογεννᾷ βλάστησιν· οὔμενουν οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπὸ γῆς χρησίμων οὐδὲν οὐδόλως καρποφορεῖ· ξηρὸν δ' ἔστιν ὅλον, καὶ πρὸς τοιαύτας γονὰς παντάπασιν ἀφυές· εἰ καὶ ἄλλως γόνιμον ἀρετῆς. Omitto caetera. BOIVIN.

Pag. 107, 20. *Καὶ τοὺς λογισμοὺς ἐξηγόρευεν*] Interpres, *et suas illi cogitationes exponebat.* Emendavimus, *et delictorum*, seu peccatorum, *confessionem edebat.* Pachymeres: *ἄνδρα πνευματικὸν, καὶ εἰς πατέρα τεταγμένον τῷ βασιλεῖ.* Vide Gloss. med. Graecit. in *ἐξαγορεύειν*, in *λογισμὸς* et in *πνευματικός*. DUCANG.

Pag. 107, 22. *Προσελθὼν πίπτει πρηνὴς* etc.] A. C. MCCLXVII. Kal. Ianuar. BOIVIN.

Pag. 108, 3. *Συγχωρήσεως ἔγγραφον*] Idem interpres: *Condonationis syngrapham.* Rursum emendavimus, *absolutionis.* Vide idem Gloss. in *συγχωροχάρτιον.* Ritum hunc absolutionis pluribus describit Pachymer. lib. III. cap. XXV. DUCANG.

Pag. 108, 12. *Ἦν μὲν οὖν ἡ πᾶσα ἔκλειψις*] De hac Eclipsi, quae accidisse dicitur anno mundi iuxta Graecos VI. MDCCLXXV. Christi MCCLXVII. copiose egit Grandamicus parte III. Chronolog. sacrae cap. VIII. §. I. II. III. IV. et ex eo Possinus ad Pachymer. pag. 519. DUCANG.

Pag. 109, 10. *Εἶτα αὐτὸς μὲν*] Conferendus Pachymeres lib. IV. cap. XXIX. DUCANG.

Pag. 109, 10. *Πρῶτον μὲν*] Haec prima sacramenti a filio exacti pars spectat fidei professionem, quam recens dicti imperatores scripto dabant patriarchae, quam ideo *ἔγγραφον* appellabant, ut in Gloss. med. Graecit. in hac voce observamus. DUCANG.

Pag. 109, 12. *Δεύτερον δὲ*] Partem vero sacramenti istius hauserant Augusti recentiores Constantinopolitani a Francis nostris, seu Latinis, apud quos Vassalli seu Clientes in hominiis *fidem Domino de vita et membris et terreno honore* se servaturos iurabant. Hic tamen non tam est hominium, quam *securitas*: neque enim reges cuipiam de regno hominium praestant. Unde in pacto inter Henricum II. regem Angliae et Henricum filium, quem antea pater regem dixerat, anno MCLXXIV. *cum is hominium* (quod filii alii fecerant) *facere voluisset, noluit Dominus rex ab eo recipere, quia rex erat, sed securitatem accepit ab eo*, ut est apud Rogerum Hovedenum et Bromptonum. DUCANG.

Pag. 109, 22. *Οὐ μέντοι μῆνα καὶ ἴνδικτον*] Haec pluribus explicavimus in notis ad Alexiadem Annaeam pag. 254. et in Gloss. med. Graecit. in v. *Μηνολογεῖν*. DUCANG.

Pag. 109, 22. *Βασιλεὺς Ῥωμαίων*] Non vero *αὐτοκράτωρ*,

cum id nominis sibi solis reservarent patres imperatores, ut docemus in eodem Gloss. in v. *αὐτοκράτωρ*, tametsi aliter observarit Ioannes Cantacuzenus, cum Matthaeo filio *Matthaeo imperatore* dicto, is se *βασιλέα* et *αὐτοκράτορα* inscripsit, ut docet eius subscriptio apud Gretserum ad Cantacuz. Hist. pag. 933. DUCANG.

Pag. 110, 1. *Καὶ παῖδας καταλιπών*] Vide supra lib. II. cap. VIII. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 110, 2. *Ἕνα μὲν νόθον, Ἰωάννην ὄνομα*] Pachymer. lib. IV. cap. XXXI. DUCANG.

Pag. 110, 3. *Ὁ ἐπ' ἀδελφιδῇ γαμβρὸς κ. τ. λ.*] Vide supra huius libri cap. 3. sect. ult. BOIVIN.

Pag. 112, 13. *Ταῖς ἱεραῖς εἰκόσι*] Quippe apud Graecos picturae ac imagines in ligno, rarius in linteis delineabantur. Vide Glossar. med. Graecit. in *Κηρογραφία*. DUCANG.

Pag. 114, 6. *Τῶν Ἀθηνῶν Δουκὶ*] Pachymer. *ἐκεῖσε μὲν τὸν μέγαν Κύριον ὁμονοοῦντά οἱ, Συριωάννης γὰρ κατὰ γλῶτταν ἐλέγετο.* Ioannes scilicet *de la Roche*, Dux Athenarum et Thebanorum Dominus, de quo supra ad pag. 57. A. DUCANG.

Pag. 114, 7. *Καὶ κήδη λαμπρὰ*] Pachymer. *εἰς πίστιν δὲ τῶν σπονδῶν ἑαυτοῖς καὶ κῆδος γενέσθαι, ὡς λαβεῖν ἐκεῖνον γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρί.* DUCANG.

Pag. 114, 21. *Μετὰ πεντακοσίων*] Trecentos duntaxat equites fuisse scribit Pachymer. d. cap. XXXI. DUCANG.

Pag. 115, 2. *Καὶ Ἀχαΐας ἥκειν πρίγκιπα*] Guilelmum Villharduinum, de quo supra. DUCANG.

Pag. 116, 5. *Νόμος γάρ ἐστιν οὗτος*] Nescio an istius moris alius scriptor meminerit. DUCANG.

Pag. 117, 1. *Ἀλλὰ γὰρ*] Rem attigit Pachymer. lib. IV. cap. XXXII. ut et Phranzes lib. I. cap. VI. DUCANG.

Pag. 119, 19. *Ἐκ τοῦ ἠπειρωτικοῦ ἐκείνου πολέμου διασωθέντων*] *Qui cladem terrestrem evaserant.* Ita vertendum, non ut Wolfius, *qui cladem Epiroticam evas.* BOIVIN.

Pag. 120, 19. *Ὁ δὲ τοῦ βασιλέως αὐτάδελφος*] Pachymer. lib. IV. cap. XXXII. lib. V. cap. I. DUCANG.

Pag. 123, 1. *Ἀλλ' ἐπανιτέον*] Pachymer. lib. V. cap. VIII. X. DUCANG.

Pag. 123, 5. *Τῷ ἑαυτοῦ παιδὶ*] Philippo. DUCANG.

Pag. 123, 6. *Θυγατέρα*] Beatricem. DUCANG.

Pag. 123, 12. *Δεινὸς γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ*] Infra cap. VI. ait fuisse *ἄνδρα μεγαλουργὸν, καὶ βελτίστῃ δυνάμει συνέσεως χρώμενον ἔς τε τὰς ἐπινοίας καὶ τὰ βουλεύματα ὧν ἔμελλε δρᾶν, ἔς τε αὐτὰ δὴ τὰ δρώμενα.* Pachymer. lib. I. cap. XXXII. *ἄνδρα σοβαρὸν καὶ ὑπὲρ τὰ μέτρα φρονοῦντα.* Idem lib. III. cap. VIII. *εὑρὼν δραστήριον ἄνδρα, ἀδελφὸν Ῥηγὸς τῶν Φραντζίσκων, καὶ εἰς Κόντους τεταγμένον τὸν Κάρουλον.* DUCANG.

Pag. 125, 3. *Διαπρεσβεύεται ἤδη καὶ πρὸς τὸν Πάππαν*] Imo

Pachymeres lib. V. cap. XI. ait Michaëlem ad hanc ineundam ecclesiarum concordiam sollicitatum a Gregorio X. Papa, missis quibusdam ex ordine S. Francisci Fratribus. Verum ex iis, quae fusius attigimus in Hist. Franco-Byzantina lib. V. n. LII. lib. VI. n. III. constat, Michaëlem, quo Caroli minas et bellicum in se apparatum retunderet, summum Pontificem spe utriusque ecclesiae tandem uniendae ab eius partibus avertere conatum esse. Id porro gestum sub anno MCCLXXIV. DUCANG.

Pag. 125, 7. *Δέχεται τὴν πρεσβείαν ἀσμένως ὁ Πάππας*] Adscripsimus ad marginem annum Christi MCCLXXIII. Est autem haec Possini chronologia, observationum Pachymerian. lib. III. cap. VI. n. V. Mauritius David, in animadversionibus chronologicis ad Pachymeris Michaëlem, n. V. Possinum reprehendit, et multis probat eam legationem referendam esse ad annum Christi MCCLXXIV. Verum abutitur testimonio Pachymeris, cum ait, *Sed nullus de anno ambigendi restat locus, postquam Pachymeres de hac ipsa legatione disserens cap.* 17. *libri* 4. *annum Mundi arguit* 6782. *Indict.* 2. *currente, qui annus respondet anno Christi* 1274. Nam Pachymeres his verbis non indicat tempus missae legationis, sed secessionis Iosephi patriarchae; quem post missos ad Papam legatos secessisse innuit. Quodsi legati primum missi sunt, deinde Iosephus secessit, oportet legatos profectos esse vel anno MCCLXXIII. exeunte, vel MCCLXXIV. ineunte, cum ibidem dicat Pachymeres Iosephum secessisse die XI. mensis Ianuarii (anni scilicet Chr. MCCLXXIV.). BOIVIN.

Pag. 125, 11. *Ἐφ' ὅρῳ τριῶν κεφαλαίων*] Hic interpretis versionem paulo immutavimus. Is enim ediderat: *primum ut in sacrorum voluminum hymnodiis Papae cum quatuor patriarchis mentio fieret. Alterum ut liceret cuivis Romam veterem, quae curia maior et perfectior esset, appellare. Tertium ut illi principatus in omnibus deferretur.* Vide Pachymer. lib. V. cap. XI. et Phranzem lib. I. cap. VI. DUCANG.

Pag. 125, 23. *Τοῦ Ἀρχιστρατηγοῦ μονῇ*] Quod quidem monasterium in Anaplo statuit Pachymeres lib. V. cap. V. et IX. DUCANG.

Pag. 126, 11. *Ἐν στενῷ μέντοι*] Ibidem Pachymer. cap. XII. XVIII. XIX. XX. DUCANG.

Pag. 127, 16. *Δημεύσεις, ἐξορίαι*] Pachymer. eodem libro cap. XIX. XX. lib. VI. cap. XVI. XXIV. Vide praeterea Allatium de concordia utriusque ecclesiae cap. XV. n. VII. DUCANG.

Pag. 128, 7. *Οἱ μὲν Ἀρσενίου*] Pachym. lib. V. cap. II. DUCANG.

Pag. 128, 14. *Ἐν τούτοις μέντοι τοῖς καιροῖς*] Vide Leon. Allat. Exercit. in Creight. p. 608. BOIVIN.

Pag. 128, 15. *Ὄνομα Βέκος*] Pachymer. lib. V. cap. XIII. XIV. XV. XXII. XXIV. XXVIII. Vecci patriarchae Constantino-

politani historiam fuse persequitur, cui *Βέκκος*, ut et Phranzi et aliis dicitur. DUCANG. Aliis *Βέκκος*; quibusdam etiam *Βέκων*.

Καὶ Λατινόφρων Ἰωάννης ὁ Βέκων.

Cod. Reg. 3058. Vide et clausulam Cod. Reg. 2006. Latine Becus, Beccus, Vecus, et Veccus promiscue dicitur. BOIVIN.

Pag. 129, 15. *Νικηφόρος ὁ Βλεμμύδης*] De prolatis a Vecco S. Scripturae de S. Spiritus processione locis, qui Latinorum dogmata firmarent, scribit quidem Pachymeres: sed de collectionis auctore hic silet, Blemmyde scilicet, valido apud Graecos Latinae ecclesiae sententiae adversus Graecos propugnatore. Nam cum Ioanne Duca rerum potiente inter Graecos de processione Spiritus sancti controversia discuteretur, ipse multis ex sacra Scriptura et sanctis Patribus collectis testimoniis Latinorum sententiam confirmavit, posteaque ad imperatorem Theodorum Lascarim et ad Iacobum Bulgariae electum archiepiscopum transmisit, ut ex ipso Ioanne Vecco docet Allatius lib. II. de utriusque ecclesiae consensu cap. XIV. n. IV. quorum quidem librorum meminit Pachymeres lib. VI. cap. XXIII., qui habentur editi post tom. I. Annal. Eccl. Odorici Raynaldi cum versione Latina eiusdem Allatii. DUCANG.

Pag. 129, 16. *Ὡς σχολῇ δεδωκὼς ἑαυτὸν*] Quasi sibi ipsi scribens, nec libro publicando incumbens. Mox, *λάθρα μὲν διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν*, quae verba, inquit Allatius, perperam vertit interpres, *infamiae metu*, cum vertere debuisset, *propter multorum invidiam*, seu potius *propter vitandam suspicionem*, quod Latinorum scilicet partibus addictior videretur. Neque tamen id clam scripsisse dicendus est, quod imperatoris iussu egerat. DUCANG.

Pag. 129, 18. *Διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν*] Verterat Wolfius, *infamiae metu*. Leo Allatius vertendum putabat, *propter multorum invidiam*, seu potius *propter vitandam suspicionem*. Ego vero malui, *propter opinionem in qua plerique erant*. BOIVIN.

Pag. 130, 6. *Τὸν πατριαρχικὸν ἀναβεβηκὼς θρόνον*] Cum Iosephus sede sua pulsus in Peribleptae monasterium sese contulisset XI. Ianuarii secundae Indictionis, anno Mundi iuxta Graecos VI. MDCCLXXXII. (Christi MCCLXXIV.) ut est apud Pachymer. lib. V. cap. XVII. XXII. hincque in Anaplum (forte in Archangeli monasterium, de quo supra) amandatus, Veccus patriarcha renunciatus est XXVI. Maii, et II. Iunii die Pentecostes inauguratus. Idem Pachymer. cap. XXIV. XXVIII. DUCANG. Secessit Iosephus, ut supra dictum est, A. C. MCCLXXIV. Ianuarii die XI. Veccus non statim ei subrogatus. Possinus ex Pachymeris verbis lib. IV. cap. XVII. et lib. V. cap. XXIV. a prima secessione Iosephi ad initum a Vecco patriarchatum menses solidos sexdecim intercessisse colligit; atque ita Vecci creationem confert in annum Christi MCCLXXV. Possini calculus firmatur auctoritate Chronicorum manuscriptorum, in quibus Veccus annis octo sedem tenuisse dicitur. Vide Cod.

Reg. 3058[4]. 3502. etc. In Codice 2525[2]. fol. 282. V. septem anni tantum ei patriarchae tribuuntur. BOIVIN.

Pag. 130, 9. *Τόν τε Μελιτηνιώτην*] Quem cum Vecco legatum antea miserat ad S. Ludovicum Franciae regem, quo Carolum fratrem a consiliis averteret; ut auctor est Pachymeres lib. V. cap. IX. quem quidem Ludovicum, ut hoc obiter adnotem, *πρῶτον ὄντα καὶ ῥῆγα τετιμημένον ἀρχῆθεν, καὶ ἐπὶ μεγαλειότητι ἐξουσίας τιμώμενον, πρὸς δὲ καὶ τοὺς τρόπους εὐθὺν*, vocat. DUCANG.

Pag. 130, 11. *Γεώργιον ἐκ Κύπρου*] Dignitate *Πρωτοαποστολάριον*, ut est apud Pachymerem lib. V. cap. XII. XXII. ac deinde patriarcham Constantinopolitanum effectum. Ita alter ex archidiaconis Palatini cleri Evangelium, alter Apostolum legit. DUCANG.

Pag. 130, 11. *Συνελειτουργήκει μὲν οὖν τῶν πάντων οὐδεὶς τοῖς τοῦ Πάππα*] Fateor me non satis assequi quid sibi velit. *Φρέριοι* fortassis sunt *Fratres*, hoc est monachi, qui Latinam Missam permissu imperatoris celebrarunt. Sed haec ex iis, quae e Pachymerio de Metochite annotata sunt, intelligentur. WOLFIUS. Verterat Wolfius, *Nullus tamen eorum omnium ad Papae rationem liturgiam celebravit.* Vertendum ita ut edidimus. BOIVIN.

Pag. 130, 13. *Τῶν Φρερίων τινὲς*] Expressit vocem Gallicam *Frères*, quomodo tum indigitabantur ex ordine S. Francisci et S. Dominici monachi. Ili porro Constantinopolim advenerant a Gregorio missi, in quibus erat Ioannes Parastron. DUCANG.

Pag. 130, 14. *Διὰ χειροτονίαν τινὸς*] Interpres, *suffragio cuiusdam e familiaribus*: emendavimus, *propter ordinationem cuiusdam e suis.* DUCANG.

Pag. 130, 16. *Ἦν ἀδελφὴ*] Pachymer. lib. V. cap. III. Vide stemma Palaeologorum in Famil. Byzant. DUCANG.

Pag. 130, 19. *Τῷ τῆς Ζαγορᾶς ἄρχοντι*] Bulgariae regi. Cur porro Zagorae reges dicerentur Bulgariae principes, diximus in eorundem regum serie, n. XVII. Vide praeterea Leunclavium in Pandecte Turc. n. XXXIII. et in Onomastico. DUCANG.

Pag. 130, 22. *Ἐν τούτοις*] Pachymer. lib. VI. cap. III. DUCANG.

Pag. 131, 1. *Ὄνομα Λαχανᾶς*] Cur id ei nominis inditum, indicat ibid. Pachymeres. Vide stemma Bulgaricum. DUCANG.

Pag. 132, 6. *Ὅθεν ἐπειδήπερ*] Pachymer. lib. V. cap. V. lib. VI. cap. IV. V. DUCANG.

Ibidem. *ὁ λόγος φθάσας*] Libr. III. cap. II. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 132, 6. *Τὸν τοῦ Ἀσὰν ἀπόγονον*] Mytzes Asanis sororem duxerat uxorem, ut dictum supra, lib. III. cap. II. sect. 4. Cur itaque eum Gregoras *ἀπόγονον* vocat? BOIVIN.

Pag. 132, 18. *Ἀπονητὶ δ' ὁ Ἀσὰν*] Pachym. lib. V. cap. III. lib. VI. cap. I. II. VII. VIII. IX. DUCANG.

Pag. 133, 21. *Ἰδοὺ γὰρ καὶ οἱ ἐκ Γεννούας*] Pachymer. lib. V. cap. XXX. DUCANG.

Pag. 134, 21. *Τοῦ Ἱεροῦ*] Nomen arcis est ruinosae in Asiatico littore, trans Bosporum, non procul ab ostio Ponti Euxini, inquit Leunclavius in Onomastico priore Turcico: de quo quidem Hiero multis egimus in notis ad Alexiadem pag. 361. DUCANG. Vide lib. XVIII. cap. II. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 137, 4. *Τῷ Σουλτὰν Ἀζατίνῃ*] Vide seriem Sultanorum Iconiensium post Familias Dalmaticas. DUCANG.

Pag. 137, 13. *Εἷς δέ τις Ἀμούριος ὄνομα*] Quem a Meleco Sultano Iconiensi una cum filiis insigni perfidia postea interfectum fuisse narrat Pachymeres lib. X. cap. XXV. ex quibus unus Halis nomine, divina quadam providentia servatus, collecta Persarum manu, Melecum praelio adortus hunc interfecit, indeque aucta Hali, qui tum Amurii nomen suo adiecit, potentia, Romanas regiones incursionibus infestavit. Ut porro is perierit, exponit Gregoras in altera Historia. Iste autem Amur, *Ἀμούρπεκις*, unico vocabulo, dicitur Cantacuzeno lib. II. cap. XXVIII. Id est *Dominus Amur*. Est enim *Beg* Turcis *Dominus*, ut est apud Leunclavium in secundo Onomastico Turcico, et lib. IV. Hist. Musulman. pag. 196. ubi observat *Beg* nomen dari solere omnibus officium vel munus aliquod a rege vel Sultano consecutis. Graeci vero *Πὲγ* et *Πέγις* dicunt, vel *Μπέγις*, ut in Gloss. med. Graecit. observamus. Unde discimus quis is sit quem Froissartus III. Vol. cap. XXII. et XXIII. *Amorabakin* vocat, quae vox effecta ex *Amur Begis* vel *Begin*. Sed an *Amur* iste, cuius meminit Gregoras, et Cantacuzenus loco laudato, sit ille a quo interfectus est Melecus, dubium ingerit idem Cantacuzenus, qui lib. II. cap. XXIX. et lib. III. cap. VII. eundem Amurium Aitinis Ioniae (seu Cariae, uti habet lib. II. cap. XIII.) Satrapae filium fuisse ait, eundemque Satraparum Asiae opulentissimum. Aitinem praeterea duos alios filios habuisse, quorum alter *Chetir*, alter *Souleimasas* vocabatur. Amurii porro crebra deinde mentio apud Cantacuzenum. DUCANG.

Pag. 137, 17. *Ἦρος δὲ ἐπιστάντος*] Circa an. MCCLXXV. DUCANG.

Pag. 138, 3. *Εἰς πλεῖστα τεμόντες*] Hinc igitur exstincto Turcorum Iconiensium principatu, cum eidem tuendo contra Tartaros impares essent, singuli ex primoribus Turcis, prout libitum fuit, oppida et provincias pervaserunt, cum Graecis aeque ac Tartaris bellum gerentes, tandemque iisdem Tartaris recedentibus, pulsoque vel certe non admissò Sultano, Turcicum principatum provinciis invicem dispertitis, deinde quod Romani seu Graecorum in Asia supererat imperii invaserunt, indeque in Europam evolarunt, ab ipsismet Graecis imperatoribus evocati, dum opem ac auxilium quaerunt, quo se adversus suae gentis principes, atque adeo

σων λόγων. Ἀναπαυε, κατὰ κεφάλαιον μεθοδεύων πρῶτον ἕκαστα καὶ τὰ ἐπιτήδεια καὶ τὰ ἐναντία χωρὶς ἑκάτερα, ἐν τοῖς ἐνδόξοις καὶ ἐν τοῖς ἀναγκαίοις καὶ ἐν τοῖς ψευδέσιν.

Ἐν τοῖς δὲ ἐνδόξοις, ἔστιν ὅτε μὲν ἐπαγωγὴ βουλόμενον δεῖ τῷ ἀποκρινομένῳ τὰ ὅμοια τῶν καθόλου ἐπάγειν, ἔστιν ὅτε δὲ συλλογισμὸν ἐπιφέρειν τοῦ ἐναντίου τὸν ἐρωτῶντα· ἐὰν γὰρ μὴ ἔχῃ τὸν ἐναντίον, ἀνάγκη τὸν ἀποκρινόμενον ἐπάγειν. Ἐὰν δὲ ἐπαγωγὴν ἐρωτᾷ, ἐπιφέρειν συλλογισμόν· ἐὰν γὰρ μὴ ἔχῃ τὸν ἐναντίον, ἀνάγκη τὸν ἀποκρινόμενον ἐπάγειν. Ἐὰν δὲ ἐπαγωγὴν ἐρωτᾷ, ἐπιφέρειν συλλογισμόν· ἐὰν γὰρ μὴ ἔχῃ τὸν ἐναντίον, ἀνάγκη τὸν ἀποκρινόμενον ἐπάγειν. Ἐὰν δὲ συλλογισμὸ

et οι sic pronuntiantur ut iota. Praeterea in uno versu συνιζήσεις adhibuit duas, πόλεως Τράλλεως. Quae omnia arguunt oraculum istud non fuisse Delphicum, aut Sibyllinum, sed omnino recens. In codice Barberiniano, quo usus est Possinus, idem oraculum exstat paulo auctius *), eique praefixa haec inscriptio, οὗτος ὁ χρησμὸς Παυσανίου προέδρου, *Hoc est Oraculum Pausaniae Praesidis.* Ego vero facile crediderim fabricatum illud fuisse ab aliquo Andronici amico, sive is Theodorus Metochita fuerit, sive alius. Maxima certe illis temporibus erat Graecarum Musarum ἀμουσία. Vide carmina Theodori Metochitae, et cum istis confer. Solus, quem sciam, ea aetate Maximus Planudes tolerabiles aliquos versus fecit. Sed de recentiorum Graecorum poësi etiam infra ad p. 190. C. dicturi sumus, ubi de Theodori Metochitae poëmatis. BOIVIN.

Pag. 143, 22. *Τὰ δὲ μετὰ μοναχικοῦ σχήματος ἕτερα ἤως*] Asteriscum post ἕτερα apposuerat interpres, nec quod statim sequitur vertit: et certe post ἕτερα legendum δύο, tot enim annos in habitu monachico exegit Andronicus, ut scribit idem Gregoras lib. IX. cap. ult. seu ut est in nota marginali ad cap. XXVIII. lib. II. Cantacuzeni, ἐν μοναχῶν σχήματι διαγαγὼν ἑνιαυτοὺς δύο παρ' ὀλίγον. Tunc addit: ἤως τρὶς ἑπτὰ κύκλοι σεληνιακοὶ, ὃ καὶ βέλτιον, δύο ἔγγιστα, id est, *vel* (ex quo monachum induit, intersunt) *ter septem circuli lunares* (seu menses XXI. *seu potius anni prope* II.). DUCANG.

Pag. 144, 2. *Πρῶτον καὶ εἰκοστὸν ἤμειβεν ἔτος*] Vertit Wolfius, *annum aetatis ageret primum et vigesimum.* Vertendum fuit, *annum aet. excederet*, etc. praesertim si legatur παρήμειβεν, ut legitur in Codice Regio. BOIVIN.

Ibid. in nota. *Ἤως τρὶς ἑπτὰ κύκλοι σεληνιακοὶ*] Graeci recentiores dicunt ἤως pro ἤ, vel ἤτοι. Vide Glossar. med. Graecit. BOIVIN.

Pag. 144, 4. *Ἄτταλός τις εὐγενὴς*] Tralles, urbem ad Maeandrum, Pelasgorum coloniam fuisse scribit Agathias lib. V. duce forte Attalo isto Troiano. DUCANG.

Pag. 145, 21. *Ὦδινε μὲν γὰρ ὁ Κάρουλος*] Pachymer. lib. VI. cap. XXXII. DUCANG.

Pag. 146, 6. *Ῥωσονσύλην*] Qui Pachym. lib. VI. cap. XXXI. Ῥῶς *Σολυμᾶς* appellatur, quem hic pariter depingit. Vide Hist. Franco-Byzant. lib. VI. n. XI. DUCANG. Ducangius Hist. Franco-Byzant. lib. VI. n. XI. eum vocat *Solyman de Rossi.* Ego autem non dubito, quin is fuerit *Rufus de Soliaco*, ille ipse scilicet, qui memoratur in instrumento seu Diplomate Regio, quod ex Thesauro Chartarum excerptum cum aliis actis et instrumentis publicis Ducangius edidit. Vide Chartas Historiae Franco-Byzantinae subiunctas, pag. 34. Nomen, ut videtur, Gallicum fuit *Rousseau de Soli,*

*) Vide observationes Possini Pachymerian. tom. I. pag. 479. BOIVIN.

quod est Graecis Ῥούσο ντε Σουλή. Poeta Graecobarbarus Cod. Reg. 2569. fol. 219. V. eum sic appellatum scribit,

Ῥούσον τὸν ὀνομάζασιν· ντε Σουλὶ τὸν ἐπίκλην.
Ἄνθρωπος ἦτον εὐγενὴς, στρατιώτης πεδευμένος.
Rufum *hunc nominarunt*, *cognomento* De Souli.
Vir erat nobilis, *miles exercitatus.*

Idem poëta Graecobarb. eundem Ῥούσον ντε Σουλὴ, post obitum principis Guil. de Villa-Harduini Bailum Moreae a Carolo rege Neapolitano constitutum narrat. Gregoras non multum aberravit a vero nomine, siquidem ab eo vocatur Ῥωσονσουλῆς, seu, ut praefert diversa lectio, Ῥῶσος Σουλῆς. Pachymeres lib. VI. cap. XXXII. Ῥῶς Σολυμᾶν vocat: unde Ducangius nomen fecit *Solyman de Rossi.* Praeter hunc *Rufum de Soliaco*, recensetur inter Aulae Neapolitanae nobiles *Henricus de Soliaco* in illa quam dixi collectione Chartarum, Histor. Franco-Byzantinae subiuncta, p. 21. et p. 22. BOIVIN.

Pag. 146, 17. *Τὸν Σικελίας ἐξεπολέμωσε — δῆγα Φερδέριχον*] Fredericum Aragonum regem, qui demum Siciliae rex factus est, hac Carolo postmodum erepta. Vide Ioannem Villaneum lib. VII. cap. LVII. et Ricordan. cap. CCVI. DUCANG.

Pag. 147, 23. *Δηρόν τε μένειν*] Homer. Iliad. lib. II. BOIVIN.

Pag. 148, 3. *Πάντας δ' αὐτοὺς εἰς τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον ζῶντας ἐκόμισαν*] Captus ipse quoque *Rufus de Soliaco*, ut ex Pachymere discimus. Redemptum deinde in Italiam rediisse verisimile est. Anno certe MCCXCIV. aderat in Aula Caroli II. regis Neapolitani *Rufus de Soliaco*, ut patet ex instrumento supra laudato. BOIVIN.

Pag. 148, 19. *Ἰωάννης γὰρ*] Qui primus Ducum aut principum Trapezuntinorum sese imperatorem appellavit. Vide Famil. Byzant. pag. 192. DUCANG.

Pag. 149, 2. *Ἧς τὰ βασίλεια Τραπεζοῦς*] Cuius urbis elogium habetur in Cod. Reg. nondum signato. DUCANG.

Pag. 149, 7. *Ἰωάννης ὁ Σεβαστοκράτωρ*] Pachymer lib. V. cap. IV. lib. VI. cap. 19. 35. 36. De Ioanne egimus in Famil. Byzant. p. 206. de Irene vero Michaëlis Nothi et Noga eius coniuge p. 235. DUCANG.

Pag. 150, 1. *Ἀλλὰ πρὶν*] Pachymer. lib. VI. cap. 36. DUCANG.

Pag. 150, 3. *Λυσιμαχίας ἐγγὺς*] Tunc enim adversus Tartaros has provincias devastantes expeditionem susceperat Michaël, de qua Pachymer. lib. VI. cap. 29. 30. DUCANG.

Pag. 150, 4. *Καὶ Ἀλλαγῆς*] Istius loci, ubi de morte Michaëlis non meminit Pachymeres, sed tantum Pachomii. At secus Phranzes, qui Gregoram exscribit. Est autem *ἀλλαγὴ* idem quod Latinis *mutatio*, locus scilicet, ubi mutantur equi publici. Vide Glossar. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 150, 18. *Τὰ Παχωμίου σε διαδέξεται*] Vertendum, *Pachomius te excipiet*; non, *tibi successurus est*, ut servetur *ἀμφιβολία*. BOIVIN.

Pag. 152, 24. *Ἔτυχε τελευτῆς*] Obiit Michaël, ut scribit Pachymeres, XI. Ianuarii die Parasceves, anno mundi iuxta Graecos VI. MDCCXCI. (Christi 1283.) cum imperasset annos 24. demptis diebus 20. ac annos omnino 58. vixisset. DUCANG.

Pag. 153, 2. *Ὁ δὲ υἱὸς καὶ βασιλεὺς*] Pachymer. lib. VI. cap. 11. Phranzes lib. I. cap. 6. DUCANG.

Pag. 153, 6. *Πλείστην ἐπισωρεῦσαι γῆν*] Iisdem verbis Phranzes id ipsum tradit. Pachymeres eius cadaver noctu in novum monasterium vicinum a familiaribus delatum scribit. Excommunicatorum corpora in agris insepulta relicta, ut ne foetor nares, aut spectaculi horror mentes foedaret, iniecta humo contecta, pluribus docuimus in Glossar. med. Latin. in v. *Emblocare* et in Addit. tametsi Michaël ab ecclesia propter communionem cum Latinis palam proscriptus non fuerit, uti antea propter excoecatum iuniorem Lascarim. DUCANG.

Pag. 155, 7. *Εἰ τὴν μικροψυχίαν*] *Μικροψυχία* est hoc loco *regnandi libido morae impatiens*, ut et infra lib. VIII. cap. I. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 155, 12. *Ἀλλ' ἐχρῆν*] Proverbium, cuius meminit Diogenian. Cent. VIII. n. 49. DUCANG.

Pag. 159, 4. *Αὐτοὺς μὲν οὖν*] Pachymer. lib. VII. cap. 1. DUCANG.

Pag. 159, 9. *Κονοσταύλῳ*] Interpr. *Conostaulo*: reposuimus *Comite stabuli*. Vid. Gloss. med. Graecit. DUCANG. *Τῷ μεγάλῳ κονοσταύλῳ Μιχαὴλ τῷ Γλαβᾷ*] De quo legendum poëma Manuelis Philae, quod exstat in Codice Regio, olim Telleriano, et inscribitur, *εἰς τὰ τοῦ πρωτοστράτορος ἐκείνου τοῦ θαυμαστοῦ στρατηγήματα*. BOIVIN.

Pag. 160, 8. *Παναχράντου μονὴν*] Pachymer. VII. 3. 4. 5. De hoc monasterio egimus in Constantinopoli Christ. lib. IV. sect. II. n. 31. DUCANG.

Pag. 160, 12. *Νόσῳ καὶ γήρᾳ*] Pachymer. de Iosepho, *μόνον οὐκ ἄπνους*. et cap. 6. *ἄψυχον οἷον φόρτον*. DUCANG.

Pag. 161, 21. *Παρασκευάσαι*] Pachymer. VII. 12. 13. 14. 21. DUCANG.

Pag. 162, 4. *Ὡς ἐντεῦθεν ἀναγκασθῆναι μὲν τὸν Ἰωσὴφ τοῦ θρόνου τοῖς βουλομένοις παραχωρεῖν*] Andronicus imperator in *λόγῳ χρυσοβούλλῳ*, qui exstat inter opera Nathanaëlis Chumni, qui et Nicephorus, Cod. Reg. 2964. fol. 302. *φθάνει μὲν ὁ πολὺς ἐκεῖνος τοὺς ὑπὲρ της ἀληθείας καὶ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἀγῶνας*, (loquitur de Iosepho) *πολὺς καὶ τὴν ἔνστασιν καὶ τὴν καρτερίαν, καὶ μηδὲν τῆς ὁμολογίας καθυφεὶς μηδὲ καθυπείξας καὶ ὑπενδοὺς τοῖς ἐπὶ μακρῶν τῶν χρόνων βιαζομένοις καὶ ἀποπειρωμένοις αὐ-*

τοῦ, παραίτησιν τοῦ πατριαρχικοῦ ποιήσασθαι θρόνου .... ἡ δὲ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία, ἐκεῖνον ὥσπερ ἀμειβομένη τῶν πόνων καὶ τῶν ὑπὲρ αὐτῆς καμάτων, ἀνακηρύττει ἐξ ὀνόματος, κατῖσον τοῖς ἄλλοις τοῖς μηδὲν παραιτησαμένοις, ἀλλ' ὁμοῦ μὲν ἐπ' εὐσεβείας, ὁμοῦ δ' ἐπὶ τοῦ θρόνου, ἐν ὁμοίοις ἀγωνίσμασι καὶ καιροῖς, καταλύσασι τὸν βίον. καὶ τοίνυν ἓν δὴ τοῦτο τοῖς διαφερομένοις αὐτοῖς ἀφορμή τις γίνεται σκανδάλου καὶ πρόφασις, ἡ ἀνακήρυξις· καὶ ζητοῦσι κατασιγαθῆναι ταύτην καὶ παύσασθαι· καὶ παύσομεν σεσιωπηκότες, φίλα κἂν τούτῳ πράττοντες ἐκείνῳ καὶ οἱονεὶ κατὰ γνώμην, ἃ παρητήσατο παραιτούμενοι, καὶ μηδὲν περαιτέρω τῶν αὐτῷ δεδογμένων μήτε πράττοντες, μήτ' ἐπινοοῦντες. Itaque Iosephus, cum esset in sedem patriarchalem restitutus, cessit paulo post et παρητήσατο. Chronica manuscripta minime inter se consentiunt in definiendo temporis spatio, quo Iosephus receptam dignitatem retinuerit. In Cod. Reg. 3058⁴. sedisse dicitur menses quatuor. Codex 2525². mensem hinc unum demit. Codex 3502. duos tantum menses numerat τῆς δευτέρας πατριαρχείας. BOIVIN.

Pag. 163, 6. Ἐπεὶ γὰρ Ἰωσὴφ] Pachymer. ibid. cap. 13. DUCANG.

Pag. 163, 11. Γεώργιος ὁ ἐκ Κύπρου] Qui in clero Palatino tum fungebatur *Protoapostolarii* dignitate. Pachymer. lib. VI. cap. 14. Eius eruditionem praedicat etiam Ephraemius in Chronico:

Σοφός τις ἀνὴρ Γρηγόριος Κυπρόθεν,
Λόγων σοφῶν μαίευμα, μουσῶν ἑστία
Εἰς πατριαρχῶν ἀνεβιβάσθη θρόνον. DUCANG.

Pag. 163, 16. Ἄρτι καὶ τὸ μοναχικὸν] Quippe patriarcha designatus ab imperatore, ex laico in monachum, deinde ex Lectore in Diaconum ordinatus fuerat a Cozylensi episcopo, uti testatur Gregoras: ut moris erat, inquit Ephraemius in Chronico:

Καὶ συνταγεὶς κλήρῳ γε τοῦ παλατίου,
Ἀρχιθύτης πέφηνε τῆς Κωνσταντίνου,
Τὰ τῶν μοναχῶν πρὶν τελεσθὶς, ὡς ἔθος. DUCANG.

Pag. 163, 21. Μετὰ τὰς ψήφους] Immo ait Pachymeres non expetita episcoporum suffragia. Ii enim εἰς ψήφους μόνας οὐκ ἠξιοῦντο. DUCANG.

Pag. 164, 5. Ὁ Μοζύλης ἐπίσκοπος] Sic infra. At ὁ Κοζύλης, Pachymeres lib. VII. cap. 14. habet. DUCANG.

Pag. 164, 6. *Debrorum episcopus*] *Debrarum* Ducangio. BOIVIN.

Pag. 164, 11. Ναύπακτος] Aetoliae metropolis, cui XIII. episcopatus subditi leguntur in Notitia Patronorum, Mozylensis vel Cozylensis nulla facta mentione. DUCANG.

Pag. 164, 12. Ὁ δέ γε Δεβρῶν] Debrarum meminit Cedrenus. DUCANG.

Pag. 164, 16. *Γρηγορίου*] Sic variat Gregoras, dum quem supra Georgium, hic Gregorium appellat, quod postremum nomen accepit recens monachus factus, Pachymer. lib. VII. cap. 22. *Τοῦτο γὰρ ἦν ἐκείνῳ καὶ τὸ ἐκ Γεωργίου μοναχικὸν ὄνομα.* DUCANG.

Pag. 165, 7. *Καὶ ἐς διάκονόν τε καὶ ἱερέα*] Pachymeres lib. VII. cap. 14. de Cozylensi episcopo, a quo Georgius Cyprius primis ordinibus ecclesiasticis initiatus fuit: *ἐκεῖσε τὰ εἰκότα τελέσας, μοναχὸν μὲν ἐκ λαϊκῶν ἀποδείκνυσι, διάκονον δ' ἐξ ἀναγνώστου χειροτονεῖ. τῆς δ' αὐτῆς ἡμέρας καὶ πατριάρχην ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνον προβάλλεται.* Ubi has ordinationes haud factas a Germano Heracleensi episcopo exserte ait, sed a Cozylensi, a quo idem Germanus tum monachus, ac cuiusdam Acacii viri pii discipulus, una cum ipso Georgio Cyprio in patriarcham ab imperatore electo, in metropolitam Heracleensem in aede Irenes inauguratus est: a quo quidem Germano deinceps in Sophiana iuxta morem, solitis adhibitis ritibus ac precibus, consecratus est Georgius. DUCANG.

Pag. 165, 15. *Καὶ τῶν Λατινικῶν ἠθῶν*] Cyprus enim tum regibus Latinis parebat. DUCANG.

Pag. 166, 13. *Ἐπεὶ μέντοι συνήεσαν*] Pachymeres lib. VII. cap. XXII. DUCANG.

Pag. 166, 17. *Παννύχους τετελεκότες στάσεις*] Interpres, *cum per totam noctem stetissent.* Imo, *cum sacras ac nocturnas in aede sacra vigilias exegissent.* Ita infra cap. X. *ὅσα τὸν μοναδικὸν ἀπεργάζεται βίον, ἐγκράτειαν φημὶ καὶ στάσεις παννύχους, χαμαιεύνης*, etc. ubi rursum haec male vertit, ut ibi indicamus. Vide Gloss. med. Graecit. in *παννυχίδες.* DUCANG.

Pag. 167, 6. *Τούτων οὕτω γενομένων*] Idem Pachym. lib. VII. cap. XXXI. DUCANG.

Pag. 167, 13. *Μέχρι τῆς Εὐγενείου πύλης*] Vide Constantinop. Christ. lib. I. sect. IV. n. 1. DUCANG.

Pag. 167, 18. *Τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου μονὴν*] De hac aede, ut de Theodora eius conditrice, quam *Ῥαύλαιναν* a secundo coniugio vocat Pachymeres lib. VIII. cap. X. multa sunt a nobis observata in notis ad lib. XIII. Annal. Zonarae n. II. et in stemmate Palaeologorum. DUCANG. De hac Theodora, et de templo S. Andreae ab ea instaurato, exstant in codice Colbertino n. 5018. tria Maximi Planudae historica Epigrammata, edita a Ducangio in notis ad lib. XIII. Zonarae, sed mendosissima. En eorum unum integrum, ex cod. Colbertino emendatum.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΝΑΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΝΔΡΕΟΥ
ΗΡΩΕΛΕΓΕΙΟΙ,
ὃν ἀνήγειρεν αὐτῷ ἡ Πρωτοβεστιαρία.

Πειθομένη σε δόμοισιν ἐν οὐρανίοισιν ἀληθῶς
Ψυχῇ ναιετάειν, Ἀνδρέα κλεινότατε,
Καὶ τῷ σώματι σεῖο νεὼν ἐδομήσατο τόνδε,
Κάλλεσιν οὐρανίοις ἐν χθονὶ λαμπόμενον,

Ἡ πάσαις ἐνὶ θηλυτέρῃσι σοφὴ Θεοδώρα,
Ἀμφοτέρων τε λόγων κῦδος ἀναψαμένη·
Ἧι γενέτης μὲν ἦην Καντακουζηνὸς Ἰωάννης,
Μήτηρ δ' Εὐλογίη ἀξίη εὐλογίης,
Σύγγονος οὖσα Παλαιολόγου Μιχαὴλ βασιλῆος,
Οὗ γόνος Ἀνδρόνικος πλεῖον ἄνακτος ἄναξ·
Κοινωνὸς βιότου δὲ Ῥαοὺλ πέλεν Ἰωάννης,
Τιμὴν εἰληφὼς Πρωτοβεστιαρίου.
Αὕτη χηροσύνην..... ἔστερξεν ἀμέμπτως,
Ἔτρεφε νωλεμέως Χριστὸν ἐν ἐνδεέσι,
Δόγματος ὀρθοτόμοιο χάριν πάθεν ἄλγεα πολλὰ,
Τίμα καὶ φιλίην εἴ τις ἐφημερίων.
Τοίη τῷ τοιῷδε τοιόνδε σοι εἵσατο νηὸν,
Ἀνδρέα, καὶ σὺ χάριν πλούσιον ἀντιμέτρει.

Huic Epigrammati heroëlegiaco subiuncta sunt iambica duo, quae et ipsa sunt valde mendosa. Ea, quoniam sunt longiuscula, piget describere. Errata sola eaque praecipua annotabo. Epigramm. I. Vers. 2. *Ἐτῶν, προσώπων, ἐν γρ.*] Lege *Καὶ τῶν προσώπων ἐν γρ.* V. 4. *Τὶς καὶ τινῶν πέφυκα καὶ τινὸς τύχης.*] L. *Τίς καὶ τίνων πέφ. καὶ τίνος τύχ.* V. 6. *Παλαιολογίσσα.*] L. *Παλαιολογίνα.* V. 9. *Ἀγγέλων ὑμνουμένου*] L. *ἀγγελωνυμουμένου.* V. 11. *ἐκλήθην*] L. *ἐκλήθη.* V. 14. punctum expunge. V. 18. *Παλαιογίνα*] L. *Παλαιολογίνα.* V. 19. *Εἰρήνη τις εἰρήνῃ φερ.*] L. *Εἰρηνική τις Εἰρήνη φερ.* V. 23. *τοιητ'*] L. *τοῦτ'.* Epigramm. II. Vers. 1. *τὴν φλέβα*] *τὰς φλέβας.* V. 5. *συμφόνημα*] L. *συμφόρημα.* V. 8. *ἐνάγων*] L. *ἔγνων.* V. 13. *Ἀγγέλων ὑμνουμένων,*] L. *ἀγγελωνυμουμένου.* V. 17. *ἄνακτος*] L. *ἀνάγοντος.* V. 19. *φεῦ*] L. *φῶς.* V. 23. *Παλαιογίνα*] L. *Παλαιολογίνα.* V. 26. *ὅση*] L. *ὅσον.* V. 29. *μονοτρόπου*] L. *μονοτρόπων.* V. 30. *Ὡς Εὐλογίαν Ἀλεξίαν Εὐλογίαν*] L. *Ὡς εὐλογίας ἀξίαν Εὐλογίαν.* V. 36. *ταῦτό μοι κλέος*] L. *ταῦτά μοι κλέα.* V. 37. *ἀτρεχῶς*] L. *ἀτρεκῶς.* V. 41. *Πρὸς τοῦ κρατοῦντος*] L. *Πρὸς τῶν κρατούντων.* Leviores mendas facile erit cuivis corrigere. BOIVIN.

Pag. 167, 22. *Ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ*] Pachymer. lib. VII. cap. XXXIII. DUCANG.

Pag. 167, 22. *Προετεθνήκει γὰρ*] Anna filia Stephani V. regis Hungariae. Pachymeres lib. VII. cap. XXVIII. DUCANG. *Προετεθνήκει γὰρ ἡ ἐξ Οὐγγρίας*] *Anna* scilicet. Leo Cinnamus in calce Codicis Regii 2951. *Τὸ παρὸν βιβλίον ἐγράφη διὰ χειρὸς ἐμοῦ Λέοντος τοῦ Κιννάμου, τελειωθὲν σὺν θεῷ μηνὶ μαρτίῳ ιδ'. Ἰνδικτιῶνος δ'. ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ. ἔτους στψπδ'. ἐπὶ τῆς βασιλείας .... τοῦ τε κυροῦ Μιχαὴλ Δούκα Ἀγγέλου Κομνηνοῦ τοῦ Παλαιολόγου καὶ νέου Κωνσταντίνου, καὶ Θεοδώρας τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης, καὶ τοῦ κύρου Ἀνδρονίκου Κομνηνοῦ τοῦ Παλαιολόγου, καὶ ΑΝΝΗΣ τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης* etc. *Hic liber scriptus est*

manu mea Leonis Cinnami, absolutus (cum Deo) die XIV. mensis Martii, Indictione IV. die VII. Anno VI. MDCCLXXXIV. imperantibus Dom. Michaële Duca Angelo Comneno novo Constantino, Theodora religiosissima Augusta, Dom. Andronico Comneno Palaeologo, et ANNA religiosissima Augusta. Erat is annus Christi MCCLXXVI. aetatis autem Andronici XVIII. BOIVIN.

Pag. 167, 24. *Διαπρεσβέυεται πρὸς τὸν ῥῆγα τῆς Ἱσπανίας*] Cuius erat *ἐκγόνη*, inquit Pachymeres: quippe Beatrix uxor Guilelmi VI. Marchionis Montisferrati, Guilelmi Monferratensis ac Thessalonicensis regis filii, et mater Iolantae seu Irenes alterius Andronici imp. uxoris, filia fuit Alfonsi regis Castellae, seu Hispaniae. DUCANG.

Pag. 168, 8. *Πρὶν τὸ ἐνδόσιμον εἰληφέναι παρὰ τοῦ Πάππα*] Ex hoc loco infert Allatius lib. II. de utriusque eccl. consens. cap. XIV. n. 1. eam viguisse tum consuetudinem, ut Latinis non licuerit matrimonia inire cum Graecis, nisi summo pontifice annuente. Quo referri potest quod tradit Matthaeus Parisius pag. 418. 431. et 453. aegre admodum tulisse summum pontificem, ac non semel obiectum Friderico II. imp. quod filiam suam notham Annam, seu ut alii vocant, Constantiam, in uxorem dedisset Ioanni Vatatzae imperatori Constantinopolitano. Scribit praeterea Pachymeres lib. IX. cap. V. Andronicum Palaeologum imp. uxorem filio Michaëli recens imperatori inaugurato quaerentem, oblatam sibi Caroli regis Siciliae neptim ac Philippi Tarentini filiam abnuisse, *τὴν ἀπὸ τοῦ Πάππα τῆς Ῥώμης ὑπειδόμενον ὑπερηφανίαν*, sed et regis Cypri filiam, quod is absque pontificis summi consilio et facultate has nuptias peragere nollet: *τὸ δ' ἦν τὸ ὑπὸ βουλῇ καὶ θελήσει τῆς κατὰ Ῥώμην ἐκκλησίας τὸ συνάλλαγμα διαπράττεσθαι.* DUCANG.

Pag. 276, 20. *Καὶ τὸ μὲν τοῦ κίονος μῆκος*] Bondelmontius *septingentorum cubitorum* altam facit: id quod incredibile est. Legendum procul dubio, *septuaginta cubitorum.* Gregoras eam nos ex umbra metiri iubet; quasi vero id nos facere possimus hoc tempore, cum nec vestigium quidem eius columnae ullum superest. Quodsi etiamnum staret integra, nec sic quidem eam metiri hinc possemus, ut Wolfius recte in margine annotat. BOIVIN.

Pag. 277, 4. *Τὸ δὲ μῆκος ἑκάστου δακτύλου*] Quasi vero digitorum omnium eadem esset longitudo. BOIVIN.

Pag. 277, 12. *Τὸ δὲ τῆς κνήμης τοῦ ποδὸς αὐτοῦ πάχος*] Quid sit *κνήμη τοῦ ποδός* non satis liquet, nisi sit ea pars tibiae, quae ad pedem proxime accedit, et est maxime gracilis. Dicitur et de homine. Sic apud Nicetam in fragmento, quod vir doctiss. Io. Ernestus Grabius mecum humanissime communicavit, simulacrum Herculis, a Lysimacho effícti, dicitur fuisse *οὕτω μέγιστον, ὡς τὴν περιελοῦσαν τὸν αὐτοῦ ἀντίχειρα μήρινθον εἰς ἀνδρεῖον ζωστῆρα ἐκτείνεσθαι, καὶ τὴν κνήμην τοῦ ποδὸς εἰς ἀνδρόμηκες.* BOIVIN.

Pag. 277, 15. *Τῶν ἄνωθεν ἐκ Σηρικῆς κομιζομένων*] Wolfius non expressit adverbium *ἄνωθεν.* Ego ad praeteritum tempus retuleram, atque ita verteram, *qui e Serum regione olim afferebantur.* Nunc loci adverbium esse existimo, et sic interpretor, *qui e Serum regione devecti huc descendunt.* Quae ab Oriente afferebantur, ea Byzantii *ἄνωθεν* afferri dicebant; quae ab Occidente, *κάτωθεν.* Sic idem Gregoras in inscriptione epistolae ad Pepagomenum, *περὶ τῶν ἐλθουσῶν αὐτῷ τερατολογιῶν, τῶν μὲν ἄνωθεν ἐκ Τραπεζοῦντος, τῶν δὲ κάτωθεν ἐξ Ἰταλίας.* Vide pag. 276. supra in marg. BOIVIN.

Ibidem. Non omittendum hoc loco id quod narrat Petrus Gyllius, Topograph. Constantinopol. lib. II. cap. XVII. *Barbari*, inquit, *omni aereo vestitu, et equo, et statua columnam Iustiniani spoliarunt, aliquotque annos nuda remansit. Tandem ante triginta annos eversa est tota usque ad stylobatem, quem anno superiore *) funditus vidi exscindi.* Idem paulo infra, *Equestrem Iustiniani statuam, quam modo dixi supra hanc columnam fuisse collocatam, servatam diu in claustro regii Palatii, deportari nuper vidi in caminos, quibus metalla funduntur in machinas bellicas, inter quae erat Iustiniani crus proceritate meam staturam superans, et nasus dodrante longior. Crura equi ad terram proiecta metiri non potui. Pedis ungulam mensus sum occulte, et deprehendi dodrantalis esse altitudinis.* Gyllius ex sua ipsius statura aestimandum nobis relin-

*) Haec scripta sunt circiter an. Chr. 1550. BOIVIN.

quit, quam procerum fuerit crus Iustiniani. At nos quae fuerit Gyllii statura hodie ignoramus. De colossi Iustinianei mensuris, quae apud Gregoram et Gyllium exstarent, quid sibi videretur interrogatus vir aetatis nostrae sculptorum facile princeps, Franciscus Girardo Tricassinus, respondit, si eae verae essent, nullam nec in homine nec in equo servatam esse symmetriam, seu membrorum proportionem. Rogavi ne gravaretur sententiam suam scripto declarare: cupere etiam dixi me, dari mihi ab eo mensuras equestris statuae in platea Ludovici Magni Parisiensi erectae; illius scilicet statuae colosseae, quam Girardo ipse unica aeris fusura duplicem (homine enim et equo simul iunctis solidum simulacrum constat) singulari arte et miro successu ante aliquot annos conflavisset. Ille non huius solum, sed et aliarum quatuor pulcherrimarum magnitudines mihi sua manu descriptas dedit. Verba artificis summi quominus mutarem religio mihi fuit. En ipsa ex autographo. *Les mesures de la statue equestre de l'empereur Justinien n'ont nul raport les unes avec les autres, suivant les proportions du corps humain. Il en est de mesme de son cheval. La figure equestre du roy, posée dans la place de Louïs le Grand, a de hauteur XX. pieds, depuis la teste jusques sous les pieds du cheval. La figure du roy a de proportion XVI. pieds, si elle estoit debout. La figure de Henry IV. sur le Pont Neuf a XIV. pieds trois poulces, depuis le dessus de la teste jusques sous les pieds du cheval. Elle est fondue separément du cheval. Cet ouvrage a été fait à Florence par Jean de Bologne. Le piedestal, et ses ornements de bronze, ont été faits à Paris. Les esclaves sont de Franqueville de Cambray, faits aussy à Paris. La figure de Louïs XIII. dans la place Royalle a XIV. pieds un poulce, depuis le dessus de la teste jusques sous les pieds du cheval. La figure du roy a dix pieds cinq poulces de proportion; et a été faitte à Paris par Biard Parisien. Le cheval a été fait à Rome par Daniel de Volterre. Le Marc Aurele à Rome, figure antique, a XIII. pieds de hauteur, compris le cheval. Le piedestal est de Michel Ange. La figure equestre du roy (faitte par M. Girardon), posée dans le Chasteau de Bouflers en Beauvoisis, a dix pieds de hauteur, depuis le dessus de la teste, jusques sous les pieds du cheval. La figure du roy auroit huit pieds, si elle estoit debout.* Haec Girardo, cuius colossum regium, cum Iustinianeo conferendum, et his quas damus notis ornamento futurum, optavi aliquando aeri incisum habere: deinde consilium illud abieci, ea praesertim ratione, quod rerum dissimillimarum vix ulla posset institui comparatio. BOIVIN.

Pag. 277, 17. *Ἐς δὲ τοὐπιὸν ἔτος*] Anno 1318. DUCANG.

Pag. 277, 18. *Εἰρήνην τὴν ἐξ Ἀλαμανῶν*] Ducis Brunsuicensis filiam. Vide stemma Palaeolog. p. 238. DUCANG.

Pag. 277, 21. *Ἐδέξατο βίου*] Vide infra lib. VIII. cap. I. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 278, 15. *Ἀνωτέρω*] Vide lib. V. cap. VII. sect. 4. et 5. BOIVIN.

Pag. 278, 18. *Ἔφαμεν*] Huius libri cap. VII. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 278, 19. *Ἐς Ἰωάννην ἔσχατον*] Vide stemma Angelorum pag. 210. DUCANG.

Pag. 279, 11. *Τῶν φθασάντων*] An intelligendum hoc de litteris, quae fortasse ab imperatore ante illud tempus missae fuerint? BOIVIN.

Pag. 279, 12. *Ἀλλὰ ταῦτα μὲν*] Inde incipit lib. VIII. non solum in Codice Regio, sed et in Vaticano, ut accepi ex Cl. Rostgaardio. BOIVIN.

Pag. 283, 8. *Συνεζύγη Θωμᾷ*] Thomae Angelo Ducae Comneno, Nicephori Despotae ex altera uxore Anna Palaeologina filio. Pachymer. lib. IX. cap. 4. Vide stemma Angelor. in Famil. Byzant. p. 210. DUCANG.

Pag. 283, 9. *Θωμᾶς ὁ ἐκείνου ἀδελφιδοῦς Κόντος*] *Contum* et hic vertit interpres: *Comitem* reposuimus. Thomas quippe nobilis Gallus Comes Cephaleniae et Zacynthi erat, filius Ioannis Domini Zacynthi insulae, cui quidem Ioanni ducta in uxorem Maria Comnena, Nicephori Angeli Aetoliae principis filia, Cephalenia insula in dotem concessa fuerat a socero, post cuius obitum orta de eius successione controversia inter Ioannem et Thomam Angelum Despotam uxoris fratrem, Thomas a Ioanne interfectus est, anno 1318. Ita exserte Ioannes XXII. Papa in epistolis, non vero a Thoma Ioannis filio, uti hic narrat Gregoras, et cap. 6. Vide Hist. Franco - Byzant. lib. VI. n. 27. DUCANG. *Φονεύσας Θωμᾶν*] *Θωμᾶν*, non *Θωμᾶς*, ut antea legebatur. Atque ita Codex Regius: ita etiam Ottobonicus; recte uterque; nisi tamen legamus *φονεύσας Θωμᾶν Θωμᾶς*, quomodo Wolfius videtur legisse, cum sic verterit, *quarum illa primum Thomae Epiri et Aetoliae principi, post Conto Thomae, huius nepoti et percussori nupsit.* Vide et lib. XIII. infra cap. VI. BOIVIN.

Pag. 284, 1. *Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐς τὸν ἔφηβον*] Solutiorem eiusdem Andronici iunioris vivendi rationem inter causas dissidii cum patre etiam memorat Cantacuzenus lib. I. cap. 5. DUCANG.

Pag. 284, 3. *Καὶ ζητοῦσιν ἐλευθερίαν μηδὲν ἐπιφ. κεκολ. καὶ μάλ. ἐν ἀξ. βασ.*] Hoc loco Wolfius aut non assecutus erat mentem auctoris, aut exprimere neglexerat. BOIVIN.

Pag. 285, 18. *Ἐν μιᾷ τοίνυν*] Cantacuz. lib. I. cap. 1. Phranzes lib. I. cap. 10. DUCANG.

Pag. 286, 2. *Φοράδην ἐς τὰ βασίλεια φέρουσι ζῶντα καὶ μάλα μόλις*] *ζῶντα μάλα μόλις*, non autem *φέρουσι μάλα μόλις*: Wolfio utrumque. Verterat quippe, *semianimis in palatium aegre defertur.* BOIVIN.

Pag. 286, 11. *Μετ' οὐ πολὺ*] IV. Id. Octobr. anno iuxta Graecos VI. MDCCCXXIX. Chr. 1320. Cantacuz. DUCANG.

Pag. 286, 16. *Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ*] Ioann. Villaneus lib. IX. cap. 85. 89. Petr. Bizarus lib. V. Hist. Genuensis p. 108. DUCANG.

Pag. 287, 3. *Αὖθις κ. τ. λ.*] Lectiones a. b. c. d. e. f. [3, 4, 5, 8.] ex Codice Regio excerptae, etiam Codicis Vaticani auctoritate nituntur. BOIVIN.

Pag. 287, 11. *Κράλη Σερβίας*] Urosio cogn. *Sancto* et *Milutino*, Serviae regi. Vide stemma regum Serviae n. 59. DUCANG.

Pag. 287, 12. *Ἔρωτι γὰρ τῷ πρὸς αὐτὴν*, etc.] Ita quoque legitur in Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 287, 14. *Ἐζηλοτύπει δ' οὖν ὅμως τὴν ταύτης ἀπ. καὶ μεστὸς*] *Ἐζηλότ. δ' οὖν ὅμως αὐτὴν ἀεὶ καὶ μεστὸς*, etc. Cod. Vatic. in quo tamen, recentiori manu emendato, ita legitur ut in vulgatis. BOIVIN.

Pag. 288, 15. *Καὶ μὴ ζῶσαν αὐτὴν ὡς πορρωτάτω τε τοῦ ἀνδρὸς οἰκεῖν*] *Ne viva quam longissime a marito habitaret*, etc. Sic vertendum, non *ut mortua quam remotissima a marito, animum eius nullo moerore sauciaret*, quemadmodum verterat Wolfius. BOIVIN.

Pag. 288, 17. *Ὁ ταύτης ἀμφιμήτριος ἀδελφὸς*] Interpres, *frater uterinus:* emendavimus, *consanguineus*, ex eodem parente et alia matre: id enim vox Graeca sonat. Pollux lib. III. cap. 2. *οἱ μὲν ἐκ μόνου πατρὸς ἀδελφοὶ, διαφόρων δὲ μητέρων, ἀμφιμήτορες, οἱ δὲ ἐκ διαφόρων πατέρων, μιᾶς δὲ μητρός, ἀμφιπάτορες.* Constantinus enim Palaeologus Despota, ex Andronici cum Anna priore coniuge, Simonis vero ex altero cum Irene coniugio prodierant. DUCANG. *Ταύτης ἀμφιμήτριος ἀδελφὸς*] *Frater eius consanguineus*, non, ut Wolfius interpretabatur, *uterinus*. Constantinus Despota erat Cralaenae *frater consanguineus*, eodem patre natus, non item eadem matre. Vide cap. IV. sect. 1. infra. *Ἀμφιμήτριος* idem est atque *ἀμφιμήτωρ*, id est, *diversa matre natus*. BOIVIN.

Pag. 289, 1. *Ὁ δὲ πατριάρχης Ἰωάννης Γλυκὺς*] Phranzes lib. I. cap. 9. DUCANG.

Pag. 289, 23. *Πᾶσι μὲν οὖν ἀνθρώποις*, etc.] Gregoras non testamentum ipsum patriarchae, sed testamenti prooemium profert, cuius sese auctorem manifestum prodit. Exstant in Codice Regio 3229. opuscula duo, eiusdem ferme et argumenti et stili; quorum primum inscribitur *τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος ἡ παραίτησις τοῦ πατριαρχείου*, alterum *τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου ὑπομνηστικὸν εἰς τὸν βασιλέα τὸν ἅγιον.* BOIVIN.

Pag. 292, 3. *Καὶ παιδείαν ἴσως μετρίαν*, etc.] Vide lib. VII. cap. IV. sect. 3. supra. BOIVIN.

Pag. 292, 15. *Ἐκ μονῆς τῶν Μαγγάνων Γεράσιμος*] Phranzes ibid. De S. Georgii in Manganis monasterio agimus in Constantinop. Christ. lib. III. sect. VI. n. 43. DUCANG.

Pag. 293, 1. *Κωνσταντῖνος δὲ ὁ δεσπότης*] Cantacuz. lib. I. cap. 1. Vide stemma Palaeolog. pag. 235. DUCANG.

Pag. 293, 1. *Ἐκ τῆς προτέρας γυναικὸς*] Vide lib. VII. cap. V. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 294, 20. *Εὐδοκίας Παλαιολογίνης*] Neocaesaritae Primi a secretis filiae, Constantini Palaeologi Despotae uxoris, ac ex alio Constantino tum viduae, unde *Palaeologina* hic cognominatur, ex priore coniugio. Vide idem stemma. DUCANG.

Pag. 294, 23. *Ὑπηρετικοῖς παιδαρίοις*] Adolescentibus, quos *ἀρχοντοπούλους* vocabant, *νέους τῶν εὐπατριδῶν*, Cantacuzenus lib. II. cap. 40. *νέους τῶν εὐγενεστέρων*, lib. III. cap. 43. Vide Gloss. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 295, 10. Id quod deerat in editione Wolfiana, supplevimus ex Codice Regio. Sed et Fridericus Rostgaardius, nobilis Danus, cui et me et Gregoram multa debere in praefatione huius operis professus sum, idem hoc supplementum, ex Codice Vaticano descriptum, Roma ad me misit: ac iampridem illud ipsum Steph. Baluzius ex eodem Cod. describi curaverat in usum Ducangii. BOIVIN.

Pag. 296, 20. *Πατὴρ δὲ τῶν ἐκ Κομάνων ἐπίσημος, οἳ παρὰ τῶν ὑπερβορ.*] Petavius verterat, *Pater vero e Comanis oriundus illustri loco. Ambo* (*pater* scilicet, *et mater,*) *vero ante multos annos ex Hyperboreis Scythis, uti supra memoravimus, ad Ioannem imperatorem sese transtulerant.* Vertendum, ita ut edidimus, *Pater illustri loco oriundus e Comanis, illis scilicet, qui ante multos annos ex Hyperboreis Scythis*, etc. Non legerat Petavius ea quae de Comanis scripta sunt supra lib. II. cap. V. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 296, 22. *Ἰωάννῃ τῷ βασιλεῖ προσερρύησαν*] Ad Ducam scilicet. Vide supra lib. II. cap. V. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 301, 8. *Ὁ μὲν τῇ τοῦ μεγάλου παπίου*] De hac Magni Papiae, et aliis hic memoratis palatinis dignitatibus, agimus in eod. Gloss. DUCANG.

Pag. 303, 11. *Ὁ μέντοι λογοθέτης τοῦ γενικοῦ*] Theodorus Metochita, a quo instauratum Chorae monasterium, rursum cap. seq. ut et docemus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. XV. n. 5. DUCANG.

Pag. 303, 18. *Τὴν ἐξ ἑσπέρας παννυχίδα*] Interpres, *a vespera ad nocturna sacra illa de more accessit:* emendavimus, *ad vesperae illius vigilias.* DUCANG. Wolfius, *ad nocturna sacra.* Melius Ducang. *ad illius vesperae vigilias.* BOIVIN.

Pag. 303, 22. *Πελεκυφόρων*] *Varangorum*, de quibus in utroque Glossario multa congessimus. DUCANG.

Pag. 304, 10. *Πρὸ τοῦ εὐκτηρίου τῆς Νικοποιοῦ Θεοτόκου*] Quibus vocibus intelligi aedem Hodegetriae Deiparae, colligere quivis potest ex iis quae observamus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. II. n. 24. DUCANG.

Pag. 304, 12. *Παῦλος ἐκεῖνος ὁ τῶν ζωγράφων ἄριστος*] De pictore illo praestantissimo nemo alius, quem sciam. BOIVIN.

Pag. 305, 9. *Ἐν ᾧ λόγος τὸ τοῦ Βύζαντος*] Vide Constantinop. Christ. in Byzantii origin. n. 15. pag. 17. DUCANG.

Pag. 305, 17. *Βιβλία τινὰ χρησμολογικὰ*] Quorum non semel mentionem agunt scriptores Byzantini et locos collegit Lambecius, seu Holstenius, ac praefixit Leonis Oraculis. DUCANG.

Pag. 306, 12. *Ἦν γὰρ αὕτη νεάζουσα*] Wolfius *νεάζουσαν*, hoc loco et paulo infra, interpretatur *adolescentulam*. Sed *adolescentula* non erat, cuius filia quadriennio post nuptui collocata est. Vide cap. IV. sect. II. infra. BOIVIN.

Pag. 309, 10. *Ἔν τε τοῖς ἔπεσιν, ἃ πεποίηκεν* etc.] Nempe initio poëmatis, quod inscribitur, *εἰς τὸν σοφὸν Νικηφόρον τὸν Γρηγορᾶν ὑποθῆκαι, καὶ περὶ τῶν οἰκείων συνταγμάτων*. Initium est,

Φίλα Νικηφόρε μοι κεφαλὰ, τὸν ἔγωγ' εἴραμαι
Κατὰρ ἐμὰς σοφίης, ἥ τίς ποτ' ἂν ἔῃ, λιπέσθαι
Ἐξ ἄρα διάδοχον, πάντων ἀσύλου κλήροιο,
Κρέσσονος ὧν ἄρ μοι θεὸς ἁπάντων πόρε πουλλῶν,
Σοὶ τάδ' ἐπιτάγματ' ἐπιτέλλομ' εἰν ἐπέεσσι,
Ἠΰτ' ἔθος μερόπεσσι βροντοῖσι πέλεθ' ἡμῖν,
Εἰν διαθήκαις τά κε δοκεῦμεν ἀμείνω τέκνοις
Παρτιθέεσθ' ἐξείης, ἂν βίοτον δὴ πάντα
Μάλα φυλαττέμεν etc.

Eiusmodi versibus Theodorus Metochites vitam suam fere omnem complexus est (vide Cod. Reg. 1997. et 3359.): qui, si minus inconcinni forent, possent cum Historia Gregorae Byzantina coniungi. Sed nemo, opinor, tam dura tamque immodulata poëmata legere velit; in quae apte admodum cadit illa Leonis Allatii indignatio (in diatriba de Georg. p. 372. ubi de versibus Georg. Pachymeris): *Ferreus ipse sim, si quid est hisce carminibus in tota antiquitate durius. Chalybs ipse, et incus, et si quid est in rerum natura asperum ac perversum, prae his carminibus mollius est et tractabilius. Bene factum quod ea amisimus. Nam in eorum lectione nonnisi ferrea addisceremus: iamque video, iam fateor posteriorum Graecorum Musas, nullas gratias, nullas veneres habuisse, et omnia praeter humanum sermonem saepe locutas.* Vide quae annotavimus supra pag. 87. A. ad Oraculum Trallianum. BOIVIN.

Pag. 309, 11. *Περὶ ὧν ἀριδηλότερον ἡμῖν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λελέξεται*] Quae Gregoras promittit, ea exsequi non satis curat. Sic supra lib. I. cap. I. sect. 3. nescio quid pollicetur, quod nusquam ab eo praestitum constat. Vide et quid promittat huius libri cap. II. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 310, 5. *Πολλὰ γὰρ κραίνει θεός*] Euripid. in Medea, Alcestide, etc. BOIVIN.

Pag. 311, 21. *Εὐριπίδῃ*] Hecuba v. 294. BOIVIN.

Pag. 312, 16. *Κατὰ δὲ τὴν ἕκτην ἑβδομάδα*] *Ἀπριλλίου μηνὸς πέμπτῃ ἱσταμένου, τῇ πρὸ τῶν βαΐων κυριακῇ.* Cantacuz. lib. I. cap. XII. BOIVIN.

Pag. 313, 17. *Μήτε βουλεύσασθαι, μήτε μὴν διαπράξασθαι*] Aorist. pro futuro. Sic lib. IX. cap. X. sect. 9. BOIVIN.

Pag. 315, 15. *Λαμπρὰ τῆς ἀναστάσεως ἡμέρα*] Vide Gloss. med. Graecit. in *Ἑορτή*. DUCANG.

Pag. 315, 17. *Πρὸς τὴν Γυρολίμνην*] Constantinop. Christ. lib. I. sect. 15. n. 4. DUCANG. De qua sic Cod. Reg. 2990. fol. 70. v. *ἡ λεγομένη κοινῶς Ἀργυρολίμνη, Γυρολίμνη γράφεται.* De eadem plura Ducangius, Constantinop. Christ. lib. I. sect. XV. n. 4. BOIVIN.

Pag. 315, 24. *Ἔτος δὲ ἑξακισχιλιοστὸν*] Christi 1321. DUCANG. Cantacuz. lib. I. cap. XVIII. ubi ad marginem annus Christ. MCCCXXII. per errorem ascriptus est, pro anno MCCCXXI. ut et capite primo eiusdem libri annus MCCCXXI. pro anno MCCCXX. BOIVIN.

Pag. 318, 18. *Τέθνηκε μὲν ὁ Κράλης Σερβίας*] Urosius, de quo supra. DUCANG.

Pag. 318, 19. *Ὁ Σφενδοσθλάβος*] Vide stemma regum Bulgariae post Famil. Byzant. n. 44. DUCANG.

Pag. 318, 20. *Πεφόνευται δὲ πρὸς τοῦ ἀνεψιοῦ*] Vide cap. I. sect. 1. supra. BOIVIN.

Pag. 318, 20. *Κόντου Κεφαλληνίας*] Vide notata ad cap. I. huius libri VIII. DUCANG.

Pag. 320, 8. *Ὁ Φιλαδελφείας Θεόληπτος*] Cuius non semel meminit Pachymeres. DUCANG. *Ὁ Φιλαδελφείας Θεόληπτος*] De quo supra ad pag. 135. C. Exstat in Codice Caesareo Vindobonensi Theolog. 174. *παραινετικὸς τῇ βασιλίσσῃ, ἐξ αὐτοσχεδίου συντεθειμένος ἐπὶ τελευτῇ τοῦ Φιλαδελφείας κυροῦ Θεολήπτου*, auctore Gregora. Vide Indicem opusculorum Gregorae Rhetoricorum, initio huius voluminis. BOIVIN.

Pag. 322, 19. *Εἰ μὲν ἐπίσης ἅπαντα*, etc.] Et hoc quoque depromptum ex penu locorum communium, quorum Gregoras magnam copiam provisam habuit. Vide lib. XIX. infra pag. 586. D. et annotata ad pag. 137. B. supra. BOIVIN.

Pag. 324, 12. *Καὶ οὐ πολλῷ* (an *πολλοῦ?*) *δέω λέγειν μηλόβοτον*] Gregoras aetatis suae hominum ingenia agris assimilat sterilibus et incultis, quales pecoribus ad pastum exponi solent. Id hoc loco significat vox *μηλόβοτος*, quam Wolfius aliter interpretabatur. BOIVIN.

Pag. 328, 12. *Καὶ πᾶν ποιεῖν καὶ λέγειν ὑπὲρ σοῦ σιγᾷν σφόδρα προσιέμην ἄν.*] Aliquid hoc loco vel deest, vel superfluit. BOIVIN.

Pag. 331, 2. *Τὸ δ' ἄλλοτ' ἄλλως ἔχειν ἀνθρώπων ὄν*] Sententia esse videtur, constantiam Andronici in tanta rerum incon-

stantia esse mirandam, cum rerum coelestium constantia fastidium pariat. WOLFIUS.

Pag. 331, 10. *Οὐ μὴν εἰ καὶ γλώττῃ ἐχρῆτο εὐροούσῃ, δεδήλωκεν*] Intelligo, Lucianum rotunde dictis in medium allatis ostendisse Demonactis acumen: sed an aliqua fuerit eius eloquentia, dicendique copia, e scite dictis non perspici potest. Si quis *τὸ ἐχρῆτο* mavult ad Lucianum quam ad Demonactem referre, videbitur etiam sapientia Demonacti adimi. Est hoc declamatorium et sophisticum dicendi genus sane spinosum, et ob affectatas argutias subobscurum. WOLFIUS. Hinc apparet Wolfium legisse, *οὐ μὴν εἰ καὶ γλώττῃ*, non autem, *οὐ μὴν καὶ γλώττῃ*. BOIVIN.

Pag. 334, 2. *Τὴν ἀλήθειαν εἰς μύθους ἐξαίρειν, ὅντινα τρόπον ποιῆσαι μείζω*] *ὅντινα*, pro *καὶ τουτονὶ τρόπον, eoque modo* accipio. WOLFIUS.

Pag. 337, 11. *Καὶ κυβερνᾶς, κατὰ Πίνδαρον, τὰν πολυστρ. γνώμ. ἑκάστων*] Ea Pindari verba Gregoras a Platone acceperat, apud quem exstant lib. I. De Republ. BOIVIN.

Pag. 338, 3. *Ἀκυμάντῳ μένοντι*] Addit Wolfius, *Atque omnium periculorum tempestatibus sedatis, in tranquillum portum nos perduxisti*, quae ille non de suo addidisse, sed in codice manuscripto, quo usus est, videtur Graeca reperisse. BOIVIN.

Pag. 338, 23. *Ὅπερ ἀπελεγόμην τοῦ λόγου ἀρχόμενος*] *Quod initio orationis detrectabam*, non, ut vertit Wolfius, *quod orationis dicebam initio*. *ἀπολέγεσθαι* apud Gregoram est *παραιτεῖσθαι*. Exemplum habes lib. IX. cap. V. sect. 6. E. BOIVIN.

Pag. 339, 1. *Σαφέστατα πάντων ἀποροῦντα αἰσθόμενος αὐτὸς ἐμαυτόν*] Sic construo, *σαφέστατα αἰσθόμενος αὐτὸς ἐμαυτὸν ἀποροῦντα πάντων, cum me omnibus praedicandis plane imparem esse sentirem*. Hoc loco *πάντων ἀπορῶν* idem est ac *περὶ πάντων λέγειν ἀδύνατος*. Dixerat scilicet orationis initio, *οὔτε διεξιέναι τολμῶ οὔτε πάνθ' ὡς ἐπίπαν ὁπόσα σοί ἐστιν ἐγκώμια, οὔτε μὴ πάντα*. BOIVIN.

Pag. 340, 12. *Περὶ μὲν ἐμαυτοῦ*, etc.] In istis orationibus encomiasticis Latine vertendis Wolfius non adeo fidus ac diligens interpres fuit. Nimirum ei non tanti esse visae sunt, ut multum laboris impenderet earum interpretationi. Neque ego operae esse existimavi eas denuo Latinas facere. Satis esse duxi, quae Wolfius minus commode vertisse videretur, ea aliter versa exhibere. BOIVIN.

Pag. 342, 15. *Ἀλλὰ πολλῶν τῶν ἐκ τῆς παροιμίας ἡμῖν ἀδυνάτων ἐν ταῖς βίβλοις κειμένων*] Interpres hoc loco mentem auctoris minime assecutus fuerat. Gregoras *multa* ait *occurrere in libris proverbia, quibus aliquid impossibile esse innuatur*; cuiusmodi sunt, *ὄρνιθος γάλα ζητεῖν· φακῇ γωνίαν κάμπτειν· ὠὸν τίλλειν· θάλασσαν σπείρειν· πλίνθον πλύνειν· κωφῷ ὁμιλεῖν· τυφλῷ διανεύειν· ἀνδριάντα γαργαλίζειν· εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖν· ἄστρα τοξεύειν· πῦρ ἀλείφειν· κατὰ μαχαιρῶν κυβιστᾷν· κοσκίνῳ φέρειν*

ὕδωρ· νεφέλας ξαίνειν· Αἰθίοπα λευκαίνειν. Vide Cod. Reg. 3502. fol. 76. Ad ea autem proverbia addendum esse ait, ὑμνῆσαι πρὸς ἀξίαν τὰ τοῦ Ἀνδρονίκου, *Andronicum digne laudare.* BOIVIN.

Pag. 344, 4. Ἤπου γε καὶ τὰ παροιμιώδη τῆς γραφῆς νενίκηκας] Quaenam illa sint sacrae Scripturae proverbia, ab Andronico imperatore νενικημένα, non video, nisi forte illud sit, *Omnia tempus habent, et suis spatiis transeunt universa sub coelo:* et quae sequuntur, Ecclesiastae cap. III. Nempe Gregoras negat res Andronici imperatoris eiusmodi esse, ut earum vel videndarum vel audiendarum voluptas transire possit. BOIVIN.

Pag. 344, 22. Ἑρμηνέα ζητήσειε λόγον] Adde ex Codice Vaticano n. 164., ἃ δὲ ἐπ' ὄψεσι κεῖται, καὶ οἱονεὶ φωνὴν ἀνεκλάλητόν τινα προϊέμενα, τὴν ἑαυτῶν ὑπὲρ πάντα λόγον κηρύττει λαμπρότητα, σχολῇ γ' ἂν ἑρμηνέα ζητήσειε λόγον. εἰ δέ τις ζητ. *Quae autem oculis obversantur, ac muta veluti voce emissa disertius quovis eloquio suam praedicant claritatem, ea nequaquam interpretem orationem postulant.* BOIVIN.

Pag. 345, 10. Μηδὲ γὰρ ἔχων ὅτῳ τις παραθείη τῶν ἐν κόσμῳ] Adde ex Cod. Vatic. πολλοῦ ἂν δεήσειε σαφῶς τι ἀγγέλλειν περὶ ἡλίου. Atque ita Wolfium legisse arguit Latina eius interpretatio. BOIVIN.

Pag. 347, 6. Νῦν γὰρ ἔδει κατ' οὐρανὸν etc.] Vide Monodiam in obitum Andronici senioris, infra pag. 287. D. ubi haec iisdem fere verbis repetita occurrunt. BOIVIN.

Pag. 353, 3. Ὁ μέντοι βασιλεὺς] Phranzes lib. I. cap. 10. Laonic. lib. I. p. 8. Edit. Reg. Ioann. Villaneus lib. IX. cap. 132. DUCANG.

Pag. 353, 18. Ὥσπερ ὑπνοῦντας ἄρδην συνειληφὼς] Aut verbum συλλαμβάνω aliud Gregorae significat, aut legendum λελη-θὼς, vel διεληλυθὼς, vel aliquid simile. Neque enim comprehenderat eos, in quos impetum facturus erat. WOLFIUS.

Pag. 353, 19. Καὶ ἐπεισπεσεῖν αὐτοῖς] Scilicet τοῖς περὶ τὸν νέον, *in ipsum iunioris exercitum erat impetum facturus*, non *in ipsos viarum custodes*, qui iam comprehensi fuerant. BOIVIN.

Pag. 353, 23. Μήτε τὸν βασιλέα προσδέξασθαι μέλλοντας ἐπιστρέφοντας πρὸς μετάνοιαν] Dubius locus, utrum Byzantii, repudiata perfidia, iuniorem Andronicum recipere noluerint: an iunioris milites, desperata senioris clementia, fugam ceperint. Sed prior sententia magis placet. WOLFIUS. Μήτε τὸν βασιλέα προσδέξασθαι μέλλοντα ἐπιστρέφοντας, etc.] Wolfius legit μέλλοντας, atque ea lectione deceptus a vero sensu aberravit. BOIVIN.

Pag. 354, 2. Ὁ δεσπότης Κωνσταντῖνος] Andronici imp. filius secundo genitus. Vide Cantacuzen. lib. I. cap. 31. DUCANG.

Pag. 354, 4. Ξένην τὴν τοῦ νέου βασιλέως μητέρα] Antequam vidua esset, Maria vocabatur. Lib. VI. cap. VIII. sect. 2.

lib. VII. cap. VI. sect. 2. et cap. XIII. sect. 1. lib. VIII. cap. I. sect. 1. An mortuo marito habitum mutaverat? BOIVIN.

Pag. 354, 22. *Ἔρχεται κατὰ τοῦ ἀνεψιοῦ βασιλέως*] Andronici filius fuit hic Constantinus, ex Irene secunda uxore. Andronicus imperator iunior, eiusdem nepos, e Michaële filio. WOLFIUS.

Pag. 355, 8. *Τῷ θείῳ καὶ δεσπότῃ*] Eidem Constantino. DUCANG.

Pag. 358, 9. *Ὅθεν ἀνοίξειν ἔκρινε δεῖν ἐν ψαλτηρίῳ*] De hac divinationis ratione vide Glossar. med. Latin. in v. *Sortes Sanctorum.* DUCANG.

Pag. 358, 11. *Ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἐπουράνιον κ. τ. λ.*] David. Psalm. LXVII. v. 15. BOIVIN.

Pag. 359, 23. *Διδυμότειχον ἐπανῆκε*] Anno Christi MCCCXXII. mense Augusto Indict. 5. Vide Cantacuz. lib. I. cap. 34. BOIVIN.

Pag. 360, 1. *Ἔτυχε μέντοι*] Phranzes lib. I. cap. 9. DUCANG.

Pag. 360, 5. *Ὁ βασιλεὺς ἀνεβίβασε*] Anno Chr. MCCCXXIII. pridie Kal. Dec. Indict. 7. *Εἰς τοὺς πατριαρχικοὺς ἄρτι χηρεύοντας θρόνους* verterat Wolfius, *in recens defuncti patriarchae locum.* Ego verti, *in patriarchalem sedem tum temporis vacantem*, ea ratione, quod antequam Esaias crearetur patriarcha, sedes tribus fere annis vacaverit, ut constat ex Synopsi Dorothei. Adde quod adverbium *ἄρτι* accipitur nonnunquam pro *τέως*, *tunc.* BOIVIN.

Pag. 360, 17. *Πρὸ ἐτῶν ὀκτὼ καὶ τριάκοντα*] Immo *ante annos octo et viginti.* Nam (ut annotatum supra ad pag. 124. A.) Philanthropeno lumen oculorum ademit Libadarius anno Mundi VI. MDCCCV. sub finem auctumni, hoc est anno Christi MCCXCVI. exeunte. Adde annos XXVIII. et efficies annum Mundi VI. MDCCCXXXIII. Christi MCCCXXIV. quo scilicet anno Esaias, qui paulo ante patriarcha creatus fuerat, seniorem Andronicum Philanthropeno reconciliavit. Quodsi adderes annos XXXVIII. efficeres annum Mundi VI. MDCCCXLIII. Christi MCCCXXXIV. quo anno nec Esaias patriarcha, nec Andronicus senior in vivis erant. BOIVIN.

Pag. 361, 10. *Ἐν γὰρ τούτῳ τῷ χρόνῳ περιστρατοπ. τὴν Φιλαδέλφειαν* etc.] Hinc apparet Philadelphiam bis a Turcis obsessam; ac primam quidem obsidionem Theolepti virtute et Catalanorum adventu, alteram Philanthropeni auctoritate solutam fuisse. BOIVIN.

Pag. 362, 11. *Τῷ μέντοι Συργιάννῃ*] Cantacuzenus lib. I. cap. 35. DUCANG.

Pag. 363, 9. *Ὁ δὲ Ἀσὰν*] De quo in stemmate Cantacuzenorum pag. 260. DUCANG.

Pag. 364, 3. Exstat in Codice Vaticano 1086. fol. 75. *πρὸς τὸν σεβασμιώτατον Ἰωσὴφ περὶ τοῦ Πάσχα ἀπόδειξις, ὅπως ἐσφάλη πρὸ χρόνων, καὶ ὅπως δεῖ ποιεῖσθαι τὴν τούτου διόρθωσιν.* Eam seu epistolam, seu dissertationem, Gregoras, prooemio et

epilogo ad praesens institutum accommodatis, totam fere huc transtulit. In illo Codice Vaticano prooemium est, ἐπειδή μοι φίλος εἶ τῶν πάνυ, καὶ καινῶν ἀκροαμάτων ἐραστὴς, ἄκουσον οἷά μοι ξυνηνέχθη τὴν πρότριτα, καὶ αὖθις οἷά μοι τὴν χθές. τῶν γὰρ καθ' ἡμᾶς σοφῶν πλείστοις αὐτὸς ἐν ταὐτῷ πρότριτα ξυντετυχηκὼς ἐν τῇ τέως πανηγύρει, πρόβλημα τὸ τοῦ Πάσχα σφαλερὸν ἐπ' αὐτῶν ἐποιούμην, οἰόμενος πολλὰ καὶ καλὰ ἐπισταμένους εὑρήσειν τῇ χρείᾳ προσήκοντα. ἀλλὰ τί ἄν σοι διηγοίμην βέλτιστε; οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν τοσούτου δεῖν ἐξετάζειν τοιαῦτά μοι ἔδοξαν, ὅσον καὶ αἱ κορῶναι τὰ γῆς μέταλλα, ἢ τὸν Πακτωλὸν εἰ χρυσοῦ καταῤῥεῖ ψήγματα. ὥστε καὶ οὕτως ἐχλεύαζον, πολύν μου καταχέοντες μυκτῆρα, ὥσπερ ἄν εἰ πολυετῆ καταλύων ἤδη πλάνην, ἔπειτ' Ἀτλαντίδων νήσων καὶ νυμφῶν Ὠκεανίδων ἱστορίας προὐβαλλόμην, ἢ μάχας πετομένων ἀνθρώπων, καὶ στρατοπεδεύσεις ἐναερίους, καὶ στάσιν οὐρανοῦ, καὶ γῆς δίνησιν. ἄλλοι δ' ἐξ ἱερῶν γραφῶν ὡς ἐκ φαρέτρας ἀνασπῶντες βέλη, ἐτόξευον μὲν ἐπ' ἐμὲ, ἔβαλλον δὲ αὐτοὺς, ὅμοιον ποιοῦντες, ὥσπερ ἄν εἴ τις ποταμοῦ ῥύμην ἐθέλων ἀναχαιτίζειν, ἔπειτα βαθείας ἐπὶ τὸ κάταντες τάφρους ἀνώρυττεν. οὐδὲ γὰρ εἰδότες ὅποι τείνουσιν ἃ προτείνουσιν, ἄσημά τινα καὶ πλημμελῆ συνεῖρον πράγματα. καὶ τί δεῖ διατρίβειν; οὕτω τοὺς πλείους οὑμὸς οὗτος ἐτάραξε λόγος, ὥσπερ τὰς νεφέλας, ὁπότε μετὰ βαθὺν ὑετὸν πολὺς τῶν ἀρκτικῶν καταῤῥεύσειε ὁ βορέας, πρὸς μεσημβρίαν καὶ νότον αὐτὰς διωθούμενος. καὶ εἰ μὴ τὸ στερῤῥὸν τῆς ἐμῆς ἀληθείας, καὶ τὸ τῆς ἀποδείξεως ἀναντίῤῥητον ἀντεῖχε, καὶ τὸν πολὺν ἐκεῖνον ἀνέστελλε κυκεῶνα, καὶ νήνεμον ὡς εἰπεῖν τὸ ἡμέτερον καθέστη (an κατέστησε?) γυμνάσιον, τάχ' ἄν ἐνίκα τὸ παράλογον ἐκεῖνο συνέδριον, καὶ ἐξεδίφρευε τὴν ἀλήθειαν τὸ ψεῦδος, καὶ τῆς ἐπιστήμης ἡ ἀμαθία τὸ πλέον εἶχε. ταύτῃ τοι καὶ καιροῦ λαβόμενος, ἐπὶ τοῦ σοφοῦ βασιλέως ἐς ἐναργέστερον μῆκος τὸν λόγον ἀπέτεινον. κατὰ γὰρ τὸ εἰωθὸς ἀνιὼν χθὲς ἐς τὴν τοῦ βασιλέως προσκύνησιν, τοιαύτῃ τινὶ ὁμιλίᾳ ἐντετυχήκειν. καὶ τὰ μὲν ἄλλα παρείσθω γε τέως, πολλά τε ὄντα καὶ οὐ πάνυ τοι ἀναγκαῖα πάνυ τοι ἐθελούσῃ σχολάζειν ἀκοῇ, καίπερ ὄντα κἀκεῖνα σεμνὰ καὶ σοφῶν ἀκοαῖς ἄξια. τὸ δ' οὖν τῆς ἀναγκαιοτέρας ἡμῖν ὁμιλίας, καὶ ἧς ἄν καὶ αὐτὸς ἀκούσας ἡσθείης τὰ μάλιστα, λόγον κεκίνηκεν ὁ τὰ πάντα θειότατος βασιλεὺς περί γε ἀστρονομίας καὶ σφαιρῶν οὐρανίων, καὶ κινήσεων πλανωμένων καὶ ἀπλανῶν, καὶ τοιαῦτα ἄττα, ἐμοὶ καθυποβάλλων πρόφασιν τοῦ λέγειν. οἶσθα γὰρ τὸ τοῦ βασιλέως εὐμενὲς πρὸς ἡμᾶς· οἶσθά γε μὴν καὶ τὸ πολύστροφον τῆς αὐτοῦ συνέσεως καὶ πολυειδὲς, καὶ οἷον εἰπεῖν λαβυρινθῶδες· καὶ ὡς ἅπαντα διοικῶν τὰ τῆς βασιλείας πράγματα, ὡς τῶν ἐξ αἰώνων οὐδεὶς βέλτιον, ὅμως οὐκ ἔστιν οὐδὲν οὐδ' ἐπιστήμης εἶδος, οὗ μὴ τυγχάνει πεπειραμένος. καὶ δὴ καὶ τότε πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων παρόντων συγκλητικῶν τε καὶ ἐλλογίμων ἀνδρῶν, μηδενὸς δὲ πρὸς ἀστρονομίαν πεφυκότος· ἀπῆν γὰρ τηνικαῦτα ὁ μέγιστος ἡγεμὼν

καὶ διδάσκαλος ἁπάσης ἐπιστήμης, ὅση τε ἀκριβῶς ἐρευνᾷ τὰ οὐράνια καὶ ὅση δίεισι τὰ ἐπίγεια καὶ ὑπόγεια καὶ περίγεια· τότε τοίνυν ἐμοὶ μόνῳ προσανετίθει τοὺς τῆς ἀστρονομίας λόγους. ἐγὼ δ' ὑπολαβὼν, ἔπαινον διεξῄειν πολὺν τοῦ μαθήματος. οἶσθα γὰρ καὶ ἄλλως δι' ὅσης ἄγω τῆς εὐφημίας ἀεί. τοῦτο γάρ μοι τὸ ὀπτικὸν etc. BOIVIN.

Pag. 364, 17. *Καὶ σπουδάσματα*] *Τότε δ' οὖν πλέον διὰ πλείονος εὐφημίας ἤγαγον, ἐπεί μοι καὶ πλέον τῆς φιλοτιμίας ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἀναφλέγων ἦν. μετὰ μέν τοι γε* etc. Cod. Vatic. 1086. BOIVIN.

Pag. 365, 2. *Ἦσαν γὰρ οἳ τότε*] *Οἳ καὶ τότε* Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 365, 3. *Ὁ βασιλεὺς*] *Ὁ θειότατος βασιλεὺς* etc. Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 365, 9. *Τὴν καταδίκην ὁ δίκαιος ὀφείλων*] *Ὄφλων* Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 365, 23. *Διευκρινῆσαι πρίν*] *Διευκρ. πρώτως* Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 1. *Ἀκριβὴς γίνεται ἰσημερία*] *Ἀκριβὴς τοίνυν γίν. ἰσ.* Cod. Vatic. Wolfius *τὴν ἀκριβῆ ἰσημερίαν, exquisitum aequinoctium* vocat. Malim, *verum et proprie dictum aequinoctium*, vel, *ipsum praecise aequinoctium.* BOIVIN.

Pag. 366, 10. *Περὶ μεσημβρίαν τῆς εἰκοστῆς τετάρτης αὐτοῦ*] *Sub meridiem vigesimi quarti diei,* non, *vigesimi quinti,* ut Wolfius. BOIVIN.

Pag. 366, 11. *Ὑπὲρ ἡμῶν ἐθανατοῦτο*] *Ἔπασχε* Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 14. *Νῦν δ' ἐφ' ἡμῶν ἑπτακαιδεκάτην*] *Ὀκτωκαιδεκάτην* Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 18. *Τὴν τῶν μεταξὺ χρόνων διαφορὰν κἀντεῦθεν, καὶ δι' ὅσων* etc.] *Τὴν τῶν μεταξὺ χρόνων διαφοράν· κἀντεῦθεν καὶ δι' ὅσων* etc. Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 21. *Ὁμαλὴν γὰρ ἐκεῖνος ταύτην*] *Ἐκεῖνος ἀεὶ ταύτην* Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 367, 4. *Ὡς δ' ἔγωγε αὐτὸς ἐξακριβ. εὗρον, μείζονος*] Legendum *μείονος*, vel *ἥττονος*, quam postremam lectionem exhibet Codex Vaticanus. BOIVIN.

Pag. 367, 14. *Διὰ τὸ βραχύτατον*] *Διὰ τὸ πάνυ βραχύτατον* Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 368, 22. *Ὅτι δ' οὐχ ἁπλῶς οὐδ' εἰκῇ*] *Ὅτι δ' οὐχ ἁπλῶς οὑτωσίπως, οὐδ' εἰκῇ* Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 368, 25. *Ἐπειδὴ καὶ ὁ καιρὸς*] *Ἐπειδὴ τοιοῦτος καὶ ὁ καιρὸς* etc. Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 369, 10. *Ἀλεξανδρεῖς μὲν γὰρ πρὸ τριῶν ἡμερ. τῆς πρώτης τοῦ καθ' ἡμᾶς Σεπτ.*] Vertit Wolfius, *Alexandrini tertio Kal. Sept.* Vertere debuit, *tertio ante Kal. Sept.* seu *quarto Kal.*

Sept. Nam *tertius Kalendas Sept.* est dies Augusti XXX. *tertius ante Kalendas Sept.* est dies Augusti XXIX. quo die constat Alexandrinos auspicatos esse annum suum. Vide Petav. de Doctrina Temporum lib. VI. pag. 522. BOIVIN.

Pag. 369, 21. *Ὁ μὴν οὗτος ὑμῖν ἀρχὴ κ. τ. λ.*] Exod. cap. XII. v. 2. et 3. seqq. BOIVIN.

Pag. 370, 10. *Καὶ οὐδεμίαν ὥραν ἐᾷ*] *Καὶ οὐδεμ. ὥραν ἡμῖν ἐᾷ* etc. Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 370, 12. *Τῇ ἕκτῃ ἕκτης*] *Τῇ ἕκτῃ τῆς ἕκτ.* Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 371, 21. *Ἰσημερίας, καὶ ἀμνοὺς, καὶ θύματα*] Abest *καὶ ἀμνοὺς* a Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 371, 24. *Καὶ κυκεὼν, καὶ γλωσσῶν*] *Καὶ κυκεὼν ἦν καὶ γλ.* Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 372, 7. *Συνιδόντες διδάσκαλοι*] *Συνιδ. ἀπόστολοι* Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 372, 19. *Προσήκατο*] *Ἀπεδέξατο* Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 372, 22. *Ἐπαγάγῃ τῇ ἐκκλησίᾳ*] Addit Cod. Vat. *ἣν αὐτὸς πολλοῖς ἱδρῶσι συνεστήσατο, καὶ συντετριμμένην ἰάσατο, καὶ ἀπωσμένην ἀνεκαλέσατο, σεσιγημ.* BOIVIN.

Pag. 373, 11. *Ἀλλὰ δι' ἣν ἔφθημεν εἰρ. αἰτ. τὸ τοῦ βασ. τέως ἐκρ. δόγ. μᾶλλ. ἢ τὸ ἡμ. ἀλλὰ τούτ. μὲν ἄλ.*] Pro his legitur in Cod. Vat. *ὅμως πολλῶν ἐπὶ τούτοις καὶ ἄλλων συγκροτηθέντων ἑκατέρωθεν λόγων, ἄριστε φίλων, ἀρκεῖ σοι τὰ εἰρημένα. καὶ εἰ μὲν ἄριστά σοι φανείη, τῷ θεῷ τὴν χάριν ἀπόδος· εἰ δὲ μὴ, τὴν μέμψιν ἐμοί. τῶν γὰρ ἀγαθῶν ἡμῖν ἐκεῖνος πρυτανεύει τὰς ἀρχάς· τῶν δὲ σφαλερῶν ἡμῖν αὐτοῖς ἡμεῖς αὐτοὶ παραίτιοι. ἢν ἐθέλῃς λοιπὸν, μεμνήσῃ τοῦ λόγου, καὶ φάρμακόν σοι ἔσται πολυετοὺς ἀπορίας. μέμνημαι γὰρ ὡς πολλάκις ἐπὶ πολλῶν διηπόρηκας, σφαλερὸν τὸ πρᾶγμα οἰόμενος· τὴν δὲ λύσιν οὕτως εὑρίσκες ἀδύνατον, καθάπερ δὴ καὶ τὸ πρὸς οὐρανὸν τοξεύειν.* In his desinit dissertatio seu epistola ad Iosephum. Exstat in eodem Codice Vaticano eiusdem argumenti dissertatio, cuius initium, *αἱ δεύτεραί πως φροντίδες, Εὐριπίδης φησί που, σοφώτεραι.* Vide Indicem Operum Gregorae initio huius volum. BOIVIN.

Pag. 373, 15. *Τῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος*] Anno Christi 1325. DUCANO.

Pag. 373, 23. *Καὶ ὁ πανυπερσέβαστος*] Ioannes Palaeologus, Metochitae gener. Vide Hist. Cantacuz. lib. I. cap. 43. BOIVIN.

Pag. 374, 20. *Δι' ἃς ἔφθημεν εἰρηκότες αἰτίας*] Fuerat Gregoras Caesarissae praeceptor et fratris eius. Vide cap. V. sect. 7. huius libri. BOIVIN.

Pag. 374, 21. *Ἐπειράθημεν δὲ οὐκ ὀλίγων ἐν τῇ ὁδῷ δεινῶν*] Exstat in Codice Vaticano 1086. fol. 141. epistola ad Andronicum Zaridam, in qua Gregoras quae sibi in via acciderint narrat. Vide Indicem Epistolarum Gregorae initio huius volum. Initium est,

οἶμαι μὴ ἀνεγκλήτους καθάπαξ. Ita accepi ex R. P. D. Bernardo Montefalconio. Eam ipsam epistolam puto huc translatam esse ab auctore, cui sua ipsius scrinia compilare pulchrum fuit. BOIVIN.

Pag. 376, 9. *Νὺξ δ' ἐπὶ τούτοις*] Homerus Odyss. β'. v. 388. DUCANG.

Pag. 376, 10. *Ἐς γὰρ τὸ περίγειον* etc.] Astronomicae eruditionis intempestiva ostentatio. Sic infra lib. XII. cap. XIII. sect. 6. *τὸ γὰρ περίγειον ἐκ περιστροφῆς τοῦ οἰκείου ἐπαναλαμβάνουσα κύκλου, καὶ ἐς τετράγωνον αὖθις τῷ ἡλίῳ καθισταμένη τὸ δεύτερον ἤδη σχηματισμὸν* etc. BOIVIN.

Pag. 376, 20. *Αὐτὰρ ἔμοιγε*] Homerus Odyss. δ'. v. 481. DUCANG.

Pag. 379, 1. *Καὶ τὴν φέρουσαν κώμην*] Scilicet *τοὺς κύνας: eum pagum in quo latrarent canes.* WOLFIUS.

Pag. 379, 10. *Στρούμμιτζαν*] Aliis *Στρουμπίτζαν*. Vide notas ad Alexiadem pag. 382. DUCANG. Olim *Τιβεριούπολιν*; ut docet brevis Notitia urbium, quae antiquum nomen in novum mutarunt. Cod. Reg. 2784. fol. 327. v. conferenda cum ea quam edidit Leo Allatius in notis ad Georg. Acropolitam pag. 241. BOIVIN.

Pag. 380, 13. *Σκοπίων πολίχνιον*] Vide easdem notas pag. 297. Et Leunclavium in Pandecte Turcico n. 169. DUCANG. *Τὸ τῶν Σκοπίων πολίχνιον . . . οὗ παραψαύοντα καὶ τὸν Ἀξιὸν τεθεάμεθα ποταμόν*] Non congruit haec Geographia cum hodiernis tabulis, quae *Scupos* urbem longe ab *Axio* seu *Bardario* flumine positam exhibent. Atqui *Scopia*, et *Scupos*, eandem urbem esse, inter omnes Geographos constat. Vide Ortelii, Mercatoris, Samsonis, Brietii et aliorum tabulas geographicas. BOIVIN.

Pag. 381, 11. *Δέδοται κ. τ. λ.*] Iob. cap. III. v. 20. BOIVIN.

Pag. 382, 11. *Ὅσσαι οἱ ὁμοῦ τράφεν κ. τ. λ.*] Hom. Od. IV. BOIVIN.

Pag. 382, 23. *Βασιλέως νύμφην*] Erat quasi nurus. Nam Andronicus senior eam uxorem delegerat filio fratris sui. BOIVIN.

Pag. 384, 1. *Ἣν μετωνόμασεν Ἄνναν*] Cantacuzen. lib. I. cap. 40. 42. Fuit illa Ioanna Amedaei V. ex Maria Brabatensi altera coniuge filia: sic ex Ioanna, quibus id nominis insolens erat, Annam confecere Graeci. Vide Famil. Byzant. DUCANG.

Pag. 384, 12. *Ἡλώκει καὶ ἡ Προυσαέων*] Prusam Bithyniae metropolim ab Othmane seu Osmane Sultano obsessam, ac castellis duobus exstructis, praesidiis in iis collocatis, urbis vias omnes interclusisse, ne quid in eam posset importari, ac tandem fame domitam cepisse, narrat post Laonicum lib. I. Leunclavius lib. II. Hist. Musulman. A quo urbs ipsa, quae exinde Turcorum regia fuit, multis describitur in indice libitinario Osmanidarum. DUCANG.

Pag. 385, 2. *Ἑξακισχιλιοστοῦ*] Christi 1331. DUCANG. *Ἀρχομένου γὰρ τοῦ ἑξακισχιλ. ὀκτακοσ. τριακοστοῦ ἕκτου ἔτους*] *Anno incipiente sexies millesimo octingentesimo trigesimo sexto*, non.

ut Wolfius per incogitantiam vertit, *trigesimo nono*. Ducangius, hac Wolfii interpretatione deceptus, annum hunc posuit Christi MCCCXXXI. qui fuit annus MCCCXXVII. BOIVIN.

Pag. 385, 10. *Τῶν θείων εἰκόνων*] Istius processionis ad columnam Porphyreticam I. die Septembris meminit Codinus de Off. cap. XV. n. 1. Vide notas ad Alexiadem pag. 382. et Constantinop. Christ. lib. I. sect. 24. n. 6. ubi haud pauca de hac Porphyretica columna, ac cruce illi imposita, et Byzantiorum ad hanc *θρησκείᾳ*, seu religione, congessimus. DUCANG.

Pag. 390, 1. *Οἱ περὶ τὸν βασιλέα τὸν νέον Ἀνδρόνικον*] Non ausus dicere *Ἀνδρόνικος*, dixit *οἱ περὶ τὸν Ἀνδρόνικον*, quod re ipsa idem est. BOIVIN.

Pag. 390, 9. *Μιχάηλον*] Cognomento Strascimirum, de quo in serie Bulgariae regum agimus pag. 323. DUCANG.

Pag. 390, 13. *Διὰ τὸ νεωστὶ γεγενημένον περὶ τὴν τοῦ Καίσαρος θυγατέρα κῆδος*] *Propter affinitatem, quam cum eo Crales contraxerat, ducta uxore filia Caesaris.* Ita vertendum; non, ut Wolfius, *propter recens contractam cum filia Caesaris affinitatem.* Nam qui uxorem ducit, is non dicitur affinitatem cum uxore contrahere, sed cum uxoris parentibus et cognatis. BOIVIN.

Pag. 390, 16. *Ἐπ' ἀδελφῇ*] Theodora. Vide lib. VIII. cap. I. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 391, 4. *Ἀδελφὴ δὲ ἦν αὕτη*] Neda, quae aliis Dominica, Urosii regis Serviae filia, Stephani regis soror. Vide seriem regum Serviae n. 59. et 61. DUCANG.

Pag. 393, 17. *Δίκασον κύριε κ. τ. λ.*] David. Psalm. XXXIV. v. 1. Psalm. CVIII. v. 28. Isai. c. I. v. 2. BOIVIN.

Pag. 394, 12. *Τὴν Κράλαιναν*] Simonidem, Andronici imp. ex Irene altera coniuge filiam, quae cum ad Irenes matris exsequias Constantinopolim venisset, uti narrat Gregoras lib. VII. cap. 30., ad coniugem redire renuerat, a quo cum per legatos a patre repeteretur, illaque ne ad reditum cogeretur monachicum habitum induisset, illius frater consanguineus Constantinus Despota lacerato eius cucullo invitam et plorantem ad coniugem remiserat. Idem Gregoras lib. VIII. cap. 1. DUCANG.

Pag. 395, 3. *Ἐκ τοῦ Κράλη Σερβίας*] Ad quem missus Callinicus legatus ab Andronico iuniore. Cantacuzen. lib. I. cap. 8. DUCANG.

Pag. 395, 8. *Ὅσαι ἐπὶ χάρτου γραφεῖσαι*] Duas chartarum species hic recenset Gregoras, alteram quam *chartam* vocat, alteram quam ex tenui linteo confectam scribit. Priore voce papyrum Aegyptiacam videtur innuere, quam Graeci recentiores *ξυλοχάρτιον* vocabant: altera chartam ex linteo conceptis et contusis paratam, quam *χόρτινον χάρτην* dicunt. Vide Gloss. med. Graecit. in his vocibus. DUCANG.

Pag. 395, 12. *Περὶ Χριστούπολιν*] Quae urbs ad fugam ab Andronico iuniore delecta fuerat. Cantacuz. lib. I. cap. IV. VII. VIII. DUCANG.

Pag. 396, 2. *Ὁ τοῦ βασιλέως υἱὸς Θεόδωρος*] Is paullo ante ad patrem Constantinopolim venerat: uti narrat Cantacuz. lib. I. cap. LI. DUCANG.

Pag. 396, 17. *Καὶ γενείων κουρᾷ*] Supra lib. VII. cap. XII. DUCANG.

Pag. 396, 21. *Τῷ δ' ἐπιγενομένῳ μηνὶ νοεμβρίῳ*] An. Chr. MCCCXXVII. exeunte. BOIVIN.

Pag. 397, 17. *Περὶ τὸ Ῥήγιον*] Oppida duo hac appellatione observat Leunclavius in priore Onomastico Turcico, alterum quod Ῥήγιον *μέγα* vocat inter Selivream et Pontem minorem, Turcis *Bujuc-Zecmege*, I. *Ponte grande*, sive *Pons major*. Ῥήγιον autem nominatum censet a terra maris impetu abs se invicem divulsa, quae sinum hunc effecerit, ut eadem de causa divisum terrae motu a Sicilia Rhegium Italiae dictum. Alterum Rhegium *μικρὸν* dictum: Turci *Cutzuc-Zecmege*, I. *Pontem minorem* vocant, oppidum inter Pontem maiorem et Constantinopolim. Utrumque porro oppidum praeterea Ἄθυρον *μέγα* et Ἄθυρον *μικρὸν* Graecos appellare observat. Verum Ἀθύραν diversum esse oppidum a Rhegio, ex Procopio recte opinatur Ortelius, de quo quaedam notavimus ad Villharduinum n. CCXX. Rhegii porro Thracici passim mentio apud scriptores Byzantinos. DUCANG. Haec nota in Ducangii autographo cancellata erat. BOIVIN.

Pag. 398, 20. *Ἢ πελεκυφόρους*] Varangos, uti supra pag. 187. B. DUCANG.

Pag. 406, 3. *Κώδωνας*] Vide Gloss. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 406, 19. *Νεωτεροποιὸν*] Soloecismus pro *νεωτεροποιοῦ*, etc. BOIVIN.

Pag. 407, 4. *Τὸ τῆς συνωμοσίας κ. τ. λ.*] Canon 18. Concilii Chalcedon. BOIVIN.

Pag. 407, 8. *Ἢ κατασκευὰς τυρεύοντες ἐπισκόπων*] Wolfius legendum putat *κατ' ἐπισκόπων* etc. In vulgatis Canonum editionibus legitur *ἐπισκόποις ἢ συγκληρικοῖς*. Vide Balsamonis, Zonarae, et aliorum Commentarios. BOIVIN.

Pag. 407, 17. Ἄρχοντα *τοῦ λαοῦ σου κ. τ. λ.*] Exod. cap. XXII. v. 28. Act. cap. XXIII. v. 5. Petr. Epist. I. cap. 2. v. 17. BOIVIN.

Pag. 407, 20. *Ἐν ἀδέσμῳ κατασχεθῆναι φυλακῇ*] Cantacuzen. lib. I. cap. L. DUCANG.

Pag. 409, 6. *Τοῦ δ' ἐπιόντος μηνὸς δεκεμβρίου*] Cantacuzen. lib. I. cap. XXXI. LIII. LIV. DUCANG.

Pag. 409, 21. *Ἀσὰν Μιχαὴλ*] Ioannis Asanis Bulgariae regis filius primogenitus. Vide Famil. Byzant. pag. 325. DUCANG.

Pag. 411, 15. *Μιχάηλος γὰρ*] Cantacuz. lib. I. cap. LVI. LVII. LVIII. DUCANG.

Pag. 413, 24. *Ὁ Βασιλικὸς Νικηφόρος*] Dubium utrum *Βασιλικὸς* hoc loco sit nomen proprium, an dignitatis. Vide Ducangii Glossarium med. Graecit. in v. *Βασιλικοί.* Item eiusdem Glossar. med. Latin. in *Basilicus.* BOIVIN.

Pag. 414, 1. *Ἐδόκει δὲ τοῖς ἥκιστα κρίνειν εἰδόσιν*] Wolfius legit *ἐῴκει*, et ad eam lectionem accommodavit interpretationem suam. BOIVIN.

Pag. 414, 13. *Ἀλλὰ τὸ φρούριον ἐκεῖνο στερρῶς ἀσφαλισάμενος*] Wolfius legebat, *ἀλλὰ τὸ φρούριον ἐκεῖνο Σέρρας ἀσφαλισάμενος*, et interpretabatur, *sed castellum Serrhas sibi commissum muniit:* id quod plane absurdum erat, cum de Serrharum deditione paulo ante facta constaret ex ipsius Gregorae verbis, capite superiori, sect. IV. BOIVIN.

Pag. 415, 6. *Κατὰ τὴν ἕκτην* δηλ. *τῆς ἁγ. τεσσαρακοστῆς ἑβδομάδα*] Wolfius legebat, *ἑβδομάδος*, vertebatque, *sexto die sanctae hebdomadis Quadragesimae.* Legendum *ἑβδομάδα;* et vertendum, *sexta videlicet hebdomade sanctae Quadragesimae.* Graeci Quadragesimam, ut nos, in septem hebdomadas dividebant, quarum ultima non *ἁγία* sed *μεγάλη* dicebatur. Vide Glossar. med. Graecit. in v. *ἑβδομάς.* Nos hebdomadem sanctam vocamus. Sexta *ἑβδομὰς* inibat *κυριακῇ πέμπτῃ τῶν ἁγίων νηστειῶν*, quae est nobis Dominica Passionis. BOIVIN.

Pag. 415, 8. *Ἀγχοῦ τοῦ Μαυροποτάμου*] Quem Cantacuzenus *Μέλανα ποταμὸν* dictum ait Histor. lib. I. cap. XVIII. Huc pertinet id quod legitur Cod. Reg. 2990. fol. 70. v. *ἡ λεγομένη νῦν Ἀργυρολίμνη, Γυρολίμνη γράφεται· καὶ τὸ Μαυροπόταμον, μέλας ποταμός.* BOIVIN.

Pag. 416, 7. *Νῆες μακραὶ τετταράκοντα*] Sabellicus decad. II. rerum Venet. lib. I. pag. 325. Petrus Iustinian. lib. IV. rerum Venet. sub init. DUCANG.

Pag. 416, 15. *Τὸν πρὸ τοῦ Ἱεροῦ πορθμὸν*] *Fretum, quod est ante Hierum.* De utroque *Hiero*, quorum alterum fuit Iovis Urii, alterum Serapidis, fuse Gyllius lib. I. cap. II. de Bosporo Thracio. BOIVIN.

Pag. 417, 18. *Ὁπόσα γεωργοῦσι λίμναι Κωπαΐδες τε καὶ Μαιώτιδες καὶ ποταμοὶ Τανάϊδες*] Haec omnia Gregoras plurali numero, insolenter, et poëtica audacia: quanquam et nos vulgo dicimus, *les Palus-Meotides.* Copaïs, palus Boeotiae est. Nomen dedit urbs *Κῶπαι*, cuius meminerunt Homerus, Strabo, Stephanus, et alii. BOIVIN.

Pag. 420, 5. *Ἑκμοχλεῦσαι ῥᾳδίως*] Capta urbs ab Andronico iuniore anno Mundi iuxta Graecos VI. MDCCCXXXV. (Christi MCCCXXVIII.) Indict. XI. Maii XIX. Cantacuzen. lib. I. cap. LIX. DUCANG.

Pag. 420, 13. *Πρὸς τὰ περὶ τὸν Ῥωμανὸν τείχη*] *Ad Romanam portam.* Wolfius pro, *ad urbis moenia, Romani portae vicina.* Sic idem paulo supra, *τὴν τοῦ Ῥωμανοῦ πύλην* interpretabatur *Romanam portam*, pro *Romani portam*; quae sic dicta est a S. Romani aede vicina. Vide Constantinop. Christ. lib. I. sect. XV. n. IX. BOIVIN.

Pag. 422, 12. *Πρὸς τὴν θείαν εἰκόνα*] Quae tum in Palatio asservabatur. Vide Constantinopolim Christ. lib. IV. pag. 91. DUCANG.

Pag. 422, 15. *Καὶ περιχυθεὶς τοὔδαφος*] Non satis scio, an eum humi prostratum adorasse imaginem dicat, an pulvere conspersisse caput: an imam imaginis partem humi iacentem esse amplexum. WOLFIUS.

Pag. 424, 19. *Τῇ σεβασμίᾳ τῆς Θεομήτορος εἰκόνι*] Deiparae Hodegetriae, ut supra cap. XVII. DUCANG.

Pag. 427, 10. *Τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Μαΐου μηνὸς*] Proinde die V. ab Urbe capta. DUCANG. Cantacuzenus Urbem ait a iuniore Andronico occupatam die Maii XIX., Gregoras die eiusdem mensis XXIV. Cave enim credas, id quod Ducangius credidit, Gregoram hoc loco voluisse assignare diem quintum ab Urbe capta. Immo diem ipsum captae Urbis ab eo poni hinc patet, quod ait, *ἡ ἡμέρα ἐκείνη, ἐν ᾗ ταῦτα πάντα τετέλεσται, dies quo haec omnia gesta sunt*, nempe ea omnia quae toto capite superiori narravit. Superest itaque ut inquiramus, uter in die assignando erraverit, Gregorasne, an Cantacuzenus. Ipsa Cantacuzeni verba afferam. *Ἐπολέμησαν δὲ* (loquitur de utroque Andronico) *ἐν ἐνὶ μηνὶ καὶ ἔτεσιν ἓξ, ἀρξαμένων ἀπὸ τοῦ ἐννάτου καὶ εἰκοστοῦ ἔτους ἐπὶ τοῖς ὀκτακοσίοις καὶ ἑξακισχιλίοις ἐν τετάρτῃ Ἰνδικτιῶνι, ἐννεακαιδεκάτην ἄγοντος Ἀπριλλίου, ἄχρι τοῦ πέμπτου καὶ τριακοστοῦ ἔτους, ἐπὶ τοῖς ω΄. καὶ χ΄. ἐν πρώτῃ ἐπὶ δέκα Ἰνδικτιῶνι, Μαΐου ἐννάτῃ ἐπὶ δέκα.* Id est, ut fere vertit Pontanus, *Belligerarunt annos sex, mensem unum, incipientes nimirum anno ab orbe condito vicesimo nono supra sex millia et octingentos, Indictione quarta, decimo nono Aprilis die, et ad annum quintum et tricesimum supra mille octingentos, Indictionem undecimam, et decimum nonum diem Maii producentes.* Chronologia haec tota fere vitiosa est. *Belligerarunt*, inquit, *annos sex:* immo, *annos septem* (vide Gregor. lib. XII. cap. III.), siquidem anni totidem effluxerunt a mense Aprili Indictionis quartae ad mensem Maium Indictionis undecimae. Deinde initium belli ponit, *Aprilis die XIX.* quod a Gregora Hist. lib. VIII. cap. VI. sect. 4. ponitur *Aprilis die XX.* Tum ait bellum productum esse *ad annum quintum et tricesimum*, quod ipse dixit productum esse usque ad Indictionem undecimam, quae incidit in annum trigesimum sextum. Idem, ut summam annorum Mundi compleat, addit *ω΄. καὶ χ΄.* errore manifesto, pro *ω΄. καὶ ,ς.* seu VI. MDCCC. Denique diem assignat eum quem su-

pra diximus, nempe *diem Maii XIX.* pro quo Gregoras diem posuit *eiusdem mensis XXIV.* Iudicet nunc aequus lector, utri potior fides habenda sit. Apud me certe Cantacuzenus hoc loco nullam meretur, cuius chronologia (si tamen ea eius esse existimanda est) tot habet vitia in verbis tam paucis. BOIVIN.

Pag. 428, 18. *Μειρακίσκοι*] Seu *ἀρχοντόπουλοι*, de quibus supra lib. VIII. pag. 181. B. DUCANG.

Pag. 428, 25. *Φησὶ*] Psalm. LVII. v. 10. BOIVIN.

Pag. 429, 4. *Ἀργεῖν τῆς ἱερωσύνης*] Quae voces, uti loquimur, *suspendere a divinis*, significant. Vide Gloss. med. Graecit. in *ἀργία*. Vide Cantacuz. lib. II. cap. II. DUCANG.

Pag. 429, 13. *Ὃν δὴ καὶ πρῶτον εἶδε δῆμος Ἡρακλεώτης*] *Quem primum populus Heracleoticus patrem bonum et Deo plenum vidit.* Ita interpretabatur Wolfius. Sed illud, *primum*, quorsum pertinet? Mallem, *quem et iam ante* (id est, *priusquam esset episcopus*) *vidit populus Heracleoticus* etc. Veriorem tamen existimo eam interpretationem, quae *Πρῶτον* dignitatis ecclesiasticae nomen esse statuit. Vide Glossar. med. Graecit. in v. *Πρῶτος*. BOIVIN.

Pag. 430, 5. *Τῶν Βουλγάρων ἄρχων*] Cantacuzen. lib. II. cap. III. DUCANG.

Pag. 431, 3. *Δεῖσασα ἡ μήτηρ*] Maria, seu Xene Armeniae regis Leonis II. filia, quae hic *μήτηρ ἀμφοτέρων* dicitur, scilicet Andronici iunioris imp. et Michaëlis Asanis Bulgariae regis, cuius socrus erat. Michaël enim Mariam Palaeologinam Andronici sororem uxorem duxerat. Vide stemma Palaeologorum in Famil. Byzant. DUCANG.

Pag. 431, 18. *Τῆς θείας γραφῆς*] Psalm. CI. v. 10. et CXXVI. v. 2. BOIVIN.

Pag. 432, 4. *Συνεργῶν ὁ πρωτοστράτωρ*] Synadenus. DUCANG.

Pag. 432, 23. *Ἐξάγεται καὶ ὁ Συργιάννης τῆς εἱρκτῆς*] Cantacuzen. lib. II. cap. IV. DUCANG.

Pag. 433, 14. *Κατὰ Ὀρχάνου*] Cantacuzen. lib. II. cap. VI. VII. VIII. DUCANG.

Pag. 433, 15. *Καὶ ὅτι Νίκαιαν*] Idem cap. XXIV. XXVI. DUCANG.

Pag. 434, 5. *Φιλοκρήνην*] Meminit istius loci etiam Cantacuzen. d. cap. VIII. DUCANG.

Pag. 434, 7. *Τὸν Ὄρχανον*] Chalcocondyles habet *Ὀρχάνην*, prima declinatione. WOLFIUS.

Pag. 434, 10. *Πρῶτα μὲν ψιλοὺς, ἔπειτα δ' ὁπλίτας*] Wolfius ita construebat, *ὁπλισάμενος, πρῶτα μὲν ψιλοὺς, ἔπειτα δ' ὁπλίτας*, vertebatque, *et ipse primum nudos, deinde armatos . . . in armis esse iussit.* Construendum, *ἐπεὶ δ' ἑώρα πολεμίων ἐνίους,*

πρῶτα μὲν ψιλοὺς, ἔπ. δ' ὁπλ. vertendumque ita ut edidimus. BOIVIN.

Pag. 437, 16. *Συγχώρησιν ἔγγραφον*] Interpres, *scriptam condonationem pro suggestu recitat:* emendavimus, *scriptam absolutionem in ambone recitat*, quam συγχωροχάρτιον Graecos vocare, supra observatum. DUCANG.

Χάριν θεῷ σὺ τῶν καλῶν εἰδὼς ἔχε,
Παρ' οὗ καλὸν πέφυκεν ἀνθρώποις ἅπαν.

Ita quidem Hippocrates; quem sic contra Apocaucus:

Ἐγὼ σοφῶν κράτιστε τῶν ὑμνουμένων,
Ἀεὶ διαρθρῶν τοῖς λογισμοῖς τὴν*) . . . .
Καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐξερευ**) . . . . .
Ἐξ ἧς μαθεῖν πάρεστιν ἐνθέους λόγους,
Πολλοῖς μὲν ἔσχον ἐντυχεῖν σοφῶν λόγοις,
Σοφῶς ἀναπτύσσουσι τὴν***) . . . . .
Παρ' ὧν ἀφορμὰς δαψιλεῖς ἦν λαμβάνειν,
Πρὸς θαῦμα τοῦ κτίσαντος ἀῤῥήτοις τρόποις.
Ἐπεὶ δὲ τῶν σῶν εὐκλεῶν σπουδασμάτων
Πολύς τις ἔῤῥει θαύματος γέμων λόγος,
Ὡς τῆς ἐν ἡμῖν τοῦ θεοῦ τεχνουργίας
Τοὺς μυστικοὺς τρανοῦντος ἐμφύτους λόγους,
Πολὺν μὲν ἔσχον ἐντυχεῖν τούτοις πόθον,
Λαμπραῖς ἐπ' αὐτοῖς ἐντρυφῶν ταῖς ἐλπίσι.

Tum idem interiectis aliquot versibus,

Ἐπεὶ δὲ καὶ νένευκα λοιπὸν πρὸς πόνους,
Ὡρμημένος τάχιστα πληροῦν τὸν πόθον,
Καὶ δὴ προσέσχον ἐμμελῶς τοῖς βιβλίοις,
Καὶ τὴν ὅλην δέδωκα τῇ τέχνῃ σχέσιν·
Ἀλλὰ τὸ λοιπὸν τίς παραστήσει λόγος;

Reliqua omitto, quae et nimis multa sunt, et ad institutum minus pertinent. Porro Apocaucum legendis Medicorum scriptis deditum fuisse, discimus etiam ex Actuario, qui suos de Methodo medendi libros ei, ad Hyperboreos Scythas legato eunti, nuncupavit. Vide Lambecium de Bibliotheca Caesar. lib. VI. pag. 113. BOIVIN.

Pag. 577, 6. *Καὶ τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτὸν δορυφορίαν*] Id ipsum tradit Cantac. lib. I. cap. I. DUCANG.

Pag. 577, 7. *Φονεύσας τὸν βασιλέα*] Cantacuz. lib. III. cap. 13. DUCANG.

Pag. 577, 9. *Ἢ τῷ θείῳ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνῳ*] Filio secundo genito Andronici senioris imp. de quo in Famil. Byzant. DUCANG.

Pag. 577, 10. *Ἢ Συργιάννῃ*] Cuius ille studiosissimus erat. DUCANG.

Pag. 578, 6. *Καντακουζηνὸν, συνωθῶν τὰ ἐρυθρὰ*] Idem narrat Cantacuz. lib. II. cap. 40. pag. 337. DUCANG.

Pag. 578, 7. *Ἀνάγκην πολλάκις ἐπενεγκόντος τοῦ βασιλέως*] Cantacuz. Hist. lib. II. cap. IX. et XIV. BOIVIN.

Pag. 578, 23. *Τὰς ἐννέα πενθίμους ἡμέρας*] Cantacuzen. *μετὰ δὲ τὴν ἐννάτην τῶν ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι συνήθως γενομένων ἱλα-*

*) *κτίσιν*, opinor. BOIVIN.
**) Fort. *ἐξερευνῶν σύνθεσιν*. BOIVIN.
***) Fort. *ἡμῶν φύσιν*. BOIVIN.

σμῶν: quibus quidem novem diebus ex coniugibus superstes domi se continebat, ut est apud Codinum de Offic. cap. 21. n. 4. Vide Gloss. med. Graecit. in *Ἔννατα*. DUCANG.

Pag. 579, 3. *Ὁ πατριάρχης*] Cantacuzen. lib. III. cap. 2. ut patriarcha rerum administrationem ambiverit multis enarrat. DUCANG.

Pag. 579, 24. *Ἐμοὶ δ' οὐ τοιούτων*] Conferendus ipse Cantacuzenus lib. III. cap. 4. 5. 6. DUCANG.

Pag. 581, 2. *Τῶν περὶ βασιλείας προτιθ.*] Lib. VIII. c. III. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 581, 9. *Φυγὰς ἐς τὴν Θράκην κ. τ. λ.*] Lib. VIII. cap. VI. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 581, 22. *Κατὰ τὴν ἑπταετῆ περίοδον ἐκείνην*] *Bellum scilicet avi et nepotis.* Vide quae annotavimus supra ad pag. 262. B. BOIVIN.

Pag. 583, 17. *Τὸν δρόμον τετέλεκα κ. τ. λ.*] Paulus ad Timoth. Ep. II. cap. 4. v. 7. BOIVIN.

Pag. 584, 3. *Ἀπόκαυκος*] Quem *Ἀπόκαυχον* cum χ vocat Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 585, 5. *Ἐξ ἀσήμου γένους*] Infra cap. 9. *εἰς γὰρ ὕψος ἐξ ἀσήμου τύχης ἀρθεὶς* etc. lib. XIII. cap. 8. *ἐξ ἁλῶν εἰς τὸ στρατήγιον παρελήλυθώς.* Cantacuz. lib. I. cap. 4. *ἄνδρα γένους μὲν ἀφανοῦς ὄντα, καὶ ταῖς τῶν δημοσίων πράξεσιν ἠσχολημένον. τὴν δημοσίαν γὰρ ἁλῶν τότε τὴν διάθεσιν ἐποιεῖτο.* cap. 23. *τὸν δὲ Ἀπόκαυχον, ἄσημον μὲν ὄντα, καὶ ἐξ ἀσήμων, καὶ οὔπω χθὲς καὶ πρώην τοῖς τῶν δημοσίων φόρων πράκταις ὑπογραμματεύοντα.* Idem lib. III. cap. 14. *οὗτος . . . . ἐκ Βιθυνίας ὡρμημένος, καὶ ἄσημος. ἐκ φαύλων φὺς, τὰ πρῶτα μὲν ὑπεγραμμάτευσε πολλοῖς τῶν τὰ δημόσια χρήματα εἰσπραττόντων ὀλίγου ἕνεκα μισθοῦ.* Adde cap. 44. DUCANG.

Pag. 585, 13. *Τῶν Ἐπιβατῶν φρούριον*] Castellum munitissimum, haud procul a Selybria. Cantacuz. lib. I. cap. 24. lib. III. cap. 10. lib. IV. cap. 47. Gregoras ipse infra cap. 9. DUCANG.

Pag. 585, 20. *Τῆς νήσου Πριγκίπου*] Vide Gloss. med. Graecit. in *Πριγκίψ*. DUCANG.

Pag. 586, 7. *Καὶ εἴ τινές που τῶν ἐν τέλει*] Verti, *et si qui ex ducibus.* Malim, *ex proceribus*, vel *ex magistratibus.* BOIVIN.

Pag. 586, 20. *Αἶψά τοι αἷμα κελαινὸν κ. τ. λ.*] Homer. Iliad. I, 303. BOIVIN.

Pag. 590, 14. *Εἰ μὴ γὰρ ταῖς τῶν ἐμῶν διωκτῶν καινοφωνίαις*] Gregoras hunc librum, et quinque deinceps continuos, saeviente in Acindynianos persecutione scripsit, nondum tamen domo inclusus; immo, ut opinor, ante habitam Synodum Palamiticam. Decimum octavum et novem sequentes testatur ipse scripsisse se habita iam Synodo, domi manere iussum et ab monachis custodibus obsessum. Vigesimum octavum, et reliquos usque ad tri-

gesimum octavum, recepta iam libertate, variis temporibus videtur condidisse. BOIVIN.

Pag. 591, 11. *Περσῶν*] Xenoph. lib. I. de Cyri inst. BOIVIN.

Pag. 591, 25. *Τῶν ἔξω σοφῶν*] Cantacuz. lib. III. cap. 5. DUCANG.

Pag. 596, 4. *Καὶ Πελοποννησίων Λατίνων*] Quibus tum praecerat. DUCANG.

Pag. 596, 13. *Μετὰ μέντοι τὰς τοῦ Ἀρκτούρου ἐπιτολὰς*] Anno Christi MCCCXLI. quo anno oriebatur Arcturus die XXVI. vel XXVII. mensis Augusti. Vide Michaëlis Angeli Blondi tabulas annuas. BOIVIN.

Pag. 596, 16. *Ἀλεξάνδρου τοῦ τῶν Μυσῶν βασιλέως*] Is Sismanum Michaëlis decessoris filium, qui post patris caedem Constantinopolin se receperat, sibi in manus tradi tum contendebat, ac renuenti Augustae bellum minabatur. Cantacuzen. lib. III. cap. 7. DUCANG.

Pag. 597, 4. *Ἀμούρ*] Cantacuzen. d. cap. *Ἀμούρ ὁ τοῦ Αἰτίνη, τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν δυνατώτατος.* Agit de hoc Satrapa Turcico alibi non semel Laonicus lib. I. pag. 7. 12. Edit. Reg. *Ὁμούρ* appellat. Vide Leunclav. in Pandecte Turcico n. 13. Alterius Turcici pariter Satrapae eiusdem nominis meminit Pachymeres lib. X. cap. 25. sub Andronico seniore. DUCANG.

Pag. 597, 5. *Ἀνωτέρω*] Lib. VII. cap. I. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 597, 12. *Λυδίας γὰρ καὶ Ἰωνίας οὗτος ὢν ἡγεμών*] Illis temporibus Sarchanem Lydiae praefuisse tradit Cantacuzenus Hist. lib. III. cap. IX. Eundem lib. II. cap. XIII. Ioniae Satrapam facit. Itaque Amurius divisum cum Sarchane earum provinciarum imperium habuit. BOIVIN.

Pag. 599, 13. *Ἀπέδρα κ. τ. λ.*] De ea re fusius infra cap. 9. BOIVIN.

Pag. 600, 6. *Ὠμώμοκεν ὅρκον*] Cuiusmodi fuerit istud patriarchae sacramentum, pluribus docet idem Cantacuzen. cap. VI. extremo, ubi de utriusque reconciliatione. DUCANG.

Pag. 600, 10. *Τὴν ταχίστην αὖθις ἐξῄει*] Septemb. die 28. cf. Cantac. lib. III. cap. 16. BOIVIN.

Pag. 601, 7. *Μεθ' ἥλιον περιμένον*] Legendum *μήθ' ἥλιον* etc. Quanquam ne sic quidem satis liquet, quaenam sit mens auctoris. Puto *ἥλιον* hoc loco esse *ipsum tempus*, cuius beneficio discimus quaenam consilia optima sint. BOIVIN.

Pag. 602, 6. *Ἀπόκαυκος γὰρ ἐκεῖνος*] Ut Apocaucus, dum capere imperatorem adolescentem et regnare meditatur, deprehensus in arcem suam Epibatensem fugerit, narrat idem Cantacuzen. cap. 10. DUCANG.

Pag. 603, 15. *Ἐπὶ δυσὶν ἐμακάριζε τούτοις*] An intelligit duas partes consilii ab imperatore dati, ut arcem everteret, et Apocaucum in custodiam daret? BOIVIN.

Pag. 604, 11. *Ὑπήντησεν ἐξιὼν ὁ Ἀπόκαυκος*] Rem narrat Cantacuz. cap. 16. DUCANG.

Pag. 607, 20. *Ἐν Καρὸς ἐτίθετο μοίρᾳ*] Proverbium, de quo Zenobius, Suidas, Michaël Apostolius, et alii Paroemiographi. DUCANG.

Pag. 608, 8. *Τῶν φημιζομένων δεινῶν*] *Eorum malorum, quae fama iam nuntiaverit.* Dubito utrum sic vertendum, an *eorum quae gravia et acerba reputantur.* BOIVIN.

Pag. 608, 17. *Μίαν τῶν κεκλεισμένων τοῦ τείχους πυλῶν*] Cantacuzen. lib. III. cap. 22. *τὴν τοῦ Πορφυρογεννήτου προσαγορευομένην πυλίδα διατεμόντες.* DUCANG.

Pag. 608, 19. *Ὑπὲρ ἑξήκοντα*] Duo et quadraginta, duce Apelmene. Cantacuz. lib. III. cap. XXII. BOIVIN.

Pag. 609, 2. *Ἄραντες ἐκεῖθεν*] Cantacuz. lib. III. cap. 22. 23. pag. 420. DUCANG.

Pag. 609, 9. *Τήν τε τῆς μητρὸς ἄτιμον κάθειρξιν*] Cantacuz. lib. III. cap. 22. p. 419. DUCANG.

Pag. 609, 20. *Φέρων αὐτῷ βασιλικῶς ἐνσεσημασμένα γράμματα*] Cantacuz. lib. III. cap. 24. pag. 424. DUCANG.

Pag. 610, 17. *Προφανῆ τὴν σφαγὴν ἐπέσειον αὐτῷ*] Id tacet Cantacuzenus cap. 25. DUCANG.

Pag. 611, 7. *Ταῦτ' ἄρα καὶ βιασθεὶς*] Cantacuz. lib. III. cap. 26. pag. 433. DUCANG.

Pag. 611, 17. *Πρῶτον μὲν ἦν*] Quae hoc loco desunt, eadem in Codice Vaticano No. CLXIV. desiderari, didici ex doctiss. Viro eodemque amico carissimo Lud. Targnio, qui selectas e multis lectiones dubias rogatu meo cum illo ipso Codice contulit. BOIVIN.

Pag. 611, 18. *Ἡμέρα δ' ἦν, καθ' ἣν τὰ τῆς βασιλείας*] VIII. Octobr. qua S. Demetrii festum celebrant Graeci et Latini, anno Chr. 1841. Nescio, cur suae inaugurationis diem siluerit ipse Cantacuz. cap. 27. quam pluribus hic refert. DUCANG.

Pag. 611, 20. *Τελευταῖον τοῦτον*] Primum enim Annae Augustae acclamatum, tum Ioanni filio imperatori, tertio loco Ioanni Cantacuzeno imperatori cum Irene imperatrice, narrat idem Cantacuz. lib. III. cap. 26. Vide eundem Gregoram lib. XIII. cap. 3. DUCANG.

Pag. 612, 6. *Ἤμειψε τὴν ἐσθῆτα*] Id ipsum ibidem habet Cantacuzenus: de quo more consulendus Codinus de Offic. Palat. cap. 21. DUCANG.

Pag. 612, 11. *Κἀμοὶ τὴν αἰτίαν διαποροῦντι*] Hinc apparet quam familiariter Gregoras cum Cantacuzeno, non solum privato, sed etiam imperatore vixerit: qua de re plura diximus in vita ipsius Gregorae. BOIVIN.

Pag. 616, 2. *Πρός τε τὸν Κράλην Σερβίας*] Stephanum

Duscianum: de quo pluribus egimus in Familiis Dalmaticis pag. 291. DUCANG.

Pag. 616, 3. *Καὶ Ἀλέξανδρον τὸν τῶν Μυσῶν ἀρχηγὸν*] De quo in regum Bulgaricorum serie historica pariter egimus. DUCANG.

Pag. 616, 8. *Ἔστεψε διὰ πάσης σπουδῆς Ἰωάννην*] Ioannis coronatio prius a Cantacuzeno proposita, eo dilata fuerat, quod quidam dicerent haud aequum esse, patre imperatore paulo ante mortuo, filium agitare panegyrim, uti narrat idem Cantacuz. lib. III. cap. 9., quam tandem peractam a Ioanne patriarcha hacce tempestate refert cap. 36. non indicato eiusce coronationis die, quem hic indicat Gregoras, IX. scilicet Novembris, qui, inquit, *ἀνέορτος* fuit, cum ad eiusmodi ceremonias festi ex praecipuis dies deligi solerent. DUCANG.

Pag. 616, 20. *Εἰώθεισαν τὴν τοιαύτην ἡμέραν προκύπτειν*] De ista in pervigilio Natalis Christi *προκύψει* silet Codinus de Offic. Palat. cap. VI. n. I. ubi de eo agit. DUCANG. Vide Ducangii Gloss. med. Graecit. in v. *Πρόκυψις*. BOIVIN.

Pag. 617, 7. *Δεσμωτήριον*] Quo nempe translata fuerat, ut ait Cantacuz. lib. III. cap. XXXVI. pag. 468., cum antea domi custodia adhibita observaretur, ut idem narrat cap. XXII. DUCANG.

Pag. 617, 22. *Τῆς τῶν φώτων παν.*] Epiphania an. Chr. 1342. Ianuar. dies 6. Eo die Cantacuzenus ipse matrem suam obiisse testatur Hist. lib. III. cap. 36. Is est dies *τῶν φώτων* seu *Epiphaniae*. BOIVIN.

Pag. 618, 1. *Ἔκειτο ἡ Καντακουζηνὴ νεκρὰ*] Cuius obitum accidisse scribit Cantacuzenus filius lib. III. cap. XXXVI. pag. 469. VI. Ianuarii, Indict. X. anno ab orbe condito VI. MDCCCL. scilicet Chr. MCCCXLII. DUCANG.

Pag. 618, 15. *Αὕτη ἡ ἀλλοίωσις κ. τ. λ.*] Psalm. 76. BOIVIN.

Pag. 619, 12. *Τὸ γὰρ περίγειον ἐκ περιστροφῆς τοῦ οἰκ. ἐπαναλ. κύκλου*] *Nam cum circuli sui perigeum* etc. Haec interpretatio partim mea est, partim virorum astronomiae peritorum, quos consului. BOIVIN.

Pag. 619, 15. *Ἀκρονύκτ. οὐ μάλα ἐβούλ. παρ. τῇ γῇ τὰς αὐγὰς, πρὶν ἐς μέσ. ἀφικ. τὴν νύκτα τηνικ. τὸν χρόνον*] Verti, *acronycham lucem non prius terrae praebebat illo tempore, quam ad mediam noctem perventum esset.* Malim, *acronycham lucem non prius terrae praebebat, quam mediae noctis tempus advenisset.* BOIVIN.

Pag. 620, 13. *Ἀγγέλους σὺν ἀτιμίᾳ καὶ κουρᾷ πομπευόντων*] Rem narrat Cantacuzenus lib. III. cap. XXXIII. pag. 456. DUCANG.

Pag. 620, 21. *Συχνοὶ τῶν τῆς Ὀρεστιάδος προὐχόντων*] Cantacuz. lib. III. cap. XXVIII. pag. 441. DUCANG. *Συχνοὶ τῶν τῆς Ὀρεστιάδος προὐχόντων*] Ea est *Adrianopolis*. Codex Reg. 2784. fol. 327. v. ubi de Urbium nominibus mutatis, *Ὀδρυσὸς καὶ Ὀρε-*

στιὰς, ἥ νῦν Ἀδριανούπολις. Vide et Leonis Allatii notas ad Georg. Acropol. Histor. cap. XIII. Edit. Reg. pag. 231. BOIVIN.

Pag. 621, 3. *Τὸν Ἄγγελον Ἰωάννην*] De quo in Famil. Byzant. egimus pag. 259. DUCANG.

Ibidem. Παμφίλου] Cuius urbis meminit Cantacuzenus lib. III. cap. XXX. Vide notata ad Villharduinum. DUCANG.

Pag. 621, 6. *Τοῦ παραῤῥέοντος τῇ Ὀρεστιάδι ποταμοῦ*] *Hebri.* Vide Cantacuz. lib. III. cap. XXX. pag. 448. 449. DUCANG.

Pag. 622, 23. *Ὡς γὰρ ἐπὶ μανδραβόλου*] Proverbium, de quo Zenobius, Diogenianus, Suidas, Michaël Apostolius, et alii. DUCANG.

Pag. 623, 3. *Πρωτοστράτωρ Θεόδωρος ὁ Συναδηνὸς*] Cantacuzen. lib. III. cap. XXXI. cuius alibi non semel meminit. DUCANG.

Pag. 623, 4. *Σερῥῶν*] Cantacuzenus *Φερῶν* legit, quam urbem in Thraciae Thessaliaeque finibus *Fere* hodie vocant Turci, ut scribit Leunclavius in priore Onomastico Turcico. DUCANG. *Pheras* vocat Cantacuzenus; atque illud eius urbis nomen primitus fuisse, indicat breve Urbium Onomasticon, quod exstat in Cod. Reg. 2990. fol. 70. v. ubi inter alia legitur *Φεραὶ, πληθυντικῶς, αἱ Σέῤῥαι, καὶ Φεραῖοι οἱ ἀπὸ ταύτης.* BOIVIN.

Pag. 623, 5. *Ὁ τοῦ θανόντος βασιλέως ἐξάδελφος, Γὴμ ὁ Ἀρμένιος*] *Guido Armenius:* Cantacuzeno (lib. I. cap. LVI.) *Συργηντελεζιάνο:* eidem (lib. III. cap. XXXI.) *Συργὴ ντελενουζιάο:* Gallice, *Sire Gui de Lusignam*, seu *de Lesignem.* Erat hic Andronici iunioris *ἐξάδελφος.* Scilicet Andronicus iunior matrem habuit *Mariam Armenam*, quae et *Ricta* et *Xene* dicta est. *Mariae* autem nepos fuit ex fratre *Guido* iste, qui postea Armeniae rex fuit, *ἐκ πατρώου προσηκούσης αὐτῷ κλήρου τῆς ἀρχῆς*, inquit Cantacuzenus Histor. lib. III. cap. XLIX. BOIVIN.

Pag. 624, 20. *Τῶν δυοῖν αὐτῆς ἀδελφῶν*] De quibus egimus in Famil. Byzantin. pag. 325. ubi Asaninam perstrinximus. DUCANG.

Pag. 624, 23. *Εἶχε γὰρ δεσμίους αὐτούς*] De Manuele id testatur Cantacuzenus lib. III. cap. XLI. quem ait *ἐν Βήρᾳ φρουρούμενον ὑπὸ κλοιοῖς* fuisse: ex quo emendandus hoc loco Gregoras, qui locum vocat *φρούριον τῆς Ἀῤῥήρων μονῆς*, et lib. XVI. cap. I. *τῶν Ἀδήλων μονὴν*, cum legendum sit *Βήρας μονῆς.* Est enim *Βήρα*, seu *Vera*, castrum in Thracia ad Hebri seu Marizae ostium, haud procul ab Oeno, ubi monasterium virorum exstitit, ab Isaacio Comneno Andronici Tyranni patre olim exstructum, uti auctor est Nicetas in Andronico lib. I. cap. II. et in Isaacio Angelo lib. IV. cap. VIII. ut et Cantacuzenus lib. III. cap. XXVI. XXXI. XXXIV. LIV. et lib. IV. cap. XLII. quemadmodum a nobis observatum ad Villharduinum n. CCI. a quo *l'Abbeïe de Veroisine* appellatur. DUCANG. *Τῆς τῶν Ἀῤῥήρων μονῆς*] Graeci recentiores *Ἄῤῥηρα* et *Ἄῤῥειρα* scripserunt, pro *Ἄβδηρα.* Est autem *Abdera* oppidulum

Thraciae maritimum, Democriti patria. Cantacuzenus lib. III. cap. XVII. et cap. XXVI. uxoris suae fratres, non in monasterio *Αὐδήρων*, sed in Castello Bera seu Vera inclusos ait: unde Ducangius Gregoram reprehendit; quem et libro XVI. cap. I. *Ἀδήλων μονὴν* pro *Βήρας μονὴν* dixisse observat. Ego Gregoram lib. XVI. cap. I. locum indicasse existimo plane diversum a Bera Castello. BOIVIN.

Pag. 625, 2. *Ἐπ' ἐγκλήματι καθοσιώσεως*] Vide supra lib. XI. cap. II. sect. 5. BOIVIN.

Pag. 625, 10. *Ἡ βασιλὶς Εἰρήνη, πολλὴν πλουτοῦσα τὴν σύνεσιν καὶ ἀγχίνοιαν* etc.] Cantacuz. lib. III. cap. LVI. *καὶ μεῖζον ἐπιδειξαμένη ἢ κατὰ γυναικεῖον φρόνημα.* DUCANG.

Pag. 626, 8. *Διδυμοτείχου ἐπιτροπὴν παραδοὺς ..... ἀφίκετ' εὐθὺς*] *Didymotichus*, hodie *Dimotuc*, oppidulum est in ripa Hebri fluminis, inter Adrianopolin et Traianopolin situm. Vide Brietii Thraciam cum veterem tum novam. Cantacuzenus Didymoticho egressus est Martii die V. Indict. X. ut ipse testatur Hist. lib. III. cap. XXXII. BOIVIN.

Pag. 626, 10. *Καὶ ὠχύρου τὸ φρούριον, ὃ Πολύστυλον ὀνομαζόμενον* etc.] Cantacuz. lib. III. cap. XXXVII. auctor est eam esse urbem, quam Graeci *Ἄβδηρα* vocabant, Democriti philosophi patriam, de qua rursum agit cap. LXIV. DUCANG. *Καὶ ὠχύρου τὸ φρούριον, ὃ Πολύστυλον ὀνομαζόμενον πάλαι*] Ita etiam Codex Vaticanus. Tamen deesse aliquid suspicor. Certe Cantacuzenus, quod oppidum suo tempore *Polystylum* dicebatur, illud ipsum ait *Abderam* dictum ab antiquis lib. III. cap. XXXVII. Cum Cantacuzeno consentit Onomasticon Urbium, quod exstat in Cod. Reg. 2784. fol. 327. v. ubi legitur *Αὔδειρα, τὸ νῦν Πολύστυλον.* Pro *Αὔδειρα* legendum *Ἄβδηρα.* Vide quae annotavimus paulo supra ad pag. 389. E. BOIVIN.

Pag. 626, 12. *Παρὰ τὰς τοῦ Νέστου ἐκβολὰς*] Ita rursum lib. XIII. cap. I. fluvius, quem alii *Νέσσον* vocant. Vide observata a viro doctissimo Ioanne Harduino ad lib. IV. Plinii sect. XVIII. Nota LIV. DUCANG. *Παρὰ τὰς τοῦ Νέστου ἐκβολάς· ὃς ποταμῶν τῶν ἐν Θράκῃ μέγιστος*] Hodiernis Geographis neque maximum Thraciae flumen est, neque ex Haemo monte oritur. BOIVIN.

Pag. 626, 15. *Χρέλης ὁ Τριβαλλὸς*] De quo Cantacuzenus lib. I. cap. LII. lib. III. cap. XXXI. XXXIII. XXXVIII. etc. DUCANG.

Pag. 626, 18. *Στρουμμίτζαν*] Urbem Macedoniae, quam *Στρομβίτζαν* et *Στρουμπίτζαν* promiscue vocat Cantacuzenus, de qua quaedam attigimus ad Annaeam Alexiadem pag. 382. DUCANG.

Pag. 627, 2. *Τὴν εἰς τοὔμπροσθεν βασιλικὴν εὔκλειαν*] Verti, *cum imperandi gloriam, qua Cantacuzenus antehac floruerat, agnosceret etiamnum* etc. Malim nunc, *cum imperandi gloriam, quae Cantacuzeno posthac futura esset, cogitaret etiamnum* etc. eo praesertim quod apud Gregoram adverbium *ἔμπροσθεν* solet referri ad futurum tempus, non autem ad praeteritum. BOIVIN.

Pag. 627, 4. *Φίλος εἶναι καὶ σύμμαχος αὐτῷ διετείνετο*] Cantacuz. lib. III. cap. XXXII. et XXXIII. DUCANG.

Pag. 627, 14. *Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων*] Cantacuz. lib. III. cap. XXXII. DUCANG.

Pag. 627, 17. *Πλέον ἢ πεντακόσιοι*] Cantacuzeno *χίλιοι πρὸς τοῖς ἐπιγενομένοις*. Idem praeterea *ἐπὶ τῆς ἔξω Διδυμοτείχου συνοικίας*, hoc est *in suburbiis* relictos ait octo duces, singulos sagittariis mille praefectos. Hist. lib. III. cap. XXXII. BOIVIN.

Pag. 628, 7. *Τῆς βασιλίδος Εἰρήνης ἀδελφὸς Ἰωάννης ὁ Ἄγγελος*] Vel legendum *Ἰωάννης Ἀσάνης*, vel post *Ἰωάννης* addendum, ut apud Cantacuz. lib. III. cap. XXXII. *καὶ ὁ Ἄγγελος*. Neque enim Ioannes Angelus frater fuit Irenes. Vide quae de eo supra annotamus. DUCANG. Codex Vaticanus plane habet, ut legendum esse admonuimus. Ita accepi ex doctiss. V. Lud. Targnio. BOIVIN.

Pag. 632, 3. *Προσῆλθεν αὐτῷ καὶ ὁ Χρέλης*] Cantacuz. lib. III. cap. XXXVIII. DUCANG.

Pag. 632, 14. *Φρούριον Ῥεντίναν καλούμενον*] Oppidulum Thessalonica unius diei itinere distans. Cantacuz. ibid. et cap. XXXIX. XLV. DUCANG.

Pag. 633, 2. *Καὶ τὸ Μελενίκου .... φρούριον*] Cantacuz. lib. III. cap. XXXVII. XXXVIII. cuius alibi non semel meminit. DUCANG.

Pag. 633, 7. *Ἐμοὶ γὰρ τῶν ζωγράφων ἐκείνους* etc.] Eadem haec infra repetet lib. XXII. Est etiam initium Panegyrici sacri *εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου*. Vide Indicem Operum Gregorae Rhetoricorum. BOIVIN.

Pag. 633, 21. *Ὑπωπτεύθη μὲν ὁ Συναδηνὸς τὰ βασιλέως φρονῶν*] Id ipsum notat Cantacuz. cap. XXXVIII. pag. 475. DUCANG.

Pag. 634, 1. *Καὶ κινεῖται κατ' αὐτῶν ὁ δῆμος ῥαγδαίως*] Illi nempe, quos loco laudato *Ζηλωτὰς* vocat Cantacuzenus, seu potius ita sese appellasse indicat, qui scilicet reipublicae causam tuebantur, *ὀνόμασι χρηστοῖς τὴν τῆς κακίας ὑπόθεσιν περιπέττοντες*, inquit Gregoras huius lib. cap. X. DUCANG.

Pag. 634, 2. *Ἐν εὐανδρούσῃ καὶ πολυανθρώπῳ πόλει*] Vide Glossar. med. Graecit. in v. *Μεγαλόπολις*, ubi quaedam de Thessalonicae amplitudine attigimus. DUCANG.

Pag. 634, 6. *Γυναικόκαστρον*] Munitio iuxta Thessalonicam exstructa ab Andronico iuniore, atque ita appellata, *ὡς καὶ γυναικείας οὔσης φρουρᾶς, κρείττων ἐσομένη παντοίας πολεμίων προσβολῆς*, inquit Cantacuz. II. 38. DUCANG.

Pag. 634, 9. *Καὶ ὁ Ἀρμένιος Γὴμ*] Cantacuz. lib. III. cap. 38. pag. 477. DUCANG.

Pag. 634, 14. *Ἀλέξιον τὸν Ἀπόκαυκον*] De Apocauco hic silet Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 635, 1. *Καὶ τὴν γνώμην εὐθὺς μετέθετο*] Cantacuz. lib. III. cap. 40. DUCANG.

Pag. 635, 8. *Θέρους μὲν οὖν ἐνειστήκει καιρὸς*] Cantacuz. lib. III. cap. 39. 40. DUCANG.

Pag. 636, 8. *Ἀπῄει συντεταγμένος τὴν ἐπὶ Τριβαλλοὺς ὁ βασιλεὺς*] Cantacuz. lib. III. cap. 41. DUCANG.

Pag. 636, 23. *Δεῦτε δειπνήσωμεν* etc.] *Pergite animo forti, Lacedaemonii. Hodie apud inferos fortasse coenabimus.* Cic. Tuscul. Quaest. lib. I. sect. 101. Vide et huius Historiae lib. XVIII. infra cap. V. sect. 9. BOIVIN.

Pag. 637, 1. *Πέμπει τὸν Κράλην*] Istius legationis ad regem Serviae meminit Cantacuzenus cap. 43. pag. 488. DUCANG.

Pag. 637, 19. *Λιβέριος ὄνομα*] Cantacuzeno *Λίβερος*, lib. III. cap. 42. DUCANG.

Pag. 637, 22. *Καὶ ἅμα συνταξάμενος*] *Simulque eo valere iusso* etc. Id hoc loco significat verbum *συντάξασθαι*. Alio sensu supra, *ἀπῄει συντεταγμένος τὴν ἐπὶ Τριβαλλούς*. pag. 395. D. BOIVIN.

Pag. 638, 7. *Ὅταν δι' ἐχθρᾶς*] Euripid. in Phoeniss. BOIVIN.

Pag. 638, 16. *Ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρὸν*] Tres fuere Cantacuzeno filiae, Maria, Theodora et Helena. DUCANG.

Pag. 639, 5. *Σκοπίων . . . . πολίχνιον*] Cantacuz. eodem cap. pag. 490. DUCANG.

Pag. 639, 6. *Ὁ ποταμὸς Ἀξιός*] Vide lib. VIII. cap. XIV. sect. 7. BOIVIN.

Pag. 639, 9. *Βαρδάριον*] Vide notas ad Alexiadem p. 229. et Gloss. med. Graecit. in *Βαρδαριῶται*. DUCANG.

Pag. 640, 15. *Περὶ τὰς τοῦ Ὡρίωνος ἐπιτολάς*] Ab incepto civili bello novem iam menses effluxerant, ut diserte ait Cantacuzenus Hist. lib. III. cap. XLIII. p. 492. Porro bellum ineunte Octobri, an. Chr. MCCCXLI. coeptum fuerat; ut idem Cantacuzenus tradit eiusd. lib. cap. XXII. Itaque et Orionis ortus, et Cantacuzeni cum Crale congressus, referri debent ad ultimos Iunii, vel ad primos Iulii dies, seu ad initium aestatis anni MCCCXLII. BOIVIN.

Pag. 642, 11. *Καὶ ἅμα τὴν τῶν μέχρι Χριστουπόλεως*] Quod quidem a Byzantiis et ab Apocauco oblatum Serviae principi, in causa forte fuit, cur a Cantacuzeno, a quo in foederis societatem sollicitabatur, expetierit, quod se denegasse testatur idem Cantacuzen. lib. III. cap. 43. et 44. Sed et de occidendo Cantacuzeno agitata esse consilia a Servianis optimatibus, indicio esse potest Helenae Serviae Cralis uxoris ad eos habita oratio in eod. cap. 44. DUCANG.

Pag. 642, 13. *Καὶ ὅσα μεταξὺ τῶν πρὸς ἕω τοῦ Ἰονίου κόλπου ψαύει πλευρῶν*] Verba auctoris ita construxi, *καὶ ὅσα μεταξὺ* (supple *τῆς Ἰλλυρίδος κείμενα*) *ψαύει πλευρῶν τοῦ Ἰονίου κόλπου τῶν πρὸς ἕω*, id est, *et quidquid citra Illyricum, attingit latera orientalia Ionici maris.* Quodsi ita construantur, *καὶ ὅσα μεταξὺ τῶν πρὸς ἕω* (supple *κείμενα*) *ψαύει πλευρῶν Ἰονίου κόλπου*, ver-

tendum erit, *et quidquid loci citra* *) *orientales provincias positum, Ionici maris latera attingit:* quam interpretationem praeferendam puto. BOIVIN.

Pag. 643, 16. *Κότον ἴσως ἔχων κ. τ. λ.*] Vide Homer. Iliad. I. 82. BOIVIN.

Pag. 643, 18. *Καθόσα φιλία δίδωσιν ἀκραιφνὴς*] Obscure dictum; atque, ut apparet, scriptum mendose. Tamen ita etiam in Codice Vaticano scriptum reperit Vir doctissimus. BOIVIN.

Pag. 646, 15. *Συμπέπτωκε τούτῳ πάντα τἀναντιώτατα*] Huius Histor. lib. XVI. cap. I. sect. ult. cap. V. sect. 7. lib. XVII. capp. VI. et VII. lib. XXI. cap. VI. etc. BOIVIN.

Pag. 647, 4. *Τριάκοντά που μόνας ἡμέρας ὡμιληκὼς τῷ Κράλῃ*] Cantacuzenus Cralem convenit circiter illud tempus, quo Orionis sidus oritur, hoc est aestate ineunte, sub exitum mensis Iunii: ut annotatum supra ad pag. 398. E. Idem nunc diebus triginta apud Cralem commoratus esse dicitur; iisque elapsis, venisse obsessum Serrhas, exeunte aestate, immo auctumno ineunte, et instante iam vindemia. Ita diebus triginta totam aestatem videtur conclusisse noster hic Chronologus. Sed fortasse ad illos triginta dies, apud Cralem consumptos, addi etiam debet illud tempus, quod antequam ad urbem Serrhas perventum esset, exercitui cogendo et instruendo, atque ipsi itineri conficiendo impensum fuerit: ut tum demum castra prope eam ipsam urbem posita sint, cum iam aestas tota exiisset. Cantacuzenus Histor. lib. III. cap. XLIX. ait se *στρατιὰν παραλαβεῖν ἤδη παρεσκευασμένην περὶ θέρους ἐκβολάς.* Idem addit, Cralem cum uxore prosecutum esse se usque ad confinia imperii Romani: id quod non satis congruit cum rationibus nostris chronologicis. BOIVIN.

Pag. 647, 9. *Ἐπὶ τὴν πόλιν Σερρῶν*] Atque hoc loco etiam Gregoras *Serrhas* pro *Pheris* praefert, cuius praefecturam habebat Guido Lusinianus, qui ad Armeniae regnum capessendum evocatus, eam nuper dimiserat, uti narrat Cantacuz. lib. III. cap. 49. DUCANG.

Pag. 648, 7. *Ἀμοὺρ ὁ Πέρσης*] Cantacuz. lib. III. cap. 56. pag. 540. DUCANG.

Pag. 652, 13. *Μανουὴλ ὁ Ταρχανειώτης*] Cognomento *Κουρτίκης.* Cantacuz. lib. III. cap. 10. 32. 70. DUCANG.

Pag. 653, 12. *Ἐπὶ τὴν πόλιν Σερρῶν*] De hac altera Serrharum vel Pherarum tentata obsidione silet, opinor, Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 653, 16. *Ὀψόμενός τε καὶ ὀφθησόμενος*] Legendum *ὀψομένῳ τε καὶ ὀφθησομένῳ.* Alioquin esset Soloecismus. BOIVIN.

Pag. 654, 2. *Μέχρι καὶ ἐς πόλιν Στρουμμίτζαν*] Quae urbs,

*) Nota dici id apud Triballos. BOIVIN.

mortuo iam tum Chrele Triballo, in Cralis potestate erat. Vide Cantacuz. lib. III. cap. LIV. pag. 530. BOIVIN.

Pag. 654, 6. *Ὁ γὰρ πρὸ βραχέος ἐπιτροπεύων ἦν Μελενίκου*] Cantacuz. lib. III. cap. XLV. pag. 499. DUCANG.

Ibidem. Μελενίκου φρούριον] Vide supra huius libri cap. I. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 655, 4. *Βραχεῖαι μετὰ τοῦτο κ. τ. λ.*] Vide Cantacuzen. lib. III. cap. 57. BOIVIN.

Pag. 655, 8. *Τὴν εἰς Βέῤῥοιαν εἴσοδον*] Cantacuz. lib. III. cap. 58. DUCANG.

Pag. 655, 19. *Τοῦ ἐπιόντος χρόνου πρὸς ἀμοιβὴν δι' αὐτὸν ἀγαθῶν*] Ita etiam legitur in Codice Vaticano, unde haec valde obscura illustraturum me speraveram. BOIVIN.

Pag. 656, 4. *Τῷ δὲ τῶν Τριβαλλῶν ἀρχηγῷ*] Cantacuz. ibid. DUCANG.

Pag. 656, 23. *Βασιλέως πρωτεξάδελφος*] Ioannes Angelus, quem *ἀνεψιὸν* vocat idem Cantacuzenus eod. cap. id est *patruelem.* Erat enim filius sororis patris sui: proinde *πρωτεξάδελφον* improprie appellat, quae vox *patruelis filium* sonat. Vide Gloss. med. Graecit. in *Ἐξάδελφος*, et Famil. Byzant. pag. 249. DUCANG.

Ibidem. Ὁ τοῦ βασιλέως πρωτεξάδελφος] *Imperatoris consobrinus;* non *primus consobrinus. πρωτεξάδελφος* idem est atque *ἐξάδελφος.* Quem Gregoras hoc loco *πρωτεξάδελφον* vocat imperatoris Cantacuzeni, eum Cantacuzenus ipse *ἐξάδελφον* vocat Hist. lib. II. cap. 6. et *ἀνεψιὸν* Hist. lib. III. cap. 32. Ducangius, in Glossario mediae et infimae Graecitatis in v. *ἐξάδελφος, πρωτεξάδελφον* interpretatur *ἐξανέψιον*, seu *patruelis filium*, et Harmenopuli testimonio utitur, cui tamen *πρωτεξάδελφοι* proximi post *αὐταδέλφους* numerantur, ac *βαθμοῦ τετάρτου* statuuntur; id quod fratribus patruelibus plane convenit. Nec magis favet viro doctissimo Eustathius a Ducangio laudatus in v. *πρωτεξάδελφος*, qui Iliad. *β.* pag. 307. *ἀνεψιοὺς, ἢ αὐτανεψίους*, interpretatur *ἐξαδέλφους πρώτους.* BOIVIN.

Pag. 657, 6. *Ἀνωτέρω*] Huius libri cap. III. sect. 6. BOIVIN.

Pag. 657, 20. *Ἀνωτέρω*] Vide lib. XI. cap. III. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 658, 10. *Φυγοῦσα*] Vide notas ad lib. XI. cap. VI. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 658, 11. *Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἑξῆς διαρκέστερον ἀφηγησόμεθα*] Gregoras id quod hoc loco promittit, nusquam praestabit; quanquam de Nicephoro Annae filio, et de rebus Aetolorum, semel credo circa Historiae finem acturus est. BOIVIN.

Pag. 658, 24. *Ναύαρχον ἔχων Ἀλέξιον τὸν Ἀπόκαυκον*] Cantacuz. lib. III. cap. 58. DUCANG.

Pag. 659, 9. *Ποταμοῦ διάβασιν*] *Axii.* Cantacuz. lib. III. cap. 58. 59. DUCANG.

Pag. 660, 13. *Ἀνὴρ δέ τις τῶν ἐγχωρίων*] Cantacuz. lib. III. cap. 59. DUCANG.

Pag. 661, 11. *Ὁ δ' ἀπεκρίνατο· σύνηθες οὐκ εἶναι*] Cantacuz. Hist. lib. III. cap. 59. BOIVIN.

Pag. 661, 13. *Σοὶ ἐξ ἁλῶν εἰς τὸ στατήγιον παρελήλυθότι*] Fuerat nempe Apocaucus primitus salinario vectigali praepositus. Vide notata ad lib. I. cap. 6. DUCANG.

Pag. 663, 1. *Καὶ χρήμασι περιέρχεσθαι τοῖς ἑκάστῳ προσήκουσι τῶν τοῖς ἡγ.*] Ita etiam Codex Vaticanus: nec mirum, cum ex eo Regius descriptus sit. BOIVIN.

Pag. 663, 3. *Ἅπαντά σε*] *Ἅ πάντα σε* etc. Cod. Vatican. BOIVIN.

Pag. 663, 18. *Χείλεα μέν τ' ἐδίην' κ. τ. λ.*] Homer. Iliad. XXII. 495. BOIVIN.

Pag. 664, 11. *Δηρόν τε μένειν κ. τ. λ.*] Homer. Iliad. II. BOIVIN.

Pag. 667, 1. *Ἓν ἐξ ἀμφοτέρων πορίζεται κέρδος ὁ στρατηγὸς*] *Τοῦ γὰρ αὐτοῦ γλιχόμεθα οἵ τε ψευδόμενοι καὶ οἱ τῇ ἀληθείῃ διαχρεώμενοι. οἱ μέν γε ψεύδονται τότε, ἐπάν τι μέλλωσι τοῖσι ψεύδεσι πείσαντες κερδήσεσθαι· οἱ δ' ἀληθίζονταί τι, ἵνα τῇ ἀληθηίῃ ἐπισπάσωνται κέρδος* etc. Darius apud Herodotum in Thalia. BOIVIN.

Pag. 667, 18. *Ἀνακαλυπτήρια θύειν*] Scitum quid Graecis sit *ἀνακαλυπτήριον*, dies scilicet, quo sponsa sive nova nupta facie retecta prodit. Vide Hesych., Pollucem, et alios. DUCANG. *Νῦν δ' ὥσπερ ἀνακαλυπτήρια θύειν* etc.] Sensum expressi; verba non reddidi. *ἀνακαλυπτήρια θύειν* hoc loco idem est atque *ἀνακαλύπτεσθαι*. Proprie dicitur de novis nuptis, quae quo die flammeolum ponebant, dona a marito et ab amicis mariti accipiebant, dicta idcirco *ἀνακαλυπτήρια*. BOIVIN.

Pag. 669, 21. *Πολλοῦ τινος ἐπρίατο μισθοῦ*] Rem narrat Cantacuzen. lib. III. cap. 61. a quo is Alusianus appellatur. DUCANG.

Pag. 671, 16. *Ὅσαι μὲν οὖν ἁρπαγαί τε*] Cantacuz. lib. III. cap. 62. DUCANG.

Pag. 671, 23. *Καὶ ἡ ναυτικὴ τῶν Περσῶν κατέπλευσε*] Cantacuz. lib. III. cap. 63. DUCANG.

Pag. 672, 4. *Ἐποιήσατο ναύσταθμον*] Ad Clopam, haud procul a Thessalonica. Cantacuzen. cap. 63. extremo. DUCANG.

Pag. 672, 7. *Κατὰ τὸν ἀνάπλουν*] Ventis ad Euboeam retentis, ut ait Cantacuzen. cap. 63. DUCANG.

Pag. 672, 20. *Καὶ τὰ πλείω τῶν Τριβαλλοῖς ὑπειπ. χωρ. ἐκάκωσαν*] Tamen Cantacuzenus ait se operam tum dedisse, *ne quid Cralis provincia detrimenti acciperet.* lib. III. cap. 64. BOIVIN.

Pag. 673, 1. *Τῶν ἐκεῖ πραγμάτων ἐπίτροπον*] Cantacuzen. cap. 64. p. 568. DUCANG.

Pag. 673, 12. *Περσικῆς δυνάμεως ἐντετυχηκὼς ἡγεμόνι*] Hunc congressum narrat ibid. Cantacuz. DUCANG.

Pag. 673, 19. *Οἷς μὲν γὰρ κτήσεις*] Cantacuzen. cap. 64. DUCANG.

Pag. 674, 2. *Καὶ κατὰ τῶν πλουσίων ἡ βασκανία*] Ut in divites ac Urbis primores grassati fuerint Zelotae, pluribus narrat Cantacuz. lib. III. cap. 64. DUCANG.

Pag. 674, 24. *Ζηλωτὰς σφᾶς αὐτοὺς ἐπωνόμαζον*] Vide Gloss. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 678, 1. *Ἡ γάρ τοι βασιλεύουσα πόλις*] Atque hic quidem Gregorae locus addendus illis, quos in Constantinopoli Christiana protulimus de eius commodo situ, lib. I. sect. 1. et aliis duobus in hanc sententiam, in notis ad Zonarae Annales p. 149. 162. DUCANG.

Pag. 678, 20. *Μετὰ γὰρ τὸν Κομνηνὸν Ἀλέξιον*] Hunc locum illustravimus tum in Famil. Byzant. pag. 193. tum in notis ad Zonarae Annales p. 146. DUCANG.

Pag. 678, 23. *Ἔγημε νόθον κ. τ. λ.*] Vide supra lib. XI. cap. 8. BOIVIN.

Pag. 678, 24. *Εἰρήνη*] Alibi nominatur *Eudocia*. BOIVIN.

Pag. 680, 13. *Τῶν δ' αὐτῷ προσκειμένων ὄχλων*] Ducangius in additamentis ad Constantinop. Christ. pag. 146. quae edita sunt post notas in Zonaram, vertebat, *Cum vero plebs ei faveret.* Malim, *Ex turba vero plebeia, quae ei favebat.* BOIVIN.

Pag. 682, 12. *Ad Alexium fratrem*] *Michaëlis* scilicet. BOIVIN.

Pag. 682, 13. *Μεταξὺ δυοῖν μειρακίων*] *Duobus iuvenculis interiectis;* nempe *Basilio Alexii filio, et anonymo filio Michaëlis.* BOIVIN.

Pag. 683, 17. *Καφᾶς*] Theodosiam olim appellatam scribit Bizarus lib. VI. Genuensis historiae, ubi istam Caphae obsidionem narrat: ut et Cantacuzen. lib. IV. cap. 26. DUCANG.

Pag. 683, 22. *Εἰωθὸς γὰρ τοῖς Λατίνοις, καὶ μάλιστα τοῖς ἐκ Γενούας*] Froissartus tertio volum. cap. XX. Car par tout vont Genevois, et viennent marchander parmi les treuz qu'ils payent jusqu'a la grant Inde, la terre du Preste Jean, et par tout ils sont bienvenus, pour l'or et l'argent, qu'ils portent les marchandises qu'ils échangent en Alexandrie, au Caire, a Damas, et ailleurs, comme ils besongnent aux Sarrazins. Car ainsy faut il que le monde se gouverne, cequi point n'est en un pais est en l'autre: et pourtant sont cogneues toutes choses, et ceux qui vont le plus loing, et qui plus se aventurent, sont Genevois, et vous dis qu'ils sont par dessus les Venitiens seigneurs des Ports de mer, et les craignent plus et doubtent les Sarrazins qui nulle autre gent par mer, et sont vaillans hommes et de grand fait. Mitto reliqua. DUCANG.

Pag. 684, 17. *Σκυθῶν ἡγεμόνι*] De quibus quidem Scythis, pluribus egit parte I. lib. II. cap. 4. DUCANG.

Pag. 685, 13. *Ἄρτι τοίνυν θρασύτερον* etc.] Cantacuz. ibid. pag. 812. DUCANG.

Pag. 686, 17. *Μακροῦ μεταξὺ τριβομένου*] Biennio continenter obsessam Caphaam scribit Cantacuz. DUCANG.

Pag. 688, 1. *Τοῦζον*] Ita rursum appellatur lib. XV. cap. 6. At quis hic Tuzus? Neque enim hac tempestate Genuae Dux fuit hac nomenclatura, sed Simon Bocanegra, qui primus ad hanc dignitatem eductus fuit, pulsis nobilibus, quem *Σίμωνα Μπουκανήγραν* vocat loco laudato Cantacuzenus, quomodo etiam Ioannes Villaneus lib. XI. cap. 101. Bizarus, et caeteri Genuensium rerum scriptores. DUCANG. Gregoras proprium viri nomen esse credidit, quod erat dignitatis. Ex Italico *Doge* factum est a Graecis *Τοῦζος*. Nam Graeci mutant aliquando d in τ et g in ζ. BOIVIN.

Pag. 688, 2. *Ἐκ μακέλλης*] *Di mediani de popolo*, inquit Villaneus. DUCANG.

Ibidem. Πρό γε δυοῖν τοῖν ἐνιαυτοῖν] Anno MCCCXXXIX. ut aiunt iidem Villaneus et Bizarus. DUCANG. *Πρό γε δυοῖν τοῖν ἐνιαυτοῖν*] An. Chr. MCCCXXXIX. mense Septembri exeunte. Ioan. Villan. lib. XI. cap. 101. BOIVIN.

Pag. 688, 4. *Σπινούλαν*] Is est Galeotus Spinola. Bizar. DUCANG.

Ibidem. Σερτώριον] Auriam hic male designat, quem Doriam vulgo vocant. Cantacuzenus loco laudato de Pagano Auria, *ἐκ τοῦ τῶν Ὀρίων γένους*. Is Antonius Auria dicitur Bizaro. DUCANG. Gregoras, ut ex Italico seu Gallico *Doge*, *Τοῦζον*, ita ex Gallico *Sire Dorie*, vel ex Italico *Messer Doria*, *Σερτώριον* fecit. BOIVIN.

Pag. 688, 12. *Καὶ γίνεται δοὺξ ἕτερος*] Ioannes Morta, Bizaro; Gio. de Monterena, Villaneo lib. XII. cap. 36. DUCANG.

Pag. 688, 13. *Ἐξ εὐτελῶν*] Immo, si Bizaro fides, patricii ordinis vir. DUCANG.

Pag. 688, 17. *Αἰγυπτίων . . . ἡγεμόνος*] An is Sultanus Aegyptius, cuius epistola ad Cantacuzenum imperatorem scripta legitur apud eundem lib. XIV. an filius illius, cuius hic apud Gregoram mentio, incertum. Certe haec epistola scripta dicitur DCCL. anno Mahometi, qui est Christi MCCCXLIX. proinde paulo post haecce tempora, in quae ea quae hic narrantur incidunt. DUCANG.

Pag. 688, 21. *Καὶ οἱ περὶ τὸν Ἄτλαντα* etc.] De Maurorum hac tempestate in Hispaniam expeditione copiose egit Ioan. Mariana lib. XVI. cap. 6. et seqq. Quaedam etiam attigit Bizarus sub an. MCCCXLVI. DUCANG.

Pag. 689, 2. *Καὶ Βρεττανοὶ δ' ὁμοίως*] Quo loco Gregoras tangit Anglorum in Galliam ingressum sub annum MCCCXLVI. ac praelium Creciacum. DUCANG.

Pag. 689, 17. *Σαλαμίνιοι*] Atqui iidem sunt cum Cypriis. Est enim Salamis *) urbs Cypri. DUCANG.

Pag. 689, 18. *Παρὰ τὸν τῆς Σμύρνης*] Smyrnae a Latinis sub haec tempora expugnatae meminit Cantacuzenus lib. III. cap. 68. Praeterea Ioan. Villaneus lib. XII. cap. 38. Bizarus sub an. MCCCXLIV. DUCANG.

Pag. 692, 9. *Μεθ' ἡμέρας*] Supple *τινάς*. Sic Ephraemius *περὶ ἀρετῆς* cap. VI. *Καὶ μεθ' ἡμέρας προσελθὼν τὸ μειράκιον τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ* etc. Cod. Reg. 1905². fol. 26. v. col. 2. l. 9. BOIVIN.

Pag. 692, 10. *Περιθόριον*] Ita rursum cap. IX. Aliis rectius *Περιθεώριον* dicitur urbs Thraciae maritima, ab Anastasio imperatore olim condita, indeque Anastasiopolis dicta, quam destructam instauravit Andronicus Palaeologus senior, et *Περιθεώριον* appellavit, ut scribit Cantacuzen. lib. II. cap. 38. et lib. III. cap. 32. De hac porro obsidione agit idem scriptor lib. III. cap. 64. 65. et 66. DUCANG.

Pag. 692, 14. *Ὅτι προσάγειν*] *Ἔτι προσάγειν* Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 692, 15. *Ἐπὶ Διδυμότειχον*] Idem Cantacuzen. d. cap. LXVI. DUCANG.

Pag. 693, 8. *Ταῖς ἐκ Βυζαντίου λάθρα* etc.] Syntaxis, *ὑποσχέσεσι ταῖς προσιούσαις λάθρα καὶ συχνὰ ἐκ Βυζαντίου ἄλλοτ' ἄλλοις στρατιωτῶν τῶν ἐς Διδυμότειχον*, pro *ἐν Διδυμοτείχῳ*. Sic infra lib. XV. cap. V. sect. 7. *ἐς Διδυμότειχον ὄντι αὐτῷ*, pro *ἐν Διδυμοτείχῳ* etc. BOIVIN.

Pag. 693, 18. *Ἤρος δ' ἀρχομένου*] Anno scilicet Christi MCCCXL. DUCANG.

Pag. 693, 24. *Τὰς δὲ τοιαύτας ὑποσχέσεις*] Cantacuz. lib. III. cap. 67. DUCANG.

Pag. 694, 17. *Τῆς γραφῆς*] Habacuc. BOIVIN.

Pag. 694, 20. *Ἄρξασθαι μέντοι συνέβη* etc.] De hoc terrae motu videtur egisse Cantacuzen. lib. III. cap. LXXVI. pag. 618. DUCANG.

Pag. 694, 24. *Οἰκίας τε καταπεσεῖν ἐγεγόνει*] In Codice Colbertino (cuius numerus est 6044.) circa finem legitur, *ἔτος ϛωνβ', ἰνδικτ. ιβ'. κύκλ. ἡλ. κ'.* (immo *ϑ'*) *σελήνης κύκλ. ιβ'.* (immo *ιε'*) *ἐγένετο πτῶσις ἐν πόλει.* Itaque haec ruina accidit anno mundi VI. MDCCCLII. Christi MCCCXLIV. Indict. XII. BOIVIN.

Pag. 696, 1. *Κιόνος ἐν ἀγγελικῷ σχήματι* etc.] Istius statuae nescio an alius scriptor meminerit. DUCANG.

Pag. 696, 8. *Τῆς ἑῴας ἀψῖδος*] Vide Constantinopolin Christianam lib. III. et notas nostras ad Zonarae Annales pag. 154. DUCANG.

Pag. 696, 11. *Ἀελέξεται*] Lib. XV. cap. 2. BOIVIN.

*) Est etiam insula in sinu Saronico. BOIVIN.

Pag. 697, 20. *Καὶ διαδόχοις ἐνθάδε τῶν θρόνων*] *Θρόνους* vocat *sedem pontificiam* seu *patriarchalem*. Sic infra lib. XV. cap. III. pag. 473. E. BOIVIN.

Pag. 702, 9. *Τῷ βασιλεῖ τὴν θυγατέρα δοῦναι γάμου* etc.] De hoc consilio Apocauchi silet, ni fallor, Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 702, 11. *Λέσβον καὶ Χίον ἀλλαξαμένων σφῶν*] Ita etiam Codex Vaticanus. Sed legendum videtur *ἀλλαξάμενος σφῶν*. BOIVIN.

Pag. 702, 14. *Πῶς τῷ μανιώδει τῆς γνώμης προδεδωκυῖα*] In Codice Vaticano fol. 75. v., inter vocem *γνώμης* et vocem *προδεδωκυῖα*, vacuum est spatium quinque litterarum. Legendum procul dubio *ἡ Ἄννα προδεδωκυῖα*. Omissum nomen formidine fustis, aut etiam maioris poenae. BOIVIN.

Pag. 702, 16. *Ὑπὸ ζηλοτυπίας*] Sic infra lib. XV. cap. IV. sect. 4. omnium malorum caput et causa statuitur *ἡ τῆς βασιλίδος Ἄννης ζηλότυπος καὶ χαιρέκακος γνώμη*. Item ibidem sect. 5. eadem Anna notatur, ut *μὴ δυναμένη παντάπασιν ἀνανῆψαι τοῦ τῆς ζηλοτυπίας πάθους*. BOIVIN.

Pag. 702, 19. *Τοῦ ἔρωτος πείθοντος . . . . σα βίον* etc.] Paulo plus spatii vacat in Codice Vaticano. Hoc loco Gregoras nescio quem Augustae amorem obscure indicat. BOIVIN.

Pag. 702, 21. *Ψυχὴ γὰρ ἀπαιδαγώγητον ἄγουσα βίον* etc.] Complicatam et perplexis verborum ambagibus involutam auctoris mentem non potui omnino evolvere. BOIVIN.

Pag. 703, 11. *Τήν τε Κομοτηνὴν*] *Κουμούτζηνον* dicitur Cantacuzeno lib. III. cap. 67. 71. et alibi. DUCANG.

Ibidem. Καὶ τὴν Γρατιανοῦ] Meminit Cantacuzenus lib. III. cap. 69. captae Gratianopoleos. DUCANG.

Pag. 703, 12. *Μομιτίλου*] Qui mox *Μομιτίλας*. *Μομιτζίλος* vero dicitur Cantacuzeno lib. III. cap. 70. ubi rem narrat. DUCANG.

Pag. 704, 20. *Σύμβολα τῆς δεσποτικῆς ἀξίας οἱ Βυζάντιοι πέμπουσιν*] Atqui despoticae dignitatis insignia demum missa post adeptam ex Cantacuzeno victoriam scribit idem Cantacuzenus. Cuiusmodi vero fuerint despotatus insignia docet Codinus de Offic. Palatii cap. III. DUCANG.

Pag. 705, 6. *Μοσινούπολιν*] De qua egimus ad Villharduinum. DUCANG.

Pag. 705, 17. *Δοκεῖν εἶναι φύεσθαι*] Verbum *εἶναι* videtur suo loco motum fuisse. Legendum fortasse, *αὐτὴν καθ' αὑτὴν εἶναι τὴν ὑπογραφὴν, καὶ δύο μιᾶς τινος ῥίζης δοκεῖν φύεσθαι δένδρα* etc. BOIVIN.

Pag. 705, 21. *Ἔγειραι*] Paul. Ep. ad Ephes. cap. 5. BOIVIN.

Ibidem. Ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα] Iisdem verbis haec refert Cantacuzen. lib. III. cap. 70. DUCANG.

Pag. 705, 22. *Εὐθύς τε διαγρηγορήσαντα . . . . ἀναστῆναι*] Cantacuzenus Hist. lib. III. cap. 70. ait se, audita in somnis voce

turbatum, statim surrexisse. De citharoedo et de cantilena tacet omnino. BOIVIN.

Pag. 707, 12. *Ἕως τῶν ὑπασπιστῶν εἷς*] Quem Lantzaretum vocat Cantacuzenus lib. III. cap. 70. qui *ἐκ τῶν οἰκετῶν* Cantacuzeni fuisse ait. DUCANG.

Pag. 708, 6. *Τόν τε σατράπην Ἀμοὺρ*] Atqui inde et ex Cantacuzeno lib. III. cap. 86. docemur quis *Marbascianus* Sultanus ille sit apud Ioan. Villaneum lib. XII. cap. 28. quo loco narrat quomodo Smyrnae a Latinis expugnatae sint, qui non alius est ab isto *Amur*, quem Froissartus III. Vol. cap. 22. et 23. *Amourabaquin*, seu distinctis vocibus *Amour Abakin* vocat, seu *Ἀμοὺρ πέκιν*. DUCANG.

Pag. 708, 7. *Κατὰ Σμύρνης ἐπίπλους*] Vide supra lib. XIII. cap. ult. sect. 7. BOIVIN.

Pag. 708, 11. *Τὸ τοῦ Πυθίου φρούριον*] *Ἐμπύθιον* vocat Cantacuzenus lib. III. cap. 71. DUCANG.

Pag. 710, 9. *Ἀνδρονίκῳ τῷ Παλαιολόγῳ*] Is dignitate Protostrator et Stratopedarcha, cuius non semel meminit Cantacuzenus locis indicatis in Famil. Byzant. pag. 254. Cuius mortem recitat lib. III. cap. 71. et rursum Gregoras lib. XVI. cap. 1. DUCANG.

Pag. 710, 18. *Ὁ Γαβαλᾶς Ἰωάννης*] Tum Magnus Logotheta, postea variis auctus dignitatibus. Cantacuzen. lib. III. cap. 72. Illius non semel alibi meminit. DUCANG.

Pag. 710, 23. *Συζεῦξαι τῇ ἑαυτοῦ θυγατρὶ*] Cantacuz. lib. III. cap. 87. DUCANG.

Pag. 714, 11. *Καὶ ὁμηλίκων κηλίδων ἰατρείαν τινὰ*] Verti, *eam esse divinam castigationem*. Vertendum videtur, *aliquam esse divinam castigationem* etc. BOIVIN.

Pag. 714, 20. *Μασσαλιανῶν καὶ Βογομίλων*] Consulendus hic in primis Cantacuz. lib. II. cap. 39. DUCANG. *Καὶ Βογομίλων*] De quibus Anna Comnena, Euthymius Zigabenus, Tollii iter Italicum etc. Vide et lib. XXIX. infra, ubi de Synodo habita in monte Atho. BOIVIN.

Ibidem. Τά τε γὰρ ἄλλα τὸ ὄρος ὁ Ἄθως etc.] De laudibus montis Atho multa etiam patriarcha Philotheus Antirrhetic. lib. XII. (Cod. Reg. 1996. fol. 283. v.) ubi Gregoram acriter insectatur, quod et sanctam solitudinis monasticae tranquillitatem, et montem ipsum Atho calumniari ausus sit. *Τρίζει δ' ἀκρατῶς*, inquit, *εἰς τὴν ἱερὰν ἡσυχίαν διὰ τῶν αὐτῆς ἀθλητῶν τε καὶ ἀσκητῶν· μᾶλλον δὲ οὐκ εἰς τὴν ἡσυχίαν μόνην, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρετὴν ὁμοῦ πᾶσαν, ὅση τε τῆς θεωρίας καὶ ὅση τῆς πράξεως, τὸν ἱερὸν Ἄθω τῷ λόγῳ προθεὶς, τὸ μόνον ὡς ἀληθῶς ἁπάσης τῆς ἀρετῆς κοινὸν ἐργαστήριον, τῶν καθ' ἡμᾶς τις ἔφη σοφῶν· τὸν τῶν ἑκασταχοῦ τῆς οἰκουμένης, πῶς ἂν εἴποιμι, ὁμολογουμένως ἐξειλεγμένον μάλιστα χῶρον· τὸν ἱερὸν χηραμόν· τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν ὄντως τῆς ἀρετῆς παγκράτιον· τῶν Ὀλύμπου πραγμάτων*

τὸν διαφερόντως νομέα· μᾶλλον δὲ οὐκ οἶδ' ὅ, τι τις ἂν εἰρηκὼς, ἔπειτ' ἀρκέσαι. ἡ γὰρ τῶν ἐποικούντων ἀρετὴ πᾶσαν ὑπερβολὴν ἀμβλύνει. ὃν δήπου καὶ βασιλεὺς ὁ σοφὸς (Cantacuzenus), οὔπω τότε τοῦ σκήπτρου καὶ τοῦ κράτους ἐπειλημμένος, ἄρτι πρώτως ἐπιδεδημηκὼς τοῖς ἐκεῖ, καὶ τὴν ἀρετὴν μεθ' ὑπερβολῆς ἀποθαυμάζων τῶν ἐνοικούντων, „Ἕλληνες μὲν (ἔλεγεν) ἐν μύθοις φασὶν, Ἄτλαντά τινα τῶν μετὰ Κρόνου θεῶν καθηρημένων, ταύτην ὑπὸ τῶν ἀρξάντων τὴν δίκην κατεψηφίσθαι, τοὺς τῆς γῆς ἀνέχειν κίονας, ὡς ἂν πιέζοιτο τῷ τοσούτῳ βάρει. ἐγὼ δὲ τούτους φαίην ἄν, καὶ τῆς ἀληθείας ἐμοὶ συμμαρτυρούσης, ταύτην τὴν τιμὴν λαχεῖν, τοῦ βίου τῆς πολλῆς φιλοσοφίας ἕνεκα παρὰ θεοῦ, τὸ τὴν γῆν ἀνέχειν, εὐχαῖς ἱλεουμένους αὐτῇ τὸ θεῖον.“ τὸν γοῦν οὕτως ὑπὸ μεγάλων τε καὶ σοφῶν ἀνδρῶν καὶ θαυμαστῶν ὁμοῦ βασιλέων μεθ' ὑπερβολῆς θαυμαζόμενον θαυμαστὸν Ἄθω, διὰ τὸ περιὸν τῆς ἀρετῆς φημι καὶ τῆς ἁγιότητος τῶν προσοίκων (ἐῶ γὰρ νῦν τοὺς πρὸ ἡμῶν συγγραφέας τε καὶ σοφοὺς λέγειν, οὐδὲν ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, τῶν νῦν τούτων τεθαυμακότας) ὁ Γρηγορᾶς εἰς μέσους παρηχὼς, ὅπερ ἔφην, οὐδέν φησιν ἀρετῆς ἴχνος διὰ τοῦ οἰκείου Ἀγαθαγγέλου, οὐδὲ μόριον γοῦν ἀγαθοῦ τι καὶ λείψανον παρὰ τοῖς ὁσίοις ἐκείνοις καὶ ὅπη οὖν εὑρεῖν, εἰ μὴ καὶ πᾶν φησι τοὐναντίον. Reliqua omitto, quae nimis multa sunt. Porro hinc apparet Gregoram in libris Antirrheticis, quibus Philotheus suos opposuit, aliter prorsus atque in hac Historiae parte de Atho monte locutum fuisse. Cantacuzenus eum montem a Gregora in libris quoque historicis infamatum significat lib. IV. cap. XXIV. p. 802. qua de re in ipsius Gregorae Vita diximus. BOIVIN.

Pag. 721, 19. *Δίκην ὁλκάδων δυοῖν*] *Duas veluti naves*, ecclesiam scilicet et imperium. BOIVIN.

Pag. 722, 15. *Τῶν παλαμναίων*] Palamitae ab adversariis παλαμναῖοι per ridiculum vocabantur. BOIVIN.

Pag. 722, 18. *Καὶ ὅσοι διὰ τὸν χρόνον ἦσαν ἐφεκτικοί*] Ii scilicet qui nolebant de rebus divinis quicquam affirmari temere et indubitanter: quos Palamas in epistola ad Ioannem Gabram, Cod. Reg. 2409. fol. 244. v., his verbis notat: *καὶ πρὶν ἢ καθίσαι, διὰ στόματος ἔῤῥει τὰ τῆς πονηρᾶς ἐνστάσεως ῥήματα, ἣν ἀπὸ τῆς Πύῤῥωνος ἐφεκτικῆς οὗτοι κακῶς ἐπὶ τὰ θεῖα μετήνεγκαν.* BOIVIN.

Pag. 724, 6. *Τούτοις δὴ καὶ τὰ Χαλδαίων ἄντικρυς συνᾴδει*] Chaldaicorum Oraculorum meminerunt Synesius et Plotinus. Fragmenta, a Psello et Plethone collecta et explicata, edidit in lucem Ioannes Opsopoeus Parisiis, an. MDXCIX. ex Bibliotheca Regia. Vide epistolam illi editioni praefixam, ubi Gregoras dicitur Pselli commentarium *legisse*, *indeque multa verbotenus descripta scholiis suis in Synesii librum περὶ ἐνυπνίων indidisse*, *auctoris mentione*

*) Ipsa sunt Cantacuzeni verba, Histor. lib. IV. cap. 24. Edit. Reg. pag. 803. BOIVIN.

suppressa. Ioannes Laurentius Philadelphiensis Lydus, quem Iustino et Iustiniano imperantibus floruisse constat ex Photio, laudavit non semel τὰ λόγια in iis scriptis, quorum fragmenta exstant in Codice Regio 3367. Versus ab eo prolatos, quoniam ii in editione Obsopoeana desiderantur, iuvat hoc loco exhibere. Sunt autem hi:

Χρὴ δὲ χαλινῶσαι ψυχὴν βροτὸν ὄντα νοητὸν,
Ὄφρα μὴ ἐγκύρσῃ χθονὶ δυσμόρῳ, ἀλλὰ σαωθῇ.

Ψυχαῖον σπινθῆρα δυσὶ κεράσας ὁμονοίαις,
Νῷ καὶ πνεύματι θείῳ, ἐφ' οἷς τρίτον ἁγνὸν ἔρωτα,
Συνδετικὸν πάντων ἐπιβήτορα σεμνὸν ἔθηκεν.

Τῆσδε γὰρ ἐν τριάδος κόλποις ἔσπαρται ἅπαντα.
Τῆσδε γὰρ ἐκ τριάδος πᾶν πνεῦμα πατὴρ ἐκέρασσε.

Νύμφαι πηγαῖαι, καὶ ἐνύδρια πνεύματα πάντα,
Καὶ χθόνιοι κόλποι, καὶ ἠέριοι, καὶ ὕπαυγοι
Μηναῖοι, πάσης ἐπιβήτορες ἠδ' ἐπιβῆται
Ὕλης οὐρανίας τε καὶ ἀστερίας καὶ ἀβύσσων.

Haec porro Laurentius Philadelphiensis non *Χαλδαϊκὰ λόγια*, sed λόγια tantum vocat. Nec aliter Synesius in libro *de insomniis.* BOIVIN.

Pag. 724, 15. *Οὐ θυσιῶν σπλάγχνων τε τομαί*] Apud Synesium legitur,

Οὐ θυσιῶν σπλάγχνων τ' ὄτομαι etc.

quae lectio bona est, si ὄθομαι legas. Nam ὄτομαι non dicitur. Homer. Il. α'.

σέθεν δ' ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω,
Οὐδ' ὄθομαι κοτέοντος. BOIVIN.

Pag. 725, 7. Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ κ. τ. λ.] Homer. Iliad. I. BOIVIN.

Pag. 726, 10. Ἐς τὸν μέγιστον τῆς τοῦ θεοῦ Σοφίας] Cantacuz. lib. III. cap. LXXX. DUCANG.

Pag. 726, 19. *Καὶ περιαγωγὰς κακοδαίμονας*] Hoc loco περιαγωγαὶ videntur esse *ignominiosae per compita et fora traductiones*, aut etiam *exsilia et deportationes.* BOIVIN.

Pag. 726, 23. Ἔαρος ἐπιστάντος] Cantacuzen. lib. III. cap. LXXXI. DUCANG.

Pag. 726, 24. Ὁ σατράπης Ἀμοὺρ] Hic errat Gregoras. Neque enim Amur is tum fuit, sed Orchanes orientalis Bithyniae Satrapa, quique a Paphlagonia usque in Phrygiam imperabat, ut testatur ipse Cantacuzenus non uno loco. Amur vero postmodum cum viginti millibus equitum venit, et Cantacuzeno affuit contra Momitzilam, ut scribit idem Cantacuzenus cap. LXXXVI. DUCANG.

Pag. 728, 3. Θέρους δὲ ἤδη μεσοῦντος] Cantacuz. lib. III.

cap. LXXXVI. DUCANG. *Θέρους δ' ἤδη μεσοῦντος*] Immo *vere exeunte.* Nam Momitilas, cuius clades narratur, quatriduo ante Apocauci caedem debellatus, Apocaucus vero Iunii die undecima caesus est; ut constat ex cap. seq. sect. 1. et 5. Gregoras ver, aestatem, auctumnum et hiemem, non tam aequinoctiis et solstitiis, quam calore, frigore, et propriis cuiusque tempestatis proventibus definivit. BOIVIN.

Pag. 729, 15. *Τοῦ παλαιοῦ παλατίου*] Cantacuzen. lib. III. cap. LXXXVIII. *καὶ τὸ ἐν βασιλείοις τῆς Κωνσταντίνου δεσμωτήριον κατασκευάζει* etc. Idem *τὰ Κωνσταντίνου μεγάλου βασίλεια* vocat. Rem etiam ibidem pluribus narrat. DUCANG.

Pag. 730, 13. *Οὐργιᾶς*] Barbare pro *ὀργυιᾶς.* Vide Glossar. Ducang. BOIVIN.

Pag. 730, 21. *Εἰς λήθης φρούριον*] Vide Procop. de bello Persico lib. I. cap. V. BOIVIN.

Pag. 731, 15. *Ἦκε μεθ' ὕπνον, καὶ τράπεζαν ὀψόμενος,*] Verbum verbo reddidi, nec ausus sum aliter interpungere atque ut in Codice Regio interpunctum erat. Quid sit *τράπεζα* hoc loco, non satis assequor. Fortasse hic sensus est: *Apocaucum diri illius carceris aspectu oculos pavisse, ac vix somno excitatum eo tanquam ad mensam opiparam cucurrisse.* An bis venit; semel, *post somnum:* iterum, *post mensam*? BOIVIN.

Pag. 732, 6. *Οὕτως ὁ δρασσόμενος*] Ad Corinth. I. cap. III. v. 19. BOIVIN.

Pag. 732, 10. *Ὁ Ῥαοὺλ πρῶτος ἁρπάσας*] Alexius forte ille δοὺξ, Cantacuzeni causa et ipse carcere damnatus. Idem Cantacuzenus pag. 657. De Raüliorum familia Constantinopoli a Francis orta pluribus egimus ad Alexiadem Annaeam pag. 239. Notarum. DUCANG.

Pag. 735, 18. *Παρὰ τὸν γείτονα συνιόντας ἱππόδρομον*] Quem *Ξυλόκερκον* vocant scriptores, de cuius situ agimus in Constantinopoli Christ. lib. II. sect. I. n. 16. et lib. IV. sect. XIII. n. 25. DUCANG.

Pag. 736, 7. *Πᾶν τὸ Γασμουλικὸν*] De Gasmulis diximus supra ad lib. VI. DUCANG.

Pag. 737, 16. *Ἐς τὴν ἐχομένην τῆς Νέας μονὴν*] Monasterium virorum fuisse indicat cap. seq. *τὰς καλύβας τῶν ἐκεῖ μοναζόντων ἠνδραποδίζοντό τε καὶ διήρπαζον.* Cantacuz. lib. III. cap. LXXXVIII. *ἐπὶ τὸν ἐγγὺς κατέφυγον ναὸν τῶν ἐννέα ταγμάτων προσαγορευόμενον.* De hoc monasterio egimus in Constantinop. Chr. lib. IV. sect. XV. n. 35. Corrupte igitur *Νέα* pro *ἐννέα* dicebant ea aetate Constantinopolitani. Nam alia fuit aedes *Νέα* dicta S. Michaëlis in Magno Palatio sita, de qua pariter multa congessimus in eadem lucubratione lib. II. pag. 127. et in Gloss. med. Latin. in *Aenea*, et in Gloss. med. Graecit. in *Νέα.* DUCANG. *Τῆς Νέας μο-*

νὴν] Cantacuzeno dicitur *ναὸς τῶν ἐννέα ταγμάτων*, Hist. lib. III. cap. LXXXVIII. pag. 658. BOIVIN.

Pag. 740, 10. *Ὁ ἐκ τῆς προτέρας συζύγου*] Is Ioannes Apocaucus appellatur a Cantacuzeno lib. III. cap. XCIII. ubi rem eandem narrat. Sed et scribit lib. III. cap. LXXXVIII. duos Apocauci filios, stoliditatem moresque improbissimos patris detestantes, paulo ante ipsius caedem ad ipsum Cantacuzenum transiisse. DUCANG. *Ἐπεὶ δ' ὁ ἐκ τῆς προτέρας συζύγου πρῶτος Ἀποκαύκου υἱὸς*] In Codice Regio legitur quidem *πρῶτος*, sed supra syllabam *πρῶ* eadem manu scriptum legitur *τρί*: unde dubium est utrum hic legendum sit *πρῶτος* an *τρίτος*. Cantacuzenus meminit trium Alexii Apocauci filiorum, quorum duos vivo patre ait ad se transiisse, Hist. lib. III. cap. LXXXVIII. tertium, quem ambigimus utrum maximus an minimus natu fuerit, post patris mortem in suas partes transgressum, a Zelotis Thessalonicae praecipitatum et obtruncatum narrat, eiusdem lib. cap. XCIII. et XCIV. BOIVIN.

Pag. 740, 17. *Θεσσαλονικέων χειροῦται ἀκρόπολιν*] Quae *πόλει τινὶ ἔοικε μικρᾷ, καὶ οἰκήτορας ἰδίους* habebat, inquit Cantacuz. cap. XCIV. DUCANG.

Pag. 741, 1. *Καὶ τὸν τοῦ Ἀποκαύκου κ. τ. λ.*] Cantacuzenus eam rem videtur conferre in annum Christi MCCCXLVI. Hist. lib. III. cap. XCIII. BOIVIN.

Pag. 741, 6. *Τὸ τοῦ Βατάτζη Ἰωάννου*] Illius meminit Cantacuzenus lib. III. cap. XXIX. Quo loco *Ἀχυραϊτῶν προσαγορευομένῳ τάγματι* praefectum fuisse tum ait; praeterea cap. XXII. XLVI. LXXVI. et XC. ubi quaedam ex iis quae a Gregora narrantur attigit. DUCANG.

Pag. 741, 7. *Πλούσιος ἐξ ἀπογραφικῶν ἐμποριῶν*] Qui vectigalia et alios principum reditus exigendos certo constituto pretio redimebant, ii a Latinis medii et infimi aevi scriptoribus *peraequatores*, *recuperatores*, atque etiam *descriptores*; a Graecis *ἐξισωταὶ*, *ἐπόπται*, et *ἀναγραφεῖς* dicti. Quodnam illorum munus fuerit, docet Ducangius in Glossariis mediae tum Latinitatis tum Graecitatis. Hoc genus negotiationis a Gregora vocatur *ἀπογραφικὴ ἐμπορία*, quae scilicet constabat redituum ac vectigalium descriptionibus. BOIVIN.

Pag. 741, 18. *Περιστάσεως φρούριον*] Illud forte quod *Τερίστασιν* vocat Cantacuzenus lib. III. cap. LXXVI. Aliud memorat cap. LXVI. quod *Περιστίτζαν* appellat. DUCANG. Placet admodum Ducangii coniectura, qui legendum putat *Τεριστάσεως*. BOIVIN.

Pag. 741, 21. *Ἦν ἐκ Τροίας ἐζητηκότι*] Cantacuzenus, *ἐκ Λυδίας περιμένων στρατόν*. Cuius tractus Sarchanem Satrapam facit lib. III. cap. XCVI. DUCANG.

Pag. 741, 22. *Ὁ Σατράπης Σουλυμάν*] Duos hoc nomine memorat Cantacuzenus, alterum Sarchanis filium, Cerasae Phrygiae Satrapam, qui sub haec tempora vel paulo ante in Thracia ex

febre obiit, adeo ut vix is existimari possit Vatatzae gener, quandoquidem cum Vatatzes caesus interiit, adhuc superstes erat Sulymannus iste. Alter est Sulymannus Orchanis filius primogenitus, de quo idem Cantacuzenus lib. IV. cap. IV. XXXIV. et alibi, et Laonicus lib. I. pag. 12. Tertius filius Aitinis. Annales Turcici pag. 314. eius l. Edit. Reg. Carasen ab eo expugnatam scribunt, urbem forte illam cui alter Solymannus imperabat. DUCANG.

Pag. 746, 13. *Μέχρι στενῶν Χριστουπόλεως*] Cantacuzen. lib. I. cap. IV. *Χριστουπόλεως φρούριον, ἅμα μὲν ὂν καρτερὸν ἔκ τε τῆς φυσεως τῆς κατασκευῆς τοῦ τόπου καὶ τῶν τειχῶν, ἅμα δ' ὅτι καὶ ὥσπερ εἴ τι κλεῖθρον κεῖται τῶν κλιμάτων ἑκατέρων μέσον.* Meminit rursum Gregoras hoc cap. *Χριστουπόλεως στενῶν.* DUCANG. Vide notam ad pag. 151. A. supra. BOIVIN.

Pag. 747, 1. *Βασιλέα Ῥωμαίων ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε*] Cantacuzen. lib. III. cap. LXXXIX. extremo. DUCANG.

Pag. 747, 8. *Τῶν Σκοπίων πόλεως*] Quam quidem urbem in Regiam deinceps delegit. Cantacuz. lib. IV. cap. XIX. Vide Laonicum lib. I. pag. 14. et Leunclavium in Pand. Turc. DUCANG.

Pag. 747, 9. *Ἄξιὸς*] Vide lib. VIII. cap. IV. sect. 7. et lib. XIII. cap. II. sect. 7. BOIVIN.

Pag. 747, 13. *Καὶ Δέρκου*] *Πόλις ἐν τῇ Δέρκῃ λίμνῃ* Cantacuzeno lib. III. cap. 81. DUCANG.

Pag. 749, 15. *Ἡ μία τῶν αἰθερίων ἀψίδων*] Cantacuzen. lib. IV. cap. 4. DUCANG.

Pag. 750, 10. *Υἱοὶ μητρός μου κ. τ. λ.*] Cant. cant. cap. I. v. 5. et cap. V. v. 7. et Psalm. LXXIII. v. 23. BOIVIN.

Pag. 750, 14. *Βοὴ καὶ θρῆνος ἠγείρετο μείζων*] Videtur Gregoras respexisse ad illa Gregorii Nazianzeni de Anastasiae templo,

> *Οὐ τόσον, Ἀσσυρίοισιν ὅτ' ἤγετο τηλόθι πάτρης,*
> *Λαὸς δουριαλὴς νηὸν ἔκλαυσε μέγαν.* BOIVIN.

Pag. 751, 16. *Καὶ τὰ ἐρείσματα ὁπόσα πρὸς Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως*] Atque hinc discimus a quo exstructi fuerint muri illi obnitentes quatuor maioribus pilis sustinentibus Hemisphaerium, de quibus egimus in Constantinop. Christ. lib. III. sect. 36. DUCANG.

Pag. 753, 17. *Τὸ δὲ κατ' ἀμφότερα· τό, τ' ἀβούλητον καὶ ὁ πρὸς διόρθ.*] Ita etiam Vaticanum exemplar; ex quo, quae in Regio apographo deessent, suppleturum me sperabam. BOIVIN.

Pag. 755, 6. Annum Christi MCCCXLVI. ascripsimus, quo ineunte datam putamus illam Cantacuzeni ad patriarcham Ioannem epistolam. Huic coniecturae favet ordo ipse rerum narratarum. BOIVIN.

Pag. 756, 2. *Καὶ μὴ πειθόμενον, ἄν τινα*] *Εἶχεν ἄν τινα* Codex Vaticanus, ut accepi ex Cl. V. L. Targnio. BOIVIN.

Pag. 758, 2. *Εἰς μῆκος ἐκτείνας γράμμασι τὴν ἐπιστολὴν*]

More imperatorum Constantinopolitanorum, de quo diximus ad Alexiadem Annaeam pag. 253. Notarum. DUCANG.

Pag. 758, 20. *Τὴν τοῦ βασιλείου κ. τ. λ.*] Vide supra lib. IV. cap. IV. BOIVIN.

Pag. 760, 11. *Ἡ κάμηλος*] Apostolius Centur. IX. Proverb. 70. BOIVIN.

Pag. 760, 19. *Μετὰ τὸ πληγ.*] Apostolius Centur. II. Proverb. 53. et Centur. XIII. Proverb. 98. BOIVIN.

Pag. 761, 17. *Ἀνωτέρω*] Lib. XIV. cap. III. sect. 9. BOIVIN.

Pag. 762, 13. *Βασιλικὴν περιτίθησι τῇ κεφαλῇ ταινίαν*] Cantacuz. lib. III. cap. CXII. init. ubi diem notat festum SS. Constantini et Helenae matris, XII. Kal. Iunii. DUCANG. *Βασιλικὴν περιτίθησι κ. τ. λ.*] Mense Maio. Vide Cantacuz. lib. III. cap. XCV. BOIVIN.

Pag. 762, 15. *Τῶν Ἱεροσολύμων πατριάρχου*] Lazarum vocat ibid. Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 762, 18. *Βιθυνίας σατράπην Ὀρκανὸν*] Qui *Ὀρχάνης* dicitur Cantacuzeno lib. III. cap. XCV. ubi has nuptias describit; Otomani primi Turcorum hodiernorum auctoris filius, ut scribit Laonicus lib. I. ubi et harum nuptiarum meminit pag. 12. DUCANG.

Pag. 762, 22. *Καὶ τῇ δυνάμει τοὺς κατ' αὐτὸν ἤδη Περσικοὺς ὑπεραίρων σατρ.*] *Τοὺς κατ' αὐτὸν σατράπας* interpretor *sui temporis Satrapas.* Erunt fortasse qui malint *sui generis Satrapas*, vel *vicinos Satrapas.* BOIVIN.

Pag. 762, 24. *Τῇ θυγατρὶ Μαρίᾳ*] Hic errat Gregoras. Nam Theodoram ipsemet vocat Cantacuzenus non semel, ut et alii. Mariam vero primogenitam duxerat Nicephorus Angelus Acarnaniae despota. Vide stemma Cantacuzenicum in Famil. Byzant. pag. 261. DUCANG.

Pag. 763, 18. *Τοῖς περὶ Φιλαδελφίαν σατράπαις*] Sarchanem Philadelphiae Satrapam ab Anna evocatum scribit Cantacuz. lib. III. cap. XCVI. DUCANG.

Pag. 763, 20. *Καὶ τὸ ἔαρ ἐν τούτοις*] Anno 1347. DUCANG. Immo anno 1346. BOIVIN.

Pag. 765, 11. *Ὑπὸ Τούζου*] De quo supra lib. XIII. cap. ult. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 765, 16. *Ἐς Χίον τὴν νῆσον*] Ut Chius et utraque Phocaea in Genuensium potestatem venerint, narrat etiam Cantacuzen. lib. III. cap. 95. lib. IV. cap. 11. 12. Bizarus lib. VI. p. 130. sub an. 1346. DUCANG.

Pag. 766, 11. *Ὁ Φακεωλάτος*] Id ipsum refert Cantacuzen. lib. III. cap. 95. DUCANG.

Pag. 767, 5. *Ἦν δ' ὅμως περιδεὴς ὁ Φακεωλάτος*] Quippe proposuerant Genuenses Galataei praemium ac impunitatem ei qui illum morti traderet. Cantacuzen. loco laudato. DUCANG.

Pag. 767, 12. *Τῆς ὀργῆς ἐκείνης*] Causam, cur Anna impe-

ratrix a patriarcha alienata sit, pluribus exponit Cantacuz. lib. III. cap. 98. DUCANG.

Pag. 768, 3. *Διὰ τὴν τοῦ τόμου κατάλυσιν*] De quo quidem Tomo, et Synodo Constantinopolitana, et controversia inter Barlaamum et Gregorium Palamam, fuse egit Cantacuzen. lib. II. cap. 39. 40. ubi consulendus Gretserus. DUCANG.

Pag. 768, 4. *Ἐπεὶ δ' ἔτυχεν ..... δέσμιον ἐκ πολλοῦ κατέχουσα τὸν Παλαμᾶν*] Exstant in Codice Regio 2409. cum alia multa Palamae scripta theologica, tum epistolae aliquot apologeticae, in quibus Palamas hanc vitae suae partem fuse enarrat. Inde nos, quae ad Chronologiam pertinebant, selecta quaedam excerpsimus. Sunt autem haec. Palamas coepit suspectus esse circa initia belli civilis A. C. MCCCXLII. Cod. Reg. fol. 296. v. *Περὶ που τὰ μέσα τῶν πρὸ τοῦ σωτηρίου πάθους νηστίμων ἡμερῶν*, id est, *circiter mediam Quadragesimam*, patriarcha Palamae significat, suspectum eum sibi et Augustae esse, petitque ab eo, ut secum ad hanc veniat, delendae eius suspicionis causa, fol. 295. v. lin. ult. In Dominica Palmarum appellit Byzantium *ὁ Πρῶτος*, id est, *Primus* monasteriorum montis Atho moderator, fol. 296. v. lin. 3. Exacta Dominicae Passionis hebdomade, ac sequenti ineunte, Palamas patriarcham invisit et Augustam, ibid. lin. 6. Statim post Dominicam *τῶν ἁγίων πατέρων*, intra octavam Ascensionis, confert se in monasterium e regione Byzantii situm, ibid. infima pag. Inde, verno tempore, in aliam domum a tumultu nautico remotam transit, fol. 297. lin. 3. Paucis diebus interiectis quaesitus a quodam ecclesiae ministro, nec inventus, in Urbem redit, ibid. lin. 4. Ineunte auctumno Heracleam secedit, et ibi per quatuor menses commoratur, fol. 285. lin. 6. fol. 284. v. in inf. pag. fol. 299. v. in fine pag. Inde A. C. MCCCXLIII. reversus, in aedibus S. Sophiae commoratur per integrum duorum mensium spatium, fol. 284. v. med. pag. Comprehenditur et in custodiam datur *ἔαρος μεσοῦντος*, hoc est, circa initium mensis Maii, fol. 285. lin. 7. Ignatius, patriarcha Antiochenus, Byzantium venit anno post Andronici iunioris mortem tertio completo, A. C. MCCCXLIV. fol. 283. v. lin. 20. Palamas, ad monachos montis Atho scribens A. C. MCCCXLVI., ait se *περικεκλεισμένον ἀκριτῶς ἐπὶ δυσὶν ἐνιαυτοῖς ἤδη*, id est, annum iam alterum elapsum esse, ex quo inclusus teneatur, fol. 299. infra med. pag. Nondum eo tempore coacta erat in eum Synodus. Ibid. Ignatius, patriarcha Antiochenus, Byzantio excedit, literis ad patriarcham Constantinopolitanum contra Palamam scriptis, fol. 282. v. lin. 1. Haec Regius ille Codex. Aliquanto post Palamas carcere emissus, anno ipso (ut opinor) MCCCXLVI. Tamen Cantacuzenus lib. III. cap. ult. pag. 699. scribit, Palamam adhuc in carcere fuisse eo tempore quo ipse Urbem cepit; atque eum, cum Andronico Asane eductum e custodia, venisse ad se ait Annae Augustae missu legatum. BOIVIN.

Pag. 768, 11. *Τὴν γνώμην περιφανῶς μετήνεγκε.... τήν τε περὶ τὰ δόγμ. γνώμην ἐκείνου κυροῦσα* etc.] Huc pertinet Palamae ad Augustam epistola, quae exstat in Codice Regio 2409. supra laudato, fol. 53. Ea est eiusmodi.

Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης ἐπιστολὴ πρὸς τὴν θεοστεφῆ βασιλίδα, κυρὰν Ἄνναν τὴν Παλαιολογίναν.

Οὐδὲν οὕτως ἀναγκαιότατον οὐδὲ λυσιτελέστατόν τε ἅμα καὶ πρεπωδέστατον τοῖς τοῦ Χριστωνύμου γένους κατ' εὐδοκίαν ἐκ θεοῦ βασιλεύουσιν, ὡς τὸ χρῆσθαι τῇ δυνάμει τῆς ἐκ θεοῦ βασιλείας, ὑπὲρ τῆς ἀϊδίου τοῦ θεοῦ βασιλείας, ἣ παρὰ τῶν νῦν αὖθις ἀντικειμένων ἡμῖν εἰς κτίσμα φρενοβλαβῶς κατασπᾶται. καὶ τοῦτο συνεὶς εἴπερ τις ὁ πολὺς ἐκεῖνος καὶ τὰ πάντα θαυμάσιος ἡμῶν βασιλεὺς, ἔδειξεν ἔργῳ τὴν βασιλείαν ἐκ θεοῦ δεδεγμένος, ἅτε ζῆλον ἔνθεον ὑπὲρ τῆς ἐκείνου βασιλείας ἀνηρημένος, καὶ κατασπάσας εἰς τέλος τοὺς τὸ ὕψος ἐκείνης ταπεινοῦν ἠρημένους. τοῦτο καὶ ἡ κρατίστη σὴ βασιλεία, δέσποινα ἡμῶν ἁγία, δι' ὧν ἤδη πράττεις, ἐναργῶς διατελεῖς παριστῶσα· καὶ εἴη σοι τὴν πρᾶξιν εἰς τέλος ἀγαγεῖν, καὶ τοὺς τῇ εὐσεβείᾳ πάλιν, ὡς ἐκείνου μηκέθ' ἡμῖν ὄντος, ἀναιδῶς ἀντιστάντας, εἰς τέλος καθελεῖν, ἵν' ἐκείνῳ, καθάπερ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς πᾶσιν, οὕτω καὶ τὸν ὑπὲρ θεοῦ ζῆλον ἰσοστάσιος εἴης. ἐπεὶ δὲ τῷ θεοκινήτῳ ζήλῳ τὴν βασιλικωτάτην ἐν ἀρεταῖς συγκεκραμένην ἔχουσα φρόνησιν, ζητεῖς καλῶς ποιοῦσα μαθεῖν ὡς ἐν ἐπιτόμῳ καὶ κατὰ τὸ ἐγχωροῦν σαφῶς, τὰ παρ' ἡμῶν καὶ τὴν ἀντιθέτων ἡμῶν καὶ φρονούμενα καὶ λεγόμενα περὶ τοῦ θειοτάτου φωτὸς, οὕτω ταῦτ' ἔχει. Καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ οἱ ἅγιοι ἔστιν οὗ θεότητα ὀνομάζουσι, καὶ τὸ φῶς καθ' ὃ λάμψας ἀπορρήτως ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τοῦ Θαβωρίου ὄρους περιήστραψε τοὺς συναναβάντας μαθητὰς, θεότητα ὀνομάζουσιν. ὡς οὖν ἡμῶν ἄκτιστον εἶναι φρονούντων μετὰ τῆς ὑπὲρ πᾶσαν ἔκφανσιν οὐσίας, καὶ τὴν τοῖς ἀξίοις ἐπιφαινομένην ταύτην ἔλλαμψιν, δύο θεότητας ἀκτίστους πρεσβεύειν, ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην ὁ Ἀκίνδυνος κατηγορεῖ, καθάπερ καὶ ὁ Βαρλαάμ. αὐτὸς δὲ μόνην ἄκτιστον εἶναι λέγει θεότητα, καθάπερ καὶ πρότερον ἐκεῖνος, τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ· τὴν δὲ θείαν ἐκείνην ἔλλαμψιν, κτιστήν. ἐπεὶ δὲ κτιστὴν εἶναι λέγει τὴν θείαν ἔλλαμψιν ἐκείνην, καὶ ὑφειμένην εἶναι λέγει πάντως. οὐκοῦν δύο λέγει καὶ αὐτὸς θεότητας, ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην. φανερὸν οὖν ὡς πρὸς ἀπάτην τῶν ἀκουόντων, τὴν ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην ἡμῶν κατηγορεῖ θεότητα. τοῦτο δέ ἐστιν ἀληθῶς δι' ὃ ἡμῶν κατηγορεῖ, ὅτι τὸ θεῖον καὶ ἀπόρρητον ἐκεῖνο φῶς, ὃ κτιστὸν εἶναί φησιν αὐτὸς, ἄκτιστον εἶναι πρεσβεύομεν ἡμεῖς, καθάπερ οἵ τε θεοφόροι πατέρες καὶ Χριστὸς αὐτὸς ὁ κατὰ τοῦτο λάμ-

ψας, καὶ βασιλείαν τοῦ θεοῦ τοῦτο καλέσας, ἐδίδαξαν ἡμᾶς. οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ δούλη καὶ κτιστή. μόνη γὰρ αὕτη παντὸς μᾶλλον ἀβασίλευτος καὶ ἀήττητος, καὶ χρόνου παντὸς καὶ αἰῶνος ἐπέκεινα. οὕτως οὖν ἡμεῖς ἕνα κατὰ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἐν μιᾷ θεότητι σέβομεν θεὸν, οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν μόνην ἄκτιστον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰ περὶ τὴν οὐσίαν θεωρούμενα καὶ θεολογούμενα, τὴν δύναμιν, τὴν θέλησιν, τὴν ἀγαθότητα, τὸ φῶς, τὴν ζωὴν, καὶ τὰ τοιαῦτα· καὶ ὡς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὔσης τῶν τριῶν προσώπων καὶ τῆς οὐσίας καὶ τῆς ἐλλάμψεως, καὶ ἁπλῶς πάσης δυνάμεως καὶ ἐνεργείας θείας. ὁ δὲ Ἀκίνδυνος ἀθέσμως εἰς κτιστὰ καὶ ἄκτιστα τὸν ἕνα θεὸν διχοτομεῖ, καὶ εἰς δύο θεότητας ἐκφύλους, καὶ ὄντως ὑπερκειμένην τε καὶ ὑφειμένην, τὴν μίαν κατατέμνει θεότητα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· τὴν μὲν οὐσίαν τοῦ θεοῦ ὑπερκειμένην λέγων, ὡς μόνην κατ' αὐτὸν ἄκτιστον θεότητα· τὸ δὲ φῶς ἐκεῖνο, ὑφειμένην ὡς κτιστὴν θεότητα. ποιεῖ δὲ κτιστὴν ἐντεῦθεν καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ. οὗ γὰρ ἡ ἔλλαμψις κτιστὴ, ἄκτιστον αὐτὸ οὐκ ἔστι. τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἄλλων πονηρῶν αἱρέσεων, αἷς ἐντεῦθεν περιπίπτει, ἡ τοῦ νῦν γράμματος συντομία οὐ χωρεῖ. καθάπερ δὲ ὁ Σαβέλλιος, ἐν τῷ μὴ διαφέρειν λέγειν τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν, μὴ ἔχειν υἱὸν τὸν πατέρα ἐδογμάτιζεν, οὕτως ὁ Ἀκίνδυνος, ὅταν λέγῃ μηδὲν διαφέρειν τὴν θείαν ἐκείνην ἔλλαμψιν καὶ ἐνέργειαν τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ, οὐκ ἔχειν φησὶν ἐνέργειαν τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ. ὁ δὲ τοῦτο λέγων, μετὰ τοῦ Μεσσαλιανὸς εἶναι, καὶ ἀναιρεῖ τελέως τὸν θεὸν, ἑαυτὸν ἄθεον ὑπάρχοντα δεικνύς. τὸ γὰρ μὴ ἔχον ἐνέργειαν, οὐδαμῶς ἐστι κατὰ τοὺς θεολόγους. διὰ τοῦτο τὸ θεῖον ἐκεῖνο καὶ προσκυνητὸν στόμα τοῦ τρισμακαρίστου καὶ ἁγίου μου αὐθέντου καὶ βασιλέως, διὰ τοῦ συνοδικοῦ φησι τόμου· ὡς εἰ καὶ πρὸς τοσοῦτον ὕψος θεωρίας ἀνέδραμον ἐν τῷ Θαβὼρ οἱ τοῦ κυρίου μύσται, χάριν καὶ δόξαν εἶδον θείαν, ἀλλ' οὐ τὴν φύσιν αὐτὴν τὴν χορηγοῦσαν τὴν χάριν. καὶ γὰρ ἴσμεν ἐκείνην, ὑπὸ τῶν θείων λογίων μεμυημένοι, ἀμέθεκτον, ἄληπτον, ἀόρατον, καὶ αὐταῖς ταῖς ὑπερκοσμίοις καὶ ἀνωτάτω δυνάμεσι. νῦν δ' οἱ καταφρονήσαντες καὶ θεοῦ καὶ τῶν ἐκ θεοῦ ἁγίων, καὶ τοῦ ἐκ θεοῦ βασιλέως ἡμῶν ἐκείνου καὶ τῆς συνοδικῆς ἐξετάσεώς τε καὶ ἀποφάσεως, καὶ τῶν ἐπὶ ταύτῃ φρικωδεστάτων δεσμῶν καὶ ἀναθεματισμῶν, ἡμᾶς μὲν οὕτως εὐσεβῶς φρονοῦντας, καὶ τοὺς ἡμῖν ὁμοφρονοῦντας ἀποκηρύττουσιν, Ἀκίνδυνον δὲ καὶ τοὺς οἷος αὐτὸς, τἀναντία δυσσεβῶς φρονοῦντας, συνηγοροῦσι καὶ στηρίζουσι, παντὶ τρόπῳ, κοινωνοὺς ἔχειν καὶ συλλειτουργοὺς σπουδάζοντες. Hanc epistolam puto primordium ac primum velut fundamentum fuisse initae ab Augusta cum Palama adversus patriarcham societatis. BOIVIN.

Pag. 769, 18. *Παύλου*] Ad Galatas cap. I. v. 8. BOIVIN.

Pag. 770, 3. *Κακῶς μὲν ἀφίει κ. τ. λ.*] Hom. Iliad. I. 25. BOIVIN.

Pag. 770, 13. *Ἡμεῖς (λέγων) κ. τ. λ.*] Gregor. Nazianz. Orat. I. BOIVIN.

Pag. 772, 12. *Καὶ ἅμα τῶν ὅρων κ. τ. λ.*] Vide supra lib. XII. cap. VI. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 773, 3. *Ἐπεὶ γὰρ*] Conferendus ad hoc caput Cantacuzenus lib. III. cap. 97. et 99. DUCANG.

Pag. 774, 12. *Ἡ χρυσεία καλεῖται*] Novo vocabulo: nam χρυσῆ semper appellatur a scriptoribus Byzantinis: quae quidem porta tum erat obstructa, seu *ἀπῳκοδομημένη*, uti scribit Cantacuzen. d. cap. 99. quod et infra indicat his verbis, *διώρυττον τὴν χρυσῆν πύλην* etc. DUCANG.

Pag. 774, 21. *Ἐς τοὺς ἄντικρυ τῶν βασιλέων ὑψορόφους οἴκους*] Cantacuzen. *ἐπὶ τὸν Πορφυρογεννήτου κατέλυσεν οἶκον.* Ex quibus Porphyrogennetae aedis situm docemur. DUCANG.

Pag. 775, 1. *Ἦγε δ' ὁ φεβρουάριος τηνικαῦτα τρίτην ἡμέραν*] Capta igitur Constantinopolis a Cantacuzeno III. Febr. anno mundi iuxta Graecos VI. MDCCCLV. Christi MCCCXLVII. Indict. XV. Idem Cantacuz. cap. 100. extremo. DUCANG. Cantacuzeno Hist. lib. III. cap. ult. is dies est Februarii VII. Ait quippe se ab Anna Augusta admissum esse in Palatium Februarii die VIII. Constat autem admissum fuisse postridie quam ingressus in Urbem fuerat. BOIVIN.

Pag. 775, 3. *Τῆς ἀκροπόλεως ταύτης ἐντὸς συγκλεισθεῖσα*] Infra *πῦρ καὶ φρυγάνων φακέλλους ὑφῆψαν τὴν πρὸς τῷ τεμένει Βλαχερνῶν τῆς ἀκροπόλεως πύλην.* Cantacuzen. cap. 100. *τὸ ἐν Βλαχέρναις φρούριον* vocat, de quo copiose egimus in Constantinopoli Christ. lib. II. sect. V. n. 7. In eo igitur Palatio tum morabatur Anna imperatrix. DUCANG.

Pag. 775, 10. *Ἐκ Γαλάτου*] Idem habet Cantacuz. cap. 99. DUCANG.

Pag. 775, 19. *Τὴν ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσιν*] Proverbium, quo rursum infra cap. 31. utitur. Id est, *convitiis respondere.* DUCANG.

Pag. 776, 19. *Πρὸ δυοῖν που κ. τ. λ.*] Vide Cantacuz. lib. III. cap. 73. BOIVIN.

Pag. 776, 23. *Πρόσεχε οὐρανὲ κ. τ. λ.*] Deuteron. cap. XXXIII. v. 1. BOIVIN.

Pag. 778, 18. *Ὅθεν τῆς ὑστεραίας ἐπιούσης*] Postridie quam Cantacuzenus in Urbem fuerat intromissus. BOIVIN.

Pag. 780, 1. *Καὶ ἀνοιχθέντων ἤδη τῶν βασιλείων*] Februarii die quarta, si Gregorae credendum; octava, si Cantacuzeno; quem minime certe probabile est erravisse in eo die assignando, quo imperii sedem invasit. BOIVIN.

Pag. 781, 12. *Κατὰ τῆς τοῦ πατριάρχου καθαιρέσεως*] De qua Ioannis patriarchae Constantinopolitani abdicatione Cantacuzen. lib. III. cap. 99. lib. IV. cap. 3. DUCANG.

Pag. 783, 22. *Ἐσπέρας γὰρ*] Psalm. XXIX. v. 6. BOIVIN.

Pag. 784, 17. *Τῇ τε τῆς ἐπισκοπῆς καθαιρέσει προσεπῆγε*

καθαίρεσιν] Scripserat, puto, Gregoras, τῇ τε τῆς ἐπισκοπῆς καθαιρέσει τὴν τῆς ἱερωσύνης προσεπῆγε καθαίρεσιν, id est, *Episcopalis dignitatis abrogationi etiam sacerdotii abrogationem adiecit.* BOIVIN.

Pag. 784, 18. Ἐν τῇ τοῦ θείου Βασιλείου μονῇ] Id silet Cantacuzenus. De hoc monasterio egimus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. VI. n. 12. DUCANG.

Pag. 786, 7. Ἰσίδωρον] Cantacuzen. lib. IV. cap. 3. DUCANG. Huc pertinet Ignatii, patriarchae Antiocheni, Tomus contra hunc Isidorum; qui Tomus exstat apud Leonem Allatium (de libris ecclesiasticis Graec. Dissert. II.) Novembri mense promulgatus, Indict. XIII. hoc est anno Christi MCCCXLIV. exeunte. Palamas in oratione, quae adversus Ioannem Calecam patriarcham scripta exstat Cod. Reg. 2409. fol. 280. v. suam et Isidori causam agit his verbis: Ἀλλὰ καὶ μετὰ τὰς συνόδους ἀμφοτέρας ἐκείνας, καὶ τὸν ἐπ' ἐκείναις τόμον, ὕστερον οὐκ ὀλίγον χρόνον, ὑποψηφίους Μονεμβασίας τόν τε Παλαμᾶν, καθ' οὗ νῦν μαίνεται, καὶ τὸν αὐτῷ συνηγωνισμένον ἐν πᾶσιν ἱερὸν ἢ Ἰσίδωρον, μετὰ πάσης ποιεῖται τῆς ἐκκλησίας, αὐτὸς ὁ νῦν λέγων ἐξ ἀρχῆς ἀμφιβόλους αὐτοὺς εὐθὺς εἶναι περὶ τὸ σέβας, καὶ ἔτι μᾶλλον προϊόντος τοῦ λόγου. πῶς οὖν τηλικαύτην ψῆφον σὺν πᾶσι τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐπ' αὐτοὺς ἤγε, καὶ προκαθηγεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας ἠξίου, καὶ πρὸς τοσοῦτον διδασκαλικὸν ἀνεβίβαζε θρόνον, εἰ μηδὲ τῆς εὐσεβείας ἀσφαλῶς ἔχειν ἡγεῖτο τούτους· ἀλλὰ τὸν μὲν Παλαμᾶν πολλὰ βιασάμενος, καὶ δι' ἑαυτοῦ καὶ δι' ἑτέρων πλεῖστα παρακαλέσας, ὡς οὐκ εἶχε κατὰ τοῦτο πειθόμενον, καὶ μάρτυρες τούτου μετὰ πολλῶν ἑτέρων καὶ τῶν Μονεμβασιωτῶν οἱ τηνικαῦτα παρόντες· ὡς οὖν μὴ κατὰ τοῦτο πειθήνιον εἶχε, Θεσσαλονικεῦσιν ἐπιστήσειν ἰσχυρίζετο, βίᾳ μείζονι κεχρημένος. τὸν δὲ τοῦ πνεύματος ὄντως ἄνθρωπον, καὶ τὰ πάντα ἱερόν τε καὶ χρηστὸν ἢ Ἰσίδωρον, ὡς πάντες ἂν συμφαῖεν οἱ τὸν ἄνδρα εἰδότες, πολλαῖς τῶν Μονεμβασιωτῶν παρακλήσεσι, δέξασθαι πείθει τὴν τούτων ἱερὰν προστασίαν, καὶ τὸν εἰθισμένον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἱεραρχικὸν ἀσπασμὸν ἐκτελέσαντα, συνεδρεύειν ἐντεῦθεν καὶ συλλειτουργεῖν ὁσημέραι, τῷ νῦν ἐξ ἀρχῆς ἀμφιβόλους ἡμᾶς εἶναι περὶ τὸ σέβας ψευδογραφοῦντι. πῶς γὰρ ἀμφίβολον εἶχε περὶ τὸ σέβας, ὃν συλλειτουργὸν εἶχε, καὶ τῆς εὐσεβείας διδάσκαλον προὐχειρίσατο; ἀλλ' ἐπεσπάσατό φησι τὴν δίκην ἐφ' ἑαυτὸν καὶ ὁ ὑποψήφιος Μονεμβασίας. οὐκοῦν ὑποψήφιος ἦν· εἰ δ' ὑποψήφιος, οὐκ ἀμφίβολος ἦν, καὶ ταῦτ' ἐξ ἀρχῆς. τίνος δὲ καὶ χάριν ὁ ὑποψήφιος οὗτος ἐπεσπάσατο τὴν δίκην ἐφ' ἑαυτόν; ὡς τὰ αὐτὰ, φησὶ, τῷ Παλαμᾷ φρονῶν. καὶ μὴν οὗτος τῶν ἐκ Θετταλίας τῷ Παλαμᾷ συνεληλυθότων εἷς ἦν, καὶ φανερῶς ἐξ ἀρχῆς τοῦ αὐτοῦ φρονήματος ὑπῆρχεν αὐτῷ, κἂν ταῖς συνόδοις ἐκείναις παῤῥησίᾳ συνηγορῶν. πῶς οὖν μετὰ τὰς συνόδους ἐκείνας ὑποψήφιος ἡμῖν ἐγεγόνει; μᾶλλον δὲ πῶς οὐκ ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς ἐκεῖνος μὲν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἔμεινεν εὐσεβείας, ἧς καὶ πρότερον ἦν, καὶ δι' ἣν ἐξεδήμησε τῆς πατρίδος, καὶ ὑπὲρ

ἧς ἠγωνίσατο, καὶ τῆς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνίας ἆθλον τὴν ψῆφον ἀπενεγκάμενος τότ' εὐθὺς, νῦν ὕστερον ταύτης, τῆς οἰκείας εὐσεβείας ἕνεκα, καὶ τὴν τιμὴν τῆς ἀρχιερωσύνης καὶ τὴν ταύτης ἀφαίρεσιν ἔθετο παρ' οὐδὲν, ὑμεῖς δὲ τὸ σέβας, ὅπερ ἐκέκτησθε ψηφιζόμενοι τοῦτον, ἐξομοσάμενοι νῦν, ἅτε τοῖς Βαρλααμίταις προσθέμενοι, μὴ συμμεταθέμενον τὸ φρόνημα τοῦτον παραπλησίως ὑμῖν ἀπεψηφίσασθε νῦν. ἀλλ' οὐδ' ὁμολογίαν ἐπείσθη φησὶ δοῦναι τοῦ οἰκείου φρονήματος ἀπαιτηθείς, ὥσπερ οὐδ' ὁ Παλαμᾶς ἐπείσθη. βαβαὶ τῆς ἀναιδοῦς καὶ ἀπροφασίστου ψευδοῤῥημοσύνης. ὄντως σύνοδος ἀθετούντων εἰσὶ, κατὰ τὸν Ἱερεμίαν. BOIVIN.

Pag. 786, 10. *Ἐῤῥάγη σύστημα*] Haec etiam fuse narrat Cantacuzen. d. cap. III. DUCANG.

Pag. 786, 11. *Καὶ πρῶτον μὲν*] Ut Isidorum patriarcham Constantinopolitanum episcopi anathemati semel ac iterum subiecerint, silet Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 786, 13. *Ἐς τὴν Στεφάνου τοῦ θείου πρωτομάρτυρος μονὴν*] De variis S. Stephani aedibus Constantinopoli egimus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. VI. n. 89. et seqq. DUCANG.

Pag. 787, 16. *Τὸ γὰρ θαῦμα τῆς οἰκουμένης*] Similia narrat Cantacuz. lib. IV. cap. 4. et ut deinceps tum ab Anna imperatrice, tum ab ipsomet Cantacuzeno, ac denique ab Ioanne Palaeologo solo imperante, rursum aedes Sophiana instaurata sit. DUCANG.

Pag. 787, 22. *Τοῦ γὰρ δημοσίου βήματος*] Conciderat nempe *μεγάλη στοὰ μετὰ τοῦ βήματος*, inquit Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 787, 23. *Ἐφ' οὗ τοὺς βασιλικοὺς ἔδει τεθῆναι θρόνους*] Erant igitur ea tempestate throni imperatorii in ipso Bemate, seu intra cancellos. Vide Constantinopolim Christ. lib. III. sect. 49. DUCANG.

Pag. 788, 2. *Τοῦ θεραπευτικοῦ τάγματος*] Diaconos intelligit, quibus in Bemate locus dabatur, dum sacra peragebatur liturgia. Alioquin extra Bema consistebant. Vide eandem Constantinopolim Christ. lib. III. sect. 82. DUCANG. *Τοῦ θεραπευτικοῦ τάγματος*] Verti, *Aulicorum ordini.* At melius Ducangius, cuius notas sero consului. BOIVIN.

Pag. 788, 6. *Καὶ ἦσαν οἱ τοὺς βασιλικοὺς*] Cantacuzen. lib. IV. cap. 4. DUCANG.

Pag. 788, 10. *Τῆς πρώτης καὶ εἰκοστῆς τοῦ Μαΐου*] Hic dies, quem Gregoras Maii vigesimum primum numerat, a Cantacuzeno numeratur decimus tertius eiusdem mensis. Utri chronologo potior hac in re fides habenda est? Cantacuzeno certe; assignanti videlicet eum diem, quo ipse sit coronatus. Gregoras, eo quod Cantacuzenus bis esset coronatus, semel quidem Orestiade seu Adrianopoli, an. Chr. MCCCXLVI. mensis Maii die XXI. iterum autem Byzantii, an. Chr. MCCCXLVII. eodem mense, et non eodem die, primae et secundae *στεφηφορίας* dies facile potuit confundere, non item Cantacuzenus. BOIVIN.

Digitized by Google

Pag. 788, 13. *Τὴν συνήθη πεποιηκότες ἐμφάνειαν*] Seu *παράστασιν*, de qua supra quaedam attigimus. DUCANG.

Pag. 791, 16. *Ἑβδόμῃ γὰρ μετὰ τὴν ἀναγόρευσιν*] XII. Kal. Iun. Cantacuzen. lib. IV. cap. 4. proinde anno integro ac completo, ex quo Adrianopoli a patriarcha Hierosolymitano coronatus fuerat, eodem die festo, ut idem narrat lib. III. cap. 11. DUCANG. *Ἑβδόμῃ γὰρ μετὰ τὴν ἀναγόρ.*] Immo *ὀγδόῃ*, quo die Constantini Magni et Helenae eius coniugis memoria celebratur, inquit Cantacuz. Histor. lib. IV. cap. IV. pag. 718. Itaque is dies fuit Maii vigesimus primus; non autem, ut Gregoras putavit, vigesimus octavus. BOIVIN.

Pag. 791, 20. *Τοῦ μὲν ἑξκαιδεκαέτους ὄντος*] Vide quae annotavimus supra ad pag. 357. A. BOIVIN.

Pag. 793, 13. *Καὶ τοῦτον ἐπίσκοπον χειροτονεῖ Θεσσαλονικέων*] Cantacuz. lib. IV. cap. 15. DUCANG.

Pag. 793, 19. *Οἳ πραγματείαν εἰς μῆκος ἰδίαν πεποίηνται* etc.] Fortasse Ephesi archiepiscopum his verbis indicat; de quo Cyparissiotes, Palamicarum Transgressionum lib. I. serm. IV. cap. 10. in fine. BOIVIN.

Pag. 795, 1. *Πλὴν τῆς παραλίου Μηδείας*] Ita Cantacuzen. lib. IV. cap. 10. *Μήδειαν τὴν κατὰ Πόντον παράλιον πόλιν* vocat; cuius quidem nescio an alii meminerint, nisi illa sit de qua agit Tzetzes Chil. IV. sect. 72. ubi observat cum *ει* scribi, cum *Μηδία* appelletur, Medorum regio, per *ι*.

Μηδείας τῆς Αἰήτου μὲν ἦτα σὺν διφθόγγῳ.

Illius porro situm mox describit Gregoras: *ἥ γε μὲν Θρᾳκικὴ Μήδεια, ἣ δυτικωτέραν τε ἔχει Βυζαντίου τὴν θέσιν, καὶ πρὸς τῷ ἄκρῳ τοῦ Εὐξείνου κειμένη Πόντου σταδίους ἐντεῦθεν ἀπέχει μικρόν τι τετρακοσίων ἐπέκεινα.* DUCANG.

Pag. 795, 5. *Βέῤῥοια μὲν*] Cantacuzenus lib. IV. cap. 4. ut Manuele filio expulso Berrhoeenses Crali urbem tradiderint narrat. DUCANG.

Pag. 795, 9. *Θεσσαλονίκη δ' οὐκ ἤρεσκεν*] Cantacuzen. lib. IV. cap. 15. extr. DUCANG.

Pag. 796, 1. *Καὶ Ζηλωτῶν*] De quibus hic et alibi non semel idem Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 797, 2. *Σεβαστοκράτορες δ' ἐπὶ τούτοις*] Cantacuzen. lib. IV. cap. 5. DUCANG.

Pag. 797, 4. *Καὶ τοῖς τῷ τοιούτῳ προσήκουσιν ἀξιώματι παρασήμοις*] Codin. de Offic. Aulae Constantinop. cap. III. n. 16. descriptis eiusmodi insignibus Sebastocratoricae dignitatis, haec subdit: *ὁ δὲ βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς, τοὺς γνναικαδέλφους αὐτοῦ Ἰωάννην καὶ Μανουὴλ τοὺς Ἀσανίους τιμήσας Σεβαστοκράτορας, δέδωκεν αὐτοῖς φορεῖν ταμπάρια καὶ κάλτζας, οἷα καὶ οἱ Δεσπόται.* Quid vero sit *ταμπάριον*, diximus in Gloss. med. Lat. in *Tabardum*, et in Gloss. med. Graecit. DUCANG.

Pag. 797, 8. *Ὁ Παλαιολόγος Ἀνδρόνικος*] Cantacuzen. lib. III. cap. 71. Gregoras lib. III. cap. 10. DUCANG.

Pag. 797, 10. *Ἀνωτέρω*] Lib. XIV. cap. V. sect. 6. BOIVIN.

Pag. 797, 13. *Τῶν Ἀδήλων λέγω μονὴν*] Vide notata ad lib. XII. pag. 389. E. DUCANG. Ducangius putabat Gregoram hoc loco *Ἀδήλων μονὴν* vocare illud monasterium, quod alibi *Αὐδήρων μονὴν* vocavisset. At non verisimile est. Nam alibi quidem de monasterio Auderorum seu Abderorum, tanquam de utriusque Asanis carcere, locutus est: hic autem Adelorum monasterii meminit, ut eius loci in quo alter Asanes praedia habuerit, sibi iampridem assignata a Cantacuzeno. Vide annotata ad pag. 389. E. BOIVIN.

Pag. 797, 17. *Νόσημα τοῖς ἀνθρώποις*] Pestilentiam pariter hanc insignem, quae tum grassata est, eleganter describit Cantacuz. lib. IV. cap. 8. DUCANG.

Pag. 798, 17. *Καὶ ὁ Ἀνδρόνικος*] Cantacuzen. loco laudato. DUCANG.

Pag. 798, 18. *Τῶν μέντοι πραγμάτων*] Hanc Matthaeo filio propositam defectionem attigit Cantacuzenus lib. IV. cap. 7. 8. ubi de Ioanne Asane silet. DUCANG.

Pag. 804, 6. *Παρ' οὐδέσιν Ἑλλανοδίκαις*] *Ἑλλανοδίκης* est proprie *iudex iustus, incorruptus, et* (ut Pindarus Olymp. Ode III. loquitur) *ἀτρεκής*. Vertendum erat, *apud ullum iustum iudicem*, non *apud ullum Graeciae iudicem*. BOIVIN.

Pag. 805, 2. *Ἐδόκει βέλτιον Εἰρήνην*] Cantacuzen. lib. IV. cap. 8. DUCANG.

Pag. 805, 23. *Ἐγὼ* (*φησὶν*) *ὦ παῖ, τὴν παροιμίαν, τὴν ἀεί τι Λιβύη* etc.] Est hoc initium epistolae ad Chrysoloram scriptae. Unde suspicor longam hanc orationem non ab Irene Augusta, sed a Gregora fuisse lucubratam. Vide Indicem epistolarum Gregorae. BOIVIN.

Pag. 813, 10. *Τὸν πατριάρχην ἐκβεβληκὼς*] Cantacuzenus lib. IV. cap. 3. Didymoticho, ubi morbum cum aliqua mentis alienatione contraxerat, in Urbem adduci praecepisse scribit, quo a medicis curaretur, ex eoque postmodum decessisse. Ita dissident invicem Cantacuzenus et Gregoras, uterque pro libito, seu potius.... DUCANG.

Pag. 813, 15. *Πατριαρχεύσας περί που τὰ τεσσαρεσκαίδεκα*] Vide annotata ad pag. 306. A. BOIVIN.

Pag. 814, 13. *Τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀποτεμόμενος μέρος*] *Τῶν κατὰ Χαλκιδικὴν πόλεων* praefecturam datam Matthaeo filio indicat Cantacuzenus lib. IV. cap. 10. DUCANG.

Pag. 818, 11. *Πρὸς δ' αὖ τὰς ἐνόρκους ἐπαγγελίας*] Atqui eum noluisse illis flagitantibus quicquam promittere, legimus supra lib. XIV. cap. V. sect. 4. et 5. BOIVIN.

Pag. 830, 15. *Μετὰ πλειόνων ἢ τὸ πρότερον αὖθις τῶν ἐπισκόπων* etc.] Itaque adversus Palamam Synodus coacta est a Ioanne

patriarcha. Atque illud est Concilium, de quo Gregoras (Historiae lib. XIX. cap. I. n. 18.) veterem ait famam percrebuisse, tanquam haeresim omnium maximam correcturo, coactisque ex omni paene orbe patriarchis et episcopis octavi et ultimi Concilii nomen habituro. Tamen Ioannes Cyparissiotes Palamicarum Transgressionum lib. I. serm. IV. cap. 4. duos tantum et viginti pontifices adversus Palamam coivisse testatur. De tempore, quo ea Synodus habita sit, non plane constat. Ego habitam puto circiter an. Christi MCCCXLV. Certe eam ante illud tempus coactam haud fuisse colligitur ex ipsius Palamae verbis, quae exstant Cod. Reg. 2409. fol. 299. ubi ait se *περικεκλεισμένον ἐπὶ δυσὶν ὅλοις ἐνιαυτοῖς ἤδη·* tum haec addit, *πόσοι δὲ ποσάκις πρὸς αὐτὸν* (Ioannem scilicet patriarcham) *εἶπόν τε καὶ γεγράφασι, εἰ μὴ τὰς μεγίστας ἐκείνας συνόδους στέργεις, γενέσθω πάλιν ἑτέρα, μόνον ἐκ τῶν ἱκανῶν τὰ τοιαῦτα συνορᾷν. ὁ δὲ καὶ ἐκείνας φησὶ στέργειν, καὶ τὸν ἐπ' ἐκείναις γεγραμμένον τόμον ἀθετεῖν μὴ δύνασθαι· καὶ δι' ἔργων καὶ λόγων ἀκυροῖ τὰ παρ' ἐκείνων ἐγγράφως κεκυρωμένα, καὶ πρὸ τῶν συνόδων ἐκείνων ἐν τῷ ἁγιωρειτικῷ τόμῳ διειλημμένα μηδὲν ἧττον· καὶ πρὸ τούτου πάλιν, ἐν αὐτοῖς τοῖς θεοπαραδότοις λογίοις, κἀν τοῖς ἱεροῖς τῶν θεοφόρων πατέρων συγγράμμασι. τούτων οὖν ἁπάντων οὐκ οἶδ' ὅπως οὗτος ἀλογήσας ἀρτίως, εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὖθις εἰσήγαγεν, ἃ ταῖς προϋπηργμέναις ἀπηγόρευται συνόδοις, ἵνα μὴ μόνον ἡ πολιτεία φεῦ, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ, στασιάζῃ τε καὶ ταράττηται* etc. Ex his, inquam, verbis colligitur, illam quam dicimus Synodum non coactam fuisse ante annum Christi MCCCXLV. quo anno Palamas haec ipsa scribebat. Etenim epistolam, in qua haec leguntur, anno Christi MCCCXLV. datam fuisse perspicuum est ex eo, quod Palamas ibidem dicat, *sese duobus iam annis carcere inclusum teneri*, qui anno Christi MCCCXLIII. Maio mense in custodiam datus fuerat, ut supra ostendimus ad pag. 482. B. Itaque per annos decem habita sunt de iisdem rebus Concilia saltem quatuor. Primum an. Chr. MCCCXLI. Iunii die XV. adversus Barlaamum. Secundum circa an. MCCCXLV. adversus Palamam. Tertium an. MCCCXLVII. adversus Ioannem Calecam patriarcham. Quartum denique an. MCCCLI. Maio mense, adversus Gregoram et alios Acindynianos. (Ioan. Cyparissiotes meminit *τελευταίας συνόδου*, quam ait coactam fuisse ab Ephesi metropolita, Palam. Transgress. lib. I. serm. IV. cap. 16. in fine.) Tomi vero promulgati sunt multo plures: nempe Tomus Hagioriticus, de quo Palamas, Cod. Reg. 2409. fol. 267. Tomus Synodicus in Barlaamum et in Acindynum, editus mense Augusto anni MCCCXLI. de quo Lambecius Biblioth. Caesar. lib. IV. pag. 30. Tomus Ignatii patriarchae Antiocheni contra Isidorum, editus an. MCCCXLIV. Novembri mense; laudatus ab Allatio in Dissert. de libris Eccles. Graec. pag. 188. Tomi contra Palamam varii, variis temporibus a Ioanne patriarcha editi; id quod ipse Palamas testa-

tur his verbis: ὥσπερ εἷς ἐστι Χριστὸς ἀληθινὸς ὁ ἐπὶ πάντων θεὸς, Ἀντίχριστοι δὲ πολλοὶ γεγόνασιν, ... οὕτω καὶ συνοδικὸς τόμος κατ' εὐσέβειαν ἐφ' ἡμῶν τῆς ἀληθείας συνήγορος, εἷς· ἀντίτομοι δὲ καὶ νῦν γεγόνασι πολλοί. . . . τρίτος οὖν ἐστιν οὗτος τῶν παρὰ τοῦ τῷ Βαρλααμίτῃ συναινεῖν Ἀκινδύνῳ προελομένου νῦν ἐξενηνεγμένων, καὶ παρ' ἡμῶν ἐξεληλεγμένων. Cod. Reg. 2409. fol. 287. His addatur Tomus contra Ioannem patriarcham editus mense Februario anni MCCCXLVII. de quo Lambecius Bibl. Caesar. lib. VI. pag. 28. Item Tomus et Anathematismi in Palamam editi mense Iulio eiusdem anni, quorum meminit L. Allatius Graec. Orthod. Tom. II. pag. 795. et de Eccl. Occident. et Orient. perp. cons. pag. 803. Denique Tomus contra Gregoram et eiusdem sectae propugnatores, editus mense Augusto anni MCCCLI. qui quidem Tomus exstat in Auctario novissimo Bibliothecae Graecorum Patrum, Parte altera pag. 135. BOIVIN.

Pag. 831, 3. *Ὁ ἀπόστολος*] Ad Galat. cap. II. v. 18. BOIVIN.

Pag. 835, 3. *Ἐπὶ πόδα τε ἀνεχώρουν αἰσχρῶς*] Hanc Latinorum ad Smyrnam cladem describit Ioannes Villaneus lib. XII. cap. 38. DUCANG. Non hanc, sed eam, quae triennio praecesserat. BOIVIN.

Pag. 835, 5. *Πληγέντος Ἀμουρᾶ*] De caeso Amurio silet Villaneus. DUCANG. *Ioannes* scilicet: nec mirum. Nam haec gesta sunt A. C. 1348. in cuius initio desinit Ioann. Villanei Historia. BOIVIN.

Pag. 835, 14. *Κατὰ τῶν νεφρῶν*] Cantacuz. lib. IV. cap. 10. DUCANG.

Pag. 835, 19. *Ἡ τῶν ἐν τοῖς Γαλάτου Λατίνων ἐπανάστασις*] De qua copiose Cantacuz. lib. IV. cap. 11. 12. DUCANG.

Pag. 835, 24. *Περσικὴ δύναμις*] Rem narrat Cantacuzenus lib. IV. cap. 10. extr. DUCANG.

Pag. 838, 4. *Ὑπὸ τῶν ἐλαφρῶν ἐκείνων τουρτῶν*] Dixit supra, *τοὺς ἐλαφροτάτους τοξότας* in extremo agmine collocatos. Hinc suspicor legendum esse hoc loco *τοξοτῶν*. Quodsi quis malit legere *Τούρκων*, haud intercedam. BOIVIN.

Pag. 839, 16. *Ὡς μηδὲ πυρφόρον* etc.] Qui ignem ante aciem praeferebant, ii *πυρφόροι ἱερέες* dicebantur. Vide Scholiastem ad illos versus Phoenissarum Euripid.

Ἐπεὶ δ' ἀφείθη πυρσὸς, ὡς Τυρσηνικῆς
Σάλπιγγος ἠχὴ, σῆμα φοινίου μάχης.

Adde Lucianum, Tzetzem, Zenobium, etc. BOIVIN.

Pag. 841, 2. *Τοῖς ἐν Γαλάτου Λατίνοις*] Cantacuz. lib. IV. cap. 11. DUCANG.

Pag. 842, 6. *Οἰκίας τε διωρόφους*] Pace cum Cantacuzeno composita obtinuerunt Genuenses Galatini, ut quod supra oppidu-

lum erat regionis ad habitandum sibi concederetur. Cantacuz. DUCANG.

Pag. 844, 15. *Θαλαττοκρατεῖν βουληθεῖσι*] Cantacuzen. *ἐνενόουν γὰρ οὐδὲν μικρὸν, ἀλλὰ θαλαττοκρατεῖν ἐβούλοντο.* DUCANG.

Pag. 844, 20. *Πρὸς Ἱερὸν*] De quo egimus ad Alexiadem pag. 361. Notarum. DUCANG. *Πρὸς Ἱερὸν*] De quo supra ad pag. 255. C. BOIVIN.

Pag. 847, 14. *Περὶ τὰς τοῦ ποταμοῦ ἐκβολὰς*] *Barbissae*, qui in sinum Ceratinum effluit. DUCANG.

Pag. 854, 7. *Καὶ ἠθροίζετο ναυπηγῶν*] Ut naves constructae sint a Graecis, narrat etiam Cantacuzenus pag. 144. DUCANG.

Pag. 854, 8. *Περὶ τὸν τοῦ Βυζαντίου ἱππόδρομον νεώριον*] Quod *Ἑπτάσκαλον* videtur vocare Cantacuzenus. Unde colligere licet, navale Hippodromi et Heptascalum illud, (unum) idemque esse. Nam in Heptascalo constructas naves scribit, quas in Neorio Hippodromi Gregoras. Vide Constantinop. Christ. lib. I. sect. 17. DUCANG.

Pag. 854, 18. *Πρὸς κατασκευὴν*] Vide Cantacuzen. Histor. lib. IV. cap. 5. et 6. BOIVIN.

Pag. 858, 5. *Παρὰ τὰς τοῦ ποταμοῦ δηλαδὴ ἐκβολὰς*] *Barbysae*, seu *Barbyssi*, vulgo *Chartarici*, de quo Gyllius lib. II. cap. 3. de Bosporo Thrac. BOIVIN.

Ibidem. Ἔνθα καὶ τὸ τοῦ θαλαττίου κέρως ἀναπαύεται ἄκρον] De marino illo *Cornu*, seu *Ceratino sinu*, multa Gyllius lib. I. cap. 5. de Bosporo Thracio. BOIVIN.

Pag. 859, 2. *Καὶ τὴν ὀθόνην καθέλκειν*] Quod vulgo dicimus, *baisser le pavillon*. Idem Gregoras lib. V. prioris Historiae, cap. IV. *οὔπω διεπέτασε τὰς ὀθόνας, ἀλλ' ἔμενεν ἠρεμοῦσα*, ubi interpres, *velis nondum expansis*: mox *τότε καὶ αὐτὴ διαπετάσασα τὰς ὀθόνας, λαμβάνει τὴν πολεμίαν.* DUCANG.

Pag. 859, 8. *Καὶ τοὺς ἔνδον ἅπαντας ἐμπιπρῶσι*] Cantacuzenus rem aliter narrat lib. IV. cap. XI. pag. 744. et 745. BOIVIN.

Pag. 860, 12. *Μετὰ πολλῶν καὶ μεγάλων θυρεῶν*] Nostri *Pavesade* vocant. DUCANG.

Pag. 860, 17. *Δημητρίου τοῦ μάρτυρος ἵδρυται τὸ ἱερὸν*] De qua S. Demetrii aede et illius situ copiose egimus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. VI. n. 33. DUCANG.

Pag. 860, 23. *Κάτω τὴν ψάμμον*] *Saburram*.... DUCANG.

Pag. 861, 14. *Ἡμιπλέθρου μεῖον*] Cod. MS. ad marginem, *σημείωσαι ὅτι τὸ πλέθρον ἐστὶ πηχέων ρλγ'.* DUCANG.

Pag. 862, 2. *Οἱ δ' ὑπότρομοι γενόμενοι*] Hanc Graecanicarum navium cladem multis etiam narrat Cantacuzenus d. cap. XI. extr. DUCANG.

Pag. 862, 12. *Ἑστιάτορας αὐτοὺς τοῖς ἑαυτῶν δαιτυμόσιν* etc.] Interpretatus sum, *piscibus convivatoribus suis epulum ipsi daturi*;

id quod Gregoras ipse, ni fallor, sensit. Homeri Scholiastes, ad hunc Odysseae δ. 621. versum,

Δαιτυμόνες δ' ἐς δώματ' ἴσαν θείου βασιλῆος,

δαιτυμόνας interpretatur *ἑστιάτορας*: et vim utrumque significandi, *convivam* nempe et *convivatorem*, ei vocabulo competere docent Lexicographi. Tamen apud Gregorium Nazianzen. Orat. XXXVIII. ἑστιάτωρ et δαιτυμὼν opponuntur: immo et apud Gregoram ipsum Hist. lib. XXIII. pag. 582. lin. ult. BOIVIN.

Pag. 869, 1. *Ἄλλου μὲν ἴσως ἄν τινος ἦν* etc.] Gregoras initio huius libri ea repetit, quae in fine superioris iam dixit. Itaque aut prima haec, aut illa ultima recidenda sunt. BOIVIN.

Pag. 870, 16. *Ἦν γὰρ τοῖς οἰκείοις ὀνείροις προσέχων ὁ ἄνθρωπος*] Vide annotata ad pag. 650. E. infra. BOIVIN.

Pag. 871, 7. *Τῆς παρούσης μετέστη ζωῆς*] Isidorus patriarchatum inivit anno Chr. MCCCXLVII. Sedit annos duos, menses septem et dies quindecim; ut constat ex Codice MS. quo usus est Phil. Labbeus. Vide Apparatum Histor. Byzant. pag. 37. Ergo patriarcha esse desiit an. Chr. MCCCXLIX. exeunte. BOIVIN.

Pag. 871, 12. *Ἀπὸ σκαπάνης δμοῦ κ. τ. λ.*] Sic supra lib. III. cap. 3. sect. 6. BOIVIN.

Pag. 873, 14. *Τῶν ἐπισκόπων τῆς τέως σωζομένης ἐπαρχίας*] Sic infra cap. III. sect. 3. *κἀπειδὴ Θρᾴκης ἐπέκεινα πλείων οὐκ ἦν ἐπαρχία Ῥωμαίοις, μόνους τοὺς Θρᾳκικοὺς εὐθὺς μεταπέμπεται ἐπισκόπους.* Vide et lib. XXI. cap. ult. ubi de imperii finibus illo tempore valde angustis. BOIVIN.

Ibidem. Τῆς τέως σωζομένης κ. τ. λ.] Sic infra cap. III. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 876, 7. *Ἀνωτέρω*] Lib. XIV. cap. 7. BOIVIN.

Pag. 876, 23. *Τοῦ ἔτους*] Mense Septembri, anno mundi 6859. ineunte. BOIVIN.

Pag. 877, 2. *Ἐς Βυζάντιον κ. τ. λ.*] Bizar. de bello Veneto lib. II. BOIVIN.

Pag. 877, 12. *Ἔτι τε Χερσῶνος*] Eius nominis urbs in Chersoneso Taurica a Geographis ponitur, eaque episcopalis sedes fuit. Vide annotata ad pag. 309. E. BOIVIN.

Pag. 877, 15. *Μελέτην ἔχοντες ὅσον οὐδέπω καὶ τριήρεσι συχναῖς τὸν αὐχένα τοῦ Πόντου συγκλ. καὶ τὸ τοῦ Σαρ.*] Interpretatus sum, *et iam fere meditabantur plurimis triremibus Ponti fauces obsidere, atque in Sarapidis fano tyrannicum violentumque portorium imponere iis, qui* etc. Videat lector an malit, *et iam fere meditabantur, magno triremium numero obsessis Ponti faucibus et Serapidis fano, tyrannicum violentumque portorium imponere iis, qui* etc. De Serapidis fano vide Gyllium lib. I. cap. 2. de Bosporo Thracio. BOIVIN.

Pag. 880, 20. *Εἰληφόσι*] Pro *εἰληφότες*. BOIVIN.

Pag. 881, 1. *Ἐπεὶ δ' ἡ παρασκευὴ τῶν ὅπλων* etc.] Hoc loco Gregoras innuit se ad Synodi Palamiticae historiam scribendam accessisse circiter illud tempus, quo triremes Venetae quatuordecim in Byzantinos portus delatae sunt; nempe anno Christi MCCCLI. vere ineunte. Aliunde tamen constat hunc librum, et novem deinceps continuos, ab eo scriptos fuisse an. Chr. MCCCLII. mensibus Iulio et Augusto, ut in Vita eius observavimus. BOIVIN.

Pag. 882, 4. *Ἐχεμυθεῖν γὰρ ἴσως* etc.] Tota constructio perplexa et salebrosa est. *ἄφθογγον γλώττης πάροδον χαρίζεσθαι* dithyrambum sapit. BOIVIN.

Pag. 883, 4. *Πᾶς γὰρ*] Ioan. cap. III. v. 20. BOIVIN.

Pag. 883, 15. *Ὠδίνουσιν ὄρος, κατὰ τὴν παροιμίαν, τεκεῖν ἐξεγένετο μῦν*] Apud Gregorium Cyprium sic proverbium effertur, *ὤδινεν ὄρος, εἶτα μῦν ἀπέτεκεν:* quod est ambiguum. Gregoras ambiguo casu deceptus, ex Nominativo Accusativum fecit, et *ὤδινεν ὄρος* interpretatus est *montem parturiebat*, pro *mons parturiebat*. Apud Phaedrum nulla *ἀμφιβολία*,

Mons parturibat, gemitus immanes ciens etc.

apud Horatium nonnulla, *Parturient montes* etc. *Montes* casus est ambiguus. BOIVIN.

Pag. 883, 19. *Οὐ πλείους ἀριθμῷ τῶν δύω καὶ εἴκοσιν ὄντας*] Subscripserunt tamen metropolitae viginti septem; propria quidem manu, viginti quinque; duo autem *διὰ γνωμῶν*, seu per vicarios. Item episcopi septem. Vide Pseudosynodum Palamiticam, editam a Combefisio in Auctario noviss. Biblioth. Patrum Graec. BOIVIN.

Pag. 883, 22. *Ὧν οἱ μὲν τῶν ἐξ ἀρότρου καὶ σκαπάνης* etc.] Philotheus patriarcha Antirrhet. I. (Cod. Reg. 1996. fol. 11. v.) pro episcopis, quos Gregoras ut agrestes et imperitos notaverat, sic respondet: *Ἀλλὰ καὶ τὴν ἰδιωτείαν καὶ τὴν ἀγροικίαν ἐγκαλεῖς τῷ χορῷ τῶν τῆς ἐκκλησίας ποιμένων καὶ διδασκάλων τουτωνὶ, καὶ μηδαμῶς ἐνεῖναι τῷ καταλόγῳ φῂς ἕνα μηδένα τὸν εἰδότα γράφειν τε καὶ λογογραφεῖν σὺν ἐπιστήμῃ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν τόμον τὸν ἱερὸν ἀμαθῶς, ὡς ἂν αὐτὸς φαίης, καὶ μὴ κατὰ νόμους τῆς ὑπὸ σοῦ προσκυνουμένης ῥητορικῆς συντετάχθαι· μᾶλλον δ' οὐ κατὰ τὰς σὰς δόξας, καὶ τὰς καινὰς καὶ προσφάτους θεολογίας, ἢ γλωσσαλγίας, καὶ τὸ τῆς γνώμης αὐθέκαστον. ἐγὼ δ' εἰ μὲν πολύν τινα λόγον ἤδειν τουτουσὶ τοὺς μακαρίους ποιουμένους τοῦ πράγματος, καὶ προὔργου τιθεμένους ταυτὶ, πολλοὺς ἄν σοι καὶ ταυτηνὶ τὴν σοφίαν σοφοὺς καὶ ῥήτορας καὶ λογογράφους τῶν προὐχόντων ἱερέων τούτων ὑπέδειξα, καὶ οὐ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτοῖς ἑπομένων, Λουκᾶς τινας ἄλλους, καὶ Τιμοθέους, καὶ Ἀπολλὼς, εἰ δὲ βούλει, Διονυσίους καὶ Κλήμεντας, ὅσον τὰ ἐς λόγους φημὶ, καὶ τὴν ὑπὸ σοῦ θαυμαζομένην*

σοφίαν, ὑπὲρ τοὺς σοὺς δηλαδὴ μυσταγωγούς, Δημοσθένην τε καὶ Ἀριστείδην, καὶ τὸν παρ' ὑμῖν θρυλλούμενον Πλάτωνα· ἐπειδὴ τούτους αὐτὸς παρατρέχεις δι' ἑκούσιον ἄγνοιαν· καὶ ἔμαθες ἄν, ὡς οὐκ ἀπὸ σκαπάνης καὶ λατομίας, οὐδ' ἀπὸ κώπης ἐπὶ βῆμα, κατὰ τὰς σὰς λογογραφίας ἢ λοιδορίας, ἀλλ' ἀπὸ σοφίας ἐπὶ σοφίαν ἦλθον, τῆς καταργουμένης, τὴν ὑπὸ τοῦ θείου πνεύματος ἐνεργουμένην, τὴν πρώτην, τὴν ἄνωθεν, τὴν ἁγνὴν, τὴν εἰρηνικὴν, τὴν μεστὴν ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν κατὰ τοὺς ἐμοὺς θεολόγους, καὶ ἀπὸ τῶν θύραθεν μουσείων τε καὶ τοῦ βήματος, ἐπὶ τὴν ἱερὰν ταύτην σχολὴν, καὶ τὸ θεῖον βῆμα, καὶ τὰ ἄδυτα, καὶ τὸ μέγα καὶ ὑπερουράνιον ὄντως θυσιαστήριον. νῦν δ' ὀλίγος αὐτοῖς τῶν λόγων τῆς ἔξω σοφίας ὁ λόγος. ἴσασι καὶ γὰρ ὄντες ἁλιέων τε καὶ ἀγροίκων μαθηταὶ, ἐκείνων φημὶ τῶν ὑπὸ Χριστοῦ τῆς αὐτοσοφίας πρώτων κληθέντων εἰς ἀποστόλους etc. BOIVIN.

Pag. 885, 10. *Αἱ τεττάρων ἤδη ἐτῶν ἐπαγγελίαι*] Nempe Cantacuzenus, statim fere atque imperii sede potitus est, promisit se coacturum esse eiusmodi Synodum. BOIVIN.

Pag. 889, 23. *Τῶν πάλαι σοφῶν*] Ecclesiastes cap. XII. v. 11. BOIVIN.

Pag. 890, 9. *Ὠδίνησεν ἀδικίαν*] Psalm. VII. v. 15. BOIVIN.

Pag. 891, 23. *Ὁρῶ κατὰ πλῆθος ἰόντας ἡμῖν ἄνδρας λογάδας*] De quibus longe aliter patriarcha Philotheus Antirrhet. I. Cod. Reg. 1996. fol. 14. BOIVIN.

Pag. 896, 21. *Τῶν Ναζιραίων*] *Hominum* scilicet, qui *austeriorem vitae disciplinam professi sunt.* BOIVIN.

Pag. 897, 2. *Ἀναίμονες καὶ αὐτοὶ κ. τ. λ.*] Homer. Iliad. V. 342. BOIVIN.

Pag. 901, 13. *Καὶ οὓς ἐν τοῖς ἀντιῤῥητικοῖς τε καὶ στηλιτευτικοῖς*] Prioribus scilicet, non posterioribus. Vide Indicem operum Gregorae Dogmaticorum. BOIVIN.

Pag. 901, 17. *Ὀδόντες χρόνου παρατρώγουσι* etc.] Gregoras, quo tempore haec scribebat, nondum expleverat annum aetatis LVII. Siquidem haec scripsit anno Chr. MCCCLII. aestate fere media, ut supra annotavimus. Constat autem natum esse an. MCCXCV. BOIVIN.

Pag. 902, 6. *Κούρητές τ' ἐπίκουροι* etc.] Apud Homerum legitur,

Κούρητές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.

Item apud Gregorium Nazianzenum, Carm. *περὶ εὐτελείας ἀνθρωπίνου βίου.* BOIVIN.

Pag. 902, 23. *Εἰ παρ' ὅλην μικροῦ τὴν ἱστορίαν* etc.] Hinc lector aestimet, quanta habenda sit Gregorae fides in iis, quae de Cantacuzeno per omnem Historiam memoravit. BOIVIN.

Pag. 903, 6. *Νῦν δ' ἀνακαλυπτήρια . . . . . θύειν*] Id est, *arcana revelare.* Vide annotata ad pag. 416. D. BOIVIN.

Pag. 905, 3. *Δεῖν*] Pro δεῖ. BOIVIN.

Pag. 905, 9. *Ἀρξάμενος δ' ἄνωθεν διεξῇει, πῶς διαβόλῳ* etc.] Hanc Cantacuzeni orationem confer cum prooemio Tomi Palamitici, a Combefisio editi. BOIVIN.

Pag. 905, 23. *Ἑτέραν*] Philosophica scilicet, non dogmatica. BOIVIN.

Pag. 906, 1. *Ἐκείνοις*] Gregorae ipsi. Qua de re supra lib. II. cap. 10. BOIVIN.

Pag. 910, 19. *Ὅπερ ἂν ἐν Καρὸς εἶναι κωλύσῃ μοίρᾳ*] De hominibus contemptissimis dici solet. Ita Achilles de Agamemnone apud Homerum,

Ἐχθρὰ δέ μοι τοῦ δῶρα· τίω δέ μιν ἐν Καρὸς αἴσῃ. BOIVIN.

Pag. 911, 13. *Φάσκει Γρηγόριος*] Gregor. Nazianz. Orat. I. BOIVIN.

Pag. 915, 4. *Τὴν Λεσβίαν οἰκοδομὴν, ἣ τοῖς λίθοις* etc.] Sic D. Basilius ad nepotes cap. VI. *κατὰ τὴν Δωρικὴν παροιμίαν, τὸν λίθον ποτὶ τὴν σπάρτον ἄγοντας.* Item Plutarchus, *πρὸς στάθμῃ πέτρον τίθεσθαι, μήτι πρὸς πέτρῳ στάθμην.* Sensus est, *oportere se regulis, non regulas sibi submittere.* BOIVIN.

Pag. 915, 18. *Ἐγὼ, φησὶ, ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ οὐδὲν, ἀλλ' ὅσα* etc.] Non ea ipsa sunt verba, quae leguntur apud Ioannem cap. XIV. v. 10. Gregoras non hoc loco solum, sed et alibi passim, memoriae nimis fidit. BOIVIN.

Pag. 916, 14. *Εἴ τις ὑμῖν εὐαγγελίζεται* etc.] Et haec quoque Gregoras, fallaci memoriae confisus. Nam apud Paulum ad Galat. cap. I. versu octavo legitur: *Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν, παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω.* Versu autem nono, *εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται, παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.* BOIVIN.

Pag. 918, 14. *Γρηγορίῳ*] In Encomio S. Athanasii. BOIVIN.

Pag. 919, 2. *Γρηγόριος ὁ Δριμὺς*] Pachymeres in Historia Andronici lib. VII. cap. 15. narrat quendam, cognomento *Drimyn*, sacerdotii dignitatem ausum sibi arrogare, eundemque se ab Lascaribus oriundum iactitantem, novas res molitum esse, ac demum coniuratione deprehensa carceris perpetui poenam subiisse. In eum exstat Athanasii patriarchae *Γράμμα στηλιτευτικὸν*, cuius supra meminimus ad pag. 110. B. Fortasse is ipse est, quem Gregoras hoc loco magistrum Palamae facit. Nec obstat, quod qui contra imperatorem coniuravit, is ab Athanasio Ioannes nominetur. Potuit enim cucullo tandem induto nomen mutare, ac pro *Ioanne* dici *Gregorius*. BOIVIN.

Pag. 923, 3. *Ὁ ταῖς ὑπεροχαῖς εἰμι τῶν τιμῶν* etc.] Fuit Barlaamus Abbas monasterii S. Salvatoris Constantinop. Idem ad papam legatus ivit an. Chr. MCCCXXXIX. Vide Odoricum Raynaldum ad eum annum, num. 19. et seq. Vide et Cantacuzen. Histor. lib. II. cap. XXXIX. BOIVIN.

Pag. 925, 12. *Σισίνιον τὸν Ναυατιανὸν*] Ita Graeci passim; pro *Νοβατιανόν*. De isto Sisinnio Ludovicus Targnius, Vir sacrorum Canonum et Historiae Ecclesiasticae peritissimus, consulenti mihi respondit: [„Nec S. Athanasius in iis quae plurima scripsit de magna Synodo, nec quisquam alius scriptor, cuius ad nos monumenta de illa eadem Synodo pervenerint, ullius Sisinnii nomen aut operam memorat adversus Arium in Nicaeno conventu. Unus Socrates Historiae suae lib. I. cap. 10. et post ipsum, atque ex ipso, Herm. Sozomenus cap. XXII. libri itidem primi Eccles. Hist. Acesium ab Constantino imperatore arcessitum] narrant, qui calculo suo comprobaret Nicaenam definitionem: quod factum qua fide quo auctore referat Socrates, qui uno fere saeculo post Nicaenam Synodum vixit, aliis aestimandum relinquo. In quam rem fac, ut consulas eruditissimi Henrici Valesii Notam ad memoratum Socratis Historiae locum. Ipsum vero sublestae fidei habet vir in scriptis veterum perspicax. Caeterum idem Socrates lib. V. cap. 10. Sisinnii cuiusdam meminit, qui sacro Lectoris munere fungebatur apud Agellium Novatianorum episcopum; cuius in dignitatem aliquanto post subvectus apud eundem Historicum legitur, lib. V. cap. 21. et lib. VI. cap. 1. Huius autem Sisinnii sententiam secutus Agellius, postulanti Nectario Constantinopoleos antistiti salubre dederat consilium adversus Arianorum Macedonianorumque sectas, quibus misere vexabatur Oriens. Verum, ne de isto Sisinnio Gregoras intelligi possit, obstat primae Synodi nomen; nisi forte primam Constantinopoli habitam generalem accipias: quod quidem mihi non fit credibile. Itaque hoc proclive est suspicari, Nicephorum Gregoram, virum immensae eruditionis et lectionis, cum haberet in mente duo haec Novatiensium antistitum nomina, quorum permagni fuerat opera adversus Arianorum dementiam, unum pro alio, ut facile factu fuit, inseruisse: nisi quis malit in librarii culpam reiicere mutationem nominis; quam posteriorem coniecturam nescio an satis iuvet duorum istorum vocabulorum Graece scriptorum similitudo. Certe haec nomina *Σισίνιος*, *Ἀκέσιος*, quanquam syllabis iisdem desinunt, tamen reliquarum fere literarum structura sic inter se discrepant, ut non oscitantem scribam difficulter fallere posse videantur. Sed de ista permutatione vix certi quicquam pronuntiare licet absque benigniori Codicum Gregorae manuscriptorum copia, eorundemque diligenti collatione."] Ipsa sunt verba Viri doctissimi, cui pro amicitiae iure, quae mihi cum eo summa intercedit, nodum hunc expediendum delegavi, dignum scilicet eo vindice; certe difficiliorem, quam ut ipse possem solvere. BOIVIN.

Pag. 929, 21. *Γρηγόριος*] In laudem Athanasii. BOIVIN.

Pag. 932, 22. *Ἐκεῖ*] I. e. in contingentibus, in bonis non necessariis. Vide supra lib. VIII. cap. VII. sect. 2. initio. BOIVIN.

Ibidem. Εἰ ὁ πάντων ἐκεῖ προμηθεὺς τὰ τοῦ βίου τεφ-

πνὰ etc.] Locus communis, iam a Gregora tractatus, idque iisdem verbis, Hist. lib. VIII. cap. VII. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 933, 14. *Ὁ θεῖος ἀπόστολος*] Paul. ad Corinth. II. cap. XII. v. 8. 9. 10. BOIVIN.

Pag. 934, 2. *Τὴν μὲν οὖν τῶν εὐσεβῶν πίστιν πάτριον τοῖς ἀναγκαίοις ἀποδιδόναι*] Si post *πάτριον* subauditur *ἐστὶ*, vertendum erit, *ac orthodoxorum quidem fidem in res necessarias referri, solenne est et antiquum.* Alioqui *πάτριον* est epitheton, quod coniunctum cum *πίστιν*, *fidem patriam* significat, ita ut interpretati sumus. BOIVIN.

Pag. 934, 16. *Ἀπόστολος*] Paul. ad Corinth. II. cap. XI. v. 3. Ibid. v. 14. et 15. BOIVIN.

Pag. 935, 17. *Ἀπόστολον λεγ.*] Paul. ad Corinth. I. cap. XIII. v. 2. ad Philipp. cap. III. v. 13. BOIVIN.

Pag. 937, 3. *Ὡς ἂν ἡ συμφωνία διηνεκὴς*] Ita quoque exemplar Vaticanum, in quo omissum aliquid suspicor. Certe haec male cohaerent. BOIVIN.

Pag. 939, 8. *Νεκρικῶν ἡμῖν διαλόγων*] Disputationibus scilicet Barlaami et Acindyni cum Palama. BOIVIN.

Pag. 939, 10. *Ἐκεῖθεν*] Ex quo priores illae disputationes habitae sunt. BOIVIN.

Pag. 939, 15. *Ὅμως ὑμῖν οὐκ κ. τ. λ.*] Gregoras lectores alloquitur, non autem eos, qui tum aderant in Concilio: id quod diligenter observandum. BOIVIN.

Pag. 939, 18. *Βοήθημα γοῦν κ. τ. λ.*] Thaborium scilicet lumen. BOIVIN.

Pag. 939, 21. *Ὄνειδον*] Pro *ὄνειδος*. Barbare. BOIVIN.

Pag. 939, 22. *Ἅμας κ. τ. λ.*] Gregor. Cypr. in Proverb. Heinsius *σκάφας* interpretatur *ligones*. BOIVIN.

Pag. 940, 6. *Ταὐτὸν ἐκείνῳ κ. τ. λ.*] Lumen scilicet increatum, quod ait Palamas videre se. BOIVIN.

Pag. 940, 7. *Αὐτῷ*] Dativ. pro accusat. BOIVIN.

Pag. 940, 18. *Ὧν ἕνα Θεόδωρον τὸν Γραπτὸν* etc.] Exstat inter Codd. MSS. Regios Volumen ingens chartaceum, quo continentur libri pro Imaginibus contra Iconomachos scripti. Ii libri sunt, *Apologia pro Fide Orthodoxa; Antirrhetici tres contra Mammonam; Eusebii denique et Epiphanidae refutatio.* Ei Codici praefixum est nomen Theodori Grapti tanquam auctoris. In calce legitur: *Τὸ παρὸν βιβλίον τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Γραπτοῦ, τῷ μακρῷ χρόνῳ ἀφανισθὲν, τῇ περὶ τὰς θείας γραφὰς φιλευσεβεῖ σπουδῇ καὶ φιλοκαλίᾳ τοῦ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως κυροῦ Ἰωασὰφ τοῦ Καντακουζηνοῦ ζητηθὲν, ἑνὸς μόνου βιβλίου εὑρεθέντος, κἀκείνου πάνυ μὲν σαθροῦ διὰ παλαιότητα χρόνου, ἐσφαλμένου δὲ καὶ τῇ τοῦ γεγραφότος ἐκεῖνο ἰδιωτείᾳ, μετεγράφη εἰς ὠφέλειαν τῶν ἐντευξομένων, ἐν ἔτει ϛωος'. μηνὶ μαρτίῳ. ἰνδικτ. ϛ'.* Id est, *Praesens hoc opus S. Theodori Grapti, longo tempore obscuratum, tandem religioso in divinas scripturas studio*

ac laudabili curiositate Divi Domini nostri et imperatoris Dom. Ioasaphi Cantacuzeni perquisitum, unico exemplari reperto, eoque ob vetustatem admodum corrupto, ac praeterea librarii ipsius ignorantia depravato, in usum eorum qui lecturi sunt transcriptum est, anno mundi VI. MDCCCLXXVI. mense Martio, Indict. VI. (Christi MCCCLXVIII.) Vetus exemplar, ex quo Cantacuzenus describi suum curavit, ipsum quoque exstat in Bibliotheca Regia, et hanc inscriptionem praefert: *ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΑΔ .....Υ ΘΕΟΦΑΝΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΜΩΜΗΤΟΥ ΚΑΙ ΚΑΘΑΡ..... ΠΙΣΤΕΩΣ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΔΟΞΑΖΟΝΤΩΝ ..... ΠΡΟΣΚΕΚΥΝΗΚΕΝΑΙ.* Ea Codicis pervetusti inscriptione deceptus Cantacuzenus, Theodori Grapti libros eos esse credidit, qui Nicephori patriarchae erant: manavitque ea opinio ad omnes illius saeculi eruditos. Nam et Palamitae, inter quos eminebant Cantacuzenus ipse, Philotheusque patriarcha; et Palamitarum adversarii Gregoras, Cyparissiota (Cod. Reg. 2408. fol. 105. 154. 175. 195. 196. 199. 263. 375.), et alii, Opera ea Theodori Grapti genuina esse uno omnes ore pronuntiarunt. Caeterum Cantacuzenus, et caeteri, si praefixum vetustissimo exemplari titulum propius attentiusque inspexissent, commissam in ea parte fraudem statim animadvertissent; primam scilicet Tituli lineam, in qua Theodori nomen occurreret, manu recentiori exaratam esse. Cui rei argumento est primum ipsa positio illius lineae: est enim altior quam quae illi in eiusdem folii versi tergo respondet; eoque fit ut prima pagina subsequentem caeterasque omnes uno versu excedat, quod apud librarios vitium est, scripturae accuratae legibus contrarium. Deinde versus ille, in quo Theodori nomen legitur, non eodem scriptus est atramento, quo caeteri qui proximi sequuntur. Denique ipsa scripturae lineamenta diversa sunt, ut mecum fatebitur quisquis litteras contulerit, praesertim *E*, *Θ*, *M*, et *Υ*, quarum formam aliam esse in primo versu, aliam in secundo et tertio, facile erit cuivis perspicere. Eiusce facinoris auctorem suspicari licet vel Palamam, vel Palamitam aliquem, penes quem fuerit is Codex, antequam ad Cantacuzenum pervenisset: nec enim Cantacuzenum ipsum ausim falsi insimulare. Gregoras Historiae lib. XXI. infra cap. III. (sect. VIII. vide et lib. XXIII. pag. 676. E. et 677. A.) eiusmodi fraudes, immo maiores obiicit Palamitis. *Neque enim in nos solos* (inquit) *manus ii armant sanguinarias; sed ex ipsis sacris libris recisa multa auferunt, folia chartacea bina et quaterna acutis cultris desecant, et ex divinis scripturis ea avellunt, quae validum et expugnatu difficile robur opponentia, ad suum libitum iniquis interpretationibus detorquere non possunt.* Porro intererat Palamitarum, ut libris illis, quibus multa continerentur eorum erroribus contraria, Theodori Grapti potius quam Nicephori (patriarchae videlicet Constantinopolitani) nomen inscriberetur. Initio certe Theodorus Graptus parvi

ab illis factus; quanquam iidem postea, eius testimoniis ad suum sensum accommodatis, miris laudibus ipsum ornaverint. Exstat apud Gregoram in libro nondum edito (Cod. Reg. 2952. fol. 157.) gravis querela de Palamita quodam, qui de Theodoro Grapto et de eius libris non satis reverenter loqueretur. *Ecqua enim* (inquiebat Palamae sectator) *novit illum ecclesia? Quis nostrorum illius unquam meminit?* Tum addebat, *quaecunque is contra Iconomachos scripta composuisse diceretur, ea erroribus gravissimis scatere. Quod si alii quipiam nonnulla interseruissent spuria et suppositiitia, et iis nomen illius inscripsissent, ipsum quidem irreprehensum futurum, non item eius libros: sin ea eius essent reipsa et indubitate, iam eum simul cum libris reiiciendum, et in haereticorum numero ponendum.* Haec Palamita ille, in quem Gregoras acribus verbis invehitur, ad Cantacuzenum ipsum conversus. *Ecquem Tu*, inquit, *hunc derepente in sanctum illum Patrem sapientemque doctorem armas novum Archilochum, ac potius Archilochi simium? ... Cur haec praesente te abiectissimus furibundusque homunculus evomuit?* etc. (Vide et annotata infra ad pag. 598. F.) Non mirum itaque homines improbos, quales illi videntur fuisse, vetustissimum Codicem nactos, cui auctoris nomen non esset inscriptum, nomen praefixisse illud, quod arbitrarentur contemptius obscuriusque esse, quam ut magnae contra eos auctoritatis esse posset. Ut ut sit, manifestum certe est, interpolatum fuisse Codicis antiquissimi titulum, additamque esse recentiori manu, ut diximus, eam lineam, in qua Theodori Grapti nomen legitur. Superest iam ut ostendamus, librorum, eo volumine comprehensorum, auctorem esse patriarcham Nicephorum. Primo constat Nicephorum multa pro imaginibus contra Iconomachos variis temporibus scripta edidisse. Ignatius Diaconus, qui eius vitam scripsit, eum ait aliquanto post Nicaenam Synodum, cum esset adhuc laicus, in fidei hostes insurrexisse. τότε δὴ, inquit, καὶ ὁ μέγας Νικηφόρος, τὰ νίκης ἐπιφερόμενος σήμαντρα, κατὰ τῶν τῆς πίστεως ἀντιπάλων τορόν τι καὶ ἐννάλιον ἀνεκρούετο μέλος, Χριστὸν εἶναι πιστούμενος ἀπερίγραπτον κατὰ τὸ τῆς θεότητος, ἁπλοῦν καὶ ἀνέπαφον· περιγραπτὸν δὲ καὶ γραπτὸν κατὰ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος, ἁπτόν τε καὶ σύνθετον, οἷς τὸ εἰκονίζεσθαι ἀραρότως ἐπακολουθήσοι. Quibus Ignatii verbis indicari puto *Apologiam pro Fide*. In Synodica Epistola Orientalium ad imperatorem Theophilum memoratur liber contra Christi imaginem a Ioanne Anagnosta editus, idemque a Nicephoro refutatus. Theophanes Confessor integram de Copronymi obitu narrationem, ex tertio contra Mammonam Antirrhetico translatam, Chronico suo inseruit; atque eius narrationis auctor in Codice Ioyeusano Nicephorus patriarcha indicatur, teste Petavio. Vide fragmenta, Breviario Chronico Nicephori patriarchae subiuncta, Edition. Petav. Cum Codice Ioyeusano consentit Michaël Glycas, Annalium parte II. pag. 137. Edit. Reg. ubi excerpta ex secundo contra Mammonam

Antirrhetico verba tanquam Nicephori laudantur. Praeterea et in Anastasii Quaestionibus, et in Panoplia dogmatica Euthymii Zygabeni, Nicephoro patriarchae, tanquam vero auctori, asseruntur varia fragmenta, excerpta ex iis libris quos Cantacuzeniani Codicis titulus corruptus perperam Theodoro Grapto adscribit. Denique ii ipsi libri in Codicibus multis praeferunt nomen patriarchae Nicephori. Unus autem caeteris omnibus longe antiquior, nec longo post aetatem auctoris scriptus (is est Codex No. 354. Colbertinus) non ea solum continet quae Cantacuzenianus, sed et duos praeterea libros, quorum primus est *de Testimoniis Macarii Magnetis*, in altero agitur *de Divina Imagine, quae ab Iconomachis Idolum dicta fuerat:* item quaeritur *quid sit γραπτὸν et περιγραπτόν:* tum *quomodo intelligendum illud, non facies ullam imaginem* etc. Eius Codicis Titulus, omnibus partibus integer et nulla fraude corruptus, ita habet, *ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΛΟΓΟΣ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΑΜΩΜΗΤΟΥ ΚΑΙ ΚΑΘΑΡΑΣ ΚΑΙ ΕΙΛΙΚΡΙΝΟΥΣ ΗΜΩΝ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΠΙΣΤΕΩΣ, ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΔΟΞΑΖΟΝΤΩΝ ΕΙΔΩΛΟΙΣ ΠΡΟΣΚΕΚΤΗΝΗΚΕΝΑΙ.* Itaque minime dubium est, quin ea Nicephori patriarchae Opera sint, quae Cantacuzenus, Gregoras, Philotheus, Ioannes Cyparissiota, et alii complures, Theodori Grapti esse putaverunt. BOIVIN.

Pag. 940, 19. *Εὐσεβίῳ τῶν τότε λογίων τῷ πρώτῳ*] Gregoras in libro nondum edito, cuius initium *Περὶ μὲν οὖν τῆς ὁρατῆς τοῦ κυρίου θεοφανείας*, queritur fraude adversariorum surreptos sibi Theodori Grapti libros. *Καί τοι*, inquit, *διὰ τὰς περιεστηκυίας κἀμὲ πρὸς τῶν διωκτῶν συμφορὰς, οὐδ' ἔσχον ὅπως ὑπ' αὐτῶν κλαπείσας τὰς ἐκείνου βίβλους παμπόλλους οὔσας ἀνειληφὼς, ἐξ ὧν καὶ ὅθεν πολλάκις ἀναλαμβάνων πρότερον ἐθεώρουν, προθεῖναι νῦν ἡμῖν (ὑμῖν) τὰ πολλῷ τῶν εἰρημένων πλείω τε καὶ ἐναργέστερα.* Venia itaque ei danda est, quod quae contra Eusebium Caesariensem scripta essent, iis putaverit refelli Eusebium aliquem recentiorem, ipsius videlicet Theodori Grapti aequalem. Ignoscendum pariter, quae de Christi in coelum translati corpore Eusebius dixisset, ea ad Christum in monte transfiguratum pertinere existimanti. BOIVIN.

Pag. 940, 21. *Πρῶτον μὲν οὖν εἰσάγει λέγοντα ἐκεῖνον, ὡς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ* etc.] Haec et quae sequuntur, verba sunt Eusebii, excerpta ex eius ad Constantiam epistola, quam et Nicaena Synodus secunda ab Iconomachis laudatam (Action. VI. Edit. Labb. p. 494.) explosit, et Nicephorus patriarcha (non, ut Gregoras putabat, Theodorus Graptus) libro singulari refutare instituit. Eius epistolae fragmenta antehac dispersa, pleraque anec-

dota, iuvabit (credo) lectores suo quaeque nunc demum loco reddita et collecta habere. Sunt autem haec.

Εὐσεβίου ἐπιστολὴ πρὸς Κωνσταντίαν τὴν βασίλισσαν.

Ἐπεὶ δὲ καὶ περί τινος εἰκόνος ὡς δὴ τοῦ Χριστοῦ γέγραφας, εἰκόνα βουλομένη σοι ταύτην ὑφ' ἡμῶν πεμφθῆναι· τίνα λέγεις καὶ ποίαν ταύτην, ἣν φῂς τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα; [Οὐκ οἶδα πόθεν αὐτὴ ὁρμηθεῖσα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διαγράψαι εἰκόνα προστάττεις. ποίαν τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα ἐπιζητεῖς;)] πότερον τὴν ἀληθῆ καὶ ἀμετάλλακτον, καὶ φύσει τοὺς αὐτοῦ χαρακτῆρας φέρουσαν· ἢ ταύτην ἣν δι' ἡμᾶς ἀνείληφεν, τῆς τοῦ δούλου μορφῆς περιθέμενος τὸ σχῆμα; [ὁ γὰρ **) τοῦ θεοῦ λόγος καὶ θεὸς, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας τὴν ἁμαρτίαν κατέκρινεν, ᾗ φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος. οὕτως ἡμᾶς τῆς παλαιᾶς πικρίας καὶ δαιμονικῆς δουλείας τῷ τιμίῳ αἵματι λυτρωσάμενος ἀπηλευθέρωσεν. δύο οὖν***) μορφῶν αὐτῷ παρισταμένων,] περὶ (ἀλλὰ περὶ in Act. Conc. Nic. II.) μὲν τῆς τοῦ θεοῦ μορφῆς οὐδὲ αὐτὸς ἡγοῦμαί σε ζητεῖν, ἅπαξ παρ' (πρὸς ibid.) αὐτοῦ παιδευομένην, ὅτι οὔτε τὸν πατέρα τις ἔγνω, εἰ μὴ ὁ υἱός· οὐδ' αὐτὸν υἱὸν γνοίη ποτέ τις ἐπαξίως, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ..... ἀλλὰ γὰρ πάντως τῆς τοῦ δούλου μορφῆς ἐπιζητεῖς (τὴν εἰκόνα ibid.) καὶ οὗ δι' ἡμᾶς περιεβλήθη σαρκίου. ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῇ δόξῃ τῆς θεότητος ἀνακεκρᾶσθαι μεμαθήκαμεν, καὶ καταπεπόσθαι τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. [καὶ οὔτι που θαυμαστὸν, εἰ μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τοιοῦτόν που πέφηνεν, ὁπότε καὶ ἐν ἀνθρώποις ἔτι βιοτεύων ὁ θεὸς λόγος, τοῖς ἐγκρίτοις τῶν ἑαυτοῦ (μαθητῶν apud Gregoram Cod. Reg. 2952². f. 50. v.) λόγων προαῤῥαβωνιζόμενος τὴν θέαν τῆς αὐτοῦ βασιλείας, μεταβαλὼν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, αὐτὴν ἐκείνην ἐπὶ τοῦ ὄρους ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἐπιδέδεικται· ὅτε τὸ μὲν πρόσωπον αὐτοῦ ἀπήστραψεν ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια ὡς τὸ φῶς.] τίς οὖν τῆς τοσαύτης (τοιαύτης in Act. Conc. Nic. II.) ἀξίας τε καὶ δόξης τὰς ἀποστιλβούσας καὶ ἀπαστραπτούσας μαρμαρυγὰς οἷός τε ἂν εἴη (ᾗ ibid.) καταχαράξαι νεκροῖς καὶ ἀψύχοις χρώμασι καὶ σκιογραφίαις, ὁπότε μηδὲ ἐμβλέψαι (προσβλέψαι ibid.) αὐτῷ (αὐτῷ ἐπὶ τοῦ ὄρους ibid.), [τοῦτον ὀφθέντι τὸν τρόπον,] οἱ θεσπέσιοι ὑπέμειναν μαθηταὶ, οἵ γε ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον, ἀφόρητον αὐτοῖς τὸ θεώμενον ὁμολογήσαντες; εἰ δ' οὖν (εἰ γοῦν ibid.) τότε ἡ ἐν σαρκὶ (ἡ ἔνσαρκος ibid.) αὐτοῦ μορφὴ τοσαύτης ἔλαχε δυνάμεως, πρὸς τῆς ἐνοικούσης αὐτῇ θεότητος μεταβληθεῖσα, τί χρὴ λέγειν, ὅτε τὴν θνητότητα ἀποδὺς, καὶ τὴν φθορὰν ἀπονιψάμενος, τῆς τοῦ δούλου μορφῆς τὸ εἶδος εἰς τὴν*

*) Uncis inclusa nunc primum in lucem prodeunt ex Cod. Reg. 1980. fol. 191. et seqq. reliqua iam edita erant in actis Concilii Nicaeni II. BOIVIN.

**) *γὰρ* addo. BOIVIN.

***) *οὖν* addo. BOIVIN.

τοῦ δεσπότου καὶ θεοῦ δόξαν μετεσκευάσατο, μετὰ τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην (δίκην Cod. Colb.), καὶ μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον, καὶ μετὰ τὴν ἐν τῷ βασιλικῷ θρόνῳ ἀμφὶ τὰ δεξιὰ τοῦ πατρὸς ἵδρυσιν, μετὰ τὴν ἐν τοῖς ἀκατονομάστοις καὶ ἀῤῥήτοις κόλποις τοῦ πατρὸς ἀνάπαυσιν, εἰς ἣν ἀνιόντα καὶ ἀποκαθιστάμενον αἱ οὐράνιαι δυνάμεις ἀνευφήμουν, λέγουσαι· ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. [οὐκοῦν καὶ ἡ τοῦ δούλου μορφὴ ἐν τοιούτοις γινομένη, ἐξόλων ὅλη μεταβέβληται ἐπὶ φῶς αὐτοῦ ἄῤῥητον καὶ ἀνεκδιήγητον, αὐτῷ τῷ θεῷ λόγῳ πρέπον φῶς, ὅπερ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. πῶς οὖν τις τῶν ἀδυνάτων ἐφίκοιτο; πῶς δὲ τῆς οὕτω θαυμαστῆς, καὶ ἀλήπτου μορφῆς, εἴ γε χρὴ μορφὴν ἔτι καλεῖν τὴν ἔνθεον καὶ νοερὰν οὐσίαν, εἰκόνα τις ζωγραφήσειεν; εἰ μὴ τοῖς ἀπίστοις ἔθνεσιν ὁμοίως τὰ μηδαμῆ μηδαμῶς ἐοικότα ἑαυτῷ τις ἀναζωγραφήσειεν, ὥσπερ γραφεὺς μηδὲν ἐοικότα γράφων. τοιοῖδε γὰρ κἀκεῖνοι, ἀνειδωλοποιοῦντες ἤ ποτε θεὸν, ὡς ἡγοῦνται, ἤ τινα (ὡς ἂν φαῖεν) ἡρώων, ἤ τι τῶν τοιούτων πλάττειν καὶ ἀπεικάζειν ἐθέλοιεν, οὐδὲν ὅμοιον, οὐδὲ ἐγγὺς, οἷοί τε ὄντες γράφειν, ἀλλόκοτα σκιογραφοῦσιν, ἀνδρείκελα σχήματα διαχαράττοντες. ἡμῖν δὲ ὅτι μὴ δίκαιον τὰ τοιαῦτα, πάντως που καὶ αὐτὴ συμβάλλεις. ἀλλ' εἰ μὴ τῆς εἰς θεὸν μεταβληθείσης μορφῆς, ἀλλὰ τοῦ πρὸ τῆς μεταβολῆς σαρκίου αὐτοῦ δὴ τοῦ θνητοῦ τὴν εἰκόνα φῂς παρ' ἡμῶν αἰτεῖν. ἆρα γὰρ τοῦτό σε μόνον διέλαθεν τὸ ἀνάγνωσμα, ἐν ᾧ ὁ θεὸς νομοθετεῖ μὴ ποιεῖν ὁμοίωμα, μήτε τῶν ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ, μήτε τῶν ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω; ἢ ἔστιν ὅτε ἐν ἐκκλησίᾳ τὸ τοιοῦτον ἢ αὐτὴ, ἢ καὶ παρ' ἄλλου τοῦτο ἤκουσας; οὐχὶ δὲ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐξώρισται καὶ πόῤῥω τῶν ἐκκλησιῶν πεφυγάδευται τὰ τοιαῦτα, μόνοις τε ἡμῖν μὴ ἐξεῖναι τὸ τοιοῦτον ποιεῖν παρὰ πᾶσι βεβόηται; .... οὐκ οἶδα γὰρ ὅπως γύναιόν τι μετὰ χεῖράς ποτε δύο τινὰς φέρουσα καταγεγραμμένους, ὡς ἂν φιλοσόφους, ἀπέῤῥιψε λόγον, ὡς ἂν εἶεν Παύλου καὶ τοῦ σωτῆρος· οὐκ ἔχω λέγειν, οὔτε ὁπόθεν λαβοῦσα, οὔτε ὅθεν τοῦτο μαθοῦσα. ἵνα μὴ δὲ αὐτὴ μηδὲ ἕτεροι σκανδαλίζοιντο, ἀφελόμενος ταύτην, παρ' ἐμαυτὸν κατεῖχον, οὐχ ἡγούμενος καλῶς ἔχειν εἰς ἑτέρους ὅλως ἐκφέρειν ταῦτα, ἵνα μὴ δοκῶμεν δίκην εἰδωλολατρούντων τὸν θεὸν ἡμῶν ἐν εἰκόνι περιφέρειν. Παύλου τε ἀκούω πάντας ἡμᾶς παιδεύοντος, μηκέτι τοῖς σαρκικοῖς προσανέχειν. εἰ γὰρ ἔγνωμέν φησιν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. Σίμωνα τὸν μάγον λόγος ἔχει παρὰ τοῖς ἀθέοις αἱρεσιώταις προσκυνεῖσθαι, ἐν ἀψύχῳ ὕλῃ καταγεγραμμένον. ἐθεωρήσαμεν δὲ καὶ αὐτοὶ τὸν τῆς μανίας ἐπώνυμον ὑπὸ τῶν Μανιχαίων εἰκόνι δορυφορούμενον. ἡμῖν δὲ ἀπείρηται τὰ τοιαῦτα. θεὸν γοῦν κύριον τὸν σωτῆρα ἡμῶν ὁμολογοῦντες, ὡς θεὸν ἰδεῖν εὐτρεπιζόμεθα, πάσῃ σπουδῇ καθάραντες αὐτοὶ τὰς ἑαυτῶν καρδίας, ὡς ἂν ἴδοιμεν αὐτὸν κεκαθαρμένοι. μακάριοι γὰρ οἱ καθαροὶ τῇ

καρδία, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. εἰ δὲ ἐκ περιουσίας, πρὸ τῆς μελλούσης πρόσωπον εἰς πρόσωπον ὄψεώς τε καὶ θέας, τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τὰς εἰκόνας αὐτοὶ περὶ πολλοῦ τίθεσθε, τίνα μᾶλλον ἀγαθὸν ζωγράφον αὐτοῦ τοῦ θεοῦ λόγου ἔχοιμεν ἄν;] Hanc epistolam, qua Imaginum cultus aperte improbatur, Eusebii esse aiebant Iconomachi; et Orthodoxi quoque fatebantur. Verum cum idem Eusebius in Historia sua ecclesiastica lib. VII. cap. 18. celebret mulierem Syrophoenissam, quae sanguinis profluvio liberata, statuam Christo liberatori erexerat, idcirco a quibusdam dubitatum est, an illa epistola esset re ipsa Eusebii. Sed tantum abest, ut eiusmodi argumento constet non scriptam eam esse ab Eusebio; ex ea ipsa narratione, quam obiiciunt, apparet eundem fuisse auctorem tum Historiae ecclesiasticae, tum eius quam dicimus epistolae. Nam quod a muliere Syrophoenissa factum in Historia ecclesiastica narratur, id ipsum ibidem ἐθνικῇ συνηθείᾳ, hoc est, *consuetudine ethnica*, seu usu apud gentes iam inde antiquitus recepto, factum esse dicitur; quem scilicet usum minime probabat Eusebius. BOIVIN.

Pag. 941, 2. *Εὐσέβιος*] Vide Cod. Reg. 1989. fol. 200. v. BOIVIN.

Pag. 941, 3. *Ἐπὶ φῶς ἄῤῥητον κ. τ. λ.*] Vide Eusebii epistolam ad Constantiam. BOIVIN.

Pag. 942, 6. *Δὲ*] abundat. BOIVIN.

Pag. 943, 22. *Εὐσέβιος ὅλον ἐν τῇ μεταμορφώσει* etc.] Non *ἐν τῇ μεταμορφώσει*, sed *μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον*. Vide epistolam ipsam Eusebii supra allatam. BOIVIN.

Pag. 944, 6. *Ὁ τοίνυν λέγων*] *τοῦ Παλαμᾶ ἐκ τοῦ ἑ λόγου, οὗ ἡ ἀρχή· Ἀλλὰ τίς ἂν δύναιτο.* Vide Cod. Reg. 2409. f. 132. BOIVIN.

Pag. 944, 7. *Ἧς καὶ οἱ θεῷ κ. λ.*] Matth. cap. III. v. 43. BOIVIN.

Pag. 944, 23. *Τοὺς κατὰ τὸν Παλαμᾶν ἅπαντας*] *Omnes Palamae similes.* Nempe eos omnes, qui, ut Palamas, divini luminis atque adeo divinae gratiae sint participes. Gregoras Palamam irridet, aliosque monachos, qui divinum lumen oculis corporeis visum a se gloriabantur. BOIVIN.

Pag. 945, 2. *Πῶς οὐκ ἄκτιστος κ. τ. λ.*] *ἐκ τοῦ λόγου αὐτοῦ, οὗ ἡ ἀρχή· Φιλονεικοῦσι μὲν οὖν ἀλλήλοις.* Vide Cod. Reg. 2409. fol. 103. BOIVIN.

Pag. 944, 18. *Οὐσία μὲν γὰρ κ. τ. λ.*] *ἐκ τοῦ περὶ φωτὸς λόγου αὐτοῦ.* Exstat in Codice Regio 2409. fol. 53. oratio seu liber Palamae ad Athanasium Cyzici archiepiscopum, *περὶ τοῦ θείου φωτὸς καὶ τῆς θείας χάριτος.* BOIVIN.

Pag. 945, 15. *Ἐντεῦθεν καὶ κ. τ. λ.*] Observa *πρόληψιν*, qua Gregoras tertiae Sessionis acta attingit. BOIVIN.

Pag. 946, 16. *Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον*] Sessione 3. Vide infra lib. XXI. BOIVIN.

Pag. 948, 11. *Ὅτι μέν, φησὶ, κ. τ. λ.*] Verba Theodori Grapti: immo Nicephori patriarchae; eadem quae supra. BOIVIN.

Pag. 949, 3. *Ἐξ οὗ ἐμφαίνεται ἡ ἀλλοίωσις*] Omissum a Gregora primum divisionis membrum. Codex Regius (Cod. 1989. fol. 199. v. lin. paenult.) ita habet: *ἐξ οὗ ἐμφαίνεται ἡ ἀλλοίωσις. [παρετέον τανῦν τόπου γε εἵνεκεν λέγειν ἢ χρόνου, ἢ τινος ἄλλου τῶν ἐν κινήσει θεωρουμένων, ἐπεὶ πρὸς οὐδὲν χρήσιμον κατὰ τὴν παροῦσαν συντελεῖ σκέψιν· καθ' ὁποῖον οὖν τῶν εἰρημένων τρόπων ὁ θαυμάσιος οὗτος τὴν κατὰ Χριστὸν δουλικὴν μορφὴν, τὸ ἐσχηματισμένον σῶμα καὶ τετυπωμένον, ὡς ἡμῖν γε καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ, ὃ δὴ καὶ γράφεται καὶ ὁρίζεται, εἴπερ εἰς μηδὲν τοῦ καθ' ἡμᾶς σώματος ταῖς ἀληθείαις καθὸ σῶμα διενήνοχεν, ἐξ ὅλων ὅλην μεταβεβλῆσθαι ἀποφαίνεται, καὶ τοῦτο θαρσαλέως καὶ ἐνθυμότατα. εἰ μὲν κατὰ τὸ ποιὸν μεταβέβληται, κεκίνηται μὲν πρὸς ἀλλοίωσιν·]* ἡ δέ ἐστιν μετασχηματισμός. ... BOIVIN.

Pag. 951, 1. *Βασιλείοις καὶ Γρηγορίοις*] Gregoras promittit se sanctorum Basilii et Gregorii argumenta prolaturum, quae tamen haud proferet. BOIVIN.

Pag. 951, 6. *Οὐ γὰρ ἐνεργείᾳ ψιλῇ φησι κατά τινας ..... κενῶσαι μὲν τοὺς οὐρανοὺς λέγεται*] Poteram sic interpretari: *Non enim*, inquit, *ut veteres quidam delirarunt, dicitur ille tempore divinae incarnationis sua hypostasi coelos vacuos fecisse.* Sed aliter malui, sequutus Codicis antiquissimi lectionem, in quo non *λέγεται*, sed *λεγόντων* scriptum erat. BOIVIN.

Pag. 952, 2. *Λοιδορῶν οὖν ὁ Παλαμᾶς Θεόδωρον*] Fuit itaque illud tempus, cum Palamas Theodori Grapti auctoritatem parvi faciebat, ut supra dicebamus. Tamen Philotheus Antirrh. lib. XI. passim hunc laudat, et in suas partes trahere conatur. Vide Cod. Reg. 1996. fol. 236. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 280. 281. Laudatur etiam a Cantacuzeno in Antirrh. contra Prochorum, Cod. Reg. 1999. fol. 75. BOIVIN.

Pag. 953, 11. *Παύλῳ*] Ad Corinth. II. cap. V. v. 17. BOIVIN.

Pag. 953, 14. *Δαβίδ*] Psalm. 50. BOIVIN.

Pag. 955, 5. *Εἰρήσεται δὲ κατὰ χώραν* etc.] Nempe in disputatione cum Cabasila, in Antirrheticis et in aliis libris Dogmaticis. BOIVIN.

Pag. 955, 10. *Ὑποδείγματι*] *Ὑποδείγμασι* supra lib. XIX. cap. II. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 956, 6. *Ἡ πολλὴ*] Sic supra lib. X. cap. ult. BOIVIN.

Pag. 956, 12. Quae supplemus, ea in Codice etiam Vaticano desunt. Nec mirum; cum noster (ut iam dixi) ex illo descriptus sit. BOIVIN.

Pag. 957, 17. *Γρηγόριος*] Gregor. Nazianz. de Dogm. Sic supra lib. X. cap. ult. N. 13. BOIVIN.

Pag. 958, 4. *Ἀκούεις γέννησιν· κ. τ. λ.*] Gregor. Nazianz. Orat. de Dogm. pag. 493. Edit. Paris. an. 1609. BOIVIN.

Pag. 958, 20. *Τἀναντία*] Vel *qui repugnantia.* Gregor. Nazianz. Orat. I. de Filio pag. 567. BOIVIN.

Pag. 959, 3. *Πάλιν οἱ σωματικοὶ κ. τ. λ.*] Gregor. Nazianz. Orat. de Filio. pag. 570. 565. 567. BOIVIN.

Pag. 960, 1. *Βασίλειος*] Basilius Magnus contra Sabellianos. BOIVIN.

Pag. 960, 6. *Καὶ πάλιν*] Idem contra Eunom. lib. II. BOIVIN.

Pag. 960, 12. *Καὶ πάλιν*] Idem Epist. 6. BOIVIN.

Pag. 961, 15. *Χαλεπώτερα*] Eccles. cap. III. v. 22. BOIVIN.

Pag. 963, 5. *Γέγραπται γὰρ κ. τ. λ.*] D. Paul. ad Galat. cap. III. v. 10. Deuteron. cap. XXVII. v. 26. BOIVIN.

Pag. 964, 10. *Τῷ δὲ καὶ αὐτῷ* etc.] Vitiosa constructio, pro *ὃ δὲ καὶ αὐτὸς παρὰ προσδοκίαν τοῖς τοιούτοις ἐμπεπτωκὼς* etc. Eiusmodi Antiptoses non paucas apud Gregoram observare est. BOIVIN.

Pag. 966, 18. *Ἐκ τῆς ὀρχήστρας .... πρίασθαι*] *Ὀρχήστρα* proprie est *locus in quo saltatur.* Probabile autem est in quibus locis saltatores se exercebant, in iisdem venundari solitas merces frivolas, qualia sunt ludicra instrumenta, et quae vocantur crepundia. BOIVIN.

Pag. 966, 18. *Γράμμασι γὰρ σχεδὸν παντάπασιν ἀνομίλητον εὑρίσκων αὐτὸν*] Atqui Cantacuzenum constat minime illiteratum fuisse, idque ipsius Gregorae testimonio, qui supra lib. XIX. cap. I. sect. 4. *eum* dixit *iam inde ab initio humanioribus litteris operam ultro dare instituisse, multosque et omnis generis libros ambitiose conquisivisse, atque in dies novum aliquid cum dicere tum audire impensissime studuisse.* BOIVIN.

Pag. 971, 6. *Ἀνωτέρω*] Lib. XIX. cap. IV. sect. 7. BOIVIN.

Pag. 971, 10. *Τοῦτ' ἐκείνῳ*] Quod Palamas ipse attulit superiori cap. sect. 6. BOIVIN.

Pag. 973, 3. *Ἀνωτέρω*] Libro superiore cap. IV. sect. 7. BOIVIN.

Pag. 975, 20. *Ἐξ ὧν κἀκείνοις γεγένηται ὑπομνήματα*] Vide Ioan. Cyparissiot. Palamicarum Transgressionum lib. I. Serm. IV. cap. X. in fine. BOIVIN.

Pag. 976, 9. *Καὶ λαμπάδες κ. τ. λ.*] Alludit ad opinionem Palamae de lumine increato. BOIVIN.

Pag. 976, 18. *Τῶν ἐκεῖ ῥηθέντων*] In Concilio contra Barlaamum habito. BOIVIN.

Pag. 978, 10. *Ἐφιέμενοι τοὺς ὀδόντας ἐμπῆξαι τῷ ταλαιπώρῳ*] Vide Philothei patriarchae Antirrheticum I. Cod. Reg. 1996. fol. 14. v. et seq. BOIVIN.

Pag. 979, 8. *Κύριοι γὰρ ἡμεῖς κ. τ. λ.*] Sic supra lib. XV. cap. VII. sect. 7. BOIVIN.

Pag. 980, 9. *Ὁ μέντοι Παλαμᾶς περίφοβον ὅλ. ἐκ. τὴν νύκτα διενεγκών*] Cum his confer ea quae apud Philotheum leguntur loco indicato. BOIVIN.

Pag. 980, 10. *Ἅμα ἕω*] Die 28. mensis Maii. BOIVIN.

Pag. 985, 12. *Κἂν τι δέῃ παθεῖν*] *Etsi mori oporteat.* Sic apud Theocritum, *οὐδ' εἴ τι πάθοις τύ γ' ἀείδων, ne si quidem cantando moriaris.* BOIVIN.

Pag. 986, 1. *Ἃ τοῖς ἐξωτερικοῖς* etc.] Nempe Palamas auctor Cantacuzeno fuerat, ut *quotquot de infima plebe non vererentur captu suo altiora affectare, ii vestibus exuti virgis caederentur, et in carcerem detruderentur*, pag. 617. D. supra. BOIVIN.

Pag. 987, 13.] Citatur D. Basilii Epistola, quae in eo Codice, quo Gregoras usus est, 257ª. numerabatur; in libris editis aut omnino deest, aut alium numerum praefert. BOIVIN.

Pag. 991, 8. *Συνέθεντο δ' ἐξῶσαι τοῦ συνεδρίου καὶ τὸν Τύρου ἐπ.*] Hinc apparet episcopum Tyri in prima tantum Actione praesentem Concilio interfuisse. Vide annotata ad pag. 636. D. infra. BOIVIN.

Pag. 992, 15. *Οὐκ Ἀτλαντικοῦ κ. τ. λ.*] Aristid. in Panathen. BOIVIN.

Pag. 993, 17. *Τῶν τ' ἐχόντων ἅμα καὶ τῶν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων*] Ita quoque Vaticanum exemplar. Sensum puto eum esse quem expressi. BOIVIN.

Pag. 994, 20. *Ἰδόντες γὰρ ἐκεῖνοι τῇ προτεραίᾳ*] *Cum vidissent superiori die*; non quidem *proxime superiori*, sed eo die qui primus Concilii fuit. Sic etiam infra lib. XXI. cap. III. sect. 13. *αἳ τῇ προτεραίᾳ σφίσι κολάσεις ἠπείληνται.* Vide annotata ad eum locum. BOIVIN.

Pag. 995, 10. *Καὶ ἅμα ἑώρων συνεξιόντας ἅπαν τὸ μέρος ἐμοί*] Philotheus Antirrhet. I. *τί δὲ, κἀκεῖνο ψεῦδος ἐρεῖς, εἰπέ μοι· ὅτι καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ὁμοῦ πάντες ἀπεπηδήσατε τῆς ἱερᾶς ἐκείνης συνόδου· καίτοι γε καὶ βασιλέως καὶ πατριάρχου καὶ πάντων ὁμοῦ παραμένειν ὑμᾶς ἀξιούντων, καὶ μὴ τὴν ὑπόθεσιν ἐπίτηδες διαφθείρειν;* Cod. Reg. 1996. fol. 8. v. His congruunt et ea quae ibidem leguntur fol. 15. BOIVIN.

Pag. 998, 2. *Τῇ ὑστεραίᾳ*] Die Maii 31. BOIVIN.

Pag. 999, 15. *Βέλτιον δ' ἔδοξεν κ. τ. λ.*] Sessio III. Iunii die 8 vel 9. BOIVIN.

Pag. 1000, 6. *Οὕτω καὶ πάντ' ἐκεῖνα τἀνδρὸς τουτουῖ συγγράμματα*] Vide lib. XXIII. pag. 699. E. infra. BOIVIN.

Pag. 1007, 7. *Καὶ ἀδείας ἐπειλημμένοις σύν γε θεῷ τῆς ὀφειλομένης*] Gregoras promittit se, ubi libertatem receperit, Palamiticae Synodi decreta fusius exposita refutaturum: quae tamen ille, nondum recuperata libertate, refutavit; siquidem libros in Tomum Palamiticum decem Antirrheticos domo sua inclusus, et a monachis contubernalibus obsessus, scripsit; ut annotatum in eius vita. BOIVIN.

Pag. 1008, 7. *Ὅλας δυάδας κ. τ. λ.*] Vide Philothei patriarchae apologeticum. Cod. Reg. 1996. fol. 316. v. BOIVIN.

Pag. 1012, 16. *Δείσαντες ἐκείνας αἳ τῇ προτεραίᾳ σφίσι κολάσεις ἠπειλ.*] Hoc loco *προτεραία* non est *pridie*, ut nec supra pag. 625. E. Neque etiam primum habiti Concilii diem significat. Nam poenas postridie primae Actionis denuntiatas fuisse didicimus

ex lib. XX. cap. IV. sect. 9. Itaque apud Gregoram *προτεραία* non est *dies proxime superior*, sed *dies primus*, vel *dies utcunque superior*. BOIVIN.

Pag. 1014, 8. *Οἷς οὔτε τὸ χαίρειν κ. τ. λ.*] Sic supra lib. XII. cap. 1. BOIVIN.

Pag. 1015, 4. *Τῶν καιρῶν ἐκείνων*] Id est, temporibus Martyrum. BOIVIN.

Pag. 1015, 14. *Ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον*] De Spiritu sancto. Operum S. Basilii Tom. II. pag. 224. BOIVIN.

Pag. 1015, 17. *Θαλασσίου* etc.] Senarius iambicus, alicuius, ut opinor, poetae tragici. BOIVIN.

Pag. 1017, 2. *Ἀλλαχοῦ*] Idem Basil. Episcopis Occidentis. BOIVIN.

Pag. 1017, 10. *Ἀλλαχοῦ*] Idem Euaesenis. BOIVIN.

Pag. 1017, 13. *Καὶ πάλιν*] Idem monachis suis. BOIVIN.

Pag. 1018, 10. *Καὶ ἀλλαχοῦ*] Idem Eustathio episcop. Sebastiae. BOIVIN.

Pag. 1018, 14. *Μακρίνης*] De qua vide et epistolam *τοῖς Νεοκαισαρ.* BOIVIN.

Pag. 1020, 15. *Ἐπενεγκεῖν καὶ τὰς κ. τ. λ.*] Quae tamen non subiunget. Vide infra cap. VI. sect. 7. BOIVIN.

Pag. 1020, 19. *Τοῖς εἰρημένοις*] A SS. Patribus, Basilio et aliis. BOIVIN.

Pag. 1021, 22. *Καὶ Φλαβιανὸν πεφονευκέναι*] Flavianus in exilium missus post habitam Synodum. Itaque non potuit Dioscorus in ipsa Synodo gloriari occisum a se Flavianum. BOIVIN.

Pag. 1024, 12. *Καὶ πᾶν πονηρὸν κ. τ. λ.*] Matth. cap. V. v. 11. BOIVIN.

Pag. 1025, 2. *Καὶ τομογραφήσαντες, οἰκειοχείροις ὑπογραφαῖς ἐβεβαίωσαν*] Tomus editus *ἔτους ϛωνθ' κατὰ μῆνα αὔγουστον τῆς δ' ἐπινεμήσεως, anno mundi VI. MDCCCLIX. mense Augusto, Ind. IV.* ut legitur apud Lambecium, Biblioth. Caesar. lib. V. pag. 202. Subscripserunt imperatores Ioannes Cantacuzenus, et Ioannes Palaeologus: tum Callistus patriarcha, et caeteri deinde pontifices. Anno autem mundi VI. MDCCCLXII. Christi MCCCLIV. mense Februario, Ind. VII. Matthaeus Cantacuzenus, cum esset a patre socius imperii ascitus, subscripsit ipse quoque; atque eius subscriptionis formula in Auctario novissimo Combefisiano Biblioth. Patr. Graec. Pseudosynodo Palamitarum subiuncta est. BOIVIN.

Pag. 1025, 13. *Καὶ δολιότητας ὅλην κ. τ. λ.*] Psalm. XXXVII. BOIVIN.

Pag. 1025, 14. *Τούτων εἷς μοι καὶ ὁ καλὸς ἐγεγόνει Καβασίλας*] Nicolaus scilicet, quem ait Cantacuzenus *σοφίας εἰς ἄκρον τῆς ἔξωθεν ἐπειλημμένον*, Hist. lib. IV. cap. XVI. pag. 764. Eius epistolae aliaque opera exstant in Codicibus Regiis, pleraque non-

dum typis edita. In iis est Satyricon *κατὰ τῶν Γρηγορᾶ λημμάτων*, ex quo quaedam delibata inseruimus Gregorae Elogiis. Praeter hunc Cabasilam memorantur et alii, *Nilus* scilicet, *Demetrius*, *Michaël* etc. BOIVIN.

Pag. 1025, 19. *Ἐκεῖνος*] Aeschyl. in Prometh. BOIVIN.

Pag. 1026, 22. *Τὸ τῆς πολυλογίας ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἁμαρτάνον*] Gregoras suum ipsius vitium alteri obiicit. BOIVIN.

Pag. 1027, 19. *Οὐδαμοῦ σπλάγχνον κ. τ. λ.*] Sic supra in excerptis ex D. Basilio de Spiritu sancto. BOIVIN.

Pag. 1027, 20. *Ἀπέβλεψα γὰρ κ. τ. λ.*] Ecclesiasta cap. IX. v. 11. BOIVIN.

Pag. 1028, 11. *Τοῦτό μοι τελευταῖον κ. τ. λ.*] Vide Q. Curtium lib. V. in fine. BOIVIN.

Pag. 1028, 18. *Ἀρκούμενος*] Ex epistola D. Basilii ad monachos suos, ut supra cap. IV. sect. IV. num. 12. BOIVIN.

Pag. 1029, 4. *Βίβλους ἐκείνας ἐς δημόσιον ἀνεγνωκότες ἄκουσμα*] Die Assumptionis B. Virginis Dei-Matris, Augusti XV. Philotheus patriarcha, Antirrhet. I. (Cod. Reg. 1996. fol. 9. v.) rem ita narrat. *Τῆς δ' ἱερᾶς ἐπιστάσης μετὰ μικρὸν τῆς θεομήτορος τελετῆς τε καὶ πανηγύρεως, ἣν ἐτησίως ἐπὶ τῇ ταύτης ἱερᾷ τε καὶ σεπτῇ μεταστάσει πάνδημόν τινα καὶ περιφανεστάτην ἐν τῷ μεγίστῳ ναῷ τῆς ἐνυποστάτου καὶ συνανάρχου θεοῦ σοφίας τελοῦμεν, πᾶσαν ἐκεῖ σχεδὸν συγκαλοῦντες τὴν πόλιν, μετὰ τοὺς ἑωθινοὺς ὕμνους, δευτέραν ἤδη τῆς ἡμέρας ὥραν ἐχούσης, ἐπ' ὀκρίβαντος ἱεροῦ λαμπράν τε καὶ πεπαῤῥησιασμένην ἐποιησάμεθα τὴν ἀνάγνωσιν τούτου, αὐτοῦ τε τοῦ πατριαρχοῦντος τότε προκαθημένου καὶ ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων συνάμα παντὶ παρισταμένων τῷ κλήρῳ, καὶ δὴ καὶ ἀρχόντων, καὶ τοῦ πλείστου μέρους τῆς μεγάλης ταυτησὶ πόλεως περιϊσταμένων· ἡνίκα δὴ καὶ βασιλεὺς ὁ κράτιστος ἄνωθεν ἐκ τῶν ἱερῶν ὑπερῴων ἀκροώμενος τῆς ἀναγνώσεως ἦν, τῆς τε συγκλήτου περιϊσταμένης αὐτὸν, κἀκ τοῦ στρατιωτικοῦ, καὶ δὴ καὶ τῶν πολιτῶν αὐτῶν ἄλλου πλήθους μυρίου. τρεῖς δ' ἦμεν οἱ κατὰ διαδοχὴν ἀνεγνωκότες ἐκεῖνον· Γαλησιώτης φημὶ, καὶ Μάξιμος ὁ σοφὸς, καὶ τρίτος ἐπ' ἐκείνοις καὶ τελευταῖος ὁ Ἡρακλείας· ὃς δὴ καὶ προτραπεὶς, καὶ διδασκαλικόν τινα βραχὺν περὶ τῶν προκειμένων ἀπὸ στόματος ἐξέδωκε μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν λόγον. ἐκεῖθεν δ' ὁ ἱερὸς ὁρμηθεὶς ὥσπερ ἐξ ἀφετηρίας τινὸς τόμος, μᾶλλον δ' οἱ τόμοι (τρεῖς γὰρ ἦσαν κατὰ ταὐτὸ κύριοι τῇ συνόδῳ συντεθειμένοι καὶ ὑπογεγραμμένοι κατὰ ταὐτὰ, ὁμοῦ μὲν καὶ ξυνημμένως οἱ δύο, μετὰ μικρὸν δ' ὡσαύτως ὁ τρίτος· οὕτω καὶ γὰρ ἐκρύπτετο παρ' ἡμῶν ὁ τόμος ἐν σκότει τε καὶ γωνίᾳ) ἐκεῖθεν οὖν ὁρμηθέντες* etc. BOIVIN.

Pag. 1030, 2. *Τὸ βδέλυγμα τῆς ἐσχάτης ἐρημώσεως ὑπάρχειν αὐτόχρημα*] Cum Palamitae multa et praeclara Cantacuzeno promisissent, si Tomum suum altari ipse imponeret, ac novo ritu consecraret, Gregoras, ubi id rescivit, *immo*, inquit, *cum videritis abo-*

minationem desolationis stantem in loco sancto, cognoscite quoniam appropinquavit desolatio imperii Romani. Vide Histor. lib. XXV. cap. ult. BOIVIN.

Pag. 1033, 3. *Σάλος γὰρ κ. τ. λ.*] Verba S. Basilii, ut supra cap. IV. sect. IV. num. 1. BOIVIN.

Pag. 1034, 17. *Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς δι' ὀνείρων ἠναγκ. πως μαντικῆς ὑπ' αὐτῶν διὰ μνήμης ἐλθεῖν*] Gregoras hoc loco Palamitas notat, ut propriis somniis intentos. At ipsi quoque Gregorae Philotheus patriarcha Antirrhet. XII. Cod. Reg. 1996. fol. 297. eundem morbum obiicit; qua de re plura nos supra in Vita Gregorae. BOIVIN.

Pag. 1035, 2. *Ἐγὼ διὰ τὴν κ. τ. λ.*] S. Basilius Epist. LXIV. BOIVIN.

Pag. 1044, 13. *Δῆλα ποιεῖσθαι τὰ νέα ταυτὶ θεσπίσματά τε καὶ δόγματα* etc.] Philotheus patriarcha Antirrhet. I. Cod. Reg. 1996. fol. 10. *Ἐκεῖθεν οὖν ὁρμηθέντες οἱ τόμοι, οὐ τὴν μεγάλην ταυτηνὶ διῆλθον ἐν βραχεῖ μόνον πόλιν, καὶ ἀναγινωσκόμενοι καὶ μεταγραφόμενοι παρὰ τῶν σπουδαστῶν τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ἀντιθέτων αὐτῶν· ἀλλὰ καὶ μέχρι τῆς ὑπερορίας τρέχοντες ὀξέως προῆλθον, Θεσσαλονίκην τε καὶ Ἄθω τὸν ἱερὸν, καὶ τὰς ἑξῆς νήσους τε καὶ πόλεις διαλαβόντες. ὅθεν καὶ οἱ τῆς ἀντιθέτου μοίρας μετὰ πάσης ἐκεῖνον ἀδείας λαβόντες ἔχουσιν, οὐ μόνον οὐδὲν ἀπειργόντων ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ διδόντων καὶ προτρεπομένων τοὺς βουλομένους εἰς τοῦτο.* BOIVIN.

Pag. 1045, 10. *Ἑνίους τῶν τὴν αὔλειον τῆς οἰκίας ἡμῶν παριόντων*] Gregorae domum nulla sui parte vias publicas attigisse, testis est Philotheus patriarcha Antirrhet. I. Cod. Reg. 1996. fol. 7. ut annotatum supra ad Gregorae Vitam. BOIVIN.

Pag. 1045, 20. *Ἔτος ἀμείβων ἤδη τῆς ἡλικίας ἑξηκοστὸν*] Gregoras, quo tempore haec scripsit, nondum expleverat annum aetatis LVII. Vide annotata ad pag. 567. D. BOIVIN.

Pag. 1046, 11. *Οἱ δ' ὡς ταῦροι κ. τ. λ.*] Psalm. XXI. v. 13. BOIVIN.

Pag. 1046, 13. *Ἔβρυξαν ἐπ' ἐμὲ κ. τ. λ.*] Psalm. XXXIV. v. 16. v. 12. Psalm. XXI. v. 14. Psalm. LXIII. v. 6. v. 4. v. 6. Ps. LXXXI. v. 5. BOIVIN.

Pag. 1048, 20. *Πατρὸς Βασιλείου*] Epist. LXXIX. Eustathio Sebastiae episcopo. BOIVIN.

Pag. 1048, 21. *Ὡς ἓν γε τοῦτο κ. τ. λ.*] Vide supra lib. XXI. cap. IV. sect. 4. num. 13. BOIVIN.

Pag. 1049, 2. *Πίστιν δὲ οὔτε κ. τ. λ.*] Idem Epist. LX. Ecclesiae Antiochenae. BOIVIN.

Pag. 1049, 17. *Ὡς μηδ' ἐνταῦθα γενόμενον μόνον ἐᾶσαι τὴν πρόδοσιν Ἰούδαν ἐκεῖνον ἐγκαλεῖσθαι*] Horum verborum hic videtur esse sensus, *illum discipulum adeo se ad exemplum Iudae compo-*

suisse, ut ne tum quidem, cum habitum monasticum induisset, magistri proditi crimen solius Iudae proprium esse voluerit. BOIVIN.

Pag. 1050, 19. *Τῶν πατριαρχικῶν ἀρχόντων*] Vide Goari Euchолog. pag. 268. et seq. CAPPERONN.

Pag. 1053, 4. *Τῶν ἀνδριαντοποιῶν*] Sic supra lib. XIII. cap. I. sect. 4. CAPPERONN.

Pag. 1054, 9. *Τότε μακρός τις γίνεται τοῦ παρόντος λόγου λόγος*] Non omni suspicione mendi caret hic locus. Forsan legendum *τότε δὴ μικρός τις κ. λ.* qua lectione admissa verterem, *tunc huiusce dicti nulla ferme ratio habenda est.* CAPPERONN.

Pag. 1055, 19. *Αὕτη γάρ ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*] ***Haec enim gratia est Spiritus sanctus***; id est, haec gratia et operatio sacris in Scripturis nomine sancti Spiritus designatur. Unde infert Palamas hancce gratiam non esse quid creatum. Addit tamen huiusmodi gratiam non esse ipsammet sancti Spiritus substantiam. Quae duo conciliari vix posse videntur, nisi advertamus a Palamitis admissas esse inferiores quasdam Deitates, quae Deum inter et creaturas medium locum tenerent. Nostris quidem e theologis Petrus Lombardus, magister sententiarum, negavit, sancti Spiritus gratiam esse quidpiam creatum: sed simul statuebat istam gratiam seu charitatem esse ipsummet Spiritum sanctum, ipsum Deum: quae tamen sententia ab omnibus deinceps theologis reprobata est. Vide lib. I. Sentent. distinct. 17. et articulos Parisiis damnatos ad calcem operis Petri Lombardi. Divus etiam Bernardus censuit charitatem, seu gratiam sanctificantem, esse ipsum Deum: sed charitatem spectabat ex parte dantis, seu ipsius Dei: aliunde vero fatebatur gratiam et charitatem in nobis esse quoddam accidens. Hinc aiebat, *substantiva charitas accidentalem dat charitatem.* Lege divi Bernardi epistolam XI. ad Guigonem Carthusiensium Priorem, et tractatum de diligendo Deo cap. XII. CAPPERONN.

Pag. 1056, 7. *Ἃς ὁ Προφήτης κεφαλαιωδῶς ἑπτὰ προσεῖπε*] *Quas Propheta septem summatim appellavit.* Isaias cap. XI. vers. 2. et 3. ubi sic recensentur septem sancti Spiritus dona. *Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini.* CAPPERONN.

Pag. 1056, 10. *Ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, οὐ ποιήσεις κρίσιν*;] Locum hunc laudavit Palamas ex versione LXX. Interpretum. Vulgata nostra habet absque interrogatione, Genes. 18. vers. 25. *qui iudicas omnem terram, non facies iudicium hoc.* Hebraeus textus est huiusmodi: השפט כל הארץ לא יעשה משפט. Id est, *numquid qui iudicat omnem terram, ille non faciet iudicium?* CAPPERONN.

Ibidem. Οὐ ποιήσεις;] *Non facies?* Vis argumenti sistit in hoc verbo. Nam *ποιεῖν* [facere] apud Graecos theologos significat *creare.* Forsan ex Genes. cap. I. ubi apud *τοὺς* LXX. legitur, *ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεός. In principio Deus fecit*, i. e. *creavit.* Hinc olim Ariani

argutabantur Christum esse creaturam, quia epistolae ad Hebr. cap. III. dicitur *Χριστὸν Ἰησοῦν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. Christum Iesum qui fidelis est ei qui fecit illum.* CAPPERONN.

Pag. 1056, 19. *Προείρηκεν Ἡσαΐας*] Cap. XI. v. 2. 3. CAPPERONN.

Pag. 1057, 16. *Δρυὸς πεσούσης πᾶσιν ἐξεῖη ξυλεύεσθαι*] Unum est e Monostichis Menandro tributis. Vide Comicorum Graecor. sententias edit. Henric. Steph. pag. 191. Meminit Erasmus Chiliad. 3. Centur. 1. Proverb. 86. et sic exponit. [Si quem fortuna praecipitem dederit, in hunc passim omnes incurrunt, et quisque quod potest diripit. Iam enim sibi putant impune fore. Exemplum est apud Iuvenal. de Seiano.] CAPPERONN.

Pag. 1060, 2. *Οὐρανίῳ ἐδάφει*] *In caelesti solo.* Sic Ovid. Metamorphos. lib. I. *Astra tenent coeleste solum.* CAPPERONN.

Pag. 1062, 4. *Καὶ τοῦτο παραδυόμενον*] *Id quoque vitii obrepserit;* quod nimirum de rebus theologicis ignarus disserere volueris. CAPPERONN.

Pag. 1062, 11. *Καὶ τοῦ τῇ κτίσει ἐφυστερίζοντος σώματος*] *Alteram vero substantiam corporis solaris, quod non nisi post creationem* [*luminis*] *factum est.* Alludit ad Genes. cap. I. ubi lux prima die facta narratur, sol autem nonnisi die quarta formatus. CAPPERONN.

Pag. 1063, 4. *Γρηγόριον*] Gregor. Nazianz. Orat. 43. quae est in novam Dominicam. CAPPERONN.

Pag. 1064, 18. *Καὶ μονοειδὴς*] *Nihil habens admixtum dispar sui atque dissimile.* Ita Cicero vertit τὸ μονοειδὲς apud Platonem, quod ad literam sonat, *uniforme.* CAPPERONN.

Pag. 1065, 20. *Ἔπειτα πῶς διάφορον κ. τ. λ.*] Tractatu cui titulus: Ducenta capita, Tom. I. edit. Combefis. Sed ibi paullo aliter iacet hic locus. CAPPERONN.

Pag. 1066, 17. *Θεὸς οὔτε ἀρχή ἐστι . . . . ὁ θεὸς οὔτε οὐσία ὤν*] *Deus neque principium est . . . . neque substantia.* Subintellige, *creatarum rerum more*, prout luculenter explicat idem sanctus Maximus tom. I. pag. 462. et 463. Ipsummet consule, si lubet. CAPPERONN.

Pag. 1068, 6. *Ἀθανάσιος*] Orat. 4. contra Arian. Tom. I. pag. 515. edit. vet. CAPPERONN.

Pag. 1068, 9. *Μάξιμος*] Capitibus de charitate tom. I. pag. 544. CAPPERONN.

Pag. 1069, 12. *Οἰκτίρμων γὰρ κ. τ. λ.*] Psalm. CII. v. 8. et LXXXV. v. 15. et CXLIV. v. 8. ubi eadem est sententia. CAPPERONN.

Pag. 1070, 14. *Σαφῶς*] Si legas σαφῶς, vertendum, *non quidem evidenter, sed indiciis quibusdam demonstrant iis, qui.* CAPPERONN.

Pag. 1076, 13. *Κατὰ σαυτοῦ Βελλεροφόντης*] *Adversus te ipsum Bellerophontes* Ita effertur hoc proverbium apud Lucian.

Vulgo autem sic efferunt *Βελλεροφόντης τὰ γράμματα. Bellerophontes literas.* Supple *contra se ipsum affert*, qua de re Graecorum fabulam commemorat et docte exponit Erasmus, Chiliad. 2. Centur. 6. Proverb. 82. CAPPERONN.

Pag. 1083, 12. *Διονυσίου μεμνήσομαι*] *Dionysii mentionem faciam.* Locus est in epistola IX. Pseudo-Dionysii ad Titum sect. I. quem ad locum vide sancti Maximi et Pachymerae scholia. CAPPERONN.

Pag. 1083, 19. *Ὁ Ἀθανάσιος*] D. Athanasii Orat. 2. contra Arian. tom. I. pag. 306. edit. antiq. CAPPERONN.

Pag. 1084, 19. *Μάξιμος*] D. Maxim. capitibus theolog. quingentis Centuria 2. Artic. 74. CAPPERONN.

Pag. 1085, 1. *Γενώμεθα δόκιμοι τραπεζῖται*] *Probi simus nummularii.* Haec sententia ipsi Christo a veteribus tribuitur. CAPPERONN.

Pag. 1086, 9. *Οὐδεὶς γὰρ, φησὶ κ. τ. λ.*] Exod. XXXIII. v. 20. CAPPERONN.

Ibidem. Οὐδεὶς γὰρ ὄψεται πρόσωπόν μου καὶ ζήσεται] *Nemo enim videbit faciem meam et vivet.* Exod. XXXIII. v. 20. ubi sic habetur apud τοὺς LXX. *οὐ γὰρ μὴ ἴδῃ ἄνθρωπος τὸ πρόσωπόν μου καὶ ζήσεται. Non enim videbit homo faciem meam et vivet.* In vulgata Latina: *Non enim videbit me homo et vivet.* Quod magis Hebraicam ad veritatem accedit. CAPPERONN.

Pag. 1089, 6. *Χωρὶς δυνάμεως*] *Absque potentialitate.* Nostri sic in scholis loquuntur; non quod impotens sit Deus, sed quod non habeat meram potentiam ab actu suo distinctam et separatam. CAPPERONN.

Pag. 1089, 18. *Τὸ Κυλώνιον ἄγος*] *Cyloniae caedis labem.* Cylo nobilis Atheniensis, et in Olympicis victor, ex falsa Delphici oraculi interpretatione Athenarum arcem occupavit, tanquam tyrannum acturus. Tum Athenienses ipsum eiusque socios ibi obsessos oppugnarunt. Cylo autem et eius frater clam aufugerunt; caeteri fame consumpti, supplices ad aram quae erat in arce confugerunt. Sed eos inde abductos interemerunt ii, quibus commissa erat urbis custodia. Quosdam etiam in ipso transitu et prope Deorum altaria sedentes interfecerunt. Unde impii et profani ab Atheniensibus appellati sunt, et in exilium acti: et hoc dictum est *Cylonium scelus* sive *labem Cyloniae caedis expiare.* Narrant Thucydid. lib. I. circa finem, et Plutarchus in Solone. CAPPERONN.

Pag. 1091, 7. *Ὁ θεὸς οὔτε νοῶν λέγεται κυρίως κ. λ.*] Vide capita CC. Theologica Sancti Maximi tom. II. pag. 479. ubi locus hic paulo aliter se habet. Sed videtur Gregoras non ad verbum huius sancti Confessoris testimonium laudare. Et sane supra innuit se SS. Patrum testimonia, aut eorum libros, prae manibus non habere. Vide huius disputationis pag. 684. B. CAPPERONN.

Ibidem. Ἵνα μὴ σύνθετος λογισθῇ] Erat in Manuscripto,

συνθεολογισθῇ, sed emendavi ex Sancto Maximo, apud quem legitur, *ἵνα μὴ σύνθετος*. CAPPERONN.

Pag. 1091, 13. *Ἡ αὐτοϋπεραγαθότης*] Locus est in scholiis Sancti Maximi ad librum Pseudo-Dionysii de divin. nominib. cap. V. sect. 6. ad vocem *αὐτοϋπεραγαθότης*, pag. 692. edit. Corder. CAPPERONN.

Pag. 1092, 16. *Τὴν οὐσίαν αὐτῶν ἀπώλεσεν*] *Substantiam suam amitterent.* Similia Pseudo-Dionysius habet lib. de divin. nomin. cap. XIII. sect. 2. CAPPERONN.

Pag. 1093, 19. *Φησὶν οὖν*] Proclus Institut. Theologic. lib. VII. cap. 3. CAPPERONN.

Pag. 1094, 4. Secundum lectionem marginalem ita vertes: *Sin unum fiant, ex nullo, id est ex privatione fiunt prius unum, quatenus unum quid ipsis recens inerit.* CAPPERONN.

Pag. 1095, 5. *Ἓν μέν ἐστι τὸ ὄντως ὄν*] *Verum ens est unum.* Locum hunc non reperi in vulgatis Dionysii. Sed hic auctor, quisquis tandem sit, alia etiam scripserat quae nondum edita sunt, v. g. opus *περὶ νοητῶν καὶ αἰσθητῶν*, quod citat. lib. de Eccles. Hierarch. cap. II. part. III. sect. 2. CAPPERONN.

Pag. 1095, 6. *Οἱ ἑνοειδεῖς*] *Qui divinam unitatem participant.* Vox haec invenitur etiam in Dionys. lib. de Eccles. Hierarch. cap. II. part. III. sect. 2. Eam sanctus Maximus ibidem explicat per *θεοειδῆ*, *Deiformia*, quae opponit *τοῖς πολλοῖς καὶ ἀνιέροις*, id est, *vulgo et profanis.* Item Pachymeres ibidem illam exponit per *θεῖα, ὡς ὑψηλὰ καὶ νῷ μόνῳ λῃπτά*, id est, *Divina, ut sublimia et sola mente comprehensibilia.* His interpretationibus versionem nostram accommodavimus. CAPPERONN.

Pag. 1096, 2. *Ὁ αὐτός φησιν*] Dionys. lib. de div. nom. cap. IV sqq. CAPPERONN.

Pag. 1096, 7. *Ὁ θεὸς ταῦτα λέγεται*] *Deus haec esse dicitur*, nimirum *pulchrum et pulchritudo*, ut hoc loco fuse postea explicat Dionysius ille, quem hic, ut et alibi, contrahit Gregoras. CAPPERONN.

Pag. 1096, 8. *Ἐκ θεοῦ καὶ ἐν θεῷ*] In editis Dionysii legitur, *Ἐξ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ*, supple, *αὐτοϋπεραγαθότητι*, quae vox Deum ipsum designat. CAPPERONN.

Pag. 1096, 10. *Ἀσχέτως*] *Sine ulla proportione.* Ita vocem hanc Dionysii explicant Sanctus Maximus et Pachymeres in suis scholiis. Haec sunt eorum verba, *οὐδενὶ γὰρ λόγῳ, κ. λ. ἔχει τὸ θεῖον τὴν πρὸς τὰ ὄντα σχέσιν τε καὶ κοινωνίαν*, id est, *nulla enim ratione* etc. *Divinitas habitudinem aut communionem cum caeteris entibus habet.* CAPPERONN.

Pag. 1098, 2. *Πλήρη πεπαιδευμένοις ὄντα*] Textum intelligo quasi scripsisset Gregoras, *τὰ τοῦ Διονυσίου κεκριμένως πλήρη ὄντα τοῖς πεπαιδευμένοις.* Erit, fateor, enallage quaedam, seu *ἀντίπτωσις* [positio unius casus pro altero] sed quae nec ipsi Platoni, quem

Gregoras in verborum structura nonnunquam imitari conatur, insolita est. CAPPERONN.

Pag. 1100, 21, *Ὁ Πλατωνικὸς Πρόκλος*] Procl. Institut. Theologic. lib. VII. cap. 24. Locum hunc Procli laudavit Gregoras libro etiam 36. Histor. Rom. qui liber sextus est inter dogmaticos eiusdem Gregorae tractatus. CAPPERONN.

Pag. 1102, 9. *Πανταχῆ ἐστὶν ὁλικῶς καὶ οὐδαμοῦ*] Celebre est Philosopho-Theologorum axioma: *Quod ubique est, nullibi est;* intellige, in nullo definite aut circumscripte loco ita ut alibi quoque non reperiatur. CAPPERONN.

Pag. 1102, 10. *Μετέχεται ἀμεθέκτως*] Haec breviter simul et apposite sanctus Maximus explanat scholiis ad cap. II. lib. de div. nom. sect. 5. *τὸ κατ' οὐσίαν μὲν ἡ θεότης οὐ μετέχεται· μεθεκτὴ δέ ἐστιν ἐν τῷ ἐξ αὐτῆς εἶναι τὰ πάντα καὶ ὑπ' αὐτῆς συνέχεσθαι εἰς τὸ εἶναι.* Id est, *secundum substantiam quidem divinitas non participatur, sed est participabilis quatenus ab ea existunt omnia et ab ea continentur atque conservantur ut sint.* Idem fere habet paulo post auctor ipse libri de div. nom. seu potius ipsemet sanctus Maximus, ut mox annotabo. CAPPERONN.

Pag. 1104, 6. *Μεθεκτὸς μὲν ὁ θεὸς*] Locum hunc in vulgatis Dionysii reperire non potui. Et sane sancto Maximo sententiam hanc tribuit Corderius in notis ad Dionys. de div. nomin. cap. II. sect. 5. ubi eam ad verbum ut hic iacet describit, et sic habet: *Adhuc idem* (loquitur de sancto Maximo) *in iis quae in dogmatica panoplia feruntur, participabilis est Deus secundum* etc. CAPPERONN.

Pag. 1104, 11. *Οἱ ἐνοειδεῖς*] Vide notam ad pag. 687. C. CAPPERONN.

Pag. 1104, 15. *Παλαμναίαν*] Alludit auctor ad nomen *τοῦ Παλαμᾶ*, affine *τῷ Παλαμναίῳ*, quod sceleratum significat: hanc autem allusionem quia exprimere non potest Latina versio, ipsius Palamae nomen inserui. CAPPERONN.

Pag. 1105, 9. *Ἢ ὅτε πράξῃ κ. τ. λ.*] *Quae cum fecerit* [*malum*] etc. in vulgata Latina sic habetur. *Quae comedit, et tergens os suum dicit: non sum operata malum.* Huic interpretationi consonat Hebraica lectio. CAPPERONN.

Pag. 1105, 10. *Φησὶ Σολομών*] Proverb. cap. XXX. v. 20. CAPPERONN.

Pag. 1105, 14. *Οὐδεὶς γὰρ κ. τ. λ.*] Exod. XXXIII. 20. CAPPERONN.

Pag. 1105, 19. *Παρὰ τὰς ἐπ' ἀλέα λέσχας*] Ex Hesiodi oper. et dieb. vers. 491. *πὰρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον καὶ ἐπ' ἀλέα λέσχην.* Hoc est *praeteri aeneam sedem* (seu *officinas ferrarias*) et *confabulationes quae calidis in locis habentur.* Quidam non obstante metro legunt *ἐπ' ἀλέᾳ* id est *propter teporem*, seu *teporis captandi gratia.* Ita Eustathius. Guilelmus Canterus una voce legit *ἐπαλέα.*

Caeterum λέσχαι dicebantur olim philosophorum conventicula. Deinde quia inter ipsos plerumque levissimis de rebus agitabatur, factum est ut mendicorum et vulgi conventus etiam hoc nomine vocarentur, atque inde etiam ipsae nugae λέσχαι dictae fuerunt. CAPPERONN.

Pag. 1105, 19. *Εἰς τὰς Διὸς καὶ Σεμέλης κ. λ.*] De hac fabula vide quae habet Ovidius Metamorphos. lib. III. CAPPERONN.

Pag. 1107, 1. *Λέγων*] Plato in Timaeo tom. III. pag. 41. edit. Ioan. Serran. CAPPERONN.

Pag. 1108, 2. *Λοκροῖς Ἐπιζεφυρίοις*] Ita dicti sunt a promontorio Zephyrio, quod erat in Magna Graecia. Vide Strabon. Geographicon lib. VI. pag. 176. CAPPERONN.

Pag. 1108, 5. *Περὶ αὐτοῦ καταλέγει*] Plutarch. in Numa pag. 65. edit. 1624. ubi paulo fusius haec referuntur. CAPPERONN.

Pag. 1108, 7. *Οὔτε γὰρ ἐκεῖνος*] *Neo enim ille* [*Pythagoras*]. Hoc videtur esse contra grammaticae leges, ut ἐκεῖνος referatur ad subiectum proximum: non est tamen: nam re ipsa Pythagoras consideratur hic ut antiquior et a narratione remotior. CAPPERONN.

Pag. 1108, 18. *Εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν κ. λ.*] Difficilis et intricatus mihi visus est locus iste. Pro ὑπὸ, legi ὑπέρ. Forsan legendum ἐπουράνιον, quod apud Platon. Apolog. Socrat. significat *supra coelos positum*, aut ὑπερουράνιον eodem sensu. Alia quoque huius loci potest interpretatio afferri hunc in modum: at Palamas, cum se principii expertem et nulli imperio subditum lege inusitata constituisset, rebus sub coelo positis hanc potestatem tribuit, ut increata fieri possint quaecunque in aëre, terra, et aquis, entium genera consistunt. CAPPERONN.

Pag. 1108, 20. *Τῆς ἀναισθησίας τῶν ἑπομένων*] Sic postea φεῦ τῆς τῶν ἑπομένων εὐηθείας. Sed saepe Graeci subintelligunt φεῦ et ὦ. Dicunt τῆς τύχης! *O qualem fortunam!* etc. CAPPERONN.

Pag. 1109, 6. *Τὸ τῆς Λαμίας*] De Lamiis duplex occurrit locus in sacrarum Scripturarum versione vulgata. Alter Isai. 34. *ibi cubavit Lamia.* Hebr. לילית quod vertunt οἱ LXX. ὀνοκένταυροι. Symmach. λαμίαι, alii *striæ*. Alter est Ierem. Threnor. 4. *Lamiae nudaverunt mammas.* Hebr. תנין quod οἱ LXX. vertunt δράκοντες, alii *cetos*, alii *serpentes*, et sane hoc nomine monstrosum quoddam animal designari omnes fatentur. De iisdem Lamiis plura narrant profani scriptores. Plutarchus initio libri de curiositate, ἐν τῷ μύθῳ τὴν Λαμίαν λέγουσιν οἱ̈κοι μὲν εὕδειν [male in editis ἅδειν] τυφλὴν, ἐν ἀγγείῳ τινὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχουσαν ἀποκειμένους· ἔξω δὲ προϊοῦσαν περιτίθεσθαι [male in editis ἀποτίθεσθαι], καὶ βλέπειν. Hoc est, in fabulis fertur Lamiam domi quidem dormire caecam, oculis in quodam vasculo repositis, at foris egressam, suos sibi oculos inserere, et videre. Philostratus de vita Apollonii Tyanaei lib. IV. cap. 8. λαμίας inter τὰ φάσματα, id est *spectra* numerat. Ibi quippe dicit, Menippi cuiusdam sponsam fuisse unam

Empusarum, quas Lamias et Larvas, seu Lemures vulgus esse ducit: eas ad amorem pronas esse, et humanas praesertim carnes expetere. Porro cum Apollonius Tyanaeus istam Menippi sponsam interrogasset, et acrius instando torsisset, fassam esse merum se spectrum esse, et Empusam, et Menippi corpore voluisse satiari. Duris Samius Libycorum lib. II. narrat Lamiam fuisse mulierem pulchram: quum Iupiter rem cum ea habuisset, a Iunone zelotypa adactam ad prolem necandam: ex hoc moerore factam deformem, aliarum pueros rapuisse et interfecisse: eam Iunonis ob iram noctes diesque insomnes duxisse, ut eo maiore esset in luctu; Iovis vero miseratione exemptiles tandem nactam oculos, quos pro libito modo tolleret, modo apponere posset, ab eodem obtinuisse ut in quam vellet, se mutaret formam. Testis scholiastes Aristophanis, qui Beli et Libyae fuisse filiam ait. Alii alia insuper narrant. Vide si lubet Diodorum Siculum lib. XX. Pausaniam in Phocicis etc. CAPPERONN.

Pag. 1109, 22. *Θεῖος Γρηγόριος*] Gregor. Nyss. lib. II. contra Eunom. tom. II. pag. 473. CAPPERONN.

Pag. 1110, 2. *Οὐκοῦν τοῦ ἀνυπάρκτου εἶπεν ὁμοίωμα*] *Itaque rei non existentis imaginem et similitudinem ipsum* [*Christum*] *esse dixit.* Scilicet paulo supra dixerat Eunomius apud S. Gregorium loco citato, *υἱός ἐστιν εἰκὼν καὶ σφραγὶς τῆς τοῦ παντοκράτορος ἐνεργείας. Filius est imago et sigillum operationis* [*Dei*] *qui est omnipotens.* CAPPERONN.

Pag. 1111, 1. *Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ*] Gregor. Nazianzen. orat. 42. in Pascha pag. 692. CAPPERONN.

Pag. 1111, 4. *Καὶ πάλιν*] Idem orat. 42. in novam Dominicam. CAPPERONN.

Pag. 1112, 9. *Ὅσα τὸ πρότερον ἔτος*] *Anno proxime elapso.* Gregoras Acta Synodi Palamiticae et suam hanc cum Cabasila disputationem descripsit anno Christi MCCCLII. mensibus Iulio et Augusto. Libros Antirrheticos, priores quidem, condiderat antequam Cantacuzenus occupato Byzantio rerum potiretur, hoc est, ante ann. MCCCXLVII. posteriores vero non edidit, nisi anno demum MCCCLIII. ut in eius Vita dictum est. Itaque hoc loco τὸ πρότερον ἔτος, quo significat editos a se libros Antirrheticos, non potest esse *annus proxime elapsus:* nisi Antirrheticos priores semel quidem ante ann. MCCCXLVII. iterum autem ann. MCCCLI. editos ponamus: id quo minus verum puto. Malim igitur τὸ πρότερον ἔτος interpretari *primo* vel *priore anno*, ut intelligatur annus primus susceptae adversus Palamam disputationis, non autem novissimus, seu proxime elapsus. Sic idem Gregoras Hist. lib. XXI. pag. 625. E. προτεραίαν vocat eum diem, qui primus fuit, non qui proxime praecessit. Vide notas ad eam paginam, ubi et simile aliud exemplum affertur. BOIVIN

Pag. 1112, 17. *Ὁ προφήτης*] Isai. XI. CAPPERONN.

Pag. 1113, 7. *Τῶν κατὰ διαιρεσιν χαρισμάτων*] *E gratiis gratuitis, quas Deus diversimode distribuit.* Sic vocant theologi ea externa Dei dona, quae potius ad caeterorum utilitatem dantur, quam ad emolumentum illius in quem conferuntur; ut dona miraculorum, linguarum etc. CAPPERONN.

Pag. 1114, 7. *Ἢ σὺ κἀκεῖνα ἓν καὶ ταὐτὸν ἐρεῖς τῇ τοῦ θεοῦ οὐσίᾳ*] Videtur hic Palamas impegisse in eum errorem, qui abbati Ioachimo tributus est, et in Concilio Lateran. IV. sub Innocent. III. anno Domini 1215. damnatus: quod nempe tres personae divinae, non tantum inter se, sed et ab essentia divina realiter distinguerentur. Hoc autem catholicae fidei maxime adversatur. Nam in hoc praecipue stat sanctissimae Trinitatis mysterium, quod una sit omnino natura, et tres personae realiter distinctae: quae tamen ab unica illa natura realiter non distinguantur. CAPPERONN.

Pag. 1114, 10. *Ὡς ὁ προφήτης*] Isai. XI. CAPPERONN.

Pag. 1114, 13. *Ὁ κρίνων πᾶσαν κ. τ. λ.*] Genes. 18. CAPPERONN.

Pag. 1115, 2. *Τὸ ἀπὸ καταβολῆς κόσμου ἡτοιμασμένον*] Alludit Palamas ad Matth. cap. XXV. *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.* CAPPERONN.

Pag. 1115, 7. *Περὶ τῆς θείας μεταλήψεως*] Ita Graeci vocant sacrae Eucharistiae sumptionem: quia ut belle habet S. Ioan. Damasc. lib. IV. orthod. fid. *δι' αὐτῆς τῆς Ἰησοῦ θεότητος μεταλαμβάνομεν, per eam Christi divinitatis participes efficimur.* Differunt autem apud Graecos interdum *μετάληψις* et *μετάδοσις*. Quippe *μετάληψιν* vocant sanguinis, *μετάδοσιν* vero corporis dominici communionem. Unde in imaginibus quae depingi solent in sacri altaris conchis, Christus effingitur sacrae mensae assidens manibus in crucem decussatis: dextra quidem, cui vox *μετάληψις* inscripta est, calicem; sinistra, ubi vox alia *μετάδοσις* legitur, panem sanctum porrigens. Hinc in liturgia, Chrysostomi nomine inscripta, *μετάδος μοι δέσποτα τὸ τίμιον καὶ τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Κυρίου, Domine impertire mihi honorabile ac sanctum domini corpus.* Et postea, *καὶ μετὰ μετάληψιν σπογγίζει τῷ καλύμματι τὸ ἅγιον ποτήριον, et post participationem* [*sacri sanguinis*] *abstergit velamine sanctum calicem. μετάληψις* sumitur etiam de perceptione *τοῦ Ἀντιδώρου*, seu *panis benedicti.* Pachymer. lib. V. cap. 8. *ἐν μεταλήψει δὲ θείου ἄρτου ὃν Ἀντίδωρον λέγουσι, in perceptione divini panis quem vocant ἀντίδωρον*, id est, *Eucharistiae supplementum:* denique de perceptione aquae benedictae, Eucholog. Allatian. *πάντων δὲ μεταλαμβανομένων καὶ ἁγιαζομένων ἐκ τοῦ ἁγιασμάτων. Cum omnes participarent aquam benedictam eaque sanctificarentur.* CAPPERONN.

Pag. 1115, 20. *Πᾶσι τοῖς ἄλλοις λόγοις, ὑπὲρ ἑξήκοντα οὖσι*] *Caeteris orationibus, quas plus sexaginta scripsit.* Palamas orationes scripsit multo plures quam sexaginta. Exstant in uno Codice Regio (is est Codex 2404.) Homiliae variaque eius opuscula

plus septuaginta. Exstant et in aliis Codicibus non pauca alia. Gregoras hoc loco de Palamae orationibus iis tantum loqui videtur, quae de rebus controversis scriptae erant. Earum multas continet Codex Regius 2409. In iis sunt: I. *Libri contra Acindynum decem continui*; qui omnes, exceptis tribus, *ἀντιῤῥητικοί* inscribuntur. II. Libri duo Apologetici: primus *περὶ θείων ἐνεργειῶν καὶ τῆς κατ' αὐτὰς μεθέξεως.* Secundus *περὶ θείας καὶ θειοποιοῦ μεθέξεως, ἢ περὶ τῆς θείας καὶ ὑπερφυοῦς ἁπλότητος.* III. Liber singularis, *ὅτι Βαρλαὰμ καὶ Ἀκίνδυνός εἰσιν οἱ διχοτομοῦντες κακῶς ὄντως καὶ ἀθέως εἰς δύο ἀνίσους θεότητας τὴν μίαν.* IV. Dialogi duo. Primus *Orthodoxi cum Barlaamita.* Secundus *Theophanis Orthodoxi cum Theotimo ex Barlaamita.* V. *Refutatio eorum quae Acindynus contra Palamam scripserat.* In hoc opusculo proponuntur primum Palamae verba; deinde ea quae Acindynus contra obiecit; tum denique ea quae Palamas contra reposuit. VI. *Epistolae* seu potius *Orationes dogmaticae, Apologeticae et Antirrheticae variae ad varios.* Continet praeterea idem Codex *Delectum testimoniorum ex S. Scriptura et ex Patrum libris excerptorum et in Capita seu Hypotheses sexdecim distributorum:* item *narrationem disputationis coram imperatore inter Palamam et Gregoram habitae in Palatio:* nec non *iambicum poema contra Acindynum:* quae omnia vel Palamas ipse, vel insignis aliquis Palamita, elucubravit. In Codice 2404. duae sunt homiliae de re controversa, nempe *de Thaborio lumine*, quod et increatum et a substantia divina diversum Palamas statuit. In Codice 2432. Gregorio Palamae, tanquam auctori, tribuuntur *Capita CL physica, theologica, moralia et practica contra Barlaamiticos errores:* item *interrogationes et responsiones, de iis qui propriam mentem intra corpus conantur perspicere, an recte agant. Vide Historiam Litterariam Guil. Cave. Partis II. pag.* 507. *et* 508. Omitto quae in aliis Codicibus Regiis sparsa et disiecta reperire est. Asservantur in Bibliotheca Seguieriana tres tomi Operum Gregorii Palamae. Sed ad eam Bibliothecam aditus non patet. BOIVIN.

Pag. 1116, 21. *Τρεῖς τῆς θείας φύσεως ὑποστάσεις διαφόρους εἶναι νομοθετεῖ*] *Tres divinae naturae hypostases* [*a divina substantia*] *distinctas esse statuit.* Ita intelligendum esse Gregoram patet, tum quia non posset Palamae simpliciter exprobrare divinarum hypostaseon pluralitatem, et distinctionem; tum quia supra Palamas negabat, *τὰ ὑποστατικὰ τῆς ἀνωτάτω Τριάδος ἓν καὶ ταὐτὸν εἶναι τῇ τοῦ θεοῦ οὐσίᾳ, supremae Trinitatis personas esse unum et idem cum Dei substantia.* CAPPERONN.

Pag. 1121, 2. *Ὧν ὁ προφήτης*] Isai. XI. CAPPERONN.

Pag. 1121, 10. *Πορευθέντες μαθητεύσατε κ. τ. λ.*] Matth. XXVIII. CAPPERONN.

Pag. 1121, 19. *Μάξιμος τάδε διέξεισι*] Locus est tom. I. edit. Combefis. in scholiis ad 54. quaestion. in sacram Scripturam. Porro scholia ista sunt ipsiusmet sancti Maximi, qui ea prolixioris

explicationis causa subiunxit, ut ipse de se testatur praefatione scholiis praefixa, quam habes tom. I. pag. 13. CAPPERONN.

Pag. 1121, 21. *Καὶ ἐπαναπαύσεται κ. τ. λ.*] Isai. XI. CAPPERONN.

Ibidem. Ἑπτὰ πνεύματα] *Septem spiritus.* Sex tantum sunt in Hebraico textu. Nam יראת יהוה *timor Domini* bis reperitur; nempe versibus 2. et 3. licet has voces modo per *pietatem*, modo per *timorem Domini* verterint οἱ LXX. et Latinus interpres. Hebraeis itaque spiritus pietatis et timoris Domini unicus est, qui iisdem vocibus יראת יהוה designatur. Sed ut a Grotio annotatum est, divinus ille spiritus crevit in Christianismo: ideo in septem iam diu a theologis Christianis distribuitur, forsan ex Apocalyps. I. v. 4. *gratia vobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui venturus est, et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt;* quanquam fateatur Grotius ex multorum interpretum sententia, hic a sancto Ioanne angelos designari; quia receptum est apud Hebraeos, septem esse maximos angelos qui Deo adstent, nempe quomodo septem principes adstabant regi Persarum, quae aula quia erat magnificentissima, ideo ad eius formam Dei aulam formabant veteres Hebraei. CAPPERONN.

Pag. 1121, 23. *Πνεῦμα ἐπιστήμης*] Apud τοὺς LXX. legitur *εὐσεβείας.* Apud Latin. vulgat. *pietatis*, rectius. Hinc laboravit sanctus Maximus ut exponeret diversas proprietates *γνώσεως* et *ἐπιστήμης*, *cognitionis et scientiae.* CAPPERONN.

Pag. 1122, 13. *Τῆς γραφῆς ὁ λόγος*] Psalm. CX. Eccles. I. CAPPERONN.

Pag. 1123, 8. *Ἐὰν ᾖ τις πρᾶος κ. τ. λ.*] Matth. XI. CAPPERONN.

Pag. 1123, 21. *Συνᾴδει Βασίλειος*] S. Basil. in cap. IV. Isa. tom. I. pag. 929. CAPPERONN.

Pag. 1124, 5. *Πνεῦμα σοφίας κ. τ. λ.*] Isai. XI. v. 2. et 4. CAPPERONN.

Pag. 1124, 7. *Οὐκ ἔχοντα κ. τ. λ.*] Psalm. XIII. CAPPERONN.

Pag. 1124, 8. *Τοῦ κατὰ τὸν Κύριον ἀνθρώπου*] Sic Origenes, quem magni faciebat S. Basilius, Christum saepe vocat, maxime libris contra Celsum. Nihil ibi frequentius ea locutione, *ὁ κατὰ Ἰησοῦν ἄνθρωπος*, id est, *Christus homo, Christi humanitas.* Nec ad Nestorianismum vergit haec loquendi formula, si recte perpendatur. Nam Graece dicunt etiam, *ὁ κατὰ μὲ λόγος*, pro *ἐμὸς λόγος.* Itaque *ὁ κατὰ Ἰησοῦν ἄνθρωπος* est *ipse Christus homo, Christi humanitas.* Unde hac phrasi non prorsus inepte divini Verbi cum humana natura unitio exprimitur. CAPPERONN.

Pag. 1124, 11. *Καὶ οἱονεὶ ὄνειδος κ. τ. λ.*] Psalm. XIII. CAPPERONN.

Pag. 1124, 20. *Ἀθανάσιος*] Athanas. Epist. I. ad Serapion. tom. I. CAPPERONN.

Pag. 1125, 1. *Ἐγὼ στερεῶν βροντὴν καὶ κτίζων πνεῦμα*] In Hebraeo textu legitur יוצר הרים id est *formans montes*, ut et vulgatus interpres Latinus vertit. Doctissimus Drusius recte coniicit *τοὺς* LXX. pro הרים id est *montes*, legisse הרעם hoc est *tonitru*, sicut mox ibidem pro מה־שחו id est *quae sit cogitatio eius*, legerunt coniunctim משיחו quod vertunt *τὸν Χριστὸν αὐτοῦ*, *Christum eius.* CAPPERONN.

Pag. 1126, 11. *Τοῦ υἱοῦ ὄντος κ. τ. λ.*] Roman. 8. Isai. XI. Ioh. XVIII. 1. Cor. I. et II. CAPPERONN.

Pag. 1126, 15. *Καὶ Γρηγορίου*] Gregor. Nazianz. orat. XXXVII. quae est postrema de theologia et inscribitur de Spiritu sancto. CAPPERONN.

Pag. 1126, 18. *Ἐγὼ φρίττω, κ. τ. λ.*] I. Cor. I. Sap. I. Roman. VIII. Ioh. IV. 2. Cor. III. Isai. XI. CAPPERONN.

Pag. 1127, 8. *Οὐ μόνον ἑπτὰ τοῦ θείου πνεύματος ὀνόματα*] Et sane permulta ibi sanctus Gregorius recenset sancti Spiritus nomina et attributa, quae praesertim sacris e Scripturis excerpsit. In ea ipsa duntaxat pagina, unde testimonium hic laudatum sumpsit Gregoras, septuaginta duo numeravi sancti Spiritus nomina, quae legere poteris tom. I. pag. 610. edit. Bill. CAPPERONN.

Pag. 1128, 13. *Ἐν εὐαγγελίοις κ. τ. λ.*] Luc. XI. Matth. XII. CAPPERONN.

Pag. 1129, 15. *Λέγοντος*] Luc. XII. v. 10. CAPPERONN.

Pag. 1129, 19. *Ἐν Βεελζεβοὺλ*] Ita Graeci pro *Beelzebub* constanter legunt *Βεελζεβοὺλ*, quam scripturam retinendam esse censet eruditissimus Drusius tantisper dum quis probaverit eam a scribis corruptam fuisse, et non ab usu, et vulgo. Nam si ab usu est illius temporis, et Evangelistae eam retinuerunt, cur nos mutabimus? Caeterum *Beelzebub* est ab Hebraeo בעל זבוב, quod significat *Dominum muscarum:* et est nomen idoli Accaronitarum, de quo IV. Reg. cap. I. Hoc nomen Israëlitae postmodum in contemptum huius idoli dabant daemoniorum principi, ut patet Matth. X. et XII. CAPPERONN.

Pag. 1132, 8. *Τὸ δὲ συνδοξάζον τῷ λόγῳ τὴν κτίσιν*] *A quo aeque atque a Verbo creatura glorificatur*, id est, *ad gloriam evehitur.* In editionibus Athanasii veter. et nov. legitur *συνάπτον*, sensu minus commodo. Nam ex Athanasii sententia Spiritus sanctus creaturas Verbo non coniungit, sed Spiritus sanctus, simul cum Verbo eas Patri coniungit, seu adducit, *προσάγει*, ut hic habetur. Rectius itaque legitur *συνδοξάζον*, ita ut *τῷ λόγῳ συνδοξάζον τὴν κτίσιν* sit idem quod supra, *ἐν τούτῳ* [*πνεύματι*] *τὴν κτίσιν ὁ λόγος δοξάζει.* Editionis novae auctor eruditissimus recte iam annotarat in 4 MSS. Cod. legi *συνδοξάζον.* CAPPERONN.

Pag. 1132, 11. *Καὶ πάλιν κ. τ. λ.*] Athanas. orat. olim IV. iam III. contra Arianos. CAPPERONN.

Pag. 1132, 12. *Ἐκτός ἐστιν οὗτος τῶν βουλήσει γεγονότων*]

Verbum est extra numerum eorum, quae libera Dei voluntate facta sunt. Hoc solemne est apud S. Athan. et alios SS. Patres, ut dicant Filium divinum τῇ φύσει genitum esse, non autem θελήματι factum: ita ut τὸ φύσει intelligatur de operatione Dei, ut iam in scholis loquimur, *ad intra*; et τὸ θελήματι de operationibus *ad extra*, non quod Filius sit ἀθέλητος τῷ πατρὶ, καὶ μὴ βουλομένου τοῦ πατρὸς, id est, praeter *voluntatem Patris et nolente Patre*; hoc enim diserte negat Athanasius ibidem: sed quod non sit productus in tempore quando Deus primum voluerit, ita ut potuerit nolle. Hoc quippe sensu creaturas duntaxat voluntate Dei factas fuisse docet eodem loco sanctus doctor. CAPPERONN.

Pag. 1132, 14. *Καὶ πάλιν κ. τ. λ.*] Athanas. orat. olim III. iam II. contra Arianos. CAPPERONN.

Pag. 1134, 6. *Ἀθανάσιος*] Athanas. orat. olim IV. iam III. in Arianos. CAPPERONN.

Pag. 1134, 9. *Σολομῶντι λέγοντι*] Proverb. III. v. 19. CAPPERONN.

Pag. 1134, 10. *Ἐν ψαλμοῖς*] Psalm. CXIII. v. 9. CAPPERONN.

Pag. 1134, 16. *Δαβὶδ*] Psalm. LXIV. v. 7. Psalm. XCIII. v. 4. CAPPERONN.

Pag. 1135, 18. *Ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν δρῶντες*] Proverbium est, quod varie simul atque erudite Desiderius Erasm. exponit Chiliad. I. Centur. VI. Proverb. XV. Ipsum consule, si lubet. CAPPERONN.

Pag. 1136, 10. *Μήθ' ὅσιον εἶναι πιστεύειν, αἷμα καὶ σῶμα τόν τε οἶνον γίνεσθαι καὶ τὸν ἄρτον ποτὲ τοῦ Χριστοῦ· τύπον γὰρ ταῦτ' εἶναι ἐκείνου, καὶ οὐκ ἐκεῖνον αὐτόχρημα*] His Palamitarum verbis errorem Sacramentariorum contineri, non omnino negaverim. Verum illorum patrocinio haud scio an suam opinionem tueri velint recentiores haeretici, cum in hanc Palamitarum sententiam tam acriter invehatur Gregoras, eam impietatis ream arguat, et luculentis SS. Patrum testimoniis confodiat. Aliquando, fateor, apud plurimam ecclesiae Graecae partem obtinuit Palamitarum doctrina, ut patet ex Palamitica Synodo: sed nonnisi quod spectat essentiae divinae ab attributis distinctionem, et Thaborici luminis divinitatem: nec enim obtinuit quantum ad illa consectaria, quae Palamitis exprobrabat Gregoras. Sic verbi gratia Palamitis Iconomachorum errorem saepius obiicit Gregoras: at Palamitas revera Iconomachos fuisse, aut Iconomachorum errorem apud Orientalem ecclesiam tum instauratum et approbatum fuisse, nemo dixerit. CAPPERONN.

Pag. 1136, 19. *Ἰωάννης*] S. Ioan. Damasc. lib. IV. orthod. fid. cap. XIV. CAPPERONN.

Pag. 1137, 21. *Ἀνωτέρω*] Lib. XIX. cap. III. et IV. CAPPERONN.

Pag. 1138, 17. *Ἀνωτέρω*] Vide lib. XIX. cap. III. et IV. CAPPERONN.

Pag. 1139, 2. *Δι' οὗ ἠράσθη πράγματος*] *Per id quod valde concupivit.* Alludunt, opinor, ad Christi verba, Lucae cap. XII. v. 15. *ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν πρὸ τοῦ με παθεῖν. Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar.* CAPPERONN.

Pag. 1139, 3. *Ὡς κυρίως καὶ ἀληθῶς σῶμα αὐτοῦ λάβωμεν*] *Velut proprie ac vere corpus ipsius accipiamus.* Notanda sunt haec verba, quibus Iconomachi realem Christi praesentiam in Eucharistia videntur admisisse, aut sibi ipsis contradixisse; quod eis exprobrat Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus, Antirrhetico II. apud quem tamen (ubi Iconomachorum verba refert) deest vocula ὡς, quae hic emollitiva videri possit. Vide clarissimum auctorem Perpetuitatis Fidei circa Eucharist. tom. I. lib. VII. cap. V. CAPPERONN.

Pag. 1139, 14. *Ὑπερφυῶς μεταβάλλεται*] *Supernaturaliter transmutantur.* Locus hic Theodoro Grapto attributus iacet in fragmento eius operum apud Combefisium libro cui titulus: *Manipulus Originum Constantinopolitanarum.* Idem locus reperitur ad verbum in Nicephoro patriarcha Constantinopolitano (Tarasii successore) Antirrhetico II. apud Allatium lib. III. de perpet. consens. cap. XV. ubi plenior describitur: atque hinc etiam possit confirmari, Nicephorum patriarcham auctorem esse illorum operum quae sub Theodori Grapti nomine circumferuntur. CAPPERONN.

Pag. 1140, 28. *Ὁ ἄρτος, φησὶν*] *Panis, inquit S. Gregor. Nyssen.* Locus hic ad verbum non legitur, cap. XXXVII. orationis Catecheticae, ubi de Eucharistiae mysterio agit S. Gregorius: sed in eundem sensum ibidem plurima edisserit sanctus doctor. An vero alium sancti Gregorii librum hic citaverit Gregoras, ut negare non ausim, ita nec affirmare vellem. CAPPERONN.

Pag. 1141, 16. *Βοῶντος τοῖς Μανιχαίοις*] *Manichaeis clamantem*, seu potius Apollinaristis; ut patet oratione S. Athanasii de incarnatione Christi, ubi in Apollinaristas totus invehitur. Et certe oratio illa inscribitur *κατὰ Ἀπολλιναρίου*, et postea dicit S. Athanasius, Apollinaristas *κατὰ τὴν τῶν Μανιχαίων ἀσέβειαν ὑπολαμβάνειν, Manichaeorum sententiam amplecti.* CAPPERONN.

Pag. 1141, 17. *Τοῦ καινοῦ καθ' ὑμᾶς Εὐαγγελίου*] *Novi secundum vos Evangelii.* Alludit Gregoras ad solemnes Evangeliorum titulos: *κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, κατὰ Λουκᾶν.* CAPPERONN.

Pag. 1142, 10. *Καὶ ἀλλαχοῦ*] *Et alibi*, nempe oratione de sanctissima Deipara: sed spurium esse hunc sermonem nemo iam eruditorum non iudicat, cum sole clarior se prodat styli huiusce ab Athanasiano discrepantia. Vide clarissimum et doctissimum auctorem novae editionis *τῶν* Athanas. tom. II. pag. 389. CAPPERONN.

Ibidem. Οὐχ ὅτι ἐνέργεια παρὰ τοῦ πνεύματος ἐγένετό τις] *Non quod aliqua energia, seu operatio, a sancto Spiritu facta sit* etc. Hic auctor, quisquis sit, non negat incarnationem peractam fuisse divina sancti Spiritus virtute: sed vult hocce mysterium non consistere duntaxat in illa speciali sancti Spiritus operatione: vult insuper ut ipsum Dei Verbum cum humana natura hypostatice seu substantialiter unitum fuerit. Non ergo solummodo specialiter operabatur in Christo divinitas: verum eius humanitati vere coniuncta erat; et hoc iuvare potest, ut catholicae fidei a Nestoriana haeresi discrimen intelligatur. CAPPERONN.

Pag. 1142, 18. *Ὡς νῦν γε*] Si legas *ὃς νῦν γε*, sic vertendum erit: *Arius et Eunomius proferentes eadem cum Palama; qui nunc etiam easdem cum ipsis voces emittens, una cum ipsis eodem gladio iugulatur.* CAPPERONN.

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF CALIFORNIA

INDEX

RERUM, NOMINUM ET VERBORUM

TAM IN NICEPHORI HISTORIA QUAM IN ANNOTATIONIBUS MAXIME MEMORABILIUM

A IOANNE BOIVINO CONFECTUS.

Numeri sunt paginarum et versuum editionis Bonnensis.

Abasgi 36, 13.
Ἄβδηρα, Ἄὔδηρα, Ἄὔδειρα, Ἄδηλα, Βήρα 1263, 36.
Abii 31, 7.
Abraham 1114, 13.
Absolutionis syngrapha 108, 1.
Ἄβυσσος, adiective 1245, 24.
Academia 326, 2. 334, 12. 334, 23. 344, 13. 471, 12. 476, 9. 897, 18.
Acarnania 658, 10.
Acarnanes 110, 10. Acarnanum metropolis 551, 6. obsidetur ab Andronico iuniore 551, 19.
Acclamationes 896, 4. 611, 21.
Achaia 128, 2. 250, 5. 251, 15. Achaiae et Peloponnesi principis uxor vidua 546, 6. Achaei 114, 20.
Achelous 110, 14.
Achilles 938, 20. doloris impatiens 494, 11.
Achris 73, 2. patria Iustiniani 1155, 23.
Acindynus 906, 9.
Acroceraunia 110, 13.
Acronycha lux 619, 15.
Acropolita 1152, 10. 1153, 8. 1161, 42. 1161, 35. 1161, 42. 1162, 38. 1166, 33. 1167, 17. 1168, 11.
Acta Apostol. 930, 8.
Actuarius medicus 1258, 24.
Adamus 367, 19.
Ἀδήλων μονή. Vide *Monasterium*.
Adonis 285, 25.
Adrianopolis 315, 22. 430, 7. 546, 16. 797, 9. 798, 19. Vide *Orestias*.
Adrianus imp. 824, 24.
Aegae 194, 13. 195, 1.
Aegaeum mare 37, 22. 311, 13. eius fauces 766, 15. insulae 98, 16. 285, 10. 523, 2. 534, 12. 597, 14. 797, 25. littus 626, 14.
Aegyptus 323, 9. 348, 10. primum sapientiae domicilium 326, 13. Aegypti imperium divisum, et princeps 392, 20. migratio Israëlitarum ex Aegypto 369, 2. Aegyptiorum Arabum imperium latissime patens 102, 17. 106, 23. Aegyptii, effoeminati et imbelles militibus e Scythia ascitis, Africam et Libyam domant: Gallos Phoenicia et Syria exterminant 101, 20. Aegyptiis mercatoribus navigatio per Bosporum temere concessa 101, 22. Aegyptii circulatores Constantinopolin veniunt 348, 6. mira spectacula ab iis exhibita 348, 21. 349, 19. 350, 6. eae artes, ut quaestuosae, ita etiam exitiosae artificibus: Byzantio egressi Europam pervagantur: Gades usque penetrant 350, 21. Aegypti et Arabiae Sultanus. Vide *Sultanus*.
Aenus, maritimum oppidulum 100, 3. 101, 3.
Aeolia 214, 21.

Aequinoctium verum et proprie dictum 365, 16. 366, 15. 368, 1. tempore mortis Christi 366, 11.
Aër 930, 22.
Aerarii penuria 854, 17.
Aeschylus in Prometh. 383, 2.
Aesopi Phrygii dictum 814, 24. fabula de lupo et agno 1018, 20. 1034, 15.
Aestas media, pro vere exeunte 1276, 43.
Aetherea Palatii aedicula 616, 19.
Aetolicae res 538, 23. 544, 19.
Africa ab Aegyptiis domita 102, 17.
Agamemnon 725, 7.
Agareni Asiam populantes 304, 17.
Agathias 1155, 43. 1240, 45.
Agesilaus Spartanus 124, 18. fugiens 486, 10.
Alani 422, 19. Vide *Massagetae*.
Alemani, qui et Galatae occidui 277, 18.
Alemannus (Nicolaus) 1155, 24. 1156, 1.
Alexander Magnus 310, 13. 401, 8. 494, 13. 519, 5. 701, 4. 807, 24. 810, 19. Alexandri M. diadema 519, 5.
Alexander, Mysorum seu Bulgarorum rex, principatum adeptus, Romanos fines vastat: urbes amissas recipit 458, 3. pacem petit ab Andronico iuniore: non impetrat 484, 6. viribus superior, cum Romanis confligit 484, 18. eos fundit fugatque 487, 4. misericordia motus, pacem victis ultro concedit: imperatorem, benigna admonitione castigatum, dimittit 488, 18. socium se adiungit Byzantiis contra Cantacuzenum 708, 5. Vide 596, 15. 616, 3.
Alexandri Mysorum principis filio uxor datur Andronici iunioris filia 546, 18.
Alexandria Aegypti 102, 8. 216, 12. 392, 22.
Alexandrinus patriarcha. Vide *Athanasius*.
Alexius. Vide *Angelus*, *Apocaucus*, *Comnenus*, *Lascaris*, *Palaeologus*, *Philanthropenus*, *Strategopulus*.
Allage, loci nomen 150, 4. 1181, 42.
Allatius (Leo) 1155, 21. 1159, 13. 1160, 32. 1175, 39. 1176, 16. 1186, 14. 1187, 11. 1216, 27. 1161, 35. 1175, 43. 1192, 15. 1234, 19. 1263, 1. 1285, 9. 1289, 44. tempora confundit 1249, 15. Allatii indignatio in recentiorum Graecorum poësin 1226, 28. Allatii Euchologium 1817, 40.
Allusio ad verba Scripturae 1311, 20. 1314, 29. 1317, 18. 1322, 4. ad nomen Palamae 1314, 29.
Almansurus (Nuraddinus) 1171, 23.
Almugavari 220, 9. 1201, 30.
Alpes 102, 24. 240, 1. 286, 19. superatae ab Hannibale 91, 5.
Amagabari. Vide *Almugavari*.
Amazones 34, 2.
Ἀμείβειν 1256, 19.
Ἀμουραβάκης, Amorabakin, Amourabaquin etc. 1178, 17. 1274, 10.
Amos 1125, 1.
Amphipolis 457, 14. 626, 19.
Amurius Satrapa Melecum Azatinae filium vincit 137, 13. Amurii liberi a Sangario ad Paphlagoniam dominantur 214, 23.
Amurius, Lydiae et Ioniae princeps, reliquis Satrapis potentior: maris imperio potitur 597, 11. Cantacuzeni amicus fidelissimus 597, 21. eum defensurus magnam classem apparat: eodem iubente domi remanet 598, 9. 598, 14. media hieme Hellespontum traiicit, illum quaesiturus: Irenen imperatricem non adit, ne dolorem conspectu augeat 648, 9. acre et vehemens amici desiderium verbis declarat: mira in homine barbaro humanitas 649, 13. utri prima laus tribuenda, Cantacuzeno an Amurio 650, 4. de amico solicitus, oblata ab Irene cibaria et vestimenta repudiat 650, 22. eandem in summas angustias adductam consolatur 651, 9. hieme exercitum infestante, domum redit 652, 3. Thessalonicam vi expugnandam censet 676, 7. Cantacuzenum reprehendit 677, 1. a Byzantiis pecuniam accipit: in Asiam traiicit, brevi rediturus 694, 10. Latina classis ad Smyrnam appulsa eum detinet 708, 6. idem in Thraciam redit: Byzantium usque progreditur cum Cantacuzeno: urbis aspectu obstupescit 726, 24. cum copiis mare transmissurus, Smyrnaeam Latinorum arcem it expugnatum: missili telo occisus cadit 834, 14. Vide 661, 8. 666, 17. 672, 3. Amurii milites alii domum redeunt,

alii Cantacuzenum sequuntur 667, 10.
Anacharsidis apophthegma 613, 22.
Anagnosta (Ioannes) 1299, 37.
Ἀναχαλυπτήρια θύειν 1269, 23. 1294, 44.
Anastasii quaestiones 1300, 2.
Anathematizati ab episcopis Cantacuzeniani 832, 5.
Anathematismi in Palamam pronuntiati a Ioanne patriarcha debent valere 923, 5.
Anaxagoras 336, 16.
Anchialus 487, 21.
S. Andreas. Vide *Monasterium*.
Andronicus imp. (is qui Senior dictus est) receptam ex Latinis Urbem bimulus ingreditur 87, 13. uxorem ducit Annam (Hungaram) 167, 22. imperii insignibus ornatur: iusiurandum praestat et accipit: eius nomen edictis subscriptum 109, 7. Tralles instaurat 142, 14. patris cadaver sine honore sepeliendum curat 153, 2. patri succedit: imperii initia turbulenta 158, 1. aequitas 162, 17. viduus uxorem petit ab Hispanorum rege: Irene ei datur, idque inconsulto Papa 167, 24. paterni sceleris vindictam timet: Lascarem coecum invisit: in Orientem abit 173, 5. quinam ei auctores fuerint, ne sumptum faceret in classem 174, 10. Constantinum Porphyrogenitum fratrem suspectum habet; quasnam ob causas 187, 3. in Asiam transit: Porphyrogenitum in carcerem coniicit; item eius amicos 190, 15. Romanis diffisus, ad auxilia externa se convertit; quanto rei Romanae damno 205, 3. Athanasium in sedem patriarchalem restituendum censet 215, 9. plurimi refragantur: quidam obtemperant 216, 2. illum Chrysostomo aequiparat 216, 18. uxores duas habuit, liberos sex 234, 7. uxoris Irenes petitioni refragatur 234, 16. lenis et miti ingenio 237, 3. Christopolitanas angustias munit: milites conscribi curat, Catalanis opponendos 246, 7. mercenarios milites peregre accire statuit: a Crale genero auxilium petit 263, 10. accipit ab eo et a Latinis 263, 10. 268, 3. triremibus obstructo Hellesponto, cavet ne auxilia barbaris ex Asia submittantur ibid. mavult vetera aedificia instaurare quam nova extruere: eius modestia laudata 273, 24. templa ab eo restituta: opera alia publica 274, 22. Andronicum nepotem caeteris omnibus praefert: apud se educat 283, 13. de Manuelis occisi morte moeret gravissime 286, 8. nepotem iudicio publico reum agere constituit 302, 23. eius cum Metochita de ea re deliberatio 303, 4. Pontifices convocat: nepotem arcessit: paternis verbis obiurgat: iusiurandum dat et accipit 312, 16. indignantis exclamatio: anxietas: deliberatio de nepote comprehendendo 315, 2. legatos ad eum mittit 320, 7. cum ipso paciscitur 321, 1. Aula studiis bonarum artium floret 327, 1. imperatoris sapientia; eloquentia 328, 9. benevolentia erga Gregoram 339, 22. consulto Psalterio pacem spectat 358, 9. colloquitur cum nepote; reconciliatur 359, 4. consilium Gregorae de die Paschali constituendo probat: rem aggredi metuit 372, 19. equo deiicitur 373, 17. de nepotis consiliis per transfugam certior factus 393, 2. urbis aditu ei interdicit: multa crimina obiicit 393, 21. litteris ad Cralem et ad Demetrium Despotam scriptis, copias cogi et urbes praesidiis firmari iubet: ab ipso filio Theodoro Marchione proditur 394, 17. suorum perfidia irritatus, animum patriarchae Esaiae explorare statuit; item aliorum pontificum 304, 10. 402, 10. oratione coram iis habita, rationem affert cur imperium non abdicet; nepotem notat; poenis ecclesiasticis coercendum censet 403, 12. acerbe conqueritur de patriarcha, qui nepoti faveat 405, 13. belli pertaesus, inita cum Bulgaro societate, animum erigit 411, 10. victo ad Mauropotamum exercitu (415, 8.) a nepote exorari non potest 418, 5. bis praemonitus, cavendum censet 420, 8. valde anxius; nepotis adventu cognito, ad imaginem Deiparae confugit 422, 12. nepoti supplicat miserabiliter: ab eo benigne tractatur 423, 15. sola imperii insignia

retinet: annuus reditus ei assignatus 428, 15. utroque oculo captus, omnibus ludibrio est 431, 14. Synadeno instante habitum et nomen invitus mutat 441, 20. dictus *Antonius Monachus* 442, 5. 444, 12. 446, 5. suam sortem deflet: in patriarcham invehitur 443, 2. ad eius interrogata nihil respondet 444, 15. de eius nomine in ecclesia commemorando quid patriarcha decreverit 442, 15. 446, 3. Synadeni minis territus, imperium eiurat: scriptam formulam ut consignaverit ibid. pota aqua frigida, subito morbo corripitur: peccata precibus et lacrymis expiat: sacris mysteriis destitutus, Deiparae imaginem ori suo admovit: exspirat 462, 15. ostenta, quae eius obitum praecesserunt 460, 4. corpus eius quonam perlatum: iusta de more persoluta 463, 17. aetas, forma, mores 472, 18. in summa inopia liberalitas, duobus exemplis declarata 473, 6. aes alienum post eius mortem repertum 474, 8. anni vitae, imperii, monachatus 143, 20. 1244, 19. clementia 201, 16. amor erga nepotem 232, 20. invectiva in historicos maledicos et mendaces 3, 1. statuam Michaelis Archistrategi deiectam restituit 202, 10. partem Thessalici principatus acquisivit 278, 16. multarum urbium et in Europa et in Asia conditor 469, 16. Byzantii instaurator ibid.

Andronici Senioris uxor prima, ex Hungaris oriunda. Vide *Anna*.

Andronicus Iunior uxorem accipit Irenen Alemannam 277, 17. avo dilectus: apud ipsum educatus 283, 13. mores, consilia, ambitio 284, 1. meretricem amat: rivali insidias struit: Manuel frater pro rivali occiditur 285, 12. Andronicus Cathari nothi apud avum gratia offenditur 294, 20. irarum causa iustior 293, 11. defectionem meditatur: consultat cum Syrgianne 298, 21. armatus armatos secum adducit, causam apud avum dicturus: ab avo obiurgatur: iusiurandum dat et accipit 313, 13. pro coniuratis, proditos se querentibus, intercedit apud Logothetam: graviter increpatur 313, 18. redit ad priora consilia 314, 20. fugit 315, 19. legati ad eum missi ab avo 320, 7. pacta cum avo 321, 1. cum Cantacuzeno coniunctissimus 351, 18. prope urbem castra ponit, audita Syrgiannis excursione territus fugit 353, 20. Synadenum Syrgianni opponit: Despotam edictis terret: rumores spargit de avi nece: Despotam captivum corpore suo protegit 356, 6. pacis cupidus, cum matre deliberat 359, 1. colloquitur et reconciliatur cum avo 359, 4. coronatur 373, 14. mortua Irene Alemanna, Annam Longobardam uxorem ducit 383, 23. cum Turcis naufragis in Chersoneso pugnans vulneratur 384, 3. eius factio Seniorem tollere e medio statuit 390, 1. Iunior Seniori insidiatur: pecuniam per vim a publicanis aufert: Thraciae urbes sibi mancipat: Byzantium multis comitantibus proficiscitur; quo praetextu 392, 6. excluditur: variorum criminum accusatur ab avo: in quibus amicae Cralaenae pudicitia attentata 394, 5. omnium animi in eum propensiores 395, 18. magnificis promissis multos sibi devincit: petit ut sibi liceat Byzantium ingredi; aut ut idonei internuntii ad se mittantur: mittuntur ex omnibus ordinibus delecti 397, 17. oratione artificiosa se ipsum apud eos commendat: avum insectatur: causam rebellionis probabilem affert: crimina obiecta diluit: postulata sua exponit 398, 13. eius blanditiis corrupti internuntii Byzantium redeunt: ei apud omnes aperte patrocinantur 402, 20. ad urbis moenia accedit: ab ingressu contumeliose arcetur 407, 23. quidam ex populo operam ei suam promittunt: navicula conscensa aditus omnes vestigat: re infecta discedit 408, 10. a Thessalonicensibus clam evocatus, Protostratorem Byzantio insidiari iubet: Thessalonicam, adversariis dissidentibus, astu occupat: arcem vi expugnat 409, 6. Demetrio et aliis ducibus foede dissipatis, Serrhas in deditionem accipit: caeteris Macedoniae urbibus, item adversariorum liberis, uxoribus, et aliis rebus potitur 410, 17. Praefectos ur-

bium Macedonicarum capit; in carcerem coniicit 413, 2. Basilici Nicephori fidem ut remuneratus sit 413, 22. Bulgaros antevertere et Byzantium ire properat 415, 14. a Venetis auxilium haud impetrat 416, 7. urbem ingredi frustra conatur: avum exorare non potest 418, 13. cum Bulgaro reconciliatur 419, 1. a duobus urbis custodibus noctu intromittitur 419, 11. iniuriam avo fieri vetat: suos, ne victoria abutantur, admonet 422, 21. civiles discordias prudentia sua comprimit 426, 10. Michaeli Bulgaro bellum inferenti occurrere statuit: cum eo reconciliatur matris interventu 430, 4. in Asiam transit, Nicaeam obsessam liberaturus: castra apud Philocrenen ponit 433, 13. confligit cum Orchane: Romani caeduntur: imperator vulneratus (434, 7.) Philocrenen ingreditur: Romani consternati effuse fugiunt 435, 18. (vide caetera in *Orchanes.*) Byzantium redit: Deum offensum putat: quibus delictis 436, 16. classem instruit: Martinum Chii rectorem capit, et vinctum Constantinopolin mittit 438, 7. aegrotat, morti proximus cucullum petit: reos carcere educi iubet: ultimam voluntatem dictat: uxori et postumo imperium, Cantacuzeno tutelam relinquit 439, 12. aquam poscit ex sacro Deiparae fonte: qua capiti inspersa convalescit 442, 10. Michaelis Bulgari hortatu bellum Crali infert 454, 7. in Pelagonia castrametatur 454, 20. Bulgaro a Triballis victo, ipse nulla re gesta Byzantium redit 454, 7. Mesembriam et alia (Bulgarorum) oppida invadit 457, 16. annos natus 36. cum obiit avus 474, 11. bellum infert Alexandro Bulgarorum principi: Bulgarorum agros vastat: castella reliqua recuperat 483, 21. impar cum hoste congreditur 484, 18. suos hortatur ad pugnam 485, 14. cruentum praelium 486, 12. Romani effuse fugiunt: in castellum proximum vi irrumpunt: laborant omni parte 487, 4. imperator, consilii inops, spem in Deo collocat, stimulante tamen conscientia 488, 7. benigna admonitione ab Alexandro castigatus, dimittitur ibid. nato filio, laetus Didymotichum redit: vestem mutat: ludos celebrat 482, 1. ludicris certaminibus se immiscet 482, 18. bellum inferente Syrgianne valde anxius 495, 13. Palatium munit: patriarcham creat Ioan. Aprenum; coniugem et liberos ei commendat 496, 14. in Macedoniam sine exercitu proficiscitur: Romanis omnibus diffidit, praeterquam Cantacuzeno et paucis domesticis: hostem dolo aggredi statuit illustrium virorum exemplo 496, 23. Sphrantzae opera ad eam rem utitur 497, 19. rebus desperatis, fugae subsidia sibi et Sphrantzae providet 500, 6. Syrgianne per dolum occiso, pacem petit a Crale, et obtinet 501, 3. inita cum Latinis adversus Turcos societate, pecunias cogit: classem reparat: Latinorum adventum exspectat: navarchum ipse per se agit: Latini inter se dissidentes, exspectationem eius frustrantur 524, 15. Galataeorum munitiones incendit: eosdem bellum aperte molientes oppugnare negligit, ad maiora intentus 527, 16. pacem petentibus concedit 528, 14. Mitylenen proficiscitur: naves quinque hostiles comprehendit, et Chium perducit: adiunctis sibi Turcis, Phocaeam obsidet 528, 23. pax facta Rhodiorum interventu: pacis conditiones 531, 2. Byzantium redit cum omni classe: quaestionem habet de coniuratis: eos pro concione convincit: eius clementia 531, 10. orationis exordio lacrymas elicit 532, 8. in Demetrium Despotam inquiri vetat, Cralaenae amicae reverentia adductus: item Gregorae acclamationibus et applausu delinitus: solos Asani filios in custodiam includit, eamque minime duram 533, 1. Mitylenen recuperat, Alexii Philanthropeni astu 534, 6. Turcos in Chersoneso praedantes caedit: ire in Aetoliam parat, oblatum principatum accepturus 538, 4. cum tribus navibus Turcicam classem invadit: captae naves quatuordecim 540, 4. stadiorum XLV iter noctu pedibus emensus, Deiparae Hodegetriae templum ingreditur ad agendas gratias 541,

17. Epirum invasurus, Illyriam vastat: Turcos auxiliares praeda onustos dimittit: Epiri principatu potitur 544, 19. eum Thessalonicae detinet lienis morbus 550, 9. Byzantium venit, infirma admodum valetudine: medicis undecunque accitis, suo arbitratu vivit: morbo splenis ingravescente, Deiparae Hodegetriae templum petit 554, 8. egregiam orationem habet in Synodo contra Barlaamum habita: Gregoram absentem desiderat 558, 17. morbo rursum ingravescente, monasterium Hodegetriae denuo ingreditur: in lethargum incidit: aegre expergefactus, medicos arcessit: ad Gregoram mittit, qui interrogent an astra amica sint: moritur: vitae et imperii tempus 559, 13. 1244, 34. mores et ingenium defuncti principis 565, 13. Romanorum imperatorum instituta neglexit: aves et canes aluit maximis sumptibus 565, 19. Deo fretus, pericula contempsit 566, 13. dignitati suae non satis consuluit 566, 19. pileorum et vestium discrimina sustulit: haec et alia imminentem imperii ruinam portendere credita: Triballorum et Mysorum duces perterrefecit 562, 12. in Thessaliam contra Syrgiannem proficiscens, Ioanni patriarchae uxorem et liberos commendavit 579, 6. morbus: in Epirum profectio 583, 5. mandata de tutela et administratione imperii 593, 16. 611, 23. 614, 23. 612, 11. 818, 10. erga Cantacuzenum benevolentia, et gratus animus 581, 20. iudicium de arce Epibatarum et de eius arcis conditore Apocauco 603, 3. commemoratio in sacris per errorem omissa 879, 9. error postmodum correctus ibid.

Andronicus. Vide *Asanes*, *Cantacuzenus*, *Muzalo*, *Palaeologus*, *Protovestiarius*.

Ἀνδρόπρωρα 965, 6.

Anecdota indicata. Vide *Excerpta*.

Angelus, Assyriorum interfector 968, 13.

Angelus.

Alexius imp. Constant. a Marchione Montisferrati capitur: ab eodem dimissus, genero suo Theodoro Lascari invidet 16, 13. Iathatinem Turcum socium sibi adiungit 17, 10. victus capitur a Lascare 21, 16.

Michael Thessaliam et Epirum invadit 13, 9.

Michael nothus. Vide *Michael*.

Michael Michaelis nothi filius. Vide *Michael*.

Theodorus, Michaeli fratri succedit: imperii sui fines promovet: Thessalonica ipsa potitur, absente Montisferrati Marchione: imperator inauguratur ab archiepiscopo Bulgariae, praeter morem legitimum 25, 23. provincias a Latinis, Bulgaris et Scythis desolatas, impune pervadit: omnia Byzantium usque vastat: foede grassatur 27, 16. a Ioanne Asane vincitur, capitur, excaecatur 28, 9.

Ioannes, Cantacuzeni imperatoris πρωτεξάδελφος, seu *primus consobrinus* 628, 7. 657, 1. iubetur munire oppidum Pamphili 621, 3. comes longinquae expeditionis a Cantacuzeno susceptae 636, 2. Aetolis et Thessalis praefectus: iubetur primos honores Annae et Ioanni Palaeologo tribuere 644, 7. Thessalici principatus maximam partem recuperat: Aetolos, Locros et Acarnanas subigit: Annam rebellem capit: quibusdam ut occidat suadentibus, eam dare in custodiam mavult 657, 14. Berrhoeam ad Cantacuzenum venit 657, 1.

Ἀγγελώννμοι 318, 21.

Anima quemadmodum a singulis corporis membris participetur 1102, 14.

Anna Alemanna, Manfredi Siciliae regis soror, Ioannis Ducae uxor altera 45, 7.

Anna Comnena 1150, 42. 1157, 36. 1185, 36. 1274, 31.

Anna Michaelis Angeli filia, nupta principi Peloponnesi 71, 22.

Anna Michaelis Palaeologi I. imp. ex sorore Eulogia neptis, nubit Nicephoro Aetolo 92, 8. 130, 16.

Anna ἡ ἐκ Παιόνων Andronico Sen. nubit 109, 7. ex Hungaris oriunda: mater Michaelis imp. et Constantini Despotae 234, 7.

Anna Michalis Palaeol. II. filia, Thomae Epiri et Aetoliae principi nu-

pta 283, 7. tum postea etiam (Thomae) comiti Cephalleniae 283, 7. 283, 9.
Anna Protovestiarii filia 545, 14. comitis Cephalleniae uxor (altera) virum necat: cum puerulis duobus, Aetolorum et Acarnanum principatum obtinet 536, 20. Andronicum Iuniorem ad occupandum principatum arcessit 539, 1. dedit se imperatori 545, 14. Thessalonicae subsistit 546, 8. rebellat: capitur: in custodiam datur 656, 23.
Anna Longobardica, altera uxor Andronici iunioris 384, 1. viro absente factiosos in urbe comprimit 530, 1. post viri obitum, tertio luctus die in Palatium se recipit 560, 8. 579, 2. Cantacuzenum supplex orat 586, 23. (Palamitis) favendo, pacem ecclesiae turbavit 590, 17. iusiurandum dat Cantacuzeno et ab eo accipit 595, 14. aegrotat 599, 11. Annae mens caeca; spes inanes 702, 14. Anna Gallum Astrologum cum Gregora committit 722, 21. Annae inhumanitas 739, 12. officii admonita contumeliose respondet: pessime res administrat: sacris imaginibus non parcit 748, 4. divites vexat: ex ipso S. Sophiae templo abreptos in vincula coniicit 748, 9. patriarchae, pacem suadenti, irascitur 760, 20. Annae in Cantacuzenum et Irenen odium ex zelotypia natum; fons malorum omnium 761, 6. Anna Persas arcessit 763, 15. eius animus durus et immitis 764, 5. patriarcham dignitate spoliare statuit 767, 12. Palamam carcere incluserat: eodem adversus patriarcham adiutore utitur 768, 4. cum Palamitis adversus patriarcham conspirat 768, 24. episcopis diem indicit 781, 19. tabellas, per quas officii admonetur, a confessore oblatas rumpit; ipsum domo exigit 782, 14. infirmis viribus ferox et contumax; Galatacos adversus Cantacuzenum, iam urbem ingressum, advocat: aequissimas pacis conditiones proterve respuit 775, 2. legationem superbam ad Cantacuzenum mittit: in extremum discrimen abducta, pacem oblatam vix tandem accipit 779, 9. Annae avaritia 789, 13. iniquitas 799, 17. causa cur principatu exciderit 887, 10. Vide 788, 9. 878, 9.
Annales Turcici 1279, 5. Vide *Leunclav.*
Anni initium aliud apud alios populos 369, 6. quodnam fuerit apud Alexandrinos 369, 10.
Anni Philippi Aridaei 366, 9.
Annonae copia apud Byzantios 433, 6.
